BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
27 G
4

XIX. 13. 4
R. 9.

antoine Zara de aquilée éveq. de Pétin
fort universel. son ouvrage (Ann
prima a Venise chez les Deux, l'an
1614. Zara, en latin Jadera, et ville
et port des Venitiens capitale de
dalmatie avec archevêché, environ-
ronné de tous côtés de la mer. la
Ladislas roi d'hongrie la céda Venise
en 1409, ou plutôt la vend lui
valeur, car dès l'an 1200 Baudoin
comte de namur et de flandre, de-
puis Empereur et martyr en bulga-
rie la reprit et des 6 fois revolté
et la rendit aux Venitiens.

qui est bien ce beau livre plus
être universellement savant à
petit frais. l'impression des
deux de Venise, et celle des
nos Plantin, Elzevirs &c.

venetijs 1614

IH-5. H. 16

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, ET MEMBRORVM

PRIMAE SECTIONIS.

Caput Vnicum de Hominis dignitate, ac præſtantia.

Membrum I.	*Ingenia Hominum varia, ac multiplicia exiſtere.*
Membrum II.	*Ingenia Hominum ex Tribus Cauſis, Naturali, Humana, & Diuina profluere.*
Membrum III.	*Ingenia Hominũ ex Elementis procedere.*
Membrum IV.	*Ingenia Hominum ex Primis Quatuor Qualitatibus emanare.*
Membrum V.	*Ingenia Hominũ ex Tribus tantum Differentijs ſcaturire.*
Membrum VI.	*Ingenia Hoĩũ ex Alimẽtis deriuare.*
Membrum VII.	*Ingenia Hominum ex Quatuor Humoribus colligere.*
Membrum VIII	*Ingenia Hominum ex Temperamẽtis decurrere.*
Membrum IX.	*Ingenia Hominũ ex Progenitorum natura indagare.*
Membrum X.	*Ingenia Hominum ex Regionum Situ penetrare.*

a 2 Mem-

Digitized by Google

Membrum XI. — *Ingenia Hominum ex Inſomnijs deprehendere.*
Membrum XII. — *Ingenia Hominum ex Chiromantia inueſtigare.*
Membrum XIII. — *Ingenia Hominũ ex Phyſiognomonia cognoſcere.*
Membrum XIV. — *Ingenia Hominum ex Educatione eruere.*
Membrum XV. — *Ingenia Hominum ex Conſuetudine aliorum diſcernere.*
Membrum XVI. — *Ingenia Hominum ex Legibus iudicare.*
Membrum XVII. — *Ingenia Hominum ex Siderum Influxibus inuenire.*
Membrum XVIII. — *Ingenia Hominum ex Dei benignitate innoteſcere.*

SECVNDAE SECTIONIS.

Caput Vnicum, quo oſtenditur omnes Scientias huius Sectionis Imaginatiuæ cancellis coerceri.

Membrum I. — *de Scriptione.*
Membrum II. — *de Magicis Artibus.*
Membrum III. — *de Poetica.*
Membrum IV. — *de Oratoria.*
Membrum V. — *de Aulicitate.*
Membrum VI. — *de Arithmetica Theorica.*
Membrum VII. — *de Arithmetica Myſtica.*
Membrum VIII. — *de Muſica Theorica.*
Membrum IX. — *de Geometria.*

Mem-

Digitized by Google

Membrum X. *de Architectura.*
Membrum XI. *de Optica.*
Membrum XII. *de Coſmographia.*
Membrum XIII. *de Aſtrologia.*
Membrum XIV. *de Medicina Practica.*
Membrum XV. *de Militia.*
Membrum XVI. *de Regimine.*

TERTIAE SECTIONIS.

Caput Vnicum, quo probatur omnes Scientias huius Sectionis Intellectus ſinu comprehendi.

Membrum I. *de Logica.*
Membrum II. *de Phyſica.*
Membrum III. *de Metaphyſica.*
Membrum IV. *de Medicina Theorica.*
Membrum V. *de Ethica.*
Membrum VI. *de Iuriſprudentia Practica.*
Membrum VII. *de Iudicatione.*
Membrum VIII. *de Theologia Theorica.*

QVARTAE SECTIONIS.

Caput Vnicum, quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

Membrum I. *de Grammatica.*
Membrum II. *de Arithmetica Practica.*
Membrum III. *de Muſica Practica.*

Mem-

Digitized by Google

Membrum IV.	*de Rhetorica.*
Membrum V.	*de Humana Hiſtoria.*
Membrum VI.	*de Dialectica.*
Membrum VII.	*de Notatione.*
Membrum. VIII.	*de Iuriſprudentia Theorica.*
Membrum IX.	*de Sacris Canonibus.*
Membrum X.	*de Theologia Practica.*
Membrum XI.	*de Sacra Hiſtoria.*
Membrum XII.	*de Sacra rerum Geneſi, & earum Cataſtrophe.*

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI FERDINANDO ARCHIDVCI AVSTRIAE, BVRGVNDIAE, STYRIAE, CARINTHIAE, ET CARNIOLAE DVCI. HABSPVRGI, TYROLIS, ET GORITIAE COMITI AVGVSTO, MAGNANIMO, DOCTO, PIOQVE.

CAPVT VNICVM.

De Hominis dignitate, ac præſtantia.

Rerũ creatarum congeries.

ETSI vniuerſa, quæ diuinum illud, ac æternum Numen procreauit, quod naturâ Vnum eſt, Triplex hypoſtaſi, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, ſint planè diuina, ac immortalia, diuini, ac immortalis ipſius Dei monumenta, ſiuè oculorum, mentiſq; aciem in hæc pulcherrima Vniuerſitatis ornamenta conijciamus, & Aquam, atque Terram mutuis amplexibus conglobata, & in mediâ Mundi ſede ſuſpenſa cernamus; ſiuè Piſciũ incredibilia examina, & innatantium belluarum copioſas acies, & illam perpetuam Maris conſtantiam intrà conſtitutos ſibi cancellos ita ſe continentem penſitemus, vt nullis reciprocis vndarum fluctibus, nullis tempeſtatum motibus, nullis ventorum flatibus impulſam, quaſi ſcriptam in litore ſtationis legem cognoſcat, extrà pręfixas metas, arenarumq; moles exundare videamus; ſiuè opacorũ fontium gelidas ſcaturigines, & grata murmura, tantarum inſularũ delicias, viridiſſimos riparum veſtitus, vaſtiſſimas camporũ planicies, immenſas montium

Digitized by Google

altitudines, amęniſſima odoramẽtorũ viridaria, pretioſas aromatum ſiluas intueamur,& in terræ aluo, quaſi in quodam diuitiarum archiuio gemmarum,metallorumq; opes contemplemur, dorſumq; illius varijs florum depictum coloribus, & variegatum, totumq; Telluris corpus frugum omnium, ac herbarum inſatiabili copiâ,vmbroſis nemoribus,animaliumq; tùm cicurum, tùm ferocium innumerabilibus gregibus contectum admiremur; ſiuè in infimâ aëris regione aëreas illas animas, & volucrum ingentia agmina, ſtupendo diuini Pictoris artificio miris tincta coloribus conſpiciamus, & dulciſonos eorum cantus non ſinè animi voluptate audiamus; ſiuè in alijs eiuſdem oris tot ſpectanda verſicolorum, rugoſarumq; nubium ſpectra,cæleſteſq; aquas tàm anxiè ſæpius ab hominibus expetitas, eiuſdemq; concretas margaritas,canaſq; pruinas,imbreſq; ſpumoſos, ac ſonoras tonitru buccinas,mortalium ſomnolentiam increpantes, & in altiori etiam loco tam varias faces productas ſpectemus; ſiue domicilium illud denique cæruleum ſideribus quoquò verſus collucentibus redimitum ſuſpiciamus,& illam orbium perennem, celeremq; conuerſionem,illos ſtabiles Planetarum recurſus,illas in tantâ æqualitate inæquales à Sole peragrante, prodeunte, & ſeſe occultante viciſſitudines,& temporum, anniq; vices profectas conſideremus: his omnibus tamen, atque ſingulis longiſſimè vnius hominis Opificium antecellit.Nam ſi quis humanum corpus iuſtis ſapientiæ ponderibus expendere voluerit,certò comperiet,nihil in rebus à Deo creatis ſpecie diuinius,nihil partium proportione venuſtius, nihil varietate faciERUM admirabilius, nihil ingenij magnitudine ſublimius, nihil ad ſciẽtias capeſſendas illuſtrius, nihil Animi immortalitate pretioſius, nihil demum ipſo quidquam perfectius poſſe reperiri.Ac,vt res ita ſe habere in ſapientũ luce appareat, operæpretium ducimus hanc Parui Mundi fabricã à baſi vſque ad verticem detegere, eiuſq; diuinam propè ſtructuram omnium oculis,non quidem Anatomicorum more,ſed noſtro ſubijcere,vt ex eâ quiſque facilè intelligat,nihil eſſe homine a Summo Opifice diuinius, & operoſius efformatum. Itaque hominis Pes huius pulcherrimi ædificij baſis,ab Iſchij, & Coxendicis articulo ad extremos vſque digitos protenditur; cuius ſuperior pars Femur, inferior Poples, anterior Genu, poſtrema Calx, infima Calcaneum appellatur, & Metapedij pars inferior, Planta nominatur.Et pars illa huius corporis, quæ Coxendici imminet, Venter inferior eſt, qui ſuperiore parte Xiphoide, & Diaphragmate, inferiore oſſibus Pubis, poſteriore quinque Lumborum vertebris,& Oſſe Sacro, & anteriore toto Abdomine definitur. Quæ autem huic proxima eſt,ſuperiori eius parte duobus quaſi clauiculis Pectus, & Thoracem claudit,inferiori Xiphoide, & Diaphragmate, veluti pariete

Homo rebus omnibus creatis antæit.

Hominis Anatomia.

Pes.

Venter.

Pectus.

riete quodam firmo, ſe ab inferiori regione ſecernit, & vtrimque ſui Thoracis latera duodecim Coſtis, quaſi cuiuſdam atrij columnis, & antè ſterno, retrò dorſo communit. Suprema verò, ac princeps regio primâ vertebrâ, & capitis vertice, hoc eſt Cerebri domicilio, ac pro- *Caput.* pugnaculo, cuius caluaria duplici oſſe contexta, Diploe intertexta, carunculis, venuliſq; obſita, & deſuper Pericranio cute capillatâ velato circumfuſa eſt, terminatur, & ſubter durâ Meninge circumſcribitur. At in imâ huius diuini operis regione Iecur, tamquam dyna- *Tres Corporis regiones.* ſta aliquis dominatur, cui Ventriculus, quaſi aulæ Præfectus Sympoſia præparat, & Bilis, Lien, Reneſq; vt famulæ, inquinamenta verrunt, & veluti è Culinâ eijciunt, *Iecur. Bilis.* vt Hepar venarum architectus commodius poſſit totam membrorum rempublicam ſanguinis pu- *Lien.* rioris riuulis irrigare, & munifici principis inſtar proprio ſuſtenta- *Renes.* re diſpendio. Et hinc in Hæmatoſi bili, folliculum; melancholico *Hepatis munus.* ſucco, Lienem; & ſeroſo humori, Renes Deus pro peculiari cuique ſede deſtinauit. In mediâ verò hominis regione, atque in ipſo thora- *Hæmatoſis.* ce, Natura diuini Opificis miniſtra Cor locauit, vt ex quodam quaſi *Cordis officium.* centro in omnes corporis partes vitalem ſpiritum, & calorem peræquè diffunderet, fieretq; arteriarum ſcaturigo, pulſus, & reſpirationis primus auctor, nè hæc noſtra corporis nauis abſque ductore, abſque funiculis, placidoq; motu, diſcordibus acta, compaginis ſolutæ, ventis, in Mortis ſcopulos citius ferretur. Verùm huius moles exigua eſt ad faciliorem Syſtoles, ac Diaſtoles motum excitandum; magna verò, cum ſua vi, ac ſpiritu ſingularum partium calorem innatum foueat, ſopitum ſuſcitet, deliteſcentem promat, ac exhauſtum penè reſarciat. Vndè fit, vt cum Cor ingenti velut flammâ exardeſcat, flabello quaſi quodam indigeat, nè anguſto illud conclaui coërcitum, & aëre inuentilatum, tabeſcat. Naturæ igitur induſtriâ factum eſt, vt Pulmones adinuenti ſint, & hoc ſpirabile, ac vo- *Pulmonũ munus.* cale organum, veluti ventilabrum, ad aërem excipiendum, mouendumq; cordi obiectum. Ac, vt Pulmones accuratius hoc exequantur, Deus illis Lobos largitus eſt, nè eorum caro fatiſceret, & nè, vt *Lobi.* puſilli Cor vndequaque amplexari nõ poſſent. Porrò ex hoc thoracis trunco, Brachia quaſi rami, & Manus, tamquam frondes quædam *Brachia. Manus.* enaſcuntur, vt non modò ſint tam diuino corpori ornamento, verùm etiam emolumento maximo futuræ. Manus ſiquidem pulchritudine totum corpus exornatur, eiuſq; apprehendendi actione tuetur, & conſeruatur. Quâ de causâ Deus illi tot digitos indidit inæquales, vt varia queque & multiformia apprehendere, & maxima, atque minima continere poſſet. Ceterùm, in ſupremâ, ac cælo proximiori ſede, Deus Caput hominis, cerebri arcem, ac rationis re- *Caput.* giam conſtituit, vt hoc modo regina Anima, paſſionibus humiliori

loco conſtitutis dominaretur, & facilius illæ eius imperata capeſſe-
Caput cur rotundum. rent, & rationis clauo ducerentur. Orbiculari verò figurâ tornatum
eſt, tùm, quia parti hominis nobiliſſimæ, nobiliſſima figura, & om-
nium capaciſſima debebatur, vt vaſtā cerebri molem coërceret, tùm,
quia hæc, cum nihil habeat aſperitatis, nihil offenſionis, nihil inclu-
ſum angulis, quòd principium, & punctum aliquod diſſolutionis
oſtendat, validiſſima eſt, minuſq; nocumentis, ac ictibus expoſita;
tùm denique, quia tali figurâ præditum, in omnem partem, vt om-
Caput quare oſſeum. nia videat, ſeſe circumagere poteſt. Oſſibus autem circumcirca, qua-
ſi quibuſdam propugnaculis hęc Cerebri arx obuallata eſt, vt irruen-
Neruorū origo. tibus extrinſecus iniurijs minus foret obnoxia. Et quamuis Cerebri
ſubſtantia mollis ſit, & ex puriſſimâ ſpirituum portione fabricata;
tamen Natura diuini operis æmula, ex penitiori eius receſſu tumi-
das neruorum fibras ad hoc corpus, veluti funiculis connectendū de-
Senſus, motuſq; reſidentia. traxit, in eiſq; ſenſuum, motuſq; originem poſuit, cerebrumq; ſa-
pientiæ domicilium eſſe voluit. Ac, vt ea, quæ mens in cerebri pe-
netralibus concepit, & in arteriolarum plexibus labyrintheis pepe-
Lingua. rit, in hominum cœtum aliquando reducerentur, Linguam rerum
conceptarum nunciam, ſermoniſq; organum Deus optimus parens
in faucium atrio procreauit. Cuius vſus, etſi in multis homini cum
reliquis animantibus communis eſt, vt ſaporum ſcilicet differentias
dignoſcat, motuq; eſculenta, & poculenta in Oeſophagum trāſmit-
Linguæ præſtātia. tat; nihilominus tamen voces articulatas edere, cōceptus animi no-
ſtri exprimere, & voluntatis noſtræ ſenſa interpretari, ac alijs enun-
ciare, hoc ſolius hominis proprium eſſe, nemo prudens negabit. Eſt
Linguæ maleficia. itaque penè diuinus Linguę humanæ vſus; abuſus autem execra-
bilis, qui interdum ex hoc puſillo mēbro inſtar cuiuſdam fauillulæ
exortus, in immenſum creſcit, & ingentes ſæpè virorum cateruas
incendio abſumit. Quod nè inconſideratè in aliorum perniciem
Labia, Dentes. eueniret, ſapiens artifex Deus, Linguam labijs, dentibuſq;, quaſi
vallo quodam, & clathris clauſit, & tacito hoc Symbolo nobis indi-
Dei prouidentia. cauit, vt omnia quæ efferimus, prius per rationis acutam, pruden-
temq; limam, quam per incautam, laxamq; Linguam proferamus.
Naſus. Et verò tanta eſt Linguæ cum Naſo odoratus organo ſocietas, vt
hunc etiam voluerit Deus in editiſſimo loco, capitiſq; regiâ collo-
Vapor cuius natura. care, vt aſcendentem vaporem, qui natura igneus eſt, facilius per
interiorem narem exciperet; odorum omnium ſpecies cerebro offer-
Naſi vtilitas. ret; aërem ad ſpiritus animalis generationem duceret, mucoſam ce-
rebri eluuiem expurgaret, & faciei decorem, atque ornatum præbe-
ret. Neque ſolum Nares homini cum ad dignitatem, tum ad volu-
Aures. ptatem neceſſariæ ſunt, ſed Aures multò magis, Auditus organum,
ſinè quibus nihil aliorum oratio nobis prodeſſet, ex qua artes, ſcien-
tiaſq;

Digitized by Google

tiaſq; haurire ſolemus, nì ſermonem ipſum audiremus. Vndè ſapienter Ariſtoteles lib. 2. de Senſu, & Senſili, Auditum, diſciplinæ ſenſum nominauit. Quapropter ij, qui ab incunabulis ſurdi fuerunt, vt ſermonem numquam audiuerunt; ſic nec orationem vllam efformare potuerunt, & omnis diſciplinę ſemper incapaces exſtiterunt. Ex quo, vel vno, in quanto dignitatis gradu Auditus poſitus ſit, ſapienti cuique erit perſpicuum. Siquidem Auditu etiam mediante fidem percipimus, vt D. Paulus cap. 10. ad Romanos edocet, quæ nos ad cæleſtem vitam capeſſendam informat. Hæc autem Auditus officina tortuoſa eſt, & anfractui cochleæ perſimilis, vt illabentis, aut aquæ, aut aëris frigiditas, aut vehementis fragoris tinnitus flexuum varietate ſenſim miteſcat; rotunda, vt plus aëris cohibeat; anguſta, & viſcoſa, vt vel nullum noxium ingrediatur, vel, ſi quod irrepſerit, quaſi in viſco inhæreſcat. Quod reliquum eſt, intrà Auris foramen, quoddam membraneum ſeptum, quod Tympanum dicitur, apparet, tenue, vt ſonum, externumq; aërem facilè admittat; denſum, vt externis iniurijs fortius obſiſtat; ſiccum, vt melius perſonet. Hoc verò tribus oſſiculis innititur, quorum vnum incudis, alterum malleoli, tertium ſtapedæ figuram repræſentat. Intrà hanc denique membranam congenitus quidam aër, & vernaculus ſeruatur, verum Auditus inſtrumentum. Senſus porrò licet quinque ſint: inter hos tamen rectè ſentientium iudicio, Viſus principatum obtinet. Hic enim momento omnia circumſpicit, omnia etiam longiſſimis interuallis diſſita, attingit, totius mundi fabricam, ac ornatum intuetur, lucis pulchritudine, ac ſplendore recreatur, colorum varietatem diſcriminat, corporumq; omnium figuras aſſequitur, dumq; vnum contrariorũ percipit, à perfectâ alterius cognitione non impeditur; vnde ad intellectus naturam proximè accedit. Atque hinc meritò poſſumus dicere, hunc eſſe illum dumtaxat ſenſum, qui rerum cognitionem intellectui ſuppeditat. Præclarè Philo libro de Specialibus legibus: Defluxit, inquit, Philoſophia è cælo in hominum animos, ſed oculis ſequeſtris deducta eſt in hoſpitium. Nam hi primi conſpexerunt vias, quæ à cælo ad nos tendunt regias. In ſupremâ autem corporis parte conſtituti ſunt, vt tamquam exploratores in ſpeculâ eminùs omnia proſpectent, vt, aut profutura capiamus, aut nocitura fugiamus. At in antro quaſi quodam, veluti ſinuoſâ valle reconditi ſunt, & in orbita retruſi, vt, & tutiores eſſent, & minor ſpiritus fieret diſſipatio, & extrinſecus irruentibus iniurijs non ita forent expoſiti. Ideò genæ hinc protuberant, illinc naſus, quaſi murus oculis interiectus apparet, frons, & ſupercilia inſtar vallis prominent, & oſſibus vndequaque, ac palpebris, tamquam quibuſdam ſepimentis obuallantur. Oculi verò ſunt in globum conforma-

Ariſt. dictum.
Cur ſurdus ſit etiam mutus.
Paulus. Fides ex auditu.
Auris ædificium.
Tympanũ.
Auditus cubile.
Viſus excellentia.
Philonis ſententia.
Cur oculi in alto poſiti, & intro poſiti.
Gena. Frons. Supercilia. Palpebra. Oculi cur ſpharici.

ti,

Digitized by Google

ti, vt promptiori agilitate in hanc, & illam partem voluantur, & viſu omnia abſque motu locali apprehendant, & cælum, ad cuius imitationem ſunt effecti, aſſequantur. In eorum quoque actione ſpeciem quamdam præſeferunt libertatis, quod reliquis ſenſibus Natura

Oculorum libertas.

denegauit; cum aures, nareſq; perpetuò ſint patulæ; Oculi verò palpebras habeant, quibus ſe claudere, & ab intuitu, cum volunt ſemoueri poſſunt.

Cur duo oculi.

Et quia Oculorum vſus præſtantiſſimus eſt, duos ideò fabricauit auctor Naturæ Deus, vt vno obtuſo, alter incolumis permaneret.

Oculorum dignitas.

Eorum autem magnitudo etſi mirificè puſilla ſit: tamen ingentia mundi ſpectra, & eminentiſſima mõtium iuga, terrarum, aquarumq; ſpacia in ictu colluſtrat.

Oculi variegati ſolum in homine.

Verùm in homine ſolo variegati, & verſicolores ſunt oculi: in ceteris aũt animantũ ſpeciebꝰ perpetuò ſibi ſimiles exiſtunt. Totum verò Oculi corpus Muſculis ſex, Tunicis ſex, tribus humoribus, duobus neruis, venis, arterijſq; quamplurimis, adipeq; copioſo cõſtituitur.

Oculorum muſculi.

Et Muſculorum quidem quattuor ſunt recti, quorum primus ſurſum, alter deorſum, tertius ad læuam, quartus ad dexteram, oculum deducit; obliqui duo, quorum vnus quoque inferius, alter ſuperius obliquè oculum circumfert.

Oculorum Tunicæ.

Tunicarum porrò aliæ oculum capiti annectunt, aliæ ſplendore viſionem illuſtrant, aliæ ſpiritum fouent, & nonnullæ alimentum conueniens oculo ſuggerunt.

Adnata.

Et prima omnium eſt Adnata, quæ ab vltimis Pericranij oris exoritur, nec totum oculum tegit, ſed tantũ ad Iridem defertur. Huius ope Oculi vicinis partibus annectuntur, nè exorbitent, nè oſſium duritie lædantur, neve muſculi extra proprias ſedes aberrent.

Cornea.

Altera eſt Cornea, quod duritie cornu pertenue, & accuratè politum, ſplendidumq; referat, & hæc à craſsâ cerebri membranâ Optici medullam ambiente deſcendit, totumq; oculum circumdat. Corneæ interuentu cryſtallino humori propugnaculum exſtruitur, vt frigoris, aut æſtus appulſu, innocuus reddatur, vtq; tenuiores tunicas, humoreſq; omnes complectatur.

Vuea.

Tertia Vuea dicitur, quòd vuæ acinum, à quo pedunculus auulſus eſt, figurâ, colore, tenuitate, & læuitate externâ oſtendat. Proficiſcitur hæc à tenui membrana Neruum Opticum inueſtiente, cuius centrum perforatum eſt, & Oculi, Animiq; feneſtra dici poteſt. Alligatur autem poſteriore parte Optico Reticulari fibroſis nexibus, & Corneæ ad Iridem vſque adhæret, ſed anteriori parte libera eſt, & ſpirituum affluxu dilatatur, & ſola hæc inter oculi tunicas varijs, diuerſiſq; coloribus illuſtratur.

Vuea colores.

Siquidem anterior pars, quæ cryſtallinum reſpicit, fuſca; exterior, quæ Iridem efformat, nunc cærulea, nunc cæſia, & nunc nigra, pro cerebri, & oculorum diuersâ temperie conſpicitur: poſterior autem intus ſubalba, viridis, & cærulea, foriſq; nigra apparet. Vuea porrò cryſtallinum defendere ſolet, nè

Cor-

Digitized by Google

Corneæ duritie lædatur, ac Reticulari, Corneæq;, quæ venis ca-
rent, alimentum afferre, & ſuo colore diſſipatos ſpiritus colligere.
Quarta ab Aranearum telis nomen accepit, ambitq; cryſtallinum *Aranea.*
pellucida, nè ſuâ denſitate viſioni obeſſet. Quinta cum Retis ſimi-
litudinem referat, Reticularis nominatur, & à Nerui Optici ſubſtan *Reticularis.*
tiâ enaſcitur, ſpiritusq; viſiles per vniuerſum oculum diffundit, il-
lorumq; ſpectra ad cerebrum, veluti iudicem, deportat. Vltima *Vitrea.*
tamdem Vitrea ideo vocatur, quod hunc humorem omni ex parte
amplectatur. Humorum verò alius eſt Aqueus, & in anteriori par- *Humor A-*
te ſitus, vt cryſtallino ſit agger, nè is circumdantium membranarum *queus.*
duritie offendatur, & nè a perpetuo motu exſiccetur, & Corneus
in Cryſtallinum corrugetur; alius Cryſtallinus ab ipſius ſimilitudine *Cryſtallinus*
dictus, coloris alieni expers. Et licet figuræ ſit quodammodo rotun-
dæ: non eſt tñ planè globoſæ, ne hinc, atque illinc flueret. Huius ſedes *Cryſtallini*
in centro quaſi oculi exiſtit, & anteriori parte albugineo, poſteriori *ſedes.*
vitreo veluti adhereſcit, & vtrinque mediâ ciliorum tunicâ conne-
ctitur, ſolusq; à coloribus alteratur. Tertius denique à vitro fuſo *Vitreus.*
appellatur, cuius munus eſt cryſtallinum à membranarum duritie
tueri, eiq; alimentum ſubminiſtrare, viſilesq; ſpiritus ad glacia-
lis illuſtrationem cohibere. Quod reliquum eſt, Nerui oculorum *Neruus*
duo inueniuntur, Opticus, qui ab inferiori cerebri parte exortus, & *Opticus.*
obliquè protenſus, per caluariæ foramen inſeritur, totusq; in tres tu-
nicas diffunditur; alter, qui ab eâdem ferè cerebri parte emerſus per
oculi muſculos tenuiſſimas fibras aſſuit. Verùm oculorum Venæ à *Vena oculo-*
iugularibus internis per tunicas ſparſis, arteriæ à carotidibus deriuan *rum.*
tur, quas vndique copioſus Adeps, nè in continuis motibus oculus *Adeps.*
exæſtuet, oblinit. Vltimò in oculorum angulis exiguæ adſunt Glan *Glandulæ.*
dulæ, quaſi quædam lachrymarum origines. Hæc quidem omnia in
capite, veluti variarum, pretioſarumq; opum arcâ aſſeruantur, quæ
licet tam diligenti curâ facta, tanto ſtudio elaborata, tam diuino ar-
tificio cõpoſita, clariſſimè humanæ naturæ oſtendant maieſtatem, &
vbique illius diuinitatis quodãmodo radios emitiãt, & inter reliquas
animantes oẽs principatũ obtinere demonſtrent: nihilominùs tñ cũ
hiſce oĩbꝰ, ſi in hac corporis arce Cerebrũ nõ adeſſet, ab Aĩa Rationa-
li informatum, hæc cuncta non plus ferè, ac reliquarum belluarum in
pretio exſtarent. Cerebri enim ſolius gratiâ Caput conſtructum eſt, *Cur Caput*
quod Opifex Deus voluit eſſe nõ modo ſenſuum ſedem, & motuum *factum.*
artificem, neruorum, muſculorumq; architectum, ſed inſuper Ra- *Origo, ſen-*
tionis palatium, quâ Deo genus humanum redditur ſimillimum. *ſus, motus,*
Hoc autem ternas in partes diſcriminatur, in Anteriorem, Mediam, *neruorum.*
& Poſteriorem, quæ Cerebellum nominatur, & vtrumque à craſ- *Cerebri par-*
ſioris membranæ duplici ordine à parte ſuperiori diſtinguitur. Por *tes.*
ro Ce-

Cur cerebro inuolucra. ro Cerebri ſuperficies ſubcineritia potius, quàm candida apparet, oſtenditq; illud eſſe tot intrà mæandris intortum, tot anfractibus inuolutum, vt dubitãdi locus non ſit relictus, hos gyros ad Ingeniorum Triplices differentias conſtituendas eſſe formatos. *Ductuum munia.* Ductus verò qui in Cerebro apparent, alij ad ſpirituum animalium præparationem accommodati; alij ad eorumdem inſpirationem, & exſpirationem inuenti; alij ad odores ſuſcipiendos exſtructi; alij demum ad mucoſam eluuiem expurgandam fabricati videntur. *Excellentia humani corporis.* O igitur admirabile, ac diuinum diuinæ ſapientiæ monumentum. O ædificium ſuper reliqua omnia, & artificij excellentiâ, & nobilitatis ſplendore, & maieſtate pulchritudinis præſtantiſſimum. O diuinam hominis ſtructuram, in quâ Deus ſapientiſſimus artifex, omnes diuinitatis ſuæ radios vberrimè collocauit. Quid enim, aut dici, aut fingi poteſt, quod vt hominis vocabulo, ſic hominis amplexu non comprehendatur? Percurramus, ſi lubet, cogitatione ſingula, quæ diuinum Numen procreauit, & reperiemus omnia in homine eſſe conſtituta. *Microcoſmus.* Siquidem ille cum Plantis vegetat, cum Brutis ſentit, cum Angelis intelligit, & cum Deo, cuius viuam imaginem repræſentat, ratiocinatur. *Amphictionum ſententia.* Quamobrem ſapienter Amphictiones, templi Delphici foribus ſententiam illam verè auream inſcripſerunt, vt vnuſquiſque Animæ ſuæ excellentem Naturam, eximiamq; dignitatem probè cognoſceret. Ex huius enim cognitione clariſſimè intelligitur hominis nobilitas maximè, quâ animantibus reliquis omnibus longiſſimè antecurrit. *Plotini elogium de homine.* Vnde ſapienter Plotinus lib. 2. Enneade 3. cap. 9. ex Ficini verſione poſteritati hoc de homine elogium reliquit. *Marſilius Ficinus.* Homo profectò, ait, tàm pulchrum opificium eſt, quàm pulchrum eſſe poteſt, atque ita in Mundo conſtitutus eſt, vt ſortem habeat potiorem, quàm cetera, quæ in terrâ ſunt animalia. Et licet hoc verum eſſe palàm indicent tot pulchra hominis membra, tàm eleganter, tàm concinnè, tàm affabrè efformata, tot partium prudens diſcretio, tot organorum opulentia, & contextus, tot denique inſtrumenta ad quæque obeunda accommodata: nihilominus tamen hæc omnia penitus vileſcerent, & in ſordibus, ac ſquallore penè iacerent, niſi ab humano animo rationis, conſilijq; participe, informarentur. *Animi Vis.* Nam hic ratione, quam ſummam arcem obtinere voluit, totum corpus virtutibus, veluti quibuſdam luminibus illuſtrat, ſurgenteſq; paſſionum motus compeſcit, & ad certam normam dirigit; hic omnes humanæ vitæ actiones moderatur; hic nos ab hiſce fluxis, & caducis, ad ſempiterna, & diuina omni ſtudio, & contentione quærenda accerſit: hic demum ſingularibus Intellectus muneribus, ſe ſupra ſe conuertendo ad ſubſtantias illas ab omni materiâ abſolutas, & vſque ad ipſam diuinam naturam contemplandam euehitur, quod nulli alteri animalium à

Deo

Digitized by Google

Deo conceſſum, ac tributum eſt. Quâ de causâ fortaſsè Triſmegiſtus in Aſclepio Animum noſtrum Horizontem Aeternitatis, ac Temporis vocare non dubitauit, cum ſua ſublimi Naturâ, ac ratiocinio, quaſi cęleſtibus terreſtria, humana diuinis, fluxis æterna copulet, & pręclarus quidam intelligibilis, ac corporeæ naturæ nexus, ac concentus exiſtat. Quem, cum Dinorchus, Empedocles, & Ariſtoxenus, Ariſtotelis auditor conſideraret, Animam noſtram Harmoniam eſſe perperā dictitauit, eò quòd animus noſter donec corporis haſce compages inanimat, ex his admirabilem quamdam veluti harmoniam, atque ſymmetriam elicere videatur. Corpus ſiquidem noſtrum, cum tornatile ſit, menſurâ proportionatiſſimâ, & proportione conſonantiſſima fabricatum eſt. Totius enim corporis ad truncum eſt proportio ſeſquialtera, à tronco, & thorace, ad crura, & plantas, ſeſquitertia; à pectore, & collo, ad aluum, finemq. trunci, dupla; à latitudine iliorum, ad coxæ latitudinem, ſeſquialtera, ex quibus clariſſimè, Tonus, Diateſſeron, Diapente, & Diapaſon reſultant. Certè Plato etiam in Timæo Animam noſtram Numerum appellauit, eo quòd omnium rerum quaſi numeros, ſpecie ſq. in ſe vnâ coërceat, earumq. imagines contineat. Idem quoque eam circulum nominauit; quia, vt circulus à puncto ad punctum in ſe reuoluitur; ſic anima humana dum ratiocinatur, ab vnâ cognitione in aliam progreditur, & tàm diù per multas cognitionis ambages, cauſam, ſubiectum, paſſiones, proprietatem, & alia diſcurrit, donec tandem conſequens ex antecedente ſequi dijudicet, & denuò ad illum terminum, à quo diſceſſit, reuertatur, & hoc pacto circuli rationem imitetur. Pari fortaſſis ratione Galenus lib. 3. de locis affectis, cap. 6. Animam noſtram primarum qualitatum temperiem vocauit, eo quòd illa tàm diù in hoc corporis ergaſtulo conſiſtere poteſt, quamdiù illæ in quadam temperiei conſonantiâ, ac moderatione perdurant; cum illis, vel perturbatis, vel corruptis, neceſſe ſit animo noſtro immortali, hæc mortalia membra deſerere, ac alio migrare. Atque hinc, cum animus noſter ſit tot, tantiſq. veluti gemmis micantibus inſignitus, immortalitatis beneficio, excellenti naturæ præſtantiâ, alijſq. ſplendoribus conſpicuus, ita cum Origenes, teſte D. Thomâ parte 1. quęſt. 75. art. 7. Scoto par. 2. diſt. 1. quæſt. 6. & alijs, falsò extulit, vt Angelis naturæ ſpecificę perfectione æqualem eſſe aſſeueraret: immò Franciſcus Georgius Minorita, in ſuâ Mundi Harmoniâ, Cantico 3. tono 3. cap. 2. ita quoque animas humanas euexit, vt ridiculè aſtrueret illas eſſentiali nobilitate, & eminentiâ Angelis præire vniuerſis. Verum inter reliquos, eum etiam Philo Iudæorum diſertiſſimus, libro quod deterius potiori inſidietur, & Plutarchus in quæſtionibus Platonicis,

Triſmegiſtus.
Animus Horizon æternitatis, & temporis.
Dinorchus, Empedocles & Ariſtoxenus.
Animus harmonia.
Humani corporis harmonia.
Plato.
Anima numerus.
Anima circulus.
Galenus explicatur.
Origenis opinio de anima.
Thomas.
Scotus.
Franciſci Georgij ſententia de anima.
Philonis, & Plutarchi iudicium de anima.

animi noſtri ſublimem naturam, atque dignitatem penſitarent, impiè diuini Numinis particulam eſſe affirmarunt. Quod tametſi falſiſſimum ſit, hominis animam ex Dei ſubſtantiâ eſſe progenitam: *Vera de Animis ſententia.* veriſſimum nihilominus eſt, illam, vt planè nobilem; ſic ſpiritualem quoque ſubſtantiam per ſe ſubſiſtentem, non ab vllo Angelo, ſed à Deo ipſo, conceptis iam, & ad humanam effigiem diſpoſitis corporibus ſingillatim creari, illorumq. veram formam exſtare, & omnis mortalitatis inexpertem eſſe. Quæ non modo intellexerunt illi quibus cæleſtis diſciplinæ lumen diuinitùs effulſit; verum etiam illi comprehenderunt, qui in cæcis errorum nubibus, & infidelitatis obſcuris noctibus verſabantur. *Tullius. Eugubinus.* Nam Tullius lib. 1. Tuſculanarum quæſt. & Eugubinus lib. 9. de Perenni Philoſophiâ teſtantur Pherecidem, eiusq. auditorem Pythagoram primos fuiſſe, qui animorum noſtrorum immortalitatem, non ſolum ſenſerint, ſed etiam ſuis ſcriptis *Primi qui Animæ immortalitatē cognouerint.* ſanxerint. Hos poſtea magna Philoſophorum corona ſequuta eſt, quæ profectò dignam exiſtimabat diſceptationem in quâ hominum ingenia deſudarent, eaq. in Academiâ, in Lycæo, in Porticu, ac Gymnaſijs doceretur. In quorum numero huius veritatis proceres extiterunt Triſmegiſtus, Plato, Ariſtoteles, Zoroaſtes, Thales Mileſius, Diogenes, Anaxagoras, Plotinus, Thucydides, Proclus, Aratus, Theophraſtus, Porphyrius, Numenius, Cicero, & alij quamplurimi, qui de animis noſtris, quamuis variè ſcripſerint: omnes illos tñ ab interitu vindicarunt. *Cōfirmatio.* Equidem, cum humana cognitio ad obiecta etiam ſpiritualia, & à materiæ conditionibus abiuncta ferri ſoleat, ſequitur profecto talem cognoſcendi actum, & ſpiritualem eſſe, & à ſpirituali ſubſtantiâ proficiſci, vt ſapienter quoque *Dionyſius.* D. Dionyſius cap. 11. de Cæleſti Hierarchiâ annotauit. Nam ſi è materiæ gremio *Anima humana non egreditur è materia.* effluxeret, haud certè eſſet tàm ſubtilis, vt intimas, reconditasq. rerum medullas peruadere; haud tàm ſagax, vt omnia etiam à mortalium oculis diſſita, inueſtigare; haud tàm potens, vt quæ nec elapſis temporibus fuere, nec præſentibus exiſtunt, nec etiam futuris eſſe poſſunt, componere, & effingere poſſet, eaq. meditaretur, quę à ſenſuum vſu, & commercio ſunt remotiſſima, & cum commentata fuerit, admirabili ratiocinio perfectè cognoſceret, an rem ingenij acumine attigerit, vel etiam à ſcopo aberrauerit. *Animæ humanæ appetitus.* Ecquid dicemus de illo tàm vehementi appetitu nobis humanitus innato ad perennandum; quid de illo vernaculo deſiderio ad perpetuam famam conſequendam; quid de illâ naturali propenſione ad immortalitatem obtinendam? *Deus nil fruſtrà facit.* Profectò, ſi anima noſtra immortalis non eſſet, incaſſum ei Deus Naturæ parens immortalitatis igniculos indidiſſet. Hoc porro ex eo quoque colligi poteſt, quòd licet ingentibus opum aceruis ſplendeamus, fideliſſimorum amicorum conſortio, ac tutamine ſtipemur, chariſſimo-

riſſimorum affinium beneuolentiâ, ac auxilio recreemur, dulciſſimorum liberorum, ac coniugum aſpectu fruamur, & denique omnis generis honoribus, delicijs, & diuitijs affluamus: hæc omnia tamen ſimul congeſta, neutiquam nos ſatiare queunt, quin ad maiora ſemper mens anhelet, & illa exoptet, certiſſimus index non eſſe hæc fluxa, & caduca animæ noſtrę bona, ſed alia diuina, & ſempiterna omni conatu, & viribus quærenda, vt ijs in æternum perfruamur. Quapropter homines certè ſolent naturali quodam inſtinctu virtutum ornamenta ſectari, vt illis ducibus immortalitatis ſemitam ingrediantur, illisq. quaſi quibuſdam alis ſubuecti ad illam capeſſendam eleuentur, clariſſima animæ noſtræ immortalitatis argumenta. Nihil hic dicimus, quid Sacroſancta fides noſtra decernat; tacemus quid Sancti Patres ſtatuant; omittimus quid vniuerſalia Concilia ſanciant; prætermus vtriuſque teſtamenti, vatumq. oracula; ſilemus tot demortuorum apparitiones, quæ omnia voce, nutu, ſupercilio, animas hominum immortales eſſe conteſtantur, illasq. etiam à corpore ſeparatas cognitionum actus exercere, & diſcurrere fatentur, cum numquam, ſiue in hiſce corporum ergaſtulis, ſiue extra illa conſtitutæ, rationales, & ſui, aliarumq. rerum motrices eſſe deſinant. Hinc igitur faceſſant impij, abſcedat lutulentus Epicureorum grex, Atheo nulla ſtatio, niſi in Barathri cruciatibus relinquatur.

Anima nullis rebus terrenis ſatiatur.

Anima ſeparata diſcurrit, mouetur.

Inuectiua in Atheos.

Verum enim verò, ex ijs, quæ hucuſque diſſeruimus, quanta ſit animi, corporisq. noſtri eminens naturæ præſtantia, atque dignitas, vnicuique facile perſpicuum eſſe, poſſumus arbitrari. Et quidem, quod ad horum excellentiam attinet, nonne videmus in excelsâ huius corporis regione animalia organa contineri, Cerebrum, ſcilicet, imaginatricis, intellectus, memoriæ, omniſq. ſenſus domicilium; nonne in mediâ cor, pulmonem, arterias, vitaleſq. partes reſpirationi dicatas conſpicimus; nonne in infimâ ancillas coctioni, expurgationi, & procreationi deſtinatas intuemur? Meritò itaque ſuprema animalis nuncupatur, quæ, cum Rationis arx facta ſit, Natura eã voluit quibuſdam oſſibus, quaſi contra externa pericula, aggeribus munire; altera ſpiritalis dicitur, & partim oſſea, partim quoque carnea effecta eſt, cum ad cordis robur, & ſepimentum, tum ad faciliorem Syſtoles, ac Diaſtoles motum temperãdum; tertia naturalis vocatur, atque hæc anteriori parte tota carnea exiſtit, vt ſi opus ſit, contrahi, & ob alimenti coctionem, fetusq. geſtationem, diſtendi quoque poſſit. Quòd autem animalem regionem Deus in ſublimiori loco collocauerit, ſummâ prouidentiâ euenit, vt ſcilicet anima noſtra tanquam regina quædam ex alto ſolio oracula funderet, & ſenſibus, paſſionibusq. dominaretur. Hinc Oculi, eius exiſtunt exploratores; hinc Aures ſonum aſcendentem percipiunt; hinc Olfactus fumantem re-

Epilogus partiũ Humani corporis.

Cur Animalis regio in alto ſit.

Digitized by Google

rum vaporem excipit; hinc guſtus denique ſapores, qui ad palatum faciunt, deorſum demittit. Sapientiſſimè verò Deus huius tanti opificij artifex principes haſcè facultates ab alimenti officinis abſtraxit, nè tetris nidoribus,crebriſq. halitibus,quibus illæ ſcatent,ob nimiam vicinitatẽ,inficerentur; ſapientiſſimè ſpiritalem regionem voluit medium locum occupare,vt ſupremam,ac imam vitali, ac munifico ſuo calore deuincire,recreare,& alere poſſet; & ſapientiſſimè Naturalẽ, veluti reliquarum culinam ad imum relegauit, quòd alimenti excrementa ob pondus,& commodius in infimâ ſede reſideant, & faciliùs etiã extrudãtur. Ecquis ergò eſt adeò in Cymmerijs etiã nubibus cõſtitutus,qui in harum regionum diſpoſitione,non admirabilem ſummi Opificis prudentiam, & ſapientiam ſuſpiciat? Quis ex huius cognitione in Dei cognitionem non aſcendet? Quis diuinam propemodùm huius Parui Mundi fabricam non admiretur? Certè, ſi Phidiæ Mineruam; Apellis Venerem; Polycleti Normam mirata eſt antiquitas,quantò magis horum omnium Archetypum contemplabimur,& tanti Opificij auctorem, & Architectum cùm Regio Vate venerabimur? Celebrabo te Domine, quia mirabiliter formaſti me. Mirabiliter profectò, cùm Oſſa, quæ hanc noſtram corporis domum ſuſtinent,ſaxa imitentur; Caro,rubram tellurẽ; Venæ ſanguinis per corpus manantis, Aquarum riuulos; Pili per corpus diffuſi, herbas, arbuſtorumq. gemmas. Quòd ſi quis etiam penitiùs ſcrutari voluerit,fodinas inueniet è quibus metalla, & lapides eruuntur,non quidẽ ad exſtruendam,ſed potiùs deſtruendam domum, cuius generis ſunt calculi, & arenulæ, qui foſſilium, mineraliumq. ſpeciem oſtentant. Meteorologica quoque nobis inſunt, Fulgura,& Coruſcationes in oculis; in Ventre crepitus, ibiq. ingruens flatuum vis, Terræmotus; in Auribus ſibila,& tinnitus,Ventorum flabra;in faucium ſpacia laryngem, & thoracem decidens deſtillatio,Pluuię, Imbreſq. in Oeſophago coacta,rotundaq. ſputa,Grandines; in oculis demùm lachrymæ,Roris ſimulachra. Ac pari ratione, cùm in homine quattuor humores exiſtant,Pituita frigida,& humida, Aquæ; Melancholicus ſuccus,frigidus, & ſiccus, Terræ aſſimilabitur; Sanguis frigidus, & humidus, Aeri; Bilis calida, & ſicca, Igni denique cõparabitur. Ceterũ Caput hominis, cùm ſphæricum ſit,cęleſtem globum exprimere videbitur, & ipſius capilli nocturnas ſiderum acies, atque radios; oculi Solem, Lunamq. aures vtrumque Polum; Naſus Viam Lacteam; Os denique Chaſma inſinuabit. Quamobrem homo ſapienter à veteribus Microcoſmus dictus eſt, quaſi totius maioris Mundi compendium. Vnde Macrobius cum Paruum Mundum nominauit, & Magnum Mundum, ingentem eſſe hominem aſſeruit. Quã in re appoſitè D.Gregorius libro de hominis Opificio ſcribit, hominem idcircò à Deo

Cur ſpiritalis ĩ medio.

Cur Naturalis ĩ imo.

Ex hominis cognitione ĩ Dei cognitionẽ aſcenditur.

Phidias. Apelles. Polycletus.

Homo in ſe habet rerũ vniuerſitatem.

Homo Mũdi compendium.

Macrobij dictũ de homine. D. Gregorius.

à Deo poſt reliqua factum eſſe, vt Deus in ipſo exprimeret ſub breui compendio quidquid diffuſè anteà fecerat: Nã omnia illa, quæ Deus in tàm ſpacioſâ machinâ diſtribuit, ea ipſa in homine conglobauit, vt etiam Chryſippus prodidit. Omnes itaque Mundi partes, ait conſtitutæ ſunt, vt neque ad vſum meliores fieri potuerint, neque ad ſpecies pulchriores. Sic, & indiuidua in ſuarum ſpecierum latitudine diſtributa ſunt quadam inæquali æqualitate, & conſonanti varietate, maximè humanâ, quorum quodlibet, & omnia ſimul mundani corporis imaginem gerunt. Atque hinc Ariſtoteles hominem poteſtate eſſe omnia affirmauit, & Fauorinus nihil in terris eſſe magnum præter hominem prodidit, eumq. Pythagoras rerum omnium Menſurã appellauit, & Mercurius Triſmegiſtus hominem, miraculum magnum, animal venerãdum, Deũ mortalem nominauit. Quarè Zoroaſter poſtquàm diù hominem contemplatus fuit, tandèm exclamaſſe dicitur: O Homo audacis Naturæ miraculum! Præclarè princeps Oratorum lib. 1. de Legibus, hoc de homine ſcriptum reliquit. Hoc animal, inquit, prouidum, ſagax, multiplex, memor, plenum rationis, & conſilij, quod vocamus hominem, præclarâ quadam conditione à ſupremo Deo eſſe generatum. Quam fortè inter tot, tamq. ſublimes quibus homo decoratur, Silius Italicus lib. 13. Belli Ciuilis intellexit, quandò illum erectum à Deo eſſe conditum, vt cęlorum ſplendorem, & aſtrorum intueri poſſit, & erecto quoque animo illorum moderatorem inueſtigare, cantauit.

Cur homo vltimo loco factus ſit. *Chryſippus.* *Ariſtotelis dictũ de homine, Fauorini, Pythagora, & Triſmegiſti.* *Zoroaſter de homine.* *Tullij encomium de homine.* *Silius Italicus.* *Cur homo factus ſit erectus.*

Nonnè vides Hominum, vt celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora,
Cùm pecudum, volucrumq. genus, formaſq. ferarum
Segnem, atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum?

Et verò, cùm Speculator illum ſpecularetur in tit. de Cit. §. 5. Hominem animal venerandum vocauit. Atque Triſmegiſtus illum ad Dei ſimilitudinem factum eſſe, vnà cùm c. Hæc imago, 33. q. 5. & in l. ſi quis metallum, C. de pœn. teſtatur. Vndè Gloſſa in l. cognitionum, ff. de var. & extr. cognit. Angelicam naturam homini inſeruire affirmat, idq. etiàm Albertus de Candino in Tract. maleſ. in tit. quomodò cogn. de maleſ. quandò crimen eſt notorium fatetur. Picus porrò Mirandulanus, non modò Italiæ, ſed totius Europæ decus, in quadam oratione ad coetum Romanorum habitâ, refert ſe in Arabum monumentis legiſſe, Abdalam Saracenum quemdam interrogatum fuiſſe quid in hac mundi ſcenâ admirandum ſpectaret, & reſpondiſſe ſe nihil homine admirabilius videre. Sanè Ariſtoteles lib. 2. de Ani-

Speculator. *Quid ſit homo.* *Triſmegiſtus.* *Homo eſt Dei ſimilitudo.* *Angelus inſeruit homini.* *Albertus de Candino.* *Picus Mirãdulanus.* *Abdalas Saracenus.* *Ariſtoteles.* *Homo nobiliſſimus.* *Plinius.*

Homo cunctis imperat.
Apuleius.
Homo præſtãtiſſimus.
Dauid.
Homo rerũ creaturarum princeps.
Mercurius.
Hominis poteſtas, et præſtantia.
Homo à quibus alatur.

Animalibus, hominem nobiliſſimum nuncupauit. Et Plinius lib.7. Naturalis Hiſtoriæ, cap.1. dixit eſſe animal cunctis imperans, & excellens. Ac Lucius Apuleius libro de Deo Socratis, præſtantiſſimum animal eſſe hominem diſſeruit. Quocircà meritò ex Pſalmo 8. canit Eccleſia. Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Quod, cùm Mercurius conſideraret, hæc Tatio filio exarauit. Illud animaduertas fili mi, quod vnumquodque genus viuentium propriam Mundi prouinciam inhabitat. Humida quidem aquam, terreſtria terram, aërem volatilia; homo autem his omnibus vtitur, terrâ, aquâ, aëre, igne, & quibuslibet in eis contentis. Cælum inſuper ſuſpicit, ſenſuq. illud attingit, ſed ipſum Deum mente, & intellectu. Et quia cùm omnibus proportionem, & ſymbolum habet, ideò omnia intelligit, & ab omnibus ſymbolicâ vi trahit vndè alatur, & creſcat. Bifaria autem ſumit incrementa, à Deo quidèm Opifice, & genitore, tamquàm à patre omnia præbente nutrimenta, alitur à rebus autèm cæteris tamquàm pabulo à patre præparato in eius ſubſidium, & nutrimentum. Hæc ille.

Ariſtoteles.
Cur Plãta, & animalia.
Propter hominem cæleſtia creata.
Cur Deus mundum fabricarit.
Homo mundi finis.
Homo rerũ omniũ ſcientias cõtinet.
Algazel.
Homo rerũ oĩum apex.
Galenus.
Homo animalium ſapientiſſimus.
Homine nil admirabilius.

Neque verò à Mercurio, Ariſtoteles lib.1. Politicorum diſcrepare videtur. Exiſtimandum eſt, inquit, vt plantæ animalium cauſâ ſint, ipſa autem animalia, hominis gratiâ. Ac, vt ſublunaria Deus propter hominem effecit; ſic credendum omninò cæleſtia quoque propter eumdem condidiſſe. Hoc enim animal eſt, cuius gratiâ Deus hanc totam aſpectabilem mundi machinam procreauit, & ſingulari beneficio ſubiecit, fecitq. vt iure inſitæ nobilitatis, & excellentis figuræ prærogatiuâ, totam corpoream naturam ad ſe conuerteret, illiuſq. finis vniuerſalis extaret. Hoc animal eſt, cui Deus omnium bonarum artium auctor, inter alia Naturę, & Gratiæ dona, non humanarum modò, naturaliumq. rerum, ſed diuinarum quoque cognitionem inſtillauit, animumq. illius rerum omnium imaginibus, ſcientiarumq. luminibus ad omnem pulchritudinis ſplendorem, & varietatem perpoliuit. Hoc animal eſt Algazeli, ad cuius compoſitionem veniens Natura, ceſſauit, tamquàm nihil honoratius componendum præ manibus haberet. In ipſo ſiquidèm concluſa eſt, Galeno teſte, omnis ſapientia. Quamobrem homine nihil præſtantius, nihil perfectius, nihil admirabilius à Deo conditum eſt, ſiuè Animum ipſius quis contempletur, & Ingenium; ſiuè figuram ſpectet; ſiuè temperiem conſideret; ſiuè partium ſymmetriam quis metiatur, vt verè poſſimus cùm Iobo exclamare, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Sapienter ergò hominem, Microcoſmum veteres appellârunt, cùm in ſe ea omnia contineat,

Digitized by Google

tinet, quæ hic Mundus vniuerſus ampliſſimo ſuo ſinu cohibet, & coërcet. Quarè deſinant maledictis Naturam laceſſere, eamq. nouercam non hominis matrem appellare, quòd illum nudum, inermem, & non balbutientem modò, ſed etiàm vagientem, ac rebus omnibus deſtitutum ex aluo excludat; deſinant illam impetere, cùm Deus hominem tribus excellentiſſimis præſidijs armauerit, Manu ſcilicet, Sermone, ac Ratione, quæ ceteris animantibus denegauit. Etenim Manus rectè profectò inſtrumentorum omnium Inſtrumentum dici poteſt, cùm ipſa cuncta inſtrumenta, quibus hominum genus viuit, fabricet; arma multiplicis generis cudat; immania Nauigiorum corpora excitet; bellum cieat; ſementa recondat; hominem velleribus, ſericoq. vario veſtiat; arces ad aliorum iniuriam arcendam exſtruat; feras capiat; brutas animantes perdomet; atria depingat; leges deſcribat; aras Deo erigat, & denique ea omnia obeat ſola, quæ nullatenus belluę omnes in vnum collectæ neque aduncis vnguibus, latiſq. vngulis; neque exertis, acutiſq. dentibus; neque validis, limatiſq. roſtris; neque oblongis, duriſq. cornibus; neque demùm toto corpore perpetrare poſſent. Hominis autem Sermo tàm res præclara, tàm nobilis, tàm neceſſaria eſt, vt ſine ipſo etiàm elingues eſſe poſſemus. Videmus enim brutas animantes raucos dumtaxat quoſdam ſonos edere, nullaſq. ſyllabas articulatim effingere poſſe: at quàm illuſtre eſt hominem animi ſui ſenſa alteri indicare, & illa vario idiomate efferre poſſe; cùm amicis iucundè colloquia miſcere; cùm principibus viris negotia pertractare, & cùm ipſo Deo etiàm ſermocinari, & inſuper, vt tibicines digitorum, ac ſpiritus operâ in fiſtulis; ſic nos diuerſis modulis, vocumq. inflexionibus eum laudibus proſequi. Quod reliquum eſt, nemo non videt munificentiſſimè Deum cùm homine egiſſe, quandò illum Ratione inter omnes animantes ſublimauit, & per conſequens totam Naturam creatam ei quaſi tributariam fecit, & in hoc vno Rationis dono, vberrimam rerum omnium naturalium, diuinarumq. copiam incluſit, ac diuinis muneribus exornauit, omniumq. animalium ceterorum imperatorem elegit, illiq. eadem, ſiuè ad telluris culturam; ſiuè ad ducenda onera; ſiuè ad ſympoſia pręparanda, ſubiecit. Quocircà nemini mirum videri debet, ſi ſolus homo inter animantes omnes nudus, & inermis è matris gremio prodeat, nulla tunc obtineat ad ſui conſeruationē indumenta, nulla ad ſui defenſionem præſidia, nulla ad arcendas iniurias arma capeſſat. Siquidem, cum Deus illum diuinis Mentis luminibus illuſtrauerit, Ingenio acri, vario, & ſagaci donauerit, Linguâ animi interprete decorauerit, Manuq. communi inſtrumento, ac principe

Homo mundi arcula.

Hominis no uerca nō eſt natura.

Tria hominis præſidia.

Manus opera.

Arcis et homon.

Sermonis præſtantia.

Rationis excellentia.

Omnia animalia ſubſunt homini.

Cur homo nudus in lucē prodeat.

Digitized by Google

Plato. Ariſtoteles. Anaxagor. Seneca. Lactantius. Galenus.

ornauerit, facilè quæcumque Ingenium ad benè viuendum excogitauerat, ſibi ea manu conficere poterat, & pro libitu modo hoc, modo illud deponere, & denuò aſſumere, vel certè noua ſibi parare, & non continuo omnibus ætatibus, anniq. temporibus iiſdem tegumentis tectus, iiſdemq. armis cinctus incedere. Quòd ſi illum etiam Natura, vt reliquas belluas pellibus contexiſſet, profectò humani corporis dignitatem, & pulchritudinem, aut teſtis, aut ſquammis, aut vilis, aut plumis operiendo, Natura ipſa abſtuliſſet, vt probè Plato in Protagorâ, Ariſtoteles lib. 4. de Part. animal. cap. 10. Anaxagoras apud Plutarchum libello de Fortunâ, Seneca lib. 2. de Officijs, cap. 29. Lactantius libro de Opificio Dei, cap. 2. & Galenus lib. 1. de Vſu partium, annotârunt. Verum, non ob id tantum Deus homini Rationem, Linguam, Manumq. tribuit, vt illis ad vitam, vel tuendam, vel perennandam ſubſidia compararet, ſed multo magis, vt animum à diuino Numine procreatum, præſtanti rerum notitiâ, & ſciendi cupiditate excoleret, atque ita ad Deum, cuius adumbratam gerit effigiem, propius accederet.

Cur Auctor hoc Opus cō poſuerit.

Quæ omnia, cum ipſe mecum tacitè reuoluerem, & diuinam propè corporis, ac animi noſtri præſtantiam conſiderarem, & tantam, tamq. variam, ac admirabilem in hac vnâ humanâ ſpecie Ingeniorum varietatem numerarem, atque ab illâ varias quoque multiplicesq. artes profectas recenſerem, illo naturali, omnibus hominibus à Deo Naturæ architecto indito ſciendi igniculo inflammatus, incepi meditari vnde hæc concors Ingeniorum diſcordia, vnde hæc ſtabilis varietas, vnde hæc ſcientiarum multiformia fluenta emanarent, & meditando, litteris hanc INGENIORVM, & SCIENTIARVM ANATOMIAM conſignare.

Operis nuncupatio.

Cui vero inter omnes orbis Chriſtiani Principes meas haſce qualeſcumque lucubrationes pro obſeruantiæ meæ labaro, amoris ſtemmate, & perpetuæ fidelitatis Chirographo potiſſimum conſecrare deberem;

Laus Auſtriacæ Stirpis.

Tu, qui mihi primus es inter omnes Principes, FERDINANDE ARCHIDVX AVGVSTISSIME, multis, magniſq; nominibus in cor, in oculos, in mentem denique meam meritò primus occurriſti. Tu enim ex illorum Proſapiâ es, quæ veluti amœniſſimum Habſpurgicæ, Auſtriacæq. Domus Ver, ad omnem gloriæ, opum, & ſanctimoniæ ſegetem effloreſcens, Heroas inuictiſſimos, Reges, & Imperatores potentiſſimos, Viros, feminaſq. ſanctiſſimas in hunc mundi campum profudit. Tu ex illorum Proſapiâ es, cuius regnorum amplitudo ipſâ luce meridianâ, ipſis Solis Orientis, & Occidentis oris, ipſo nigræ noctis cubili, ac, vt vno verbo amplectar, ipſomet terrarum orbe terminatur. Tu ex

illorum

Digitized by Google

illorum Proſapiâ es,quæ plurima belli fulmina procreauit,quę orna tiſſimis claſſibus,numeroſiſſimis copijs potentiſſimos hoſtium exerci tus nõ modò terruit,fugauit,ſed penitus quoque deleuit.Tu ex illorũ Proſapiâ es, quæ multa opida naturâ, & arte munitiſſima, hoſtibus extruſis, aquiſiuit, vaſtiſſima Oceani volumina ſuperauit, atque ad Indos vſque deleto illo Herculis ſymbolo, penetrauit. Tu ex illorum Proſapiâ es,quę non tantum nauigandi, & bellandi gloriâ totũ orbem terrarum nominis ſui famâ, ac ſplendore cõpleuit,& Imperij fines longè,lateq; apud barbaras nationes propagauit; verum etiam Orthodoxam Religionem pariter diſſeminauit. Tu ex illorum Proſapiâ es,cui hucuſque Deus ſapiẽtiſſimus Orbis moderator,& rector, Vndecim Heroes faſcibus cinctos, laureis redimitos, Imperatorio diademate coronatos,per longam Quingentorum penè annorum ſeriem cumulauit,plurimoſq. alios vtriuſq. ſexus Duces ſanctitatis ful gore illuſtrauit. Tu MAXIMILIANI Cæſaris hoc nomine Primi, cuius & ortus diuinitùs prænunciatus,& nomen impoſitum,inuicti illius animi,atque virtutis inſignia præceſſerunt;tu inquã, illius Abnepos es,qui,cùm Auguſtam Heroinam MARIAM, CAROLI Burgũdię Ducis filiam totiuſq. regni illius heredem in Vxorem duxerit,ORPHEVM LILIO ZARA quoque meum Tritauum, virũ, vt illuſtribus natalibus ortum;ſic conſilij magnitudine,ſic rerum gerendarum prudentiâ,ſic bellorum conficiendorum peritiâ eximium, ſuum belli Ducem conſtituit,conſiliorum Arcanorum participem fecit,& vnà cùm lectiſſimâ coniuge ex Gallijs in Germaniam abduxit, ex quo poſteà familia mea vetuſtiſſima etiam in Germaniâ,ac finitimis regionibus proſeminata eſt,quę iam ZARA ſolùm meritò appellatur.Zara enim Rupertus Abbas lib.8.in Geneſim,& antè ipſum D. Chryſoſtomus Homelia 62. itidem in Geneſim,Oriens interpretantur;cùm domus meæ Viri ob heroicarum virtutum ſplendorem, Imperio Romano, veluti fauſti quidam, & ſalutares Phanetæ illuxerunt. Tu PHILIPPI Primi quoque Pronepos es, qui, cùm ingentes opes ſuas Infidelium expeditioni deuouiſſet, illius belli clauam Tito Orphei filio conceſſit, at pijſſimus Princeps antè expeditionem morte præuentus, è viuis ad ſuperos migrauit. Tu denique huius pariter liberorum CAROLI Quinti, & FERDINANDI maximorum Cæſarum quales anteacta ſæcula pauciſſimos viderunt, Nepos es, quorum prior Hieronymum Titi filium, Auumq. meum, Auratum Equitem, & Conſiliarium ſuum creauit, deindè Oratorem ad Herculem II. Ferrariæ Ducem, ad Rempublicam Venetam, ad Franciſcum I. Galliæ Regem in illâ tantâ tantorum Principum contentione delegauit, & poſtremò etiam ad Clementem VII. Pontificem Maximum tranſmiſit.

Cæſares xi. ex Domo Auſtriaca.
Maximilianus I.
Maria,Caroli Ducis Burgundiæ, filia.
Orph. Lilio Zara.
Zara.
Rup. Abbas
Chryſoſt.
Philippus I
Titus Zara
Carlus v.
Ferdin. I.
Hier. Zara
Hercules ij.
Reſp. Veneta
Franciſcus Galliæ Rex
Clemens vij.

Qui cùm in omnibus rebus omnis virtutis, ac prudentiæ excellens ſemper ſpecimen dederit, ità illum CAROLVS adamauit, & ſe, ſuaq. illi concredidit, vt poſtmodùm in illo Reipublicæ Chriſtianæ ſummo, ac vniuerſali diſcrimine, ad Solymanum Turcorū Principem, Hungariam, Auſtriamq. nationum barbararum multitudine inuadere cogitantem, cùm poteſtate planè regiâ direxerit. In quâ quantus, qualiſuè Vir fuerit Hieronymus, vel ex hoc vno quiſque intelligere poterit, quòd non modò immanis Tyranni ferociam Ingenij ſui acumine temperauerit, expeditionemq; noſtris fortunis, ceruicibus; noſtris vxoribus, liberis; noſtris deniq. Templis, atque Sacris imminentē retardauerit: verùm etiam ſuo conſilio totam illam belli iam, iam ingruentis turbulentam, cruentamq. procellam à nobis, totâq. Europâ auerterit, & in Perſas, Abrahymi Baſſæ fauore, conuerterit, & effecerit quoque vt ille Turicā perfidiam exueret, Catholicā, veramq; religionem indueret. Neque verò hic ſubſtitit Hieronymus, ſed prudenti ſuâ dexteritate illud omnis admirationis monumentum excitauit, quandò Solymanum eò impulit, vt CAROLVM in Fratrem, & FERDINANDVM, tamquàm iuniorē in filium expetendos ſibi vltrò adoptaret. At paulò poſtquàm ex Cōſtantipoli in Auſtriam ouans redijſſet Hieronymus, CAROLVS Imperator, in FERDINANDVM chariſſimum Fratrem totam Romani molem reclinauit Imperij. Is verò Cæſar creatus, ſi antè, multò magis poſt adamauit Hieronymum, illiuſq; fidei Maranum in Foroiulio, & S. Viti fluminis Opidum in Illyrio cùm Arce Terſatenſi concredidit, & ſupremum Siluarum, Salinarum, & Cameræ Prætorem effecit, & inſuper in amoris, & gratitudinis ſignificationem, quòd à focis, corporibus, aris, à toto denique Imperio atrociſſimi Tyranni arma arcuerit, illuſtre illi Dominium, Arcemq; Guettenegg cùm ſubiectis Pagis, in Carniolæ Ducatu in Feudum donauit. Verùm, cùm Solymanus denuò Hungariam, Auſtriamq; armatorum procellâ, Terrâ, & Aquâ inundare, ferro, & flammâ vaſtare, & occupare cogitaret, Hieronymus perpetuam illam ſui nominis Aram erexit, quandò Viennæ Danubianum illud Claſſicum Armamentarium varijs machinis, nauibus, birembuſq; exornatum ſuo Conſilio exſtrui fecit, cuius poſteà ille, ac totius Claſſis fuit à Cęſare Generalis declaratus. Hic verò in illa expeditione ità rem ſtrenuè geſſit, vt plurimos Hoſtis cuneos exſtinxerit, Turcicam Claſſem depreſſerit, & dein ſpolijs, ac triumpho ornatus ad Budæ obſidionem proceſſerit, ſub quâ Hieronymus Vir æternâ, vt vitâ; ſic memoriâ digniſſimus, ab Hoſte percuſſus, occubuit. Cuius mortis nuncium, cùm ad FERDINANDVM delatum eſſet, ex tanti, & tàm benemeriti Viri amiſſionis dolore, lachrymas fudiſſe dicitur.

Solymanus.

Abr. Baſſa.

dicitur. Reliquit autem Hieronymus poſt ſe tália ſuæ virtutis, ac
probitatis pignora, quæ ſubſequentibus temporibus abundè ſatis Pa
tris ſui vices, & vota expleuerunt, expectationemq; compenſarunt.
Nam Titus, & Veſpaſianus Fratres, bis à FERDINANDO ad *Titus Zara*
Selymum, propter grauiſſima Imperij negotia, diuerſis, periculo- *Veſpaſianus*
ſiſq. temporibus, Legati miſſi fuère, qui, cùm in ceteris vitæ parti- *Zara.*
bus, tùm hiſcè legationibus fungendis, maximarum, plurimarumq; *Selymus.*
illuſtria virtutum inſignia oſtenderunt, & ita perbellè trucis Tyran-
ni animum demulcere calluerunt, vt cùm ad Strigonienſem obſidio-
nem contendere voluerit, illum ab incepto aliò detorſerint, totamq;
illam belli imminentis procelloſam tempeſtatem ſedauerint. At
Veſpaſianus breui poſt, cùm à FERDINANDO ad CA-
ROLVM V. in Hiſpanias Orator mitteretur, Madriti è vitâ di-
ſceſſit: Titus verò Viennæ vna ſuſceptâ, cùm Catharinâ ex nobi- *Cat. Beſter-*
liſſimá Beſternach domo, vxore, filiâ, vitam quoque cùm morte cõ- *nach.*
mutauit. Porrò reliquorum Fratrum diſpar non ſuit virtus, rerum
tractandarũ dexteritas, militaris prudentia, conſiliorum ſapientia,
ceteraq; virorum præſtantiſſimorum ornamenta, quibus median-
tibus perpetuam Honoris famam ſunt meritò conſequuti. Etenim
prodeat in medium, ſi lubet, Andreas, qui ob ſpectatiſſimam honeſtiſ
ſimę vitę integritatẽ, morum prędantiã, doctrinæ ſplendorẽ, a FER- *Andreas*
DINANDO Epiſcopus Agrienſis fuit creatus. Prodeat Paulus illud *Zara.*
belli iubar, inter arma Belgica, Tormẽtorumq; fragorem enutritus, *Paulus Za-*
dein à PHILIPPO II. Hiſpaniarũ potentiſſimo Rege, Triũ Milliũ *ra.*
Peditũ Dux cõſtitutus, qui excelſo ſuo, & forti animo inſultatẽ hoſtis
audaciã cõpreſſit, flãmã, atq. ferrũ à vitá, & tectis auertit, direptionẽ *Philippus ij.*
ab opidis, ab agris depulit vaſtitatẽ, oĩaq. ſibi à Rege cõcredita illęſa
cõſeruauit. Hic profectò ex tã excellẽti prudẽtiæ militaris virtute re
buſq. pręclarè geſtis tale nomen ex ſeſe, & Belgio per vniuersã fermè
Europã diffudit, vt FERDINANDVS multis, magniſq. pollicita-
tionibus ad ſe euocárit, Cõſiliariũ ſuũ ſecerit, & in bello Seghettenſi
Munitionũ Imperialiũ Tormẽtorumq. ſupremũ Pręfectũ creauerit.
Cũ aũt Friderico II. Danię Regi hoſtis immineret, accerſitus Paulus,
illum vniuerſæ contrà hoſtem Militiæ Imperatorem pręfecit. Verũ *Fridericus ij*
rebus ſtrenue geſtis, cũ ex Daniá reuerteretur MAXIMILIANI II.
Imperatoris Nuncij cũ litteris ei obuiã venére, quib. illũ quoque Cę *Maxim. 2.*
ſar, vt ſibi inſeruiret, ſollicitabat, ſplendidiſq. promiſſis inuitabat. Cę
ſari morẽ gerit Paulus, & in primo ad ipsũ aduẽtu, honoris ergò, Ca
pitaneatũ S. Viti fluminis, cui olim Parẽs ipſius p̃erat, cũ Caſtuâ, Ve-
prinaz, & Moſchianizzâ tribus Arcibus alijs detulit, illũq. ĩ ſuperiori
Hũgaria militari Pręturâ donauit, belliciq; ſui Cõſilij Aſſeſſorẽ con-
ſtituit. Qui, cũ ſe in oĩbus generoſum, pariterq. prudentẽ Virũ oſtẽde

Digitized by Google

ret, omneſq. in ſui admirationem raperet, MAXIMILIANO
Rudolph. II. demortuo, illum quoque RVDOLPHVS II. magno amore,
muneribuſq. complexus eſt. At tamdem Paulus Caſſouiæ moritur
Iudith ab Egg. nullis liberis cùm coniuge Iudith, filiá Bonauēturæ Baronis ab Egg,
poſt ſe relictis. Prodeat etiam Iulius eius frater, & loquatur quam
Bonauēt. ab Egg. illum CAROLVS, CAROLVS eheù ille tuus FERDI-
Iul. Zara. NANDE, quàm illum in amoribus, ac penè delicijs ab incunte
Carolus Archidux. adhuc ætate habuerit poſtquàm Prouinciarum iſtarum ſceptra ca-
peſſiuit. Quoniàm illum Conſiliarium ſuum creauit, & regiæ Arcis
Græcenſis, a quá tota ſalus, iſtarum Prouinciarum dependere vide-
tur, Præfecturá decorauit, & Marano Nouo in Foroiulio præpo-
ſuit, & demùm in toto ſuo Imperio ſupremum Munitionum, Tor-
mentorumq. Præfectum declarauit. At etiàm iſte iàm grandæuus
poſt multos prò ſuo Principe exantlatos labores, curaſq. perpeſſas,
moritur ità Grætij eodem anno, quo ſuum Numen, vt tamèn Vir
optimus, & illuſtre belli, ac pacis ornamentum in omnium menti-
bus ſit ſemper ſuperſtes futurus. Hic etiam nullum ſui cognominis
Blāca Maniaca. heredem reliquit, niſi tredecim puellas cùm Blancâ ex illuſtri Ma-
niacorum familiá procreatas: Prodeat tandèm vltimò Orpheus Pa-
Orpheus Zara. rens meus, qui Aquileiæ, totius Foroiulij Metropolis, Capitaneus
conſtitutus, talia ſuę fidelitatis, ac ſapientiæ oracula dedit, vt non mo
do illum FERDINANDVS, ſed poſt etiàm Archidux CA-
ROLVS Conſiliarium ſuum creauerint, & in magnis, grauibuſq.
negotijs CAROLVS ipſe, & ipſe Cæſar, antequàm deliberarent,
conſuluerint, & vota ipſius expectârint. Sileo ſecretiora Imperij, ac
Prouinciarum Conſilia; taceo, quòd ipſe res fermè fractas, & auulſas
ſæpiſſimè reſtaurauerit, & in priſtinum ſtatum, ac ſplendorem repo-
ſuerit: deſero omnia alia, quæ illum inter mortales immortalitati
perpetuò conſecrârunt. Verùm, ex humanis abijt etiàm relictis tan-
Maria Barozzi. tùm in viuis cùm primâ, ac vltimâ vxore Maria ex nobiliſſimâ Ba-
rozziorum ſtirpe, ſex liberis, alijs pridèm demortuis. Quorum Ari-
Ariſthaus Zara. ſthæus à FERDINANDO Cæſare Canonicus Aquileienſis, Vi-
cariuſq. Imperialis factus, Vir prudentiâ, vitæ innocentiâ, & doctri-
Veſpaſianus Zara. nâ conſpicuus, cùm viſitandi gratiâ Veſpaſianum fratrem, & cogna-
tam ex veteri Balderſtein familiâ, Razzizam veniſſet, è terris ad cę-
Balderſtein. lum euolauit. Veſpaſianus autèm ità litteris humanioribus, aulicíſq.
rebus, rapacium auium Aucupium coniunxit, vt eius famâ à CA-
ROLO auditâ, illum ad illarum Præfecturam accerſiuerit, ſed vxo-
Domitianus Zara. re, paruuliſq. filijs præpeditus, obſequi non potuit. Is poſt ſe, ex ali-
quot, vnum dumtaxat liberum, Domitianum reliquit, qui Caroloſta-
Regina Semenich. dij Equitum Locumtenens extitit, nobiliſſimamq. Virginem Regi-
nam ex domo Semenich, in vxorem duxit, vt nihil dicam de me ip-

ſo,

Digitized by Google

ſo, qui Aquileiæ ſub Capitaneatu mei Parentis Anno 1574. natus, dein Grætium puer ſeptennis, ſub curâ D. Iulij Patrui mei miſſus, & tùm apud eundem in Archiducali illâ Arce, tùm apud illa ſanctitatis, & ſcientiarum præclariſſima Societatis IESV lumina, in pietate, ac litteris enutritus fui, vt nihil etiam de Hieronymo fratre meo diſſeram, Caroloſtadij quoque Equitū Vexillifero, qui lectiſſimam Virginem Vrſinam filiam Gaſparis Baronis à Dornberg, & Mariæ, Adami Smencouich olim Comitatus Piſini Baronis, filiæ, in coniugem accepit. Hæc verò ideò dico, vt tua Celſitudo optimè cognoſcat, & hos præſentes, & alios, qui venturis temporibus ex his naſcentur, tibi omnes fideliſſimè ſemper famulaturos. At parciùs fortè, quàm res poſtulabat, de immortalibus beneficijs, honoribuſq. ab Auguſtiſſimâ Domo Auſtriacâ in familiam Zara ſibi fideliſſimam collatis, dixi, quià aliarum rerum, factorumq. memoria, vel temporum iniuriâ, vel hominum obliuione, vel Scripturarum amiſſione perijt, nec aliud dixi, niſi quod Principum, ac Cæſarum diplomatis, litteriſq., manibus, ſigilliſq. illorum ſubſcriptis, obſignatiſq. vidi con tineri; vt nunc lubens ea præteream, quæ de domo Zara veterum ſęculorum, variæ nationis Scriptores prodiderunt, & inter reliquos, quæ Nicolaus Honiger à Konigshof, in ſuâ Hiſtoriâ Turcicâ, quæ Ioannes Nicolaus Doglionus, in ſuâ Hungaricâ, quæ Sebaſtianus Munſterus in ſuâ etiam Hiſtoria Germanicâ propalauit, narrauitq. ad Conſtantienſe Concilium Anſandum Zara Virum doctiſſimum, cum ampliſſimo famulatu comparuiſſe: Petrum verò, Sigiſmundi Imperatoris Supremum Campi Militaris Magiſtrum, ad id quoq. Concilium cùm triginta ſex famulis aduentaſſe. Cetera autem in affines familiæ Zara collata quoque beneficia, nè nimius ſim, lubens prętereo, & ſolum ea delibabo, quæ me ad hoc Opus tibi FERDINANDE Princeps Inclyte præ reliquis omnibus dedicandum inflammârunt.

Auctor vbi natus, & quo anno. Societas Ieſu. Hieronym. Zara. Vrſina à Dornberg. Gaſpar à Dornberg. Adamus Smēcouich.

Nicol. Honiger. Nic. Dogl. Sebaſt. Mūſterus. Anſ. Zara. Petr. Zara. Sigiſm. Cæſ.

Ea enim talia, ac tanta ſunt, vt nullius Ingenium excellens, & acutum, comprehendere, nullius dicendi uis, & eloquentia explicare, nullius manus etiam celerrima, non dico numerare, ſed nec percurrere ſcribendo poſſit. Enim verò, ſi quis tui generis ſplēdorem, atque maieſtatem conſiderare voluerit, comperiet profectò, ſi tibi eligendi optio etiam à Deo ipſo data fuiſſet, auguſtiorem eligere non potuiſſe. Nàm domus tua tot Regibus coronata, tot Imperatorijs faſcibus ab vltimâ ſæculorum memoriâ cincta eſt, & velut Sol aliquis inter reliquas ſtellas Sereniſſima ſplendeſcit. Non commemorabo diuina illorum facta ab omni ſubſequenti temporis poſteritate ſummis laudibus extollenda, ſed ſolùm dicam te eſſe Magni illius FERDINANDI, vt Sanguine Nepotem; ſic Nomine, ac Virtutibus in-

clytum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Archidux Carolus. clytum heredem à D. CAROLO Romano Imperio, Orbi Chriſtiano, Eccleſiæ vniuerſæ, & Cælo ipſi procreatum. Atque hoc, ac tanto Patre natus es FERDINANDE, qui ob Rempublicam benè, feliciterq. gubernatam, & ex Iuſtitiâ, ac Clementiâ ſimul mirificè temperatam; ob eamdem, propugnaculis exſtructis, egregiè communitam, & Imperij fines aduerſus Turcorum impetus, fraudeſq. vigilantiſſimè cuſtoditos, ac fortiſſimè propugnatos; ob Catholicam Fidē ditione totâ conſeruatam, atque amplificatam, & Eccleſiaſticum Ordinem omni ope, ac auxilio opportunè adiutum, iure optimo CAROLVS eſt ſempiternâ poſterorum memoriâ celebrandus. Teſtes huius rei ſunt iura ab ipſo ſapientiſſimè renouata, & condita; Ciuitates melioribus legibus temperatæ; Magiſtratus creati, officijq. ratio præfixa, ac diſtributa, & omnes ordines, ac totius Reipublicæ corpus confirmatum. Teſtes ſunt ciuitates mœnibus cinctæ, ac etiam CAROLINVM illud Opidum firmiſſimum Imperij Chriſtiani propugnaculum ab ipſo fundatum, & cruento Chriſtianorum hoſti, tamquàm validiſſimum Germaniæ, ac totius Europæ præſidium in Carniolæ finibus obiectum, ipſaq. confinia milite, armiſq. magnanimè ſemper & defenſa, & dilatata. Teſtes denique Collegium illud Societatis IESV Grætij à fundamentis magnifico opere excitatum, & liberaliter dotatum, Academiamq. ibidem ad publicam, maximamq. Prouinciarum ſuarum, reliquarumq. vtilitatem munificentiſſime collocatam. CAROLVS enim memor generis, memor ſanguinis, virtutum domeſticarum memor, voluit veteres ſuos Auſtriacos imitari, qui Gymnaſia aut fundârunt, aut collapſa reſtaurârunt, aut certè ſuis Priuilegijs, & immunitatibus exornârunt. Siquidèm duo illi Alberti, quorum alter Viennenſe in Auſtriâ; alter Friburgenſe in Briſgoiâ; Maximilianus Francfordienſe in Brandeburgio; Ferdinandus Pragenſe in Boëmia, & Philippus Hiſpaniarum Rex Duacenſe in Belgio communiuit, & celeberrima Muſarum, & humanæ pariter, ac diuinæ ſapientiæ domicilia, & inſignes Orthodoxæ religionis arces, optimorumq. morum emporia, omniſq. virtutis opulenta Seminaria compoſuit. Porrò, vt CAROLVS Lycæum Societatis IESV religioſiſſimis, doctiſſimiſq. Viris ad iuuentutem litteris, ac pietate efformandam, ad flagitia tollenda, ad errores corrigendos, ad virtutes inferendas, ad peſtifera dogmata refellenda, & ad omnem animi pulchritudinem, morum honeſtatem, vitæ integritatem induendam, & ſcientiarum culmina, prudentiæ faſtigia conſcendenda, erexit, vt aliquando iuuentus illa Reipublicæ Chriſtianæ probè, ac vtiliter & præeſſe & prodeſſe poſſit; ſic MARIA eius dilectiſſima Coniunx Virago prudentiſſima, Heroina ſapientiſſima, Religioſis D. Claræ Virginibus Cœnobium Grętij non modò fundauit, exſtruxit, ditauit,

Caroli ſapientia, & prouidētia.

Caroli encomia.

Caroloſtadium.

Academia Græcenſis.

Qui Auſtriaci Academias fundauerint.

Archiduciſſa Maria.

D. Claræ Clauſtrum.

Digitized by Google

ditauit, & variâ argenteâ,ac aureâ ſupellectili,omniſq; ſacri ornatus ſplendido apparatu exornauit; verùm etiàm ſeipſam poſteà eò contulit,& Ducale ſceptrum cùm cereâ Cruciolâ, Auguſtum Diadema cùm obſcuro Religionis velo, gemmatas crepidas cùm vilibus ſocculis, & Phrygiatam veſtem, ac auro, gemmiſq; intertextam cùm cinericeâ, ac ſquallidâ D. Claræ Lacernâ commutauit. Hæc illa tua MARIA, & Diua Parens eſt FERDINANDE, quæ ALBERTO IV. Comite Palatino Rheni, Vtriuſque Bauariæ Duce Patre nata, & Matre ANNA FERDINANDI filiâ, & MAXIMILIANI Imperatorum ſorore exorta, hinc ex Auſtriaco Auguſto ſanguine, indè ex antiquiſſimo Bauarico, veterem vtriuſque gentis ſplendorem, ac maieſtatem excellentibus ſuis virtutibus non ſolùm excepit,ſed etiàm egregiè cumulauit.Hęc illa MARIA eſt, quæ ipſo die in hanc Mundi lucem prodijt, quo diuino Peneumate ſuperueniente,Iuſtitiæ, ac Clementiæ Sol Orbi vniuerſo illuxit, ex quo citrà dubium illa MARIAE nomen ſortita eſt, quod non tàm ab alijs accepiſſe, quàm ſuis virtutibus, ac meritis ſibi proprium effeciſſe videtur. Nàm illa ex hoc fonte incredibili cultu, ac pietate Deiparam ſemper venerata eſt, cuius quot ſunt religione, ac ſanctimoniâ nobiles per Orbē Aedes; tot penè illuſtribus ſuæ munificentiæ monumentis, præſens, & abſens Archidux pijſſima liberaliter coluit, & ornauit. Quid Grætium proferam, & Styriam, in quibus quot ſunt delubra, & aræ; tot ſuæ liberalitatis pignora apparent? Quid Parthenium Sodalitium, cuius ego Primus Rector extiti,quid inquam eius Lychnos,belluata periſtromata, emblemata argento, auroq; fuſa, diuorumq; ſtatuas ab optimâ Principe donatas numerabo? Quid in Bauariâ Oetingam, Sanctumq. vulgò Mōtem referam; quid Lauretanam domum in Italiâ; quid Chaſtocouiam in Poloniâ; quid Montem Serratum in Hiſpaniâ recenſebo, quæ omnia Princeps ſancta inſigni ſuâ liberalitate illuſtrauit? Non dicam quo, & quanto amore ſuccenſa Deum coluerit, ipſiq. etiam in Pauperum turmis inſeruierit; Noſocomia iuuerit, & demùm quàm prouida, quàm ſollicita, quàm clemens Reipublicæ, & ſingulorum Ordinum Mater extiterit. Nihil de me commemorabo, cui Auguſta Archidux ſæpiùs manu propriâ ſcripſit,& ſigillo paruo, magno Gratiæ ſigno, litteras obſignauit. Tacebo, quot Sacra quotidiè audiuerit; quot Hebdomadæ diebus ieiunauerit; quoties illa ſub Panis figurâ Deum carne cinctum ſumpſerit; quoties innocens corpus cilicio,ac flagello macerauerit,& ſolùm verè pronunciabo, omnis ætatis,omnis ſexus, omnium deniq. Principum Miraculum quoddā, & Numen nobis adfuiſſe.O Archiduciſſam omnium ſermonibus,atque libris decorādam,de cuius diuinis propemodùm virtutibus, de Vitę

Prīceps Maria fit Monialis.

Maria quorum filia.

Maria quo die nata.

Maria pietas.

Auctor Primus Rector B. Virginis Sodality.

Amor Maria in Auctorem.

ſplen-

Digitized by Google

ſplendore,ac ſanctimoniâ,de Adoleſcentiæ candido candore, de Viduitatis illuſtri,ac religioſâ continentiâ, de Matrimonij liberorũ ſanctâ educatione,quoties cogito,toties animus admiratione defixus obſtupeſcit. Quę.n.ingenij vena etiàm aurea, quę incredibilis verborũ, ac ſententiarũ copia, quæ tanta orationis facultas poſſet Diuæ Archiducis in educandis, inſtruendiſq. Sereniſſimis filijs ſummam,ſanctamq. prudentiam,prudentem,aſſiduamq. diligentiam, diligẽtem, cautamq. in oĩbus circumſpectionem enarrare? Hoc vnum mihi erit

Maria xv. Archiducũ parens. inſtar oĩum,quòd Quindecim Archiducũ alma, ac felix Parens extiterit,quorũ qui adhuc inter viuos degũt Sereniſs.CHRISTIERNA, *Chriſtierna et Leonora.* & LEONORA illuſtria ſanctitatis lumina, in religioſo Halenſi receſſu Deo,ac ſibi vacant;MARIA MAGDALENA Heroina pru- *Maria Magdal.* dentiſſima Magno Etruriæ Duci Vxor obtemperat: Sereniſs. & Reuerend. CAROLVS, & LEOPOLDVS Vratislauienſis, *Carolus, & Leopoldus.* Brixinenſis,Paſſauienſis,& Argentinenſis Epi,& non modò Eccleſię Dei duo ſplẽdidiſſimi Soles; verũ etiàm totius Reipublicæ Chriſtianæ Numina quædã,& inſignia Columina Orbi Catholico pręſunt,& *Maximil. Erneſtus.* proſunt, vt Sereniſſimum MAXIMILIANVM ERNESTVM prætercam,excellens totius Imperij Decus, & Ornamentum, Delicium humani generis,& Gloriam. At prætereundæ non ſunt MAR- *Margaretha, Anna, Conſtantia.* GARETHA quõdam Hiſpaniarum, ac Indiarum Regina, ANNA olim Poloniæ,& nunc CONSTANTIA. O MARIA igitur Magna Mater Reginarum? Certè, ſi Roma quondàm connubiorum fecunditati præmia dedit; ſi ius trium liberorum immunitatis nomen eſſe voluit;ſi Lacones ijs honorem habuerunt, qui maiori prolis numero Rẽpublicã adaugerẽt,quid de eã Archiduciſsã ſtatuendũ,quæ tot,nõ Principes modò,ſed Deas quaſdam,Deoſq. orbi Chriſtiano peperit?

Inter quos, principẽ locũ iure merito obtines FERDINANDE Archidux Magnanime, qui,cũ multis ab hinc annis ad haſce tuas florentiſſimas Prouincias maturus tunc magis regendi Ingenio, quàm ætate,auſpicijs feliciſſimis acceſſiſti, tecùm quoque cælo genitam, omnibuſq. bonis circumfuſam Pacem induxiſti, hoſtiumq. ad illa vſque tpa volitantium effuſo furori inopinatas timoris habenas inieciſti,ac ſubditorum tuorũ animos in ſpem maximã trãquillitatis erexiſti,& tamquàm Sereniſſima Aurora Diem oĩbus bonis affluentem oſtendiſti,& per conſequens effeciſti, vt qui oĩum Regũ, ac Principũ *Ferdinandi bellicæ laudes.* honorarius eſt ſingulari iure, ac proprio, tibi SERENITATIS titulus debeatur.O Archidux ergò digniſſimus,qui nullã occaſus iniuriã, nullã męſtitiæ caliginẽ aſpiciat, & q̃uis Adami lapſu mortalis ſit: in ſuã tñ poſteritate numquàm mortalitatis labẽ ſuſtineat,ſed in ęternũ viuat,viuat immortalis.Ego equidèm ſic cenſeo, ipſius pacis, ac belli virtutes tã glorioſas, & ſublimes eſſe, vt multorũ iàm bellicæ laudes olim

olim celebratæ cum harum comparatione ſileant; arma, quæ ingentē efferatis populis pauorem inferebant, taceāt, & tot prius de hoſtibus reportata victoriarum vexilla conticeſcant, & vnius ſuæ gloriç ſplendore obſcurata deliteſcant. Et quamquàm ipſe per ſe bella ſemper nō geſſerit, & in caſtris atque acie conſpectus non fuerit: hæc nihilominùs eius felicitas fuit, vt rem bellicā ſic ordinauerit, ſic eius auſpicijs geſta, vt plus ipſe prçſidij, atque ſpiritus abſens attulerit, quàm alius Imperator, vel præſens, & dimicans adferre potuiſſet. Nec eſt quòd tripudietis barbari Caniſienſes, & vos Archiducis acie liberatos, obſidione ſolutos, captiuitate expeditos eſſe autumetis, & credatis in ipſius poteſtatē non ampliùs venturam arcem illam quam per ſummū ſcelus inuaſiſtis; viuit, viuit FERDINANDVS, & viuet adhuc Dei beneficio, vt diutiſſimè, ſic pariter feliciſſimè, qui veſtram temeritatē conſilio, ferociam fortitudine, audaciam virtute ſuperabit: ne ampliùs auxiliares, externaſq. copias ſibi pollicitas, vſq. ad hiemis initiū præſtolando, re infectâ non reuertetur, ſed proprijs, validiſq. contra vos tempeſtiuè caſtra mouebit, in vos truces inuolabit, occupabit, trucidabit. Deus pijſſimo Principi perpetuò quoque aſſiſtet, vt vos virgâ Iuſtitiæ ferreâ corrigat, dometq. & illi ſanctitatis proceres, illç Regnorum, vel inſtituendorum, vel fulciendorum firmæ celumnæ, & Diui Principes ex Auſtriacâ, Bauaricâq. Domo profecti, & iā Chriſto, in eius throno aſſeſſores, & harum Prouinciarum conſeruatores, hoſtiumq. repreſſores; vltoreſq. effecti, omnes ſimul ſuis meritis, ac virtutibus in noſtro FERDINANDO rediuiui, aduerſus totā conſpirantem, coniuratamq. perfidiam, in aciem cum ipſo prodibūt. Quæ vos tunc latebræ occultabunt, quæ vos tenebrç operient, quæ vos ſola etiam terrarum vltimarum tuebūtur? Speramus omninò fore, vt ampliùs non videamus vos ex illis tenebricoſis gurguſtijs erumpentes in harum Prouinciarum luce verſari. Hæc erit gloriæ tuæ lux FERDINANDE ex æternâ illâ luce delibata, quam Deus omnibus terris conſpicuam reddet, facietq. vt tu inſtar alterius Solis toti orbi ſalutaris, cumulato ſplendore colluceas. Ecquid enim aliud â tam virtutibus omnibus animato, plenoq. Principe naſci poteſt, in cuius pectore tota incluſa eſt ornatiſſima, & ordinatiſſima illa virtutum Reſpublica Heroicarum, Sapientia, rerum prouida moderatrix; Iuſtitia, Tribunalis anima; Magnificentia, rerum externarum ſplendor; Fortitudo, murus æneus; Prudentia, rerum omnium meta, & ſtatera; Magnitudo animi, Heroum maximè propria, cui nihil aduerſarium obſiſtere, nullus terminus prçfigi poteſt, & denique virtutes aliæ principes in ipſo geniculantur, omneſq. Deo ipſo intimè vegetantur. Etenim quæ in alijs ſingulis ſingula magna, atque diuina putantur, ea vniuerſa in vno hoc FERDINANDO ſumma effçctor ille virtutū *Omnes Heroica virtutes in Ferdinando.*

D omnium

Digitized by Google

omnium ita collocauit,vt quaſi non à Principibus,Auguſtiſq. viris na tus,ſed ab ipſo Deo fictus,& effectus eſſe videatur. Loquar nè, an ſileam? tanta in Archiduce FERDINANDO ineſſe florētiſſima Virtutum,Scientiarumq. viridaria,vt pauciſſimos habeat pares, ſuperiorem fortaſſe neminē? Teſtantur id permulti Viri doctiſſimi, quibuſcum ille ſæpè de rebus difficillimis, & abditiſſimis colloquia miſcet; teſtatur Bibliotheca illa libris optimis refertiſſima, quos ipſe ſuâ manu frequenter frequentat; teſtantur radij quibus Militiæ portenta,arcium propugnacula, exercitus, aut ſui tuendi, aut alterius inuadendi machinas in erudito puluere delineat; teſtatur animus ipſius, qui ad cęleſtes, diuinaſq. rerū naturas contemplandas ſæpiſſimè euolat; teſtatur denique Prouinciarū,populorumq. ſuorū Regimen, quo nihil perfectius,nihil prudentius,nihil ſapientius, nihil demū illuſtrius vnquā extitit.Itaque cùm FERDINANDVS neminē habeat,quē Virtutum gloriā ſuperaret, ſeipſum hoc inſolito,ac Principibus viris nouo iā quaſi laudis genere ſuperauit, effecitq. hoc pacto, vt illū omnes tāquam cęlo delapſum Numen aliquod intueantur, & cū de illo,aut cogitant, aut loquuntur, in beatiſſimis illis Empyrei ſedibus ſibi degere quodāmodo videantur. Equidem dū hæc tacitè mecū meditor, admiratione tanti Principis perculſa mens obſtupeſcit,& ſcriptio ipſa tanto ſplendore circumfuſa in immenſo laudum ſuarum Oceano, quâ ex parte portum capiat,obcæcutit.Dicam tamē FERDINANDVM Auguſto ſanguini,prudentiæ militari, Reipublicæ gubernaculo,ſcientiarumq. varietati, eximiam quoque Pietatē adiunxiſſe, & veluti fulgentiſſimum Solē præ reliquis ſideribus lumen quoquo verſus ingens diffudiſſe: Nemo enim inops inuenitur,quē vacuis à munere manibus dimiſiſſet; nemo honeſtè aliquid petijt, quod illico benignè non impetraſſet; nemo demùm bonæ indolis adoleſcens comparuit,quē non clementer in ſuū FERDINANDAEVM, in illud virtutum,ſciētiarumq. ſeminarium magnis ſumptibus ſuſcepiſſet. Quæ Xenodochia ipſius auxilium vberrimè nō ſenſerunt? quæ Viduæ,qui Pupilli ipſius tutelam non perceperunt? qui impotentes ipſius præſidium non cognouerunt? Cetera, ſi abſque iniuriâ poſſem, lubenter prætermitterē, quot ſtatis diei horis ſe totum mente ac corpore Deo conſacret;quot,ſingulis diebus Sacra in illâ ſuâ ædiculâ parietibus domeſticis incluſa,attētione ſummâ peraudiat,et octauo quoque die peccata ſua apud Sacerdotem deponat, ac diuinum Chriſti ſeruatoris noſtri Corpus incredibili, & lachrymarū, & gaudij profluuio ſuſcipiat. Hæc quidem magna ſunt in ampliſſimo Principe, & neſcio an cuiuſque hominis mens, & cogitatio maiora capere poſſit: maiora tamen adhuc oboriuntur, quæ ſuo lumine perſtringunt aciem oculorum, illumq. Mundo,vt Solem quotidie renaſcentem,indigitant. Hęc verò ſunt

Ferdinandi ſcientia.

Digitized by Google

ſunt illa illuſtria planè pietatis, & ſanctimoniæ monumenta, illa Sacra eorum domicilia, qui aſperrimam D. Franciſci diſciplinam profitentur, quibus pijſſimus Princeps in omnibus fermè Opidis ſui Imperij, pro ipſorum Capuccinorum conditione, pompoſè ſatis a fundamentis extruxit, illorumq. templa ſacro ornatu decorauit, & tantorū Clauſtrorum numero effecit, vt in ipſius Prouincijs, vna eorum eſſet Prouincia. Quid proferā aliorum Religioſorum Ordines, quorū nemo eſt, qui eū non modò clementem, verùm etiā in ipſos immenſā liberalitate profuſum recognoſcat? Quid de IESV Societate dicā, de illo ſcientiarum, ac virtutum omniū Emporio, de illâ Religionis arce firmiſſimā, ad cuius viros, cū oculorum aciem conuerto, veram mihi Ideam priſcorum illorū, ac Sāctorum Patrum ſimillimam videor intueri? Hi enim nullū pro Fide Orthodoxâ laborē renuunt, nullas neces, atque clades reformidant, ſed ſemper in cāpo, ſemper in Sole Fidei verſantur, vt armata Religio veritate, armatam falſitate vincat & iugulet Impietatem. Et hinc eſt, quòd hæc ſancta Societas tot varijs virtutum luminibus, velut cælum ſideribus illuſtretur, & ob Catholicam, Romanamq. Fidem tot Martyrū ſanguine purpureſcat. Quid, inquam, de illâ dicam, cui Optimus Princeps ad Parentū optimorum imitationē ſimul & incrementum, non Gretij ſolū in Styriâ, ſed Clagenfurti in Carinthiâ, ſed Labaci in Carniolâ magnificè Collegia ędificauit, ſplendidè ornauit, copioſè ditauit? Plurima, atque maxima alia generis eiuſdē commemorare poſſem, niſi vererer me potiùs hac enumeratione ipſius ſanctas aures offenſurum, quā vllâ ratione oblectaturum. Ita enim noſter Archidux ad Virtutes comparatus eſt, vt, ſi fieri poſſet, nollet, vt vllus mortaliū ſancta eius facinora cognoſceret; cùm tamen ad ipſius munificentiæ, & liberalitatis eximiæ ampliſſima beneficia vbique locorum, atque gentium accipienda, terrarum Orbis anguſtus eſſe videatur.

Capuccinorum Clauſtra.

Societas Ieſu.

Ferdinandi modeſtia.

Ergò miſſis omnibus, de me tantùm diſſeram, quem tu, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME à teneris adhuc annis ſemper amaſti; quem tu opimis tuis proprijs prouentibus Opidi S. Viti Fluminis donaſti; quem tu Piſini Præpoſiturâ decoraſti; quē tu Vigeſimum ſextum ſolummodò ætatis annum agentem, & primâ ſaltem Tonſurâ inſignitum, Diſpēſatione a CLEMENTE VIII. Pont. Max. obtentâ Nobiliſſimo Epiſcopatu tuo PETINENSI à CONSTANTINO illo MAGNO ante annos MCCC. & ampliùs fundato, ſublimaſti; quem tu Conſiliarium tuum creaſti, ac etiā ad maiora promouere cogitaſti. Quibus de cauſis, cui magis in toto terrarū orbe, quàm Vni AVSTRIACAE Domui ob munifica beneficia in familiam meam collata; & inter vniuerſos Principes, cui magis, quàm Vni Tibi FERDINANDE debeam, penitùs ignoro.

Amor Ferdinandi in Auctorem.

Cur Auctor hoc Opus Arthiduci Ferdinādo, præ reliquis dedicauerit.

D 2 Accipe

Accipe igitur pro animi Gratiſſimi argumento, pro grandis Obſeruantiæ meæ Debito, pro certo Fidelitatis Pignore, hanc meam Ingeniorum, & Scientiarum ANATOMIAM, quam tibi dono, quam tibi dedico, quam tibi vnà mecū æternè conſecro; quam ſi intellexero tibi gratam eſſe, ad aliam quoque admirabilem Rerum Diuinarum Anatomiā ſub tuis etiam auſpicijs euulgandam lubentiùs me accingam. Verùm velim ſcias me ea omnia, quæ ſcripturus ſum, nō Scholaſtico, ſed meo more, nec Aſiatico, ſed Laconico exaraturum, quæ, ſi aliquandò communibus, & veterum, & recentiorum Philoſophorum decretis aduerſabuntur, & noua exiſtent commenta, eaq. non adeò ſolidè confirmata, aduertat tua Serenitas me raptim ſcripturum, nec vllâ in re diù moraturum, & denique me voces, non oracula fuſurum, nec vmquàm in meá opinione obſtinatum futurum, vbi melior affulſerit. Porrò Anatomiam Ingeniorum, & Scientiarum ſcripturus Anatomiæ decorum obſeruabo, eamq. in quattuor Sectiones diſpertiam, & vnicuique, nè monſtroſa ſit, vnum dumtaxat caput attribuā, eiq. ſua membra ſupponam. Quia verò omnia hominum Ingenia, meo iudicio, à Tribus ſolū cauſis, Naturali, Humanà, & Diuinâ promanant, de hiſcè in Primâ Sectione gradatim agam, & ex omnium rerum generibus illa in medium producam, quotq. illa ſint, proferā, & denique in ſequentibus Tribus Sectionibus, quæ noſtri inſtituti fines ſunt, ſingulis Ingeniorum claſſibus, ac differentijs, ſingulas, peculiareſq. ſcientias applicabo.

Auctor pollicetur aliā adhuc Anatomiam de rebus Diuinis.

Ceterùm, Deus Optimus, Maximus, Principum Rector, & Protector concedat tibi FERDINANDE vnà cùm Auguſtiſſimâ Coniuge tuá ANNA MARIA, quæ tantorum bonorum eſt etiā magna pars, vt ſenes feliciſſimè longæuam vitam exigatis, neque tu prior illâ viuendi finem facias, neque illa te priùs abſcedat, quin expletis pijs deſiderijs, viſoq. Tertio, ac Quarto Sereniſſimorm Liberum veſtrorum Nepote, antè etiam regnandi conſortem, quàm ſucceſſorē accipiatis, & deinceps Filios, Nepoteſq. veſtros inſtar mūdiſſimæ ceræ veſtris quaſi manibus ità fingatis, & cōponatis, vt in omnibus reddamini, & nulla ex morte veſtrá lamentabilis viciſſitudo Prouincijs naſcatur, quando in cęlum aſciti, vt promeritorum veſtrorum diuina pręmia capiatis, perpetuò in Nepotibus rediuiui, Regionibus veſtris ſuperſtites exiſtetis.

Anna Maria.

Apoſtophe.

MEM-

MEMBRVM PRIMVM.

Ingenia Hominum varia, ac multiplicia exiſtere.

SAPIENTER, vt ferè in omnibus Ariſtoteles lib.1.cap.5.de Partibus Animalium, aſſerit nihil in rerum naturâ tam minutum, atque abiectum reperiri, quod nō aliquid admirationis hominibus adferat. Etenim Deus nihil in tantâ, tamq. immēsâ rerum Vniuerſitate iners, aut otioſum, nihil temerarium, aut fortuitū, nihil ſuperuacaneum effecit, ſed omnibus ſtirpibus ſuam vim indidit, omnibus animantibus ſuam naturæ inclinationem impreſſit, & omnibus denique hominibus ſua Ingenia inſeruit, vt vel Naturæ ratio expoſcebat, vel rerum ordo, & ſeries efflagitabat, vel Vniuerſi decor requirebat. Verum in tantâ, & tam incredibili rerum exiſtentium multitudine, ac varietate, nihil magis varium, quàm hominis Ingenium eſſe videmus. Reliquorum enim animantum ſpecies perpetuò in ſuis ſpeciebus ſibi ſimiles exiſtunt, & ſuis locis, ac temporibus munia ſua obeūt, curſumq. perficiunt, & vniformia Ingenia oſtendunt: at in humanâ ſpecie ſinguli fermè homines peculiare, & vnicuique ſibi proprium Ingenium obtinent. Quorum cogitatio, non ſolum animos noſtros ad diuini Numinis maieſtatem, & amplitudinem ſuſpiciendam, venerandamq. deducit, à quâ ſingula hæc producta, & profecta ſunt: verum etiam in ipſius notitiam, teſte etiam D. Paulo ad Romanos 1. perducit. Siquidem ex Mundo tàm mirifice condito, tàm ſapienter adminiſtrato, tàm affatim ornato, ſummus rerum Opifex nobis innoteſcit, & per conſequens quoque nos, tamquam in ſummi, ac optimi parentis, à quo tanta, tamq. varia Ingeniorum fluenta profluxêre, amorem dirigit.

Ariſtoteles. *Nil fruſtra.* *Ingenio hominis nil magis varium.* *Ingenia beluarum vniformia.* *Singuli homines habēt peculiaria ingenia.* *Ingeniorum conſideratio in Dei cognitionem nos deducit.*

Atque, vt ea, quæ diximus in apertâ luce videantur, mirum eſt quanta

Digitized by Google

quanta Ingeniorum diuerſitas poſt primos illos mortalium parentes, in illis Mundi incunabulis per vniuerſas terrarum oras emanarit.

Diogenes Laertius. Zeno Athenienſis. Plutarchus. Plato.

Nam legimus apud Diogenem Laertium in tanto ſapientiæ encomio Zenonem Philoſophum apud Athenienſes fuiſſe, vt vrbis claues ei tradiderint, ipſumq. aureâ corona, & æreâ ſtatuâ donauerint. Nec Plutarchus ſat pro dignitate Platonis Ingenium laudare poteſt, cuius admirabilem ſapientiam ita Dionyſius Tyrannus, alias ſuperbiâ tumidus ſuſpiciebat, vt, cum intellexiſſet eum ad Scythiæ litora breui appulſurum, nauem omnibus rebus refertam, regiumq. currum obuiam miſerit, vt ad ſe veniret.

Philippus. Gellius. Ariſtoteles. Suidas. Artaxerſes. Hippocrat.

Et Philippum Macedoniæ Regem, auctore A. Gellio, gloriari ſolitum fuiſſe accepimus, filium eo tempore ſibi in lucem prodijſſe, quo ſapientiſſimus Philoſophorum Ariſtoteles viueret, à quo, & mores Rege dignos, & variarum rerum ſcientiam haurire poſſet. Commemorat Suidas Artaxerſem Perſarum Regem ita erga Hippocratis doctrinam affectum fuiſſe, vt Hircano Helleſponti Præfecto ſcripſerit ſe nec auro, nec gemmis parcere velle, modo poſſit eum ſibi arcto amicitiæ vinculo colligare. At, vt hæc hominum Ingenia pacata exiſtunt, & ſtudijs dedita; ſic alia reperiuntur, quæ rerum bellicarum gloriâ excellunt.

Scipio. Ennius. Tullius. Hercules. Plinius. Cicinius.

In quorum claſſe non infimum locum Scipio Africanus ille obtinuiſſe videtur, quem Ennius teſtatur hoſtium ſtragibus ſibi Cælos aperuiſſe; & eloquentiæ princeps eadem viâ Herculem ad Cælos aſcendiſſe fatetur. Profectò admiratione digniſſimum eſt, quòd Plinius, & A. Gellius de L. Cicinij Dentati militari virtute, rebusq. egregiè geſtis prodiderunt, ob quas Romanus Achilles dicebatur, cum centies vigeſies diuerſis prœlijs interfuiſſet, & quadraginta quinque vulnera in anteriori tantum parte accepiſſet, quæ tot ipſius fortitudinis, ac magnanimitatis linguæ fuerunt: nouies triumphauit, quibus temporibus octo Coronis aureis, vnâ Obſidionali, tribus Muralibus, Ciuicis ſexdecim, octoginta tribus Torquibus aureis, Armillis centum ſexaginta, Haſtis octodecim, & vigintiquinque Cyathis donatus fuit.

Annibal. Alexander Magnus. Antidonus miles.

Huic autem non multò inferior Annibal exſtitit, qui paruâ Africanorum manu in Hiſpanias, Italiamq. deſcendit, earumq. vrbes ferro, ac flammâ uaſtauit, vt Alexandrum illum Magnum prætereamus, qui totum penè terrarum orbem ſibi ſubiugauit. Magnus quoque certè in Antidono Philippi Regis milite magnanimitatis index apparuit, quando in obſidione Perinthi catapultâ confoſſus non prius eam euelli paſſus eſt, quam hoſtem fugatum intrà mœnia compuliſſet.

Plutarchus. Cleomedes. Sampſon Grammaticus.

Hiſce porrò affinia ſunt illa Ingenia, quibus Plutarchus in Romulo narrat Cleomedem Aſtipalenſem præditum fuiſſe, qui, cum ſemel pugnum in columnam, quæ vrbis Lycæum ſuſtentabat, impegiſſet, diiecit, pueroſq. inter lapidum ruinas interfecit. Et Sampſon Grammaticus

ctus aſſerit Harthenam athletam clypeum ex calybe fabricatum dentibus fregiſſe, prunaſq. ardentes deglutiuiſſe, & per medios flammarum globos cucurriſſe. Neque vero admodum ab his rigida quorumdam, & ſeuera Ingenia diſcrepare videntur, de quibus recitat Aelianus numquam Anaxagoram ridere viſum fuiſſe, vt etiam de M.Craſſo, ac Xenocrate Platonis auditore legitur, qui tamen, cum ſemel riſerit, idq. ad Platonem delatum fuerit, dicitur reſpondiſſe, flores interdum inter dumeta etiam naſci ſolere. At non ſpinoſa ſunt illorum Ingenia, quæ omnia ſibi excidere permittunt. Siquidem Seneca refert Caluiſium Sabinum tàm curtá memoriá imbutum fuiſſe, vt iam Achillis, iam Priami, quibus cum familiariſſimè uixit, obliuiſceretur. Et Philoſtratus aſſerit Atticum Herodis Sophiſtæ filium ita memoria deſtitutum fuiſſe, vt Alphabetum numquam potuerit memoriæ commendare. Plinius verò lib.7.cap.24. ait Meſſalam Coruinum ſui nominis penitùs oblitum. Verum peioris notæ Ingenia Pſylli populi habuiſſe videntur, qui Phalange inſtructá contra Auſtrum, qui turgidis ſuis flatibus illorũ regionem infeſtabat, ſępiſſimè progreſſi ſunt. Sed quid de Corebo illo Phryge dicemus, quem Lucianus affirmat ſolitum fuiſſe maris vndas, atque fluctus numerare? Ferunt quoque Amphiſtidem ita ſtolidum fuiſſe, vt ſe parentes habuiſſe penitùs pernegaret. Sed prorſus ridiculum eſt Zenophanis Ingenium, qui, quò magis ſibi riſum cohibere niteretur, eò profuſius ſe in cachinnos reſoluebat. Non autem Ingenium Mydæ auarum apud Ariſtotelem lib.1. Politicorum riſit, quod à Ioue impetraſſe dicitur, vt quodcumque tetigiſſet, in aurum verteretur; neque Craſſi apud Appianum Alexandrinum, qui cum ob auri cupidinem Parthis bellum mouiſſet, aurum deglutire coactus fuit; neque Darij apud Herodotum, qui in Semiramidis tumuli inſcriptione irriſus remanſit. Alterius autem Ingenij, cum Agamencelus Alexandri Magni Præfectus extitit, qui aureis clauis crepidas ſuffigebat, tum Poppea Neronis vxor, quæ iumentis ſuis aureas ſoleas ſupponebat. Vt autem iſti in rebus alijs prodigi fuere; ſic Niſæus Syracuſarum Tyrannus in conuiuijs profuſus apparuit, vbi ab Aruſpicibus didicit ſe breui periturum. Et Aſtidamas Myleſius à Perſâ quodam Arabarzane vocatus ad ſymposium, quidquid conuiuis alijs fuerat præparatum, ſolus deuorauit. Commode hic certè, aut Socrati, aut Platoni, qui ſolum pane, aqua, vel lacte veſcebantur, aut Maſiniſſæ Numidarum Regi, qui nonagenarius ſemel tantum interdiù, & abſque pulmento comedebat, conuiua aduentaſſet. Verum enim verò, malitioſa etiam in quibuſdam Ingenia uidere eſt, ut inter reliqua fuit illud Meſonis Aſtrologi, qui Athenienſibus in Siciliæ expeditionem nauigaturis, ut onus detrectaret, inſaniam mentitus fuit. Nec humilius Dionyſij Tyranni cura-

ſit,

Harthenas.
Aelianus.
Anaxagor.
Craſſus.
Xenocrates.
Seneca.
Caluiſius.
Philoſtratus
Atticus Herodis filius.
Plinius.
Meſſala Coruinus.
Pſylli.
Corebus.
Lucianus.
Amphiſtid.
zenophanes.
Mydas.
Ariſtoteles.
Craſſus.
Appianus Alexand.
Darius.
Herodotus
Agamencelus.
Poppea.
Niſaus.
Aſtydamas.
Arobarzanes.
Socrates.
Plato.
Maſiniſſa.
Meſo Aſtrologus.
Dionyſius Tyrannus.

ſit, ꝙ, cũ cuiuſdam Dei ſui ſtatua aureo panno magni valoris induta
eſſet, cum detraxit, quaſi nimis ponderoſum, ac hieme frigidum,
illamq. laneo induit, aſſerens hunc omnibus anni temporibus com-
modum futurum. Nec hic ſubſtitit, ſed Aeſculapij Apollinis filij
aureæ ſtatuæ barbam eâ ratione expilauit, quòd indignum eſſet Ae-
ſculapium barbam geſtare, cum Apollo ipſius parens imberbis depin
Cliſophus. gatur. Huius Ingenium Cliſophus Philippi Macedonis paraſitus
imitari viſus eſt, qui claudum ſe fingebat, eo quòd Philippus fra-
ctum crus haberet, atque os, oculoſq. eodem modo, ijſdemq. geſti-
bus, quibus ille, contorquebat. Quod idem fermè eueniſſe aliquan-
Cœlius. do Cœlio Oratori proditum eſt, cum quidam eius cliens ei omnia
concederet; quá longâ aſſentatione faſtiditus Cœlius, dic, inquit,
contrà, vt duo videamur. Cœlius certè, ſi ambitioſus extitiſſet, vtique
diutius clientis adulatione delectatus fuiſſet, vt vel Ammon ille Car
Ammon thaginenſis, qui aues cicuras factas articulatim loqui docebat, vt Deũ
Carthagin. illum, poſtea emiſſæ, cantillando proclamarent; vel, vt Seſoſtris
Aegypti Rex, qui Reges à ſe domitos ad currum iungebat, eoq. mo
Seſoſtris do triumphabat; vel certè, vt Salmoneus, qui tonitrua fingebat, vt
Rex. diuinitatis opinionem ſibi vendicaret. Intonuit næ Daphitæ Gram
Salmoneus. *Daphitas* matico, qui in Thorace monte, ob ipſius loquax Ingenium cruci af-
Grammat. fixus fuit; intonuit etiam Theocrito Chioni, qui eâdem de causâ ab
Theocritus Antigono Rege, & Caliſthenes ab Alexandro fuêre interempti. E cõ-
Chio. tra verò Catonis Romani Ingenium, quia ingenuum, liberè Senatus,
Antigonus Populiq. Romani uitia arguebat, liberè eadem Phocion Athenis per-
Rex. agebat. Vnde refert Plutarchus Demoſthenem Phocioni ſemel di-
Caliſthenes. xiſſe, ſi fortè Athenienſes inſani fierent, ab illis è medio ſublatum iri:
Alexander. *Cato.* immo, reſpondit ille, ſi ſani, te ſolum occiderent. Ferunt quoque
Phocion. Dyomedem pyratam ab Alexandro increpatum fuiſſe, quòd illas cir
Plutarchus. cumiacentes oras infeſtaret: Ego, inquit ille, qui unâ biremi per hęc
Diomedes maria curſito, dicor pyrata, & tu, qui immenſa claſſe, & copijs nu-
pirata. meroſiſſimis omnia inuadis, & inuoluis, diceris Dominus, & Im-
perator. Fuit magna hæc Ingenij licentia, nec minor Harpali La-
Harpalus tronis, qui Dijs illudebat, quòd illum tàm diù in illâ fortunâ uiuere
latro. permitterent, ut Tullius lib. 3. de Naturâ Deorum affirmat. Quod
Tullius. reliquum eſt, quorumdam quoque Ingenia cõſtantia reperiuntur, ut
Anaxagor. Anaxagoræ, qui auditâ filij immaturâ morte, non mutatis ſuperci-
lijs reſpondiſſe dicitur nuncio, ſe mortalem genuiſſe, ac perinde nil
Anaxarch. noui illi euenire. Anaxarchus etiam, cum ab Anacreontis carnifi-
Anacreon. cibus tunderetur, nil aliud inter verbera repetebat, quàm tundite
pilam Anaxarchi, Anaxarchum non tunditis. Et cum infinita ſcom-
Ariſtippus. mata à quodam in Ariſtippum proijcerentur, ita, ut adſtantes ſilen-
tij obſtupeſcerent: nolite mirari, ait, quoniam ipſe patronus fuit in
dicendo,

Digitized by Google

dicendo, ego autèm in audiendo. Pari modo, cùm Cambyſes Per- *Cambyſes.*
ſarum Rex, filium Praxaſpis à quo vitandæ ebrietatis admonitus
fuerat, ſagittâ confodiſſet, pater dolorem ſuppreſſit, atque etiam Re-
gem, vt artis ſagittariæ peritum, laudauit. M. quoque Antonius *M. Anton.*
tantâ fuit Ingenij conſtantiâ, vt nullo vmquam affectu, nullis rerum *Tullius.*
fortunis, teſte Tullio de Senectute, vultum immutauerit: quod etiam
de Maſiniſſâ Numidarum Rege conſtat, qui nonaginta annos natus *Maſiniſſa*
nudis pedibus ſemper inceſſit, nec imbre vllo, aut frigore potuit ad- *Rex.*
duci, vt caput operiret. At huic valdè diſſimilis Argyrrius Dux qui- *Argyrrius.*
ſpiam effeminatus fuit, qui nihil viri, præter barbam habebat. Et
quid etiàm de illo timido Archilochi Ingenio proferemus, quód ſa- *Archiloch.*
tiùs eſſe clypeum abijcere ſcripſit, quàm interire, vndè eum Lacedę-
monij ſuis finibus excedere iuſſerunt. Quid tandèm de Piſandro, *Piſander.*
qui necubi animæ ſuæ occurreret, pertimebat?

Quæ cùm ità ſint, nemini mirum certè videri debet, ſi in tantâ va- *Cur non ſit*
rietate nationum, in tantâ Ciuitatum diſſimilitudine, in tantâ lin- *mirū eſſe tā*
guæ, ac ſermonis diſcrepantiâ, in tantâ Craſium multitudine, tanta *tā ingenio-*
etiàm Ingeniorum varietas, & diſſenſio reperiatur. *rum varie-*
tatem.

Verùm precamur te Domine Deus, vt omnium mortalium In- *Apoſtrophe.*
genia, etſi varia illa ſint, & multiformia: tamen in tuæ doctrinæ con-
ſenſione, in piâ voluntatum coniunctione, in honeſtate vitæ,
vna ſit omnium mens, vna voluntas, vna ſenten-
tia, quæ Spiritus Sanctus, quaſi ani-
mus format, & quò
vult impel-
lat,
atque regat, vt hoc pacto omnium Ingenia
tibi obtemperando, tibi ſeruien-
do, tibi placendo in
Vnum coale-
ſcant.

E MEM-

MEMBRVM
SECVNDVM.

Ingenia Hominũ ex Tribus Cauſis Naturali, Humana, & Diuina profluere.

Anima humana omnes pares.

QVANTA ſit in humaná ſpecie Ingeniorum inſignis varietas, ex pauculis illis, quæ percurrendo attigimus, vnuſquiſque poterit coniecturá facilè conſequi, & ſimùl meritò admirari tantam Ingeniorum diuerſitatẽ à quibuſnam cauſis proficiſcatur, & eò magis, quo Animi noſtri inter ſeſe, & ſpeciei ordine pares ſint, & naturæ nobilitate prorsùs ſimiles exiſtant.

Ariſtot. Durandus. Zimara. Sotus. Soncinas. Argent.

Sapienter enim Ariſtoteles lib. 3. Metaphyſ. cap. 3. lib. 10. cap. 13. & lib. 7. Phyſic. capite 4. Durandus in 2. Sentent. diſt. 32. quæſt. 3. Zimarra Theor. 54. Sotus in Prædicam. capite de Subſtantiá, quæſt. 2. Soncinas lib. 8. Metaph. quæſt. 26. & Argentinas in 2. Sentent. diſtinct. 32. quæſt. 1. artic. 2. affirmant omnes hominum Animas naturæ dignitate omninò vniformes eſſe, nec inter ſtultiſſimi cuiuſpiam, & ſapientiſſimi hominis animos vllam planè diuerſitatem reperiri poſſe. Quòd ſi interdum videamus hominem alterum altero Ingenij acumine, & intelligendi vi excellere, hanc varietatem certum eſt, non à maiori, minoriuè Intellectus præſtantiá oriri,

Ingenij varietas ex organi varietate oritur.

ſed ex organi diſpoſitione, & aptitudine diuersá proficiſci. Atque hoc verùm eſſe, indè colligi poteſt, quòd eumdem hominem iam in intelligendo promptiorẽ, paulò poſt etiàm hebetiorem factũ cernamus, & quoſdã graui morbo Ingenij excellentiã amiſiſſe, alios medicamentis acutiores factos fuiſſe, cõſpiciamus.

Carneades.

Ferũt certè Carneadẽ, cùm ſe ad Stoicorum dogmata refellenda accingere vellet, vt magis perſpicax, & acutum Ingenium ſuum redderet, Elleboro albo caput purgaſſe, alioſq. eadem ſtudiorum gratiá feciſſe,

Plinius.

Plinius lib. 35. cap. 5. recenſet. Ex quibus liquidò conſtat hanc Ingeniorum incredibi-

Digitized by Google

credibilem varietatem non ab ipſis animabus ratione, & intelligen-
tiâ ornatis, ſed aliundè deſumi debere. Vndè, cum hæc Ariſtote- *Ariſtot.*
les meditaretur, non ab hominum formis, ſed à corporibus hanc
Ingeniorum diuerſitatem collegiſſe videtur, quando Alexandro Ma-
gno perſcripſit Deum non creaſſe creaturam homine admirabilio-
rem; cùm non ſit in aliquo animalium, quòd in homine non repe-
riatur. Siquidèm, ait ille, eſt audax, vt Leo; formidoloſus, vt Le- *In homine*
pus; largus, vt Gallus; amarus, vt Canis; durus, & auſterus, vt Cor- *oĩa bruta.*
uus; pius, vt Turtur; malitioſus, vt Leæna; domeſticus, vt Colum-
ba; verſipellis, vt Vulpes; mitis, vt Agnus; velox, vt Capreolus; hu-
milis, vt Pardus; piger, vt Vrſus; charus, vt Elephas; vilis, & ſtoli-
dus, vt Aſinus; obediens, vt Pauo; garrulus, vt Paſſer; vtilis, vt A-
pis; vagus, vt Caper; indomitus, vt Taurus; recalcitrans, vt Mulus;
mutus, vt Piſcis; rationalis, vt Angelus; Salax, vt Porcus; malitioſus,
vt Bubo; vtilis, vt Equus; & noxius, vt Mus.

Ac, vt ea, quæ diximus, clarius videantur, accepimus illos vete-
res ſapientiæ duces Ingeniorum dexteritatem, vel tarditatem, ex *Veteres, vt*
quadam eorumdem aptitudine periclitari conſueuiſſe. Quare, cum *Ingenia pe-*
Democritus Protagoram ſemel lignorum faſciculum magnâ ſym- *riclitabātur*
metriâ vincire, & quaſi in æquilibrio diſponere intueretur, illum ex *Democrit.*
hoc facto ad ſcientias capeſſendas habilem iudicauit. Pythagoras *Pythagoras*
verò Ingeniorum acumina, vel Arithmeticis quæſitis perſcrutaba-
tur, vel quinquenij ſilentio illa, vt poterat, efformabat. At Socra- *Socrates.*
tes hominis Ingenium ex oratione inueſtigabat, vndè dicere ſolitus
erat, Loquere, vt te videam. Plato certè neminem ad Philoſophiæ *Plato.*
ſacrarium admittebat, niſi eſſet priùs ſcientijs Mathematicis imbu-
tus, & Bion omnes delicijs deditos, vt ad ſcientias inhabiles, teſte *Bion.*
Laertio lib.6.cap.7. repudiabat. Ariſtoteles autem res arduas, abdi- *Ariſtot.*
taſq. proponendo, ſtupida Ingenia remouebat, & per conſequens ta- *Laertius.*
citè perſpicacia cognoſcebat. Porrò alij ex naturali quadam cuiuſque *Alter mo-*
inclinatione in pueritiâ adhuc, Ingenia futura vaticinabâtur. Et hinc *dus ingenia*
referunt Galenum Pergamenum à teneris annis Medicinâ delectari *inueſtigãdi.*
incepiſſe, & Andream Veſalium Soricum Anatomiam inſtituiſſe. *Galenus.*
Aſclepiodorus verò Alexandrinus à teneris vnguiculis Naturę mira- *And. Veſal.*
cula, & artificum opera dicitur cõſideraſſe, vt etiam de Origene pro- *Aſclepiod.*
ditum eſt, qui Leonidam parentem de abditis diuinæ Scripturæ my- *Origenes.*
ſterijs, atque ſenſib⁹ interrogare ab ipſis incunabulis conſueuit. Et ve-
rò D. Nicolaus poſteà Myrenſis Epiſcopus in Lyciæ prouinciâ dùm *Nicolaus.*
puellus eſſet, ludis poſthabitis, ſacras lectiones frequentabat, & *Athanaſ.*
D. Athanaſius, cuius hodiè dum hęc ſcribimus feſtũ celebramus, teſte *Niceph.*
Niceph. lib.8.c.44. tenellus pueros alios fertur aquâ luſtrali lauare ſo- *Surius.*
litus fuiſſe. Surius certè narrat D. Thomam Aquinatem in cunis ad- *Aquinas.*

Digitized by Google

huc exiſtentem, libros auidè ſemper appetiuiſſe, nec alijs rebus, vel crepundijs placari potuiſſe, niſi libris allatis. Vltimò D. Carolus Borromæus infans dùm eſſet in proprio cubiculo aras erigebat, & antè illas proſtratus Deum precabatur. Igitur ex hiſcè modis, & ſiuè in has, ſiuè in illas res primæ ætatis propenſione, quid poſteà ex puero futurum eſſet, non inconſultò præſagiebant. Appoſitè Propertius cecinit.

Carol. Borr.

Propert.

Sunt quibus Elea concurrit palma quadriga;
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem: hic Caſtrenſibus vtilis armis:
Natura ſequitur ſemina quiſque ſua.

Variæ naturæ propenſiones.

Verùm hi Ingeniorum tantùm ſuperficiem luſtrabant, & potiùs effectum, quàm cauſam illorum, & originem ponderabant; at nos oportet penitiùs introſpicere, & vſque ad illorum fontes penetrare, variaſq; illorum venas, & fluenta reſerare. Quamobrem aſſerimus omnia hominum Ingenia quotquot fuerunt, vel eſſe poſſunt, à Tribus ſolùm Cauſis genericis, Naturali videlicet, Humana, & Diuina pronaſci, quas nos gradatim perſtringemus, & vnà cùm Platone lib. 5. de Republicâ, & Marſilio Ficino lib. 6. de eâdem, ſub ſapientum oculos proponemus.

Vndè ingenia oriãtur.

Plato.

Marſilius. Ficinus.

Apoſtrophe.

Fac verò tu Sancte Pater, qui rerum Vniuerſitatem creaſti, & tu Fili, qui humanam carnem aſſumpſiſti, & tu Diuine Spiritus, qui ab vtroque æqualiter procedis, vt, cùm iã Triplices Ingeniorum Cauſas patefacimus, te Vnum Numen in Tribus Perſonis, mortalium omnium Ingenia, architectum, te ducem, te rectorem ità recognoſcant, vt à te omnia bona in nos deriuare, & tibi omnem gloriam, & imperium deberi, corde, voce, ac mente palàm fateantur.

MEM-

MEMBRVM TERTIVM.

Ingenia Hominum ex Elementis procedere.

CVM nos ſuperiori membro aſſeruerimus hominum Ingenia, inter reliquas genericas, à cauſâ etiam Naturali euenire, probè nobis in hoc principio Elementa occurrunt, quaſi quædam prima Ingeniorum rudimenta. Elementum ſiquidem eſt id, quod cuique compoſito ineſt primum, & in quod vltimum reſoluitur. Atque hinc Hippocrates dixit ſingula ortum indè ſuum habere, vndè, cùm intereunt, referuntur. Corpore enim intereunte, ſpiritus ſubſtantia partim in igneam, partim quoque in aëream regionem commigrat; & humores, aut in aquam, aut in vaporem reſoluuntur; & ſolidæ corporis partes, humore maximè deſtitutæ, in cinerem, vel terram abeunt. Porrò Elementa quaterno numero diſpertiuntur, in Aquam, Terram, Aërem, & Ignem, quæ etiàm Ouidius lib. 1. Metamorphoſeos cognouit.

Elementum quid ſit. Hippocr.

Quò cadaueris partes vadant.

Quot ſi͂t elementa.

Ouidius.

Ignea conuexi vis, & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummaq; locum ſibi legit in arce:
Proximus eſt aër illi dignitate, locoq;
Denſior his Tellus, elementaq; grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui: circumfluus Humor
Vltima poſſedit, ſolidumq; coercuit orbem.

Hæc verò, cùm ſibi inuicem contraria exiſtant, in ſe mutuo agũt, & patiuntur, proq; variâ mixtionis ratione, ac proportione, varias quoque, & multiplices, tùm corporum, tùm ſimilium partiũ formas conſtituunt. Etenim Aqua plùs materiæ, quàm formæ ſuppeditare

Elemẽta inuicem contraria.

Digitized by Google

ſolet,ac proindè corporibus torporem, & otium inducere, & ſuâ grauitate, & denſitate Aëri, atque Igni obſiſtere, & illa veluti quodam nexu colligare, nè proprio ſuo motu, aut ſe conficiant, aut deſertâ ſtatione in locum ſuum natiuum reuolent. Et quidem humiditas Aquæ, nimiam Terræ ſiccitatem, & Aëris frigiditas, Ignis caliditatem temperat, & colligendis, conglutinandiſq. corporibus vinculum quoddam excellens exiſtit, etſi interdùm Aqua in vaporem, vapor in Aërem commutetur. Terra autem, vt reliqua Elementa, mole ſuâ in corporis conſtitutione ſuperat; ità à reliquis potentiâ, & viribus ſuperatur, nec vllum magis illuſtre officium præſtat, quàm ſuâ craſſitie, aliorum tenuitatem, raritatemq. comprimere, & generationi, tamquàm materiam ſe proſternere. Contrarium verò accidit in Aëre, qui cùm leuis, & tenuis ſit, corpora ad motum agiliora efficit, & plus formæ, quam materiæ generationi conducit, & cùm ad Ignis naturam proximè accedit, facilè in illum conuertitur. Ceterum, Ignis, quoniàm ſuo calore omnium Elementorum efficaciſſimus eſt, in omnem corporis ſubſtantiam penetrat, omneſq. eius partes peruadit, & pro ſui naturâ afficit, Elementorumq; corpora, quantum fieri poteſt, commiſcet, parteſq. eiuſdem naturæ congregat, & quæ ſubſtantiâ differunt, ſeparat. Ac ideò in corporis noſtri generatione, partem eam,quæ potentiâ in ſemine Cerebrum eſt,ad illud reuocat; ſimiliter Cor, Hepar, Pulmones, Teſtes, Oſſa, Cartilagines, Neruos, reliquaſq. partes diſiungit, & quidquid cognatæ ſubſtantiæ in ſemine, ac ſanguine continetur, ſingulis cuiuſque locis applicat, & aptiſſimè ità diſponit, vt grauia omnia infra ſubſideant, & leuia ſuperiorem locum occupent, atque,vt cuiuſque fert conditio, per vniuerſum corpus diſtribuit. Denique tota corporis conformatio,quæ in variâ figurâ, magnitudine, numero, & partium collocatione conſiſtit, quamquàm a toto temperamento, & naturæ operâ obueniat: præcipuè tamen à caloris actione, & terræ ſiccitate proficiſcitur, quæ ſemini, & ſanguini firmitatem, & robur indulgent.

Aquæ effectus. *Elemẽtorũ metamorphoſis.* *Terræ effectus.* *Aeris effectus.* *Ignis effectus.* *Corporis cõformatio à quo.* *Quõ Elemẽta corpus ingrediuntur.*

Verùm iam formato, & è matris aluo excluſo fetu, Galenus affirmat hæc eadem Elementa cùm varijs cibis, & liquoribus corpus noſtrum ſucceſſiuè ingredi, idq. etiàm pro cuiuſque qualitate afficere, variumq. temperamentum inducere. Quamobrem concludimus Ingenium cuiuſque ex prædominante Elemento in corpore, cognoſci poſſe, in quo ſi Aqua prædominabitur, erit aluo profluenti ob retinentem facultatem parùm firmam, meatus laxos, & humore aqueo diſtentos, turgidoſq. Erit quoque ſtaturâ mediocri, & amplâ magis, quàm procerâ, ventreq. obeſo, ac protenſo. Huic quoque

Ingenia ex Elemẽtorũ prædominio cognoſcũtur. *Elementa qualia ingenia efficiãt, & corpora.* *Aqua qualia cõſtituat*

quoque naſus ſimus exiſtet, & circâ extremum obtuſus, & depreſſus, inflataſq. tumidaſq. buccas, mentumq. rotundum obtinebit. Ac huius mens, vt & lingua eius interpres, minùs agilis, & expedita erit, propter immodicam humiditatem quâ perfundetur. Quapropter huius Ingenium nec acre, nec eximium, ſed humile, & demiſſum fiet, & nihil ſublime meditabitur ob caloris imbecillitatem, qui ſtimulos, ac incitamenta ad res præclaras ſolet admouere. Non erit induſtrium, non ſolers, non ſagax, nec in negotijs peragendis verſatile, ſed iners, ignauum, & ſomno deditum apparebit. In quo verò Terra ſuperabit, Expultrix ob eius ſiccitatem, & meatus ariditatem, in deijciendis excrementis languida exiſtet. Siquidem illa humorem omnem depaſcit, qui reliquorum vehiculum eſſe ſolet, totumq. corpus deforme reddit, ſomnum depopulatur, ſtaturam minus proceram facit, vngues incuruat, vocem extenuat, exilem, obtuſam, ſtridulamq. efficit, aures frigidas, & contractas, genas pendulas, labia pallida, tempora collapſa, oculos reconditos, & excauatos, greſſumq. tardum deniq. conſtituit. Quòd ſi Aër in corpore præ ceteris Elementis abundabit, illud frigore concutiet, & nihil vtilitatis, aut commodi ad eius conſeruationem, ac tutelam conferet, ſiuè in coquendi, digerendiq; munere, ſiuè in reliquis virtutibus, ac potentijs fecundis quis eius actionem ſpectare voluerit. Color verò liuidus, & plumbeus erit, qualem Aquilo hiberno tempore homines perfundendo inuehit, cùm eorum digitos, labia, genas, totamq. faciem nigreſcere, & fœdo ſquallore decolorare conſueuit. Porrò huius conſtitutionis homini erit lingua parùm expedita, vox mollis, & titubans, naturæ facultates inualidæ, mens ſtupida, Ingenium obtuſum, animuſq. pauidus, & qui ad quemcumque ſtrepitum expaueſcat. Quòd reliquum eſt, vbi Ignis aliquorum Elementorum ſodalitium exſuperabit, ibi erit ſtatura decens, ſpecies, formoſa, corpus, nec obeſum, nec multo adipe repletum, color viuidus, ac floridus, vox robuſta, lingua fluxa, & expedita, Ingenium velox, & ad omnia erectum, & ſublime.

Caloris effectus.

Terra qualia efformabit.

Aër qualia generabit.

Ignis qualia producet

Ceterùm, omni procul dubio abacto, firmum, ratum, certumq. habere oportet, omnes actiones noſtras ex libero Voluntatis noſtræ imperio, Liberiq. Arbitrij dominio proficiſci, nec vllam Elementi maſſam, vllam Qualitatum ingluuiem, vllam Humorum copiam, vllam Terrarum oram, vllam Aëris conſtitutionem, vllam Cæli plagam, & influxum poſſe Liberam Voluntatis noſtræ iuriſdictionem euertere, nec in quoquàm contra Liberum Arbitrium noſtrum militare. Quis enim humor Angelis inſedit, vt eos Deo rebelles efficeret, quæ intemperies in primis temperatiſ-

Contra liberũ arbitriũ nihil militat.

E 4 ſimis

Digitized by Google

ſimis mortalium parentibus, vt eos in peccati labem pertraheret? Nihil profectò, præter Liberi Arbitrij noſtri dominium. Appoſui tibi aquam, & ignem, ad quod volueris, porriges manum tuam. Ergò quidquid hucuſque ſcripſimus, vel deinceps ſcribemus, ita accipiendum ab omnibus eſt, vt nulla omninò credatur neceſſitas à quocumque Libero hominis arbitrio introferri.

Apoſtrophe. Quid enim optabilius, quàm Ingenij humani aciem in illud Sacroſanctum Triados templum erigere; quid antiquius, quam igniculos nobis à Deo impreſſos, vt illum cognoſcamus, & ipſius maieſtatem adoremus, denuo in illum dirigere; quid ſanctius, quàm Ingenia noſtra ſe ab ipſo perpeti regere? Itaque Deus bonorum omnium ſator, erige mentes noſtras, eleua Ingenia, attrahe cogitationes, vt diuino tuo Spiritu afflata ſemper de te, tuiſq. rebus cogitent, ſemper mandata tua exſequantur, vt ſemper te poſt hanc ærumnarum ſtationem, in beatâ illâ, ac æternâ vitâ intueri, te frui, te venerari mereamur.

MEMBRVM

QVARTVM.

Ingenia Hominum ex Quattuor Primis Qualitatibus emanare.

ORDINIS ratio poſcere meritò videtur, vt, cùm ſuperiùs de elementis egerimus, nunc de ipſorum Primis qualitatibus ad Ingenia hominum cognoſcenda, diſſeramus. Etenim miſſis iàm ſecundis, ſolùm de Humiditate, quæ ab Aquâ; de Siccitate, quæ à Terrâ; de Frigiditate, quæ ab Aëre; de Caliditate, quæ ab Igne proficiſcitur, tractabimus, nec Cardanum curabimus, qui dùas dumtaxat Qualitates commentatur, & meritò à Scaligero exagitatur. Ac, vt rem paulo altius exordiamur, certum eſt Naturam eſſe illam, quæ homines Ingenioſos efficit, & ad Scientias capeſſendas perbellè efformat, & effingit. Naturæ verò nomen, cùm multiplex ſit, in tantâ conſonantium vocabulorum ſiluâ inueniendum eſt illud, quod verè homines ad ſcientiarum decora cognoſcenda habiles reddit, & in hunc Solis ſplendorem ex opacis illorum vmbris producendum. Equidem D. Auguſtinus lib. 15. de Trinitate, Cap. 1. & antè ipſum Stoicorum nobiliſſimus Seneca, lib. 4. de Officijs, Deum pro Naturâ rerum omnium Opificem, ac parẽtem accepêre. Et Concilium Chalcedonenſe Primum in fidei Symbolo, Naturam pro cuiuſque rei eſſentiâ ſumpſit, vbi de Perſonis Diuinis diſputauit. At Plato lib. 10. de Rep. Tullius lib. 2. de Naturâ Deorum, Auicennas primo Sufficientiæ, cap. 7. & quidam alij, Naturam falſo dixerũt eſſe ſpiritum quẽdam, qui hanc Mundi molem agitat, & quæcumque eius ac Cæli ambitu continentur, foueat, ac vegetet, & per omnia longè, lateq; ſeſe diffundat, & ſtirpes, animantes, homineſq; ſuſtentet, omnibuſq; vim impertiat quâ ſub-

ſiſtant

Quales qualitates ab elementis procedant.

Cardanus reprehenditur à Scaligero.

Varia Naturæ nomina.

Auguſtinus

Seneca.

Concilium Chalcedonẽſe.

Plato.

Cicero.

Auicennas.

Ariſtoteles. *Quid ſit Natura.*

ſiſtant: neque eſſe vllam artem, cuius ſolertiam: vllam manum, cuius artificium: vllum opificium, cuius opus imitando adæquare poſſet. Ariſtoteles autem lib. 12. Metaphyſices capit. ſeptimo Naturam, rerum creatarum vniuerſitatem intellexit; & lib. 5. Metaphyſ. cap. 4. Materiam, & formam Naturam eſſe proclamauit. At nos hoc loco Naturam vocamus eam facultatem, quæ ex Quattuor Primarum Qualitatum mixtione exſurgit. Ex hac enim veluti immenſo quodam Naturæ theſauro, non modò hominum, & belluarum, ſed etiam ſtirpium Ingenia prodeunt, & tanta morum, ſtudiorumq; varietas emergit, quam in hoc Mundi theatro intuemur. Quam ſi probè cognouiſſent ij, qui de occultis rerum miraculis parum philoſophicè ſcripſerunt, vtique illis ea omnia aperta fuiſſent.

Magnetis natura. *Ruffinus.* *Sympathia.* *Magnetis, ac ferri qualitas.* *Cur Magnes terram trahat.* *Cur Magnes polum proſpectet.* *Faſcinatio vnde.* *Antipathia* *Remora vnde vigor.* *Porphyrius, Anaxagoras, & Pythagoras reprehenduntur.* *Inſtinctus brutorum.*

Nam, quod Magnes ferrum alliciat, vt de Solis ſimulachro Alexandriæ, in Serapidis templo, paribus momentis ſuſpenſo, Ruffinus lib. 11. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, narrat: hunc illi effectum non occulto naturæ conſenſui, & Sympathiæ, quæ ignorantiæ aſylus, indoctorumq; clypeus nobis eſſe videtur, ſed huic Naturæ profectò tribuiſſent. Siquidem, cùm omne ſimile ſimili gaudeat, & Magnes, atque ferrum qualitatibus frigidis, atque ſiccis imbuta admodùm ſint, & colore etiam perſimilia, hinc ille reciprocus amor, & attractio; hinc eadem de causâ Poli Arctici plagam ſiccam, frigidamq; abſque intermiſſione proſpectat. E conuerſo autèm Faſcinationem, non illam Dæmonis artificio compoſitam, ſed illam ex noxio corporis habitu, oculiſq; emanantem, Antipathiæ ſubijciunt, & non vident, ex corruptâ, ac virulentâ bile, calidis, ſiceiſq; qualitatibus armatâ proficiſci, & Echeneidis remorationem ex ſiccitate valentiſſimâ exoriri. Porrò in tantam quoque profunditatem lapſa eſt ex huius Naturæ ignoratione quorumdam inſcitia, vt inter ceteros Porphyrius lib. 3. de Abſtinentiâ, & Anaxagoras, atque Pythagoras apud Plutarchum lib. 5. de Placitis, cap. 20. affirmârint brutas animantes ratione pollere, quandò ſcilicet ſpectabant tantam operum ipſarum varietatem, & mira artificia. Alij verò melioris notæ Philoſophi beſtiarum hanc induſtriam, Naturæ cuiuſque Inſtinctum, & phantaſiæ operationem eſſe voluerunt.

Vnde arboribus ſapientia.

Equidem nos hæc vniuerſa opera ex Primarum qualitatum temperamento euenire arbitramur. Videmus enim herbas, plantas, atque arbores quæ animâ Vegetatiuâ nutriuntur, & ſiluescunt, in ſuâ ſpecie ſapientiſſimas eſſe, & abſque vllo externo doctore radices figere telluri callere, ijs nutrimenta proportionate haurire, concoquere, & per ſingulas trunci partes diffundere, ſuo tpe frondeſcere, iulos, flores, atque folia explicare, fructus exhibere, & vnicuique ſibi peculiarem figuram, atque formam retinere, vt nihil ad amœnitatem

tatem

Digitized by Google

tatem iucùndius, nihil ad iucunditatem amœnius poſſit reperiri. Quæ res non aliundè, quam ex Primarum Qualitatum beneficio prouenit. Quod ſi etiam mentis aciem altius erigere voluerimus, hæc eadem in Infante fieri ſpectabimus, cui licet tota dentium acies decidat: integra tamen denuò illi renaſcitur, quòd ſeni viro, nec dens vnus ſuccreſcet, & nihilominus dedecet aſſerere animæ humanæ eſſe impotentiam, & obliuionem reparare in ſenio non poſſe, quæ in iuuentute reſarcire ſcribat. Quapropter fatendum eſt hæc munimina, & molimina ex Calidâ, & Humidâ qualitate illi ætati inditâ, procedere, quæ cùm in ſenibus exiguæ admodùm, & imbecilles ſint, deperdita nequeunt reficere. Et dens quamquàm naturâ ſuâ ſit frigidus, atque ſiccus; calor tamen, qui omnia reſerare ſolet, & ſeparare, humiditatis etiam ope dentium materiam ex alijs qualitatibus concretam euocat, denteſq; ex illâ in gingiuarum aggeres producit. Atque hæc, quæ de animâ Vegetatiuâ diximus, in Senſitiuâ quoque reperiemus, quæ corporis animantium fabricam, membroruinq; apparatum, delineamenta, ſetuſq; conformationem, ac alia ſuę ſpeciei ſimilia, itâ ingenioſè componit, vt potiùs alicuius Numinis, quàm Naturæ manus id feciſſe videatur. Neque verò inferioris momenti ſunt illa, quæ Plinius lib.8. Naturalis hiſtoriæ, Plutarchus libro de Induſtriâ Animalium, D. Ambroſius lib.5. Hexam. & AElianus lib.6.cap.10. de Brutorum Ingenijs recenſent, quę hominum quodammodò prudentiam videntur adumbrare. Eniniuerò, quid Aranei telâ admirabilius, quid Gruum exercitu artificioſius, quid Hirundinum, Veſparumq; domunculis ſtupendius? Narrat certè Oſorius Siluenſis Epiſcopus lib. 9. ſuæ hiſtoriæ, ab Emmanuele Luſitaniæ Rege Leoni X. Pontifici Pantheram miſſam fuiſſe, quæ manſuefacta in ſiluis cùm Ceruis, & Apris decertabat; ſic quoque Elephantem Indicum mirę magnitudinis adiunxiſſe, qui, cùm ad Pontificis palatium perueniſſet, inter tot purpuratorum Patrum coronam, Principumq; conſeſſum, Chriſti ſeruatoris noſtri Vicarium oculis delibauit, & ter genibus flexis, & inclinato corpore venerabundus illum adorauit. Et licet hoc, vel diuini Numinis imperio, vel pręceptoris diſciplinâ factum ſit: negari tamèn non poteſt vnam feram eſſe alterâ diſciplinæ magis capacem, & Ingenio excellentem, quòd profectò non ab ipſorum formis ſolùm prouenit, ſed à Naturâ ſuperius illuſtrati obuenit, quæ animam Senſitiuam ſua munia prudenter obire inſtruit.

Cur puero dẽi renaſcitur, ſeni minimè.

Pueritia quibus qualitatibus prædita.

Dens cuius qualitatis ſit, & quõ producatur.

Plinius
Plutarch.
Ambroſius,
Aelianus.
Aranea.
Grus.
Hirundo.
Mira quadam de animalibus.
Oſorius.
Panthera Venatica.
Elephãs Põtificem adorat.
Ferarũ ſolertia à primis qualitatibus naſcitur.

Ceterum quod anima Humana Rationis, ac Conſilij particeps, eâdem Naturâ dum hiſcè corporis compagibus irretitur, indigeat, argumẽto eſſe põt, quòd illa neque in Campis Elyſijs, neque in cęlorũ

ſedibus

Digitized by Google

Plato reminiſcentiæ introductor reprehenditur

ſedibus morabatur, antequàm concreti huius corporis domicilium intraret, vt Plato falsò in Menone, & Phędro aſtruebat, & tamquàm è Tripode pronunciabat ſingulis animabus omnium rerum notiones congenitas eſſe, omnibuſq; illas ſcientiarum luminibus priùs illuſtratas à Deo fuiſſe; quibus tamen donec huius corporis noſtri mole veſtiuntur, alterâ primeuâ veſte pretioſâ, & multicolori ſcientiarũ omnium ſpoliantur. Atque ex hoc euenire, vt cùm in animis noſtris ab eorum adhuc creationis exordio omnium rerum imagines, earũq; ſcientiæ conſignatæ fuerint, nihil noui prorsùs eas iam diſcere poſſe, ſed ſolummodò eorum, quæ anteà ſciuerant, & in ipſis quodãmodò ſopita erant, ſtudio, & labore, reminiſci.

Ariſt. laud. *Anima noſtra tabella raſa.*

Verè autem Ariſtoteles cenſuit, animos noſtros à primâ eorum origine eſſe inſtar tabellæ alicuius nitidæ, ac mundæ, in quâ nulla planè res, nec veſtigium, aut vmbra appareat. Vndè inter cetera extat illud verum Peripateticorũ teſtimonium.

Axioma.

Nihil eſſe in Intellectu, quod priùs nõ fuerit in Senſu.

Varietas ingeniorum à primis qualitatibus naſcitur.

Quibus ità conſtitutis, clarius eſt, quàm Solis luce dies, hanc Ingeniorum varietatem à Primarum qualitatum Craſi, vt diximus, egredi. Vſurpamus enim ſępè eũdem hominem ſucceſſiuis temporibus ſibi planè ita contrarium, & diuerſum eſſe, vt ſi quis conferre vellet vnã

Aetatum diſcrimina.

eiuſdem ætatem cùm aliâ, non is, ſed alius quiſpiam eſſe videretur. Siquidẽ in infantiâ nullum lumen rationis ex ſeſe effundit, nec aliud, quàm, aut concupiſcibilis, aut iraſcibilis motus, inſtar ferè pulli alicuius, oſtendit.

Animus humanus à nullo læditur.

Ad prouectiorem verò ætatem promotus, miram Ingenij indolem profert, eamq; continuò ſapientiæ luminibus illuſtrat, & auget, quouſque ad quorumdam annorum curriculum peruenit, vbi denuò illi retrocedendum eſt, & in pueritiæ quaſi mores redeundum. At, cùm animus noſter ſemper idem perſiſtat, nec ab vllo contrario eius ſimplex, & ſpiritualis ſubſtantia, vel lædi, vel alterari poſſit, cui cedò hæc varia ætatum argumenta tribuemus cui iſtius habilitatem ad artes, & illius inhabilitatem concedemus, niſi cuiuſcumque ætatis, & hominis ſingularibus qualitatibus?

Puer.

Quis infantem docuit in papillis lac ineſſe, ac illas tàm dextrè labijs arripere, & ſugere; quis ridendi, quis lachrymandi modum oſtendit; à quo externo ſenſu iàm, iàm natus hæc percepit?

Canis. *Auis.*

Videmus etiam canes mirâ ſagacitate in venando pollere; volucres admirabili arte, & variâ nidos, vel ſublimi in laquearibus arborumq; ramis, vel humilius inter ſpinas, & dumeta, pro Ingeniorum qualitate conſtruere, vbi poſteà oua deponant, calefaciant, & ſobolem collocent, quá natâ defendant, illi eſcam quæritent, nutriant, & volare doceant.

Araneus.

Aranea certè ſtupendo artificio telas texit, ceù quædam retia ad muſcas capiendas idonea; & formica animal tam puſillum incredibili prouidentiâ

meſſis

Digitized by Google

meſſis tempore ſibi granum hinc,& illinc colligit, & in ſuum horreum tranſportat,vt illo in ſquallidâ, ac ſterili hieme frui poſſit. Quis poſt Deum hiſcè animantibus hæc munera indidit, quis has dotes largitus eſt, niſi Natura illa quam ſuprà in medium protulimus? Equidem nos in hac opinione verſamur, quemcumque ſi frigidi, & ſicci mixtionem nanciſceretur abſque tantâ temporis intercapedine,ob rerum icones in medio ſinu hiſcè qualitatibus detentas, philoſophari poſſe. Prodidit certe Diuus Athanaſius in Diui noſtri ANTONII vitâ, ſemel illum à quibuſdam tumidis ſophis irriſum fuiſſe, quòd litteris Philoſophicis non eſſet imbutus: at ANTONIVS Reſpondete mihi quid priùs ſit,ſenſus,an litteræ, & quid cuiuſque exordiũ,ſenſus nè ex litteris,vel litterę ex ſenſu oriuntur? Atqui illis aſſerentibus,quòd ſenſus eſſet auctor,& litterarum inuentor: igitur diuus meus concluſit,Cui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Ac, ſi apertè dixiſſet, ſe abſque libris, ſolâ ratione,& Ingenij acumine,doctiſſimum eſſe. Et quamuis hoc illuſtre exemplum nobis admodùm faueat: non deeſt tamen etiam Angelici Doctoris p. 1. q. 101. art. 2. excellens argumentum. Hic enim, dum ſecùm diſceptat an pueri in ſtatu Innocentiæ nati perfectum rationis vſum habuiſſent, poſt multas rationum ambages, negat illos ſeruato rerum ordine propter nimiam cerebri humiditatem, rationis vſu pollere potuiſſe, vt ceteris, quibus iam ætas adoleuit. In hanc quoque ſententiam omnibus Ingenij neruis ibidem conceſſit Caietanus. Enimuerò ex his licet probè argumentari pueros in parentum ſenectute procreatos,& frigido,& ſicco cerebro communitos extemplò ſapientes exiſtere, & rationis vſum è conuerſo obtinere poſſe. Quare nemo mentis oculos auertat,credatq; ea, quæ oſtendimus ex Qualitatum coagmentatione fieri nullatenùs poſſe.

Brutorum ſolertia vnde.

Athanaſius

Antonius.

Diſceptatio Senſus litteris potior.

Thomas.

An pueri in ſtatu Innocentiæ habuiſſent Rationis vſũ.

Caitanus.

Qui pueri ſapientes.

At clementiſſime Deus tales Qualitates in nobis inſere, tales excole, tales diuinâ tuâ gratiâ irriga, quæ teterrima vitiorum monſtra captiuent, eijciant,& trucident,vt nimiâ epularum humiditate abactâ; ſiccâ mentis cæcitate abolitâ, actionumq; frigiditate amandatâ,omnes tuo amore feruidi, pijs deſiderijs calidi, operibus pietatis ignei, ex hoc caliginoſo ſpecu ad lucidiſſimum tuæ diuinitatis domicilium abſque vllo offendiculo tranſeamus.

Apoſtrophe

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM QVINTVM.

Ingenia Hominum ex Tribus tantum Differentijs ſcaturire.

Ternarij miſterium. Plutarchus.

TANTA eſt Ternarij maieſtas, atque numen vt Pythagorici apud Plutarchum libro de Pythagoræ diſcipulis,tamquàm ex Apollinis oraculo funderēt, Ternarium, ipſam eſſe Iuſtitiam. Etenim nos, hoc loco negare nō poſſimus hāc Triplicem Ingeniorū Differentiam Iuſtitiam Diſtributiuam eſſe,quæ ſecundum Geometr.atque Aritm.proportionem munera pro cuiuſque dignitate,& merito diſpenſat,vt poſteà vnicuique cōſpicuū fiet. Antè verò, quā ad hoc deueniamus,oportet nos baſim iacere, & videre vbinàm hæ Ternæ Ingeniorum Differentiæ conſiſtant. Quoniam D. Nemeſius libro de Naturâ hominis,cap. 6. & D. Damaſcenus lib.2.Fidei, cap.19. & 20. ſenſus internos in ſpiritibus, & Fernelius in cerebri inuolucris, & membranulis perperâ collocârunt. Atqui nos in cerebri mole, ac medullâ ſtatuimus, quæ, cum in ternas partes diuiſa ſit, contrà Veſalium lib. 7. cap. 6. & Realdum Columbum libro de Cerebro, & Neruis, cap. 1. aſſerimus illas ad imaginandum, ad diſcurrendum,& memorandum à Naturæ ſummo Opifice fabricatas eſſe. Nàm,ſi cerebrum totum eodem modo compoſitum,& conſtructum eſſet, omnes ipſius actus idem forēt, nec vlla inter eos diſcrepantia videretur.Quia verò diuerſa, ac inter ſe cōtraria etiam ſępè munia id obire cernimus,refragari nequimus, ipſum quoque in ſe ipſo diuerſum, ſedibuſq; diſtinctum eſſe debere. Certe in huius rei confirmationem apud Galenum libro de Symptomatum differentijs, cap. 3. & lib.4. de Locis affectis cap.2. variæ extant hiſtoriæ, quibus probat facultate vna læſa, alteram incolumem permanſiſſe,quòd vtique non eueniret, ſi cerebrum eſſet ubique eodem modo efformatū. In hac quoque ſententiâ Vgo Seneſis in Cōmētarijs ad artem Medicâ Galeni,ſub Rubricâ de Figurâ capitis,Alphon-

Iuſtitia Diſtributiua, Propertio Geometrica et Arithmetica.

Senſus interni vbi reſideant.

Nemeſius. Damaſcenus. Fernelius. Veſalius,& Columbus refelluntur.

Cerebrū in ſe diuiſum. Galenus.

Vgo Seneſis.

Digitized by Google

phonſus Mareſcottus in Compendio Medicinæ, D.Gregorius Nyſſenus lib.4.de Virtutibus animæ, cap.6.& 7.D.Damaſcenus lib.2.Fidei Orthodoxæ, cap.17. & D. Nemeſius libro de Naturâ hominis, cap.6.verſantur, qui Cerebrum in ternas partes diuidunt,quarum primam Imaginatrici,mediam Intellectui,& poſteriorem Memoratrici potentiæ tribuunt, voluntq. ſingulos thalamos proprijs quibuſdam ſepimentis diſcriminatos, & in ternas veluti ſedes ſegregatos eſſe,vt Anima noſtra cômodius imaginari, ordinatè magis ratiocinari,& diſtinctius quoque memorari poſſet. Atque hinc in primâ acie Imaginatio ſpectra ab omni materiæ contagio, nebuliſq. libera apprehendit, concipit,ac ea Intellectui in medio agmine pro tribunali ſedenti,tamquàm ad integerrimũ, ſapientemq. iudicem, ac cenſorem defert, vt rerum quarũcumque cauſas, & idola antè ſe poſita contempletur, & circà ea diſcurrat. Qui probè ſuo munere perfunctus,& rerum vniuerſalium ideis cognitis, eas ad Memoriam in vltimo ordine, veluti ad fidelem tutricem, & notionum omnium communem arculam condendas,ſeruandaſq. côducit. Porrò vniuerſa quoque Arabum familia, & cùm eâ Auicennas Fen.1.primi,doct.6.cap.5. Auerroes in Canticis libro de Memoriâ,& Reminiſcentiâ,& in Colliget. Imaginationem in anteriori ventriculo, Rationem in medio,& Memoriam in poſteriori poſuêre. Quòd autẽ ità ſtatui debeat, ex celebri quoque ſubſtantiâ apparet, cuius ſincipitis ſinus mollis eſt ad facilius recipienda rerum veſtigia; medius neque mollis admodum,neque durus ad phantaſmata facilius depurgãda, & occipitis mollior ad reconditas rerum figuras accipiendas. Quòd ſi velimus etiam ad Poëtarũ fabellas recurrere,videbimus eos Mineruam è Iouis vertice prognatam finxiſſe, quia ait Galenus lib.3. de Placitis, capite vltimo, ſubeſt vertici medius, iſq. principalis cerebri ventriculus,ſapientię origo,atque fons. Et idem libello de Oculis, Phantaſiam in anteriori, Rationem in medio, Memoriam in poſteriori ſede ſtatuit. Phyſiognomones quoque ex capitis ſtructurâ Ingenia colligunt. Qui enim ſinciput, frontemq. prominentem obtinent, hos Imaginatrice valere affirmant; qui ſummitatem, Intellectu; qui denique occiput, Memoriâ pollere aſſerunt. Neque verò ab his, Hieronymus Fracaſtorius lib.2. de Intellectione diſcrepat, qui etiam Imaginatricem in anteriori cerebri parte collocauit, & aſſeruit eos, qui eâ facultate benè ornati ſunt, partem eam calidam habere, & dùm imaginantur, frontem contrahere, corrugare, & acuere ſolere. Intellectum verò in medio cerebri ventriculo conſeſſum ſuum obtinere prodidit, eoſq. bonos Philoſophos eſſe, quibus ſinum illum probè diſpoſitum, & capacem Natura donauit. Memoriam denique in poſteriori coërcitam

eſſe,

Alphonſus Mareſcottus. Gregorius Nyſſenus. Damaſcenus. Nemeſius.

Cur Cerebrum diuiſum.

Imaginatiua munus.

Intellectus officium.

Memoriæ miniſteriũ.

Auicennas.

Auerroes.

Vbi ingeniorum differẽtiã cõſiſtit.

Minerua vnde.

Galenus.

Phyſiognomones.

Ex ſignis ingeniorũ diuerſitatẽ cognoſcere.

Hieronymus Fracaſtorius.

Ingeniorũ præſtantia. eſſe, faſſus eſt, dixitq. ex hoc colligi poſſe, quia dum memorari volumus, partem illam ſcalpimus, vt ſpecies quaſi excitemus. Verùm, vt horum Auctorum ſententiam apertioribus notis declaremus, nullà penitùs ratione eos ſic intelligi oportet, vt crediderint Intellectum humanum, ac immortalem vllis rebus corporeis admixtum eſſe, & alicui corpori, tamquàm organo congenitum, ſed quia in ſupremum cerebri ſinum frigidum, atque ſiccum omnia phantaſmata quaſi in quamdam purgamenti officinam recipiuntur, ac Intellectui à Phantaſià exhibentur, vt ille rerum idolis viſis Intellectionem efformet, operationem ab omni materià liberam, ac remotam, ideò is locus ab illis Auctoribus Intellectus ventriculus nominatur, cùm ille Intellectui, rerum imagines qualitatibus illis conſeruando, famuletur, non autem quòd in eo ſubiectetur Intellectus, & quoquo modo ei coniunctus ſit, ac illius qualitatum particeps exiſtat. Atque hinc vbicumquè in hoc Opere ſparſim de ſupremo cerebri receſſu differemus, qui ab illis Intellectus Organum, Sinus, Inſtrumentum, vel Domicilium impropriè vocatur, ſic decet intelligi, nec minus, ac ſi Princeps aliquis palatij alicuius rerum imaginibus inſigniti eſſet dominus, nec illud inhabitaret, illius nihilominùs diceretur; ſic prorſus, licet Intellectus humanus nulli organo addictus ſit, ſed ſolùm in ipſâ Animæ immortalis ſubſtantià inhæreat: quia tamen ſummus cerebri vertex illi, phantaſmata detinendo, inſeruit, hac de re fortaſſe Sinus ille, Intellectus domicilium ab illis appellatur.

Explicatio.

Admonitio.

Quæ, cùm ità ſint, vnicuique perſpicuum erit, quòd qui hæc terna illuſtria corporis, ac animi munera conſequutus fuerit, nullam huic obtingere poſſe firmiorem, ac præſtantiorem poſſeſſionem in quam fortunæ temeritas, rerumq. humanarum æſtus, & concitatio minùs iuris ſibi vendicet; cùm præ his dotibus, opes etiam immenſæ, magnifica palatia, ampla, longèq. exporrecta iugera, ambitioſi tituli, longa famulorum caterua, & honorificæ compellationes vileſcant, nihilq. inter omnia huius vitæ bona magis ſummis votis certatim expoſcendum, quàm præſtans in omnibus hiſce Tribus Differentijs Ingenium. Quid enim inter homines præclarius eſſe poteſt, quàm inſignem Imaginatricem poſſidere, quæ nobiles Poetas, Oratores eximios, ſubtiles Mathematicos, elegantes Aulicos & Ingenioſos belli duces, rerumq. omnium artifices procreat, & quidquid in ſitu, in proportione, in formâ, in actione, in figurâ, in ordine, in concentu, in ſimilitudine, alijſq. ſimilibus ſitum eſt, illud totum à Phantaſia, tamquàm parente proficiſcitur? Quid de Intellectu dicemus, quo mediante Dij quidam videmur, & Angelis ipſis ſimillimi reddimur, & in his perturbationum ſcopulis non ſolùm nos ipſos ipſo regimus,

Phantaſia quorum mater.

Intellectus quorum parens.

mus, & laudabilem vitę rationem inſtituimus; ſed etiam alijs imperamus, ipſumq; terrarum orbem moderamur? Ex hoc enim graues Philoſophi, ſacri Theologi, excellentes Medici, inſignes Iuriſperiti, & Iudices prodeunt. Quòd ſi Memoriam quoque contemplari placuerit, videbimus tantam eſſe ipſius vtilitatem, vt parùm omninò referret tàm multa audiuiſſe, legiſſe, animaduertiſſe, niſi ea nobis Memoria denuò, quaſi in tabellis conſignata ſub mentis oculos poneret. Vndè eam meritò Plutarchus libro de Educandis liberis Cellam penuariam diſciplinarum, & Plato in Theæteto, Matrem Muſarum, & Sapientiam, Memoriæ, & Experientiæ filiam nominauit; cùm ex illâ Grammatici, Hiſtorici, Dialectici, Muſici, alijq; plurimi egrediantur, qui ſuis monumentis, ac virtutibus orbem mirificè illuſtrant. Certè proditum eſt Mithrydatem Ponti regem, qui duabus, & viginti diuerſæ linguæ nationibus imperabat, totidem idiomata percalluiſse, & pro concione ſingulis abſque interprete loquutum fuiſse. Et Craſsus ille diues, cùm Aſiæ præeſſet, quinque Græci ſermonis differentias ſic tenuit, vt quâ quiſque apud eum linguâ loqueretur, eadem reſponderet. Ferũt Cyneã Theſſalũ, cũ à Pyrrho Legatus ad Romanos de pace tractãdã miſſus eſſet, poſtero die peregrinum hoĩem, & Senatũ, & Senatui totam vrbanam plebem circumfuſam nominatim ſalutaſſe. Cyrus quoque Perſarum Rex in numeroſiſſimo exercitu omnium militum nomina tenuit. Nec huic Seneca inferior extitit, qui in Declamationum prologo, hæc de ſeipſo recenſet. Hanc aliquando, ait, in me floruiſſe, vt non tantùm ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet, non nego. Nàm duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam, & ab his, qui ad audiendum pręceptorem noſtrum conuenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cùm plures, quàm ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vſque ad primum recitabam. Nec ea complectenda tantùm, quæ vellem velox erat mihi Memoria, ſed etiam ad continenda, quæ acceperat. Hæc ille. Simile quidpiam M. Antonius Muretus libro Variarum Lectionum de quodam iuuene Corſico, Patauij litteris operam nauante, recitat, qui innumerabilia vocabula nullo nexu cohærentia, fictaq; & barbara, quæ ſemel audiſſet, mox ſinè vllâ hæſitatione, nunc eodem, quo acceperat ordine, nunc inuerſo, & quo volebat quiſque, recitabat. Ergò fatendum, quidquid diſciplinę, quidquid eruditionis, quidquid prudentiæ, totum id, poſt Deum bonorum omnium largitorem, ab animâ ratione participe, mediantibus hiſcè Tribus cerebri muneribus deriuare.

Plutarcho, & Platoni quid ſit Memoria.

Memoria quorum genitrix.

Mithrydatis memoria.

Craſſi memoria.

Cyneæ memoria.

Cyri memoria.

Senecæ memoria.

Muretus. Cuiuſdam Corſici memoria.

Omnia à cerebri ſinibꝰ.

Verùm obſcura diù fuit apud veteres quæſtio, ratiocinetur nè anima noſtra, & phantaſmata ſpeculetur ob cerebri temperiem, vel ob admirabilem eius ſtructuram. Siquidem Galenus lib. 7. de Placitis,

Digitized by Google

Qua de cauſa anima ratiocinetur. Galenus. Index ſapiẽtiæ. Index inſipientiæ. Homerus. Therſites. Platonis vera ſentẽtia. Cerebri diuerſitas. Hippocrat. Galenus.

tis, cauſam prudentiæ in homine, varietatem ſtructuræ cerebri, & magnitudinem illius eſſe affirmauit. Qui enim caput habent ſphæricum, anteriore ſummâ, & poſteriore parte protuberans, & vtrinque ad latera depreſſum, indicem eſſe ſapientis hominis; è contrà qui obtinent acuminatum, turbinatumq. caput, quale dicitur fuiſſe Therſitis apud Homerum, ſtolidi, fatui, & amentis hominis ſignum eſſe contendunt. At ſapientius Plato in Theæteto, qui non in cerebri ædificio, ſed eiuſdem medullarum temperie hanc cauſam conſtituit. Non rectè, ait, anima ſe habet in denſo, aut lutulento, molli nimis, aut duro cerebro. Molle enim celeres quidem ad percipiendum efficit, ſed eoſdem obliuioſos; durum diù memores, ſed ineptos ad percipiendum; denſum ſimulachra obſcura continet. Nec diſſimilia Hippocrates lib. 1. de Diętà, ſcripta reliquit. Cum in corpore, inquit, pars ignea ſicciſſima, & aquæ humidiſſima æqualiter temperatur, prudentiſſimum quid naſcitur. At poſtea Galenus ipſe lib. 8. de Vſu partium, cap. 13. quod prius dixit, videtur reuocaſſe, & temperiei hanc cauſam tribuiſſe. Quoniam verò de temperie mentionem fecimus, credimus Galenum, libro, Quòd animi mores corporis temperamentum ſequantur, contra communem interpretum ſententiam, non hominis formam ratione vtentem, ac immortalem, ſed formam Medicam, cuius finis eſt ſanitas, & quæ ex qualitatum temperie prouenit, ſapienter intellexiſſe. Ceterum Peripateticorum princeps libro 2. de Partibus Animalium, cap. 7. Cerebrum ridiculè vult refrigerandi cordis gratiâ tantum conſtructum, quod exangue ſit, & ſine venis, quòd homini cerebrum ideo ſit maximum, quia cor calidiſſimum. At illum Galenus libro 8. de Vſu partium, non minus verè, quàm falsè conuellit; nec immerito, cum cerebrum, Deus ſapientiſſimus opifex, vt internorum ſenſuum domicilium eſſet, conſtruxit.

Galenus explicatur. Ariſtoteles refellitur. Galenus. Cur cerebrũ homini.

Quale cerebrum eſſe debeat.

Reſtat nunc, vt quâ figurâ, quâ ſubſtantiâ, quibus qualitatibus prę ditum eſſe oporteat, Laconicè oſtendamus. Enimuero cerebri noſtri moles, vt ſuperius diximus, debet eſſe tornatilis, & aliquanto ad latera compreſſa, ex ſubſtantiâ delicatâ, ac ſubtili efformatâ, quæ, ſi talis, acutum Ingenium; ſin minus, craſſum oſtendet. Requirit etiam, vt ſufficientem pro illis thalamis materiam obtineat, & proprijs ſepimentis ab inuicem diſclusſam, & cuiuſque muneri obeundo proportionatam; quandoquidem inter omnia animantia, etiam corpore, ac capite vaſtiſſima, nullum pōt inueniri, quod ſinuũ capitis mole, cerebrũ hoĩs antecellat. Qm̃ verò ipſa cerebri ſubſtantia, & ventriculorũ receſſus, ijdem ferè aſpicientibus videntur, neceſſe eſt non ab horum ædificio, ſed à Primis Qualitatibus cerebro ipſi inſitis, hanc varietatem Ingeniorum venari. Itaque concedendi ſunt bonæ Imaginatri-

Quantum ſit hominis cerebrum. Vnde Ingeniorũ varietas.

cis,

cis thalamo quę in anteriori capitis parte reſidet, Caloris tres gradus, cum modicá Siccitate permixti; ſupremo ſinui, quẽ Intellectus Auctores ſuperius citati impropriè vocárũt, Frigiditatis tres gradus dãdi ſunt cũ pauculâ Siccitate imbuti; Memoriæ demũ cubili in occipitio tres etiam gradus Siccitatis, cũ exiguâ Frigiditatis portione tribuendi. Phantaſia ſiquidem, etſi caliditate Bregmati, & Memorię aduerſetur: ſiccitate tamen ſibi inuicem copulantur, & cohærent. Quòd aũt hiſcè tribus ſinibus has Qualitates largiri oporteat, ex eo apparet, quòd Imaginatrix illa eſt, quę rerum imagines concipit, ac etiam fingit, varias figuras architectatur, proportiones efformat, numeros cõmentatur, ac colores procreat, permutatq. vt Fernelius libro de Hominis procreatione, cap. 12. etiam teſtatur. Legimus porrò in Diuinæ Scripturæ monumẽtis, Iacob virgas multicolores ante pecudum obtutus poſſuiſſe, illorumq. fetus ita verſicolores, ob vehementem imaginationem, prodijſſe. Narrat quoque Galenus in libro quem de Theriacâ ſcripſit ad Piſonem, mulierem quamdam, ſpecioſæ Imaginis intuitu, pulchrum puellum ex deformi marito concepiſſe. Eadem prorſus Iſidorus lib. 12. Ethymologiarum, cap. 1. ſcripta reliquit. Et Thomas Morus Martyr, de quadam quoque Anglicanâ adulterâ, in eamdem ſententiam pulchellis Iambis exarauit. D. Thomas etiam in 3. parte. q. 13. art. 3. affirmat animam poſſe proprium corpus immutare; neque hoc ſolum, ſed alterius etiam corpori certas notas imprimere. Videmus .n. ſæpius contigiſſe, vt prægnantes mulieres, aliquo bellario, quod optabant, fruſtratæ, ex vehementi Imaginatione, illius rei effigiem, infantulo, in ventris conceptaculis inuoluto, conſignaſſe. Denique Imaginatrix illa eſt, quæ rerum idola intellectui aduehit, facitq. illum phantaſmata à ſe allata, ſpeculari. Quæ omnia non niſi caloris interuentu, ac celeritate, qui ſpecies eleuat, commiſcet, & adaptat, fieri poſſunt. Atque hinc Albertus Magnus lib. 3. de Animâ Tract. 2. c. 2. ideo ait barbam viris naſci, quia ibidem ex acuto calore ab anteriore capitis parte reflexo, pili generantur, ex quo probat Imaginatricem in calido conſiſtere. Ac idem prorſus Conciliator capite vltimo Collectaneorum Artis Medicæ, vna cum Ariſtotele lib. 2. de Partibus Animalium, c. 14. fatetur. Nam ſupremus cerebri vertex cũ Frigidá, & Siccá Qualitate perlitus ſit, conſtans, ac ſtabilis permanet, nec hæ qualitates ſolent ſpecies, rerumq. imagines eleuare; quin potius ille ſinus in cauſa eſt, vt phanraſmata in eo, illis qualitatibus perbellè efformata, ac polita contineantur, & terrenarum rerũ quaſi ſpolijs exuta Intellectui ſe ſiſtant, ac ille circa ea diſcurrat. Vnde prudenter Galenus lib. 1. de Naturâ humana, Comment. 11. Animi dexteritas, ait, & prudentia à biloſo humore proficiſcitur, integritatis, & conſtantiæ erit auctor Melancholicus. Multo etiam minus Memorię qualitates hęc ſpectra cõcitabunt, cũ hæ prorſus ad hoc ef-

Cerebri ſinus quot qualeſue qualitatum gradus habere debeant.

Vt ſinus cerebri ſibi inuicem copulantur.

Phantaſia partus.

Fernelius.

Iacob Patriarcha facinus.

Phantaſia uis.

Galeni teſtimonium.

Iſidorus.

Thomas Morus.

Aquinas.

Albertus Magnus.

Vnde barba viris.

Cõciliator.

Ariſtoteles.

Vnde cõſtantia.

Galenus.

Vnde dexteritas.

Qualitas organi Phantaſia.

ficiendũ inefficaces exiſtimẽtur. Quá de cauſá Imaginatrix, ſola erit cui hæc munera meritò cõpetẽt, quæq. humori Bilioſo ſubiacet.

Qualitas organi ſupremi.

Porrò, ꝙ ſupremus ſinus Frigidâ, atque Siccâ qualitate concretus eſſe debeat, ex eo videre eſt, quod ẽt brutæ animantes, quæ his præditæ ſunt, vt Elephas, & Formica, prudentiſſimæ credantur.

Quæ animalia prudentia.

Ariſtot.

Qui in litteris præſtantes.

Heracliti dictum.

Ariſtot. certè Sect. 30. Probl. 28. affirmat oẽs, qui litteris, & eruditione aliquando floruerũt, Melancholicos fuiſſe. Vnde ferũt Heraclitũ dicere ſolitũ, Splendorẽ ſiccũ, animum ſapientiſſimũ creare.

Ariſtot.

Aegyptij quales.

Arctoi quales.

Frigoris effectus.

Organi memoriæ qualitas.

Ac idẽ Ariſtot. cũ hęc penitius contemplaretur, & videret gentes illas, quæ Zonæ Torridę ſubiacent, & feruentiſſimas regiones incolunt, vt Aegyptij, & ſimiles Ingenio præcedere eas, quæ Arctico, & Aquiloni ſũt expoſitæ, tãdẽ faſſus eſt, ex eo procedere, ꝙ nimius calor ambiens, cutis meatus dilatãdo, natiuũ calorẽ euocet, & ꝑ cõſequẽs Cerebrũ Frigidũ, Siccũq. derelinquat, ꝙ deinde in cauſâ ſit, vt Aĩa noſtra tàm ſapienter ratiocinetur: ẽ contra verò accidere ijs; qui gelu concretas prouincias inhabitant, quarũ aëris frigiditas ambiens, poros cõſtringit, caloremq; innatũ, humiditatemq. conſeruat, qui poſtea cerebrũ ebullire facit, minuiſq. laudabiles operationes ab eo fieri ꝑmittit. Ceterũ, Memoriã diximus in Siccitate, & Frigiditate cõſiſtere, nec perperã noſtrâ quidẽ ſentẽtiá. In hac .n. potiſſima Phãtaſiæ, & Rationis vis elucet, quę tã q̃ locuples penu, reru recõditarũ vberrimã ſupellectilẽ ab his duab. potentijs cõſignatã ſic continet, vt cũ opus ſit, depromi, ac erui poſſit. Quòd ſi humiditate tãtũ cõſtaret, nullas poſſet rerũ effigies cõtinere, ſed cuncta, vt in aquá videmus, defluerent. Non tñ inficias ire poſſumus, in bene cõſtituto Cerebro ẽt aquæ humiditatẽ reperiri, ſed in tã puſillâ quãtitate, vt potius rõne, q̃ ſenſu cõprehendatur. Quocirca aſſerimus Memoriã præſtãtẽ aëris qualitate præditã eſſe debere, qui, cũ tenuis ſit, cellã quoque Memoriæ talẽ efficiet, ad recipienda rerũ ſimulachra apprimè idoneã cõſtituet, & cũ Siccus, atque Frig⁹, ad eadẽ diuturno tꝑe cõſeruanda, ſtupendam efformabit. Exẽplo eſſe poſſunt

Memoria pueri.

Vnde balbuties.

Memoria ſenis.

pueri, qui cũ cerebrũ nimis humectũ habeant, ac molle, non ſolũ balbutiũt, ſed ẽt ea ipſis q̃ breui tꝑis interuallo Memoriæ cõmendarũt, extẽplo excidunt; & ſenes cũ idẽ frigidũ, & ſiccum obtineant, longiori quidẽ tꝑis ſpacio addiſcunt, ſed eorũ, quę iã Memoriæ cõſignârut, vix amplius obliuiſcũtur. Ex quibus tãdẽ cõcludendũ eſt, ex hiſce ternis potentijs, terniſq. finibus, ſolũ oẽm Ingeniorũ varietatẽ promanare. Vt aũt vniuſcuiuſque faculatis regiam ſuprà adumbratã, ex ſignis etiam exterioribus quis probè poſſit internoſcere, hæc erunt ſchemata. Siquidẽ, cum Imaginatrix calore potiſſimum gaudeat, cuncta circum caput rubicundo colore erunt perfuſa; caro gracilis; oculi venis intertexti, hinc, atque illinc verſatiles; capilli multi, criſpi, duri,

Phantaſiæ facies.

& rutili ſtatim erũpent, mox nigreſcent, & tandẽ caluitio ex anteriori parte decident. His paucæ admodũ ſuperfluitates in oculis, naribus,

auri-

Digitized by Google

auribus, & faucibus exiſtent. Vbi verò organum pro phãtaſmatibus *Intellectus*
Intellectui ritè,& rectè offerendis diſpoſitũ erit, huic faciei caro ſca- *imago.*
bra,& extenuata euadet;capilli citò naſcentur validi, & annulati potius,quam recti ſeſe attollent, celeriterq. caluescent. Hiſcè oculi etiã celeres exiſtent,nullas ſuperfluitates exundabunt; inſignis vigilantia vigebit, omneſq. inſitæ Intellectui facultates citra vllum incommodum munia ſua obibũt. Quod ſi cerebrum pro excellenti Memoria *Memoriæ*
fabricatum erit, huic color pallidus,minuſq. ſuauis euadet, capillus *vultus.*
laxus,fragilis, ſubmollis,rũfi,albiq. coloris particeps, & qui citò euaneſcet; cutis tactu frigida quam nonnulla adipis portio molleſcet, & oculi penè immobiles hiſcè conſiſtent, quique deſtillationibus plurimis capientur, & vigilantes denique prodibunt.

Quibus ita conſtitutis, mirabuntur fortaſſis aliqui nos contra Peri *Obiectio.*
pateticorum dogmata ſenſuum internorum functiones in cerebro, *Solutio.*
tamquam in proprio Animæ domicilio poſuiſſe. Verum mirari deſinent,quando conſiderabunt Animam Intellectiuam verè, ac propriè
hoïs formam eſſe,contra Auerr.lib.3.de Animâ,Com.5. Themiſtium *Auerr. Themiſt.*
lib.2.c.27.Philoponum, & Simpliciũ lib. 1. ipſamq. oẽs corporis hu- *Philoponus.*
mani partes permeare,ac informare;cum ſingulæ illæ nutriantur, & *Simplicius.*
nulla eſſe poteſt compoſiti materia, quæ ſubſtantiali formâ deſtitua- *Aia totum*
tur, & per conſequens dicendum Animam noſtrã etiã Cerebrum in- *corpus infor*
formare.Imò Plato apud Alcinoum in libro de eius doctrinâ,c.23.et- *mat.*
ſi falsò: tamen in capite tantum Animam Intellectiuam, veluti in ar *Diuerſæ de*
ce locauit.Nec ab ipſo diſſentit admodum Strato Phyſicus, qui eã in *loco Animæ*
ſuperciliorum meditullio poſuit;Strato,& Eraſiſtratus in cerebri mẽ *opiniones.*
branulis;Herophilus in ipſius baſi; Xenocrates in vertice; & Hippo- *Alcinous.*
crates in toto cerebro conſtituit.Quod ſi Anima noſtra cerebrum ve- *Strato Phyſicus.*
rè informat, nec deforis aſſiſtit, vt erroneè Arabs commentiebatur, *Eraſiſtrat.*
quid abſoni poteſt eſſe aſſerere Animam Intellectiuam, dum ſocieta- *Herophil.*
tem hanc cum corpore tuetur, cerebro mediante,ſenſuum miniſteria *Xenocr.*
acceptare,quandoquidẽ ceterarum corporis partium viribus alia mu *Hippocr.*
nia exſequitur? Et quoniam omnes Animæ humanæ eâdem nobili- *Auerr. reprehẽditur.*
tatis præſtantiâ ornatæ ſunt, ſi illis cum cerebro nullum commerciũ *Cur anima*
intercederet,ſapientiſſimæ ſemper exſtarent, neque vmquam delira- *delirat.*
rent; atqui, cum contrarium experiamur, credendum eſt ex cerebri organo, aut probè, aut improbè efformato, & diuerſis qualitatibus,
vel imbuto,vel deſtituto,has varietates prouenire.Quod quamuis ita *Qualitates*
ſit: non tamen aſſerimus vllas qualitates extrinſecas Intellectui ineſ- *cui inſint.*
ſe poſſe,ſed ſolum in cerebro ſubiectari,quod,cum inconcinnè phantaſmata ab Imaginatrice delata contineat,& cum Intelligentẽ oporteat Phantaſmata ſpeculari, cumq. nihil ſit in Intellectu, quod priùs non fuerit in ſenſu, licet ille à cerebro nullatenus dependeat, & non poſſit rectè dici illum in ſemetipſo imprudenter ſuas functiones obi-

Digitized by Google

re: ſi tamen rerum idola improbè aut efformata, aut in cerebri fornice diſpoſita erunt, ſequitur ex illorum intuitu ipſum quoque incongruè diſcurſurum. Nam ſi Anima in copore exiſtens cerebri miniſterio non indigeret, nullá profectò ratione, nec à ſenſibus, nec ab eorū qualitatibus, & ſpeciebus decipi poſſet; quippè quæ à nullo phantaſmatum ſatellitio dependeret, & ſenſuum aliquando delirantium nebulis offuſcaretur. Sed heù, quia contrarium accidit, contrarios etiam effectus ſæpiſſimè videmus. Hiſcè adiungi poteſt, quod cum Anima noſtra ſit immaterialis, & ex hoc indiuiſibilis, nullíſq. partibus prædita; ideo vbique rõne, & diſcurſu pollere; & nihilominus nemo expertus eſt illam in calcaneis, ſed ſolum in capite, mediāte Intellectu principali Animæ inſtrumento ratiocinari, ſignum euidens illam donec in hoc corporis carcere moratur, cerebri operá indigere. Nec indè ſequitur Intellectum, potentiam organicam eſſe, vt erroneè Huartes ſentiebat, cū Intellectus humanus nulli corpori, aut organo quoquo modo permixtus ſit, ſed ſolum in ipsâ Animâ ſubiectetur. Caiet. vero p.1.q.76.art. 1. in illum errorem lapſus eſt, vt crederet Animam hoīs ſecundum gradum Intellectiuum, formam corporis non eſſe, & non vidit adeò naturalem eſſe Animę cum corpore, & Intellectus cū Imaginatione connexionem, vt ſaltem ordinariè, dum Animus noſter in corpore continetur, non poſſit Intellectus vllius rei capere notionē, quin ipſum Imaginatrix comitetur. Vndè præclarè D.Greg. Nazianzenus Orat.2. de Theologiá ſcripſit impoſſibile eſſe Animos noſtros, qui maximè à rerum aſpectabilium contagione ſeparati ſunt, donec corporibus includuntur, commercium aliquod cum rebus corporeis non obtinere. Probè autem Ariſtot.lib.3.de Animâ, c.4.ex Anaxagoræ ſententiá ſcripſit, Intellectum, vt omnium rerum intelligibilium Imagines reciperet, nō debere vlli organo addictum eſſe; cum Intus exiſtens, extranei cognitionem prohibeat. Verum hæc ratio in rebus dumtaxat materialibus vim aliquā exerit, vt ſi guſtus organū humore bilioſo affectum eſſet, aliarum rerum ſapores vtique non dignoſceret; at Intellectui, vtpotè ſubſtantiæ ſpirituali nihil impedimenti ſubeſt, quò minus ad oīum rerum ſpecies recipiendas indeterminatus ſit. Plato certè in Timæo contrarium ſenſit, voluitq. oēm cognitionē per quamdam ſimilitudinē inter rem cognitam, & cognoſcentē proficiſci. Vnde etiam exſtat illud Empedoclis poëticè philoſophantis.

Anima cū cerebro ſocietas. — *Cur aīa tota rõnalis.* — *Huartes refellitur.* — *Intellectus non eſt organicus.* — *Caiet. reprehenditur.* — *Gregor. Nazianz.* — *Ariſtot. Anaxag.* — *Axioma.* — *Plato.* — *Empedocles*

Percipimus terram tellure, liquore liquorem:
Aether, & ex æthrá ſentitur, & ignibus ignis,
Sic litem lis, pacem pax, amor offert amorem.

Anima licet perturba Neque verò ideò quandò cerebrum magnis inflammationibus turget, & Intellectus noſter ſuæ rationis, ac iudicij munia rectè perficere

Digitized by Google

re nequit, dicendum vllatenus eſt, illum mortalem eſſe,ſed potius cũ Animæ inſit,& illa organo coniuncta ſit, hac de cauſá illas perturbationes ſentire. Pari ratione,cũ Animus noſter propter nimiam corporis intemperiem illud deſerere cogitur, ſtultiſſimi hominis eſſet aſſerere, illum pariter mortalem eſſe, ſed ſapientis omninò ex hoc colligere Animam eſſe verum actum, & formam ſubſtantialem humani corporis, in quo quouſque inhabitat, neceſſe eſt illam vnà cum ſuo collegá,omniumq. laborum ſocio affici, pariq. incommodo inuolui. Verè enim Triſmegiſtus in Aſclepio dixit Animas noſtras in Horizonte Aeternitatis, ac Temporis poſitas eſſe, nimirum quatenus in ſe,vt materiæ expertes,ac immortales, diuina, quæ extrà oẽ tempus ſunt,tranſcendunt;ſic quoque cum materiæ corporis coniunguntur, ad temporis viciſſitudines conferri.Nec obſtat,quod Anima humana extrà aliarum ſortem emineat,poſſitq. ſeparatim ſubſiſtere, ac ideò à materiá,vt à cauſá ſui eſſe, non pendere : nihilominus, quia ſine corporis conſortio, nec informandi munus adminiſtrat,nec etiam ad cõplẽdam, abſoluendamq. ſpeciem pertingit,dicendum eſt illam cuiuſdã veluti coniugij æquilibrium conſeruare, ac conſenſum cũ corpore maritali quadam æqualitate tueri. Atque hinc quadam cõſortij lege, & corporis cum Animo ab omni materiæ concretione remotiſſimo, ſympathiá,& cognatione,vitia quædam, virtuteſq. animi in corpus, & corporis in animum dimanant.Cum enim Anima corporeis organis vtatur, quę multifariam noxijs humoribus ſępè, vel afficiuntur, vel etiam vitiantur,fit,vt corruptis,aut vitiatis inſtrumentis,nequeat illa pro dignitate diuinam ſuam vim depromere, vt etiam D. Paulus ad Galatas, c. 5. viſus eſt fateri.Atque hinc videmus quoſdã corporis affectione eſſe in vitia procliues,& talia pathemata,& facere,& pati, vt in ſtuporem hominum mentes concitentur. Et verò licet certum ſit corporũ temperaturas ad varios affectus inclinare; in cuiuſque tamen poteſtate eſſe, accedente diuini Numinis ope, nos ducẽ ſequi Rationẽ, inſurgenteſq. motus illius clauo cohibere, ac totum Animæ hoſpitium ad virtutes, proboſq. mores componere poſſe.

Anima licet perturbationes ĩ hac vita ſẽtiat, immortalis nihilominus eſt.

Vnde colligatur aĩã eſſe formã corporis.

Triſmegiſti dictum.

Anima humana extrà corpus ſubſiſtit.

Anima in corpore vtitur corpore.

Anima corporis coniux.

Sympathia corporis, & animi.

Paulus.

Craſis licet ad vitia inclinet, eſt tamen in poteſtate hominis ratio.

Quocircà precamur te Domine, ne ſinas hoc corpus, Animæ noſtræ receptaculũ,quod,vel gaudij, vel cruciatus ęterni futurũ eſt particeps, Superbiá intumeſcere, Auaritiá feruere, Luxuriá accẽdi, Inuidiá tabeſcere, Gulá diſtendi, Irà exuri, Acediá torpere, ſed potius Domine IESV tribue nobis tuá Gratia cooperante Humilitatis decora, Liberalitatis præmia, Caſtitatis laureolas, Benignitatis inſignia, Temperantiæ vexilla, Pœnitentiæ exempla, Pietatis ardores, vt his virtutibus, veluti Solis ſplendoribus redimiti, & Animá, & Corpore tamdem aliquandò ad immenſam tuam gloriam ſubleuemur.

Apoſtrophe.

Digitized by Google

MEMBRVM SEXTVM.

Ingenia Hominum ex Alimentis deriuare.

Plato. Ingenia pendent ab Alimentis. Galenus. Auerroes. Plinius. Cœlius Rhodigin. Marſilius Ficinus. Quo alimenta abeant. Qui fuit ante cibum nõ eſt poſt cibũ. Philoponus. Aegidius. Pomponius. Durandus.

QVIBVS locis hominum Ingenia contineantur, quibus qualitatibus ſtipentur, quâ ratione cognoſcantur, quot in claſſes diſtinguantur, ſatis nobis ſuperiùs diſſeruiſſe videmur; nunc reſtat, vt hoc Membro de Alimentis diſceptemus, cum ex ijs etiam maximè Ingeniorum cognitio depẽdeat: Siquidem Plato lib.2. & 5. de Legibus, ſapienter affirmauit, plurimum momenti ad perueſtiganda Ingenia victus rationem adferre ſolere. Ac idem prorſus Galenus in libro de Cibis boni, & mali ſucci, Auerroes lib.5. Collectan. cap.32. Plinius lib.11. cap. 37. Cœlius Rhodiginus lib.3. c.13. & Marſilius Ficinus, libro de Sanitate tuendâ, docuêre. Nam Galenus libro de Naturâ humanâ aſſerit ſingula Alimenta neceſſariò ad ſuam naturam deſcendere. Vnde, ſi quis frigidis Alimentis, vel alterius cuiuſcumque qualitatis vſus fuerit, tale etiam temperamentum ſortiri. Immo verò tanti fecêre ſemper viri docti Alimenta, vt etiam aſſeruerint Nutritione, & Augmentatione factâ, idem numero viuens amplius non eſſe, quod anteâ exſtitit; in quâ opinione, ſaltem ſecundum materiam, Philoponus lib.1. de Generatiòne, Aegid.q.26. etiam de Generatione, Pomponius tractatu de Augumentatione, Durandus p.1.diſt.20.q.4. & quidam alij verſati ſunt. Etenim, cùm proſpicerent in totâ rerum naturâ nil ſtabile, ac firmum ſubſiſtere, ſed omnes homines continuis viciſſitudinibus expoſitos eſſe, illorumq. temperamenta varias mutationes ſic ſubire, vt pleriſque calida Alimenta humorẽ abſumant; nonnullis nimia illorum humiditas calorem exſtinguat; multiſq. intenſa eorũ quoque frigiditas, ſiccitatem inducat, exiſtimârunt in tantis complexionum mutationibus, materiam eorum pariter mutatâm eſſe, aliamq. diuerſam ſubintraſſe. Ceterùm, vt argumentum incepti operis proſequamur, perſpicuum eſt, hominum corpora aſſiduò diffluere, totamq. molem ad interitum vergere. Quamobrem Naturæ ſator Deus, voluit

Vnde temperamenti mutatio. Dei benignitas. Quid ſit mutatio.

ſubſtan-

Digitized by Google

ſubſtantiam noſtram præterlabentem Alimentis reparari, quorum conuerſio in noſtram ſubſtantiam, Nutritiò nuncupatur, hæcq. cibo, ac potu perficitur.

Vt autem cibo ingeſto corpus alatur, & augeſcat, quattuor naturales Potentias omnes ferè Medici, & Philoſophi ſibi fabricârunt, quas nos vnam ſolùm eſſe profitemur. Potentia enim quædam per omnes corporis partes diffuſa nobis ineſt, cuius vi cibi alliciuntur, retinētur, alterantur, & immutantur, tandemq. illorum recrementa, huius etiā virtute expellūtur. Haud enim rationi diſſonum videtur, vt quæ vim attrahendi obtinet, facta ſit illicò tàm imbecillis, vt eadem retinere non poſſit, & detinendo, calore naturali medio, alterare non valeat, & alterando non queat eſculentorum ſuperfluitates, quā facultate attraxit, eâdem prorſùs eijcere. Quorſum hæc entium multiplicatio? Profectò Anima noſtra etſi vnigena ſit: multiplices tamen functiones varijs inſtrumentorum differentijs accommodatas perficit. Quòd verò quadruplicia nomina obtineat, hoc ex quadruplici actionis officio prouenit.

Quot ſint Potentiæ.

Sed, vt ad rem reuertamur, primò cibus dentibus atteritur, & in ipſo oris veſtibulo exactè læuigatur, tùm in ventriculi fornacem ingeritur, vt concoquatur, cedatq. in proprium cuiuſquè membri, cùm nutrimentum, tùm quoque augmentum, fæcibus iam repudiatis. Atque ità prima varij Alimenti concoctio, vt inchoatur in Ore; ſic perficitur in Ventriculo, qui Chylum efformat, donec illum Hepar in venis Meſeraicis in formam ſanguinis contrahat, priſtinâ ſpecie exuat, & ſecundò excoquat. Tertia verò concoctio commune Alimentum accuratè elaboratum è minimis venis emanans, ceū rorem quemdam per ſingulas corporis partes diffundit, facitq. in cuiuſcumque ſubſtantiam, cui applicatur, conuertere. Quòd ſi Naturæ vis in conficiendo Chylo ſit valida, ſitq. è cibis optimi ſucci præparatus, tunc exoptata aſſiſtet temperies, parua vitioſorum humorū copia, nulla fermè morborum examina, ſed humores in purum ſanguinem tranſibunt, qui rorido, ac vitali ſuo madore oīa corporis membra mirificè vegetabit.

Quō fiat nutritio.
Cōcoctio prima.
Concoctio ſecunda.
Chylus.
Cōcoctio tertia.
Chyli laus.

Quòd, vt verè ſic euadat, noxia quęque euitare oportet, quæ ingenitum nobis temperamentum conuellunt, vitam labefactant, ac ſubruunt, tandemq. præter ætatis rationem, ac naturæ curſum, præcocē ſenectam, mortemq. accelerant inexpectatam. Illa autem plurima ſunt, quæ corpus noſtrum vegetum, ac floridum, vel naturæ beneficio, vel parentum induſtriâ, vel demùm diuino munere effectum vitiant, & corrumpunt, vitalem ſuccum exhauriūt, calorem genuinum exſtinguunt, in eorumq. locum prauos humores inducunt; ſcilicet vitæ Intemperantia, vitioſæ Alimentorum facultates, intempeſtiuæ Vigiliæ, Animi mœrores, Veneris vſus, & alia, quæ ætatem florentem, firmamq.

Quæ vitanda.
Quæ mortē accelerant.

Digitized by Google

Crapula vitanda. firmamq. valetudinem marceſcunt. Siquidem ex aſſiduis, crapuloſiſq. ſympoſijs, cùm non poſſint ſatis humores excoqui, atque attenuari, cruditas exſurgit, quæ ructus fędos, olidoſq. procreat, quorum nidore *Vnde ſcabies.* cerebrũ defumatur, aliæq. corporis partes inficiuntur, & extima cutis ſcabie, puſtuliſq. deformatur. Quæ, cùm veteres perpenderent, *Aelianus. Arcades.* ſcribit Aelianus lib. 3. ſuæ hiſtorię Arcades glandibus ſolùm veſci cõ- *Argiui.* ſueuiſſe; Argiuos pomis; Athenienſes ficubus; Tirynthios piris; Indos *Atheniẽſes.* arundinibus; Carmanos palmis; Sauromatas milio; Perſas terebin- *Tirynthi.* tho, & naſturtio. Ex quibus elucet priſcis illis in maximâ rerum om- *Indi.* nium opulentiâ, quàm victus frugalitas in pretio, ac honore fuerit. *Carmani.* Quã fortè, cùm Xenophilus Muſicus ſectaretur, refert Plinius lib. 7. *Sauromatæ* cap. 50. eum Centum quinque annis abſque vllo corporis incommo- *Perſæ. Xenophilus Muſicus.* do vixiſſe. Alia verò corpus effetum, elumbe, aridum, & exangue reddunt, quòd nimirum tota pubertas, ac iuuenile robur vitijs exhauſtũ *Plinius.* ſit, & attritum. Quòd autem Luxuria non modò corporis vires, ſed *Veneris incommoda.* etiã Ingenij aciem obtundat, D. Auguſtinus libro de Verâ Religione teſtatur, vbi aſſerit Platonem diſcipulos ſuos edocere ſolitum, vt à *Auguſtinus* Venereis voluptatibus abſtinerent, perſuaſumq. haberent, veritatem *Plato.* non corporis oculis, aut ſenſu aliquo, ſed ſolâ mentis puritate videri, *Gemmeũ documentum.* ad quam percipiendam nihil magis impedimẽto eſſe, quàm vitã libidinibus deditã. *Seneca.* Seneca quoque in Præfatione libri 7. Declamationũ, *Galenus.* nihil eſſe tàm mortiferum Ingenijs, quàm Luxuriã affirmauit. Iſtiuſ- *Hippocrates.* modi enim voluptates, cerebro, in quo interni ſenſus inſunt, plurimũ nocent, vt Galenus in Cõmentarijs libri 8. Epidemiorum Hippocra- *Arnaldus.* tis, & Arnaldus in Speculo Introductionum Medicinalium, cap. 83. *Albertus Magnus.* teſtantur. Albertus Magnus certè lib. 22. de Animalibus, narrat factã aliquãdò cuiuſdam corporis humani diſſectione, inuentum fuiſſe ca- *Res mirabilis.* put cerebro exhauſtum, cuius rei, cùm Medici cauſam inueſtigaſſent, *Deus vltor ſcelerum.* compertum fuiſſe, ob frequentem vſum rei venereę, cerebrum deſtillaſſe. Omittimus hic, quàm ſeuerè Deus ſcelerum vltor, in tales quoque animaduertat, qui, cùm intempeſtiuè, atque antè maturitatem areſcant, etiam cruciatibus ſempiternis mancipantur.

Igitur ad hæc euitanda, eſt optima vitæ, victuſq. ratio inſtituenda, & curandum, vt corpus optimis quibuſque cibis aſſueſcat, qui nihil ſucci vitioſi, aut humoris praui pariant, eoſq. obſeruatã temporis, ætatis, conſuetudinis, & moderatã quantitatis ratione, aſſumat. Præſtabit *Exercitatio.* etiam valdè, cum antè, tùm poſt cibum aſſumptum, pro temporis ſtatu, laudabili exercitatione aliquã animum à curis, corpuſq. à deſidiâ relaxare, vt agitatione, motuq. decenti, vigor ſopitus reuiuiſcat, calor natiuus augeſcat, appetitus acuatur, meatus dilatentur, vt liberiùs humores vltrò, citroq. commeent, & excrementa cõmodius expurgentur, concoctio maturius, pleniuſq. perficiatur, & per patẽtia venarum

conce-

Digitized by Google

conceptacula, ſucci probè elaborati diſtribuantur, & demũm omnes corporis partes, & ſenſus, cùm interni, tum externi agiles, & ad obeũdas actiones expediti, & mens hilaris, & erecta prodeat, nè cõtra torpeſcendo humoribus vndique turgeſcant, luxuq. tabeſcant. Verũ vbi ab exercitatione deſiſtitur, & ad cibum, potumq. itur, vt vires reſtaurentur, illis parcè vtendum eſt, nè ſatietas, humorumq. redundantia ventriculum diſtendat, & cruditate afficiat. Similiter etiam ſunt ſumenda Alimenta, quę temperamenti limites non excedant, ſintq. naturæ quàm maximè conſentanea, & vniformia quantum fieri poteſt, nè qualitatum repugnantiá inter ſe diſſideant, & perniciem corpori, cerebroq. importent. *Cautio.*

Vt verò propiùs ad inſtitutum noſtrum accedamus, in cõfeſſo eſſe debet apud omnes, talem ſingulos naturam ſortiri, qualem Alimenta, quibus potiſſimùm veſcuntur, obtinent. Vndè Plato in Timæo, ſicut ſtudia, & optimæ diſciplinæ vitia extirpant, & virtutes pariunt, pari ratione Alimenta idem prę ſtare, ſcriptum reliquit. Nam, quamquàm Cerebrum noſtrum ſit in ipſo vitę exordio ex delicatis materię partibus formatum: quia tamen ſingulis propemodũ diebus eius aliqua pars dilabitur, & illã Alimentis reſarciri neceſſe ſit, ſequitur, vt qualia fercula aſciſcuntur, tale etiam Cerebrum futurum, eamdemq. ciborum naturam accepturum, quod vel habitu noxio, hebes, turbidumq. efficietur, vel puro, ſplendidoq. acutum, ſerenumq. comparabitur. *Quale alimentum talis natura. Platonis dictum.*

Ac in primis, quicumque Phantaſiá pollere, eamq. non modò fouere, ſed etiam excitare cupiuerit, expedit, vt vino meraco, claro, ſuaui, & odorifero, ſiuè albo, ſiuè rubro vtatur, quod ideò Plato lib.2. de Legibus, & Galenus lib.1. de Tuendá valetudine, pueris interdixêre, nè cùm impensè calidum ſit, eorum incremento officiat, & corpus adoleſcere prohibeat, de quo abundè ſatis Aetius Tetr.1. Sermone 1. Arctæus lib.1. de Virt. acut. morb. c.1. Trallianus lib.12. cap.3. & 4. & lib.7. cap. 14. Celſus lib.8. de Re Med. c.27. & Oribaſius lib.3. Medic. Collect. cap.7. diſputârunt. Verumtamen Solis luce clariùs liquet, vini abuſum in omni ætate, corpori, atque menti incõmoda maxima parere. *Quæ Phantaſiæ proſũt. Plato. Galenus. Aetius. Arctæus. Trallianus. Celſus. Oribaſius.*

Vndè Anacharſis primum poculum dixit eſſe ſanitatis, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, quartum furoris, & inſaniæ. Quod idem meritò Eubulus apud Cœlium Rhodiginum lib.38. cap.6. fatetur. Scribit quoque Athenæus lib. 10. vt per ænigma quoddam parcè ſumendum vinum eſſe indicaret, Palamedem vatem vaticinatum fœliciter eos nauigaturos, qui tres aquæ cyathos cùm vno vini bibiſſent. Hoc enim ſymbolo ſignificabat vinum immodicè ſumptum Ingenium, iudiciumq. quaſi auferre, & contrà ſumptum modicè, excitare, & acuere, & per conſequens omnes actiones huius vitæ ad optatum deſiderij portum perducere. Reliqua, quæ Imaginatiuam ſuo *Anacharſis dictum. Eubulus. Cœlius Rhodiginus. Athenæus. Palamedes vates. Phantaſiæ alimenta.*

caloie,

calore, ac ſiccitate augent, & conſeruant, ſunt Mel, Butyrum, Saccharum, & ex hortenſi prouentu, ac aromatum ſiluâ, Draconitis, Mētha, Vuæ paſſæ, Ficus aridæ, Perſicorum nuclei, ac Pinei, Eringium, Carduus, Cinara, Siſarum, Raphanus, Naſturtium, Allia, Cepæ, Abſynthium Ponticum, Piper, Porrum, Sinapis, Amaracus, Saluia, Ruta, Amygdalæ dulces, & amaræ, Dactili, Aniſū, Serpillū, Zinziber, Cynamomū, Crocus, Nux Myriſtica, & alia quàmplurima his ſimilia. Inter quadrupedes verò, Vituli, Verueces. Inter volucres, quæq. ſe volatu exercent, Galli gallinacei, Columbi, Perdices, Miliariæ, Frigilli, Ficedulæ, Sturni, Turtures, Phaſiani, Merulæ, Turdi, Paſſerculi, & ſimiles alites aliæ, exceptis ijs, quæ collo, roſtroq. oblongo prædità ſunt, ac paluſtria loca inhabitant, valentemq. ventriculum exigunt.

Intellectus fercula. Porrò, ſi quis Intellectu valere optauerit, ſiccis, frigidiſq. rebus eū veſci oportebit, vt phantaſmata in ſupremo ſinu magis purgata Intellectui offerantur. Et primùm pane ex optimo Tritico laudatiſſimè confecto, & copioſo ſale reſperſo. Sal enim, cùm frigidum ſiccūq. ſit, menti plurimùm confert. Hinc illa oracula, Vos eſtis ſal terræ; ſal-Sapientiæ, & Intellectus; Quidquid offeres, ſale condies. Mira certe de Salis virtutibus Actuarius libro Meth. Medendi c. 9. Marcellus Empiricus libro de Medicamentis, cap. 30. & Viridicianus Archiatrorum Comes deſcripſit, ac inter reliqua Aegineta vult, lib. 7. cap. 9. de Re Medicâ, quidquid eſt humidi in corporibus, id totum ſale depaſci. Panis verò debet eſſe ſeſquialter ad oua; triplus ad carnes; quadruplus ad piſces, herbas, fructuſq. & cibus denique duplus ad potum. Ex viridario eſt Meſpillum, multiplicis generis Pira, Mirabolanum, & Fraga. Ceterùm, huic ſupremo organo Leporina caro maximè conducit, cum ſiccæ, frigidæq. conditionis ſit. Idcircò non immeritò illam laudauit Martialis.

Actuarius. Marcellus Empiricus. Viridicianus. Aegineta. Panis ſtatera. Martialis.

Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

Vrſina etiam caro, Ceruina, Caprina, & Cuniculi epulas exornare ſæpiùs deberent; ſic quoque Hiſtrix, Recocta, omniumq. auium cerebella, & quæ his maximè affinia ſunt, & cognata.

Memoria cibarium. Vltimò, ſi quis Memoriâ inſigni excellere deſiderauerit, ex horto ſibi Cucurbitas, Fungos, Pæoniæ baccæ viſcum, Cimulam, Thimbrā, Spinachium, Hydrolapathū, Melones, Lactucam, Hippolapathum, Bugloſſum, Cucumeres, Ceraſia, & ſimilia decerpat; ex ſtabulo Suillam carnem, apprimè à Galeno lib. 3. de Alimentorum facultatibus cap. 1. laudatam, & Attagen á Cardano lib. 18. de Subtilitate, celebratam, lac Caprinum, Caſeum recētem, Caprumq. tenellum educat; ex fluuijs verò Truttas, Lombricos, Salmones, Lucios, Anguillas, & ſimilia, quæ frigidis, viſcoſiſq. qualitatibus imbuta ſunt, extrahat, ſibiq. pro Memoriâ oportunum conuiuium præparet.

Galenus. Cardanus.

Quod

Quod reliquum eſt, bis in die ſumendum eſt Alimentum modicum, atque leue, & ſemper vt ſiccum pondere molle exuperet, famem cibus, ſitim potus expectet, ac vtriuſque auiditas menſæ ſuperſit, ſaturitaſq. procul abſit. Tamdem concludimus ex Alimentis calidis, ſiccíſq. optimam Imaginatricem generari; ex frigidis, ſiccíſq. ſublimem Bregmatis regiam creari; & denique ex ſiccis, frigidíſq. excellentem Memoriam produci, quique tales eſcas pro variâ ratione frequentauerint, talem Ingenii ſortem habituros, facili negotio quiſque poterit vaticinari. *Qualitas Alimenti.* *Documētū; Qua Alimēta conducāt finibus cerebri.*

Tu ergo Domine IESV, qui pro noſtræ ſalutis reparatione Ieiunium Noua etiam lege ſanxiſti, da, vt à ſumptuoſis, numeroſiſq. ferculis abſtinendo, continuè de tuis in nos beneficijs collatis, cogitemus, perpetuo de tuâ Diuinitate, pariter, ac Humanitate, vt hominum genus redimeres, diſcurramus, & æternè de noſtrâ ſalute, boniſq; operibus recordemur. *Apoſtrophe.*

(∴)

Digitized by Google

MEMBRVM
SEPTIMVM.
Ingenia Hominum ex Quattuor Humoribus colligere.

Humorum mores.

OPERIS inſtituti ratio exigit, vt, cùm de Alimentorum facultatib. ſupra tractauerimus; iam ſingillatim de ipſorũ Humoribus, à quib. omnis Ingeniorũ phalanx deducitur, conciſè diſputemus. Nemo enim mortalium eſt, qui non pathemate aliquo interdùm vellicetur. Inſitum ſiquidem eſt naturæ humanæ, vt Phlegmatici deſides, ac veternoſi exiſtant; Melancholici mœrore contrahantur; Sanguinei exhilareſcant; Cholerici iraſcantur. Et quamuis hæc ſint Humorum incitamenta, naturæq. propenſiones: non tamen edicta prætoria euadunt, coguntq. nos illis ſubijci, quin potiùs adhibitâ in conſilium Ratione, mentiſq. iudicio, hę affectuum laruæ euaneſcunt, oĩſq. aut æſtus, aut torpor, relicto Rationi imperio, componitur. Legimus certè Socratem, & Periclem eâ mentis tranquillitate, & conſtantiâ præditos fuiſſe, vt in rebus, ſiuè proſperis, ſiuè aduerſis, numquam vultus immutârint. Equidem, qui vitiorum tyrãnidem excutere, domitaſq. cupiditates habere ſibi depoſcit, poſt Deum nil ſalubrius, quàm, vt illi affectuum moderatrix Temperantia aſſiſtat, quæ a Pituoſis ſomnolentiam; à Melancholicis mœſtitiam; à Sanguineis laſciuiam; à Cholericis iracundiam, alioſq. vitioſos affectus depellat, nec cõcedat hominem, aut corporis, aut animi morbis diuexari. Explorata certè res eſt, eum, qui circa internas, externaſq. cupedias temperanter agit, nec magnis animi motibus concuti, nec corporis Humoribus diſtendi; è contrario alium, omnibus dilatari. Ex quo fit, vt Dæmon mille dolis, mille technis, mille nocendi artibus inſtructus, ingluuie noſtrâ, humorumq. in corpore redundãtiâ perſpectâ, occaſionem captet hominem tentationũ arietibus impetẽdi. Quocirca Phlegmate, ex heſternâ crapulâ oppreſſos, ad ignauiam, ad inertiam ad incuriam, omniumq. rerum neglectum ſæpè inuitat; Melancholicos ad inuidiam, ad inſidias, ad deſperationem,

Humores inclinãt, nõ violentant.

Socrates. Pericles.

Vt vitia domentur.

Dæmonis aſtutia.

rem prouocat; Sanguineos ad luxum, ad ebrietatem, ad probroſas libidines hortatur; Cholericos ad latrocinia, ad ſeditiones, ad cædes,& animorum,locorumq. incendia inflammat, &,vt peſſimus conſultor impunitatem quoque, ac præmia pollicetur, modò poſſit eum omnibus malis inuoluere, ac longiſſimè à Dei contubernio auertere. Vt autem neque illi, neque nobis ipſis anſam in ſcelera proruendi tribuamus, ſalubris eſt conſultatio ad diuinam opem confugere, & modicâ Alimentorum copiâ vti, quæ, vt rationis frenum minimè excutiet; ſic nullatenùs permittet Dæmonem clandeſtinè in ſenſa irrepere,ſpiritumq. Animalem in ſuam factionem pertrahere.

Remedium.

Verùm enim verò, vt ad rem redeamus, Humorum nobis ſeſe primum obijcit Pituita, ſanguinis nondùm exactè elaborati,rudimentũ, quod licet per totum corpus diffundatur, & ſanguinis, ac flauæ bilis feruorem in venas delatum temperet: peculiaria tamen conceptacula in Capite, ac Ventriculo obtinet. Huius quattuor ſpecies Galenus 2.de Different. febr.cap.6.conſtituit, Dulcem ſcilicet,quæ concoctione domita melioreſcit,atque in ſanguinis naturam commigrat, hãcq. Galenus aſſerit 3. Aphor.12. à paruâ præcedente frigiditate oboriri; Acidam,quæ,cùm priori frigidior ſit,teſte Galeno 1. de Simp.Medic. facult.cap.19.Stomachum exſtimulat, & dẽtibus,ac palato ſtuporem infert; Salſam, quæ vbi accenditur, acrimoniâ ſibi innatâ totum corpus dilaniat. Hunc verò ſaporem acquirit iuxtà Ariſtotelem lib.2. Problem.3.4.& Galenum 2.de facultat.natural. c.8. cùm pars dulcis, caloris virtute ſeparatur,& pars terreſtris,quæ remanet,aduritur. Vitrea denique eſt illa, quæ, cũ eliquato, fuſoq. vitro ſimilis ſit, hoc nomen ſortita eſt,ac omnium frigidiſſima exiſtit, & ægerrimè concoqui poteſt,& in ſalutarem humorem conuerti.

Pituita.
Pituita ſedes.
Galenus.
Pituita dulcis.
Pituita acida.
Galenus.
Pituita ſalſa.
Cur pituita ſalſa.
Ariſtoteles.
Galenus.
Pituita vitrea.

Porrò huic, Melancholia proxima eſt, cuius naturalis ſedes eſt Splen, riſus origo. Nam, quamuis humor Melancholicus tetricos homines,& ab aliorum commercio alienos, vt Thimon ille,qui oſor hominum dictus eſt, efficiat, faciemq. ſeueram,oculos toruè intuentes, adducta ſupercilia, frontemq. caperatam illis imponat: nihilominùs tamen,cùm Splen munere ſuo probè defungitur, & ex limoſa ſanguinis fæce ſpiritus lucidos,puroſq. imbibit, eorum aſpectu mens exhilareſcit,& tripudiat. Verùm hic ſuccus Cerebrum etiam in ijs maximè occupat,qui Reipublicæ gubernaculo,ac Studijs ſunt addicti,quia his ex aſſiduâ mentis agitatione natiuus calor erumpit,& ſpiritus tã Animalis ,quàm Vitalis attenuatus euaneſcit, & ex conſequutione Cerebrum frigidum, ſiccumq. relinquit. Ceterùm Melancholia à ſanguine defluit, illiuſq. purgamentum exiſtit, vt Galenus lib.3. de Locis affec. cap.5. & 7. teſtatur, qui etiam tres eius differentias enumerat. Alia enim, quæ à naturali puritate deflexit, ex Melancholico ſucco emer-

Melancholiæ ſedes.
Thimon.
Quõ ſplẽ, cũ ſit melãcholiæ ſedes, poſſit eſſe riſus origo.
Vnde melancholia.
Galenus.
Melancholiæ tres ſpecies,

git,

Digitized by Google

Melancholia prima ſpecies. git,& extranei caloris incendio in cinerem tranſit, & putreſcens acerbam qualitatem aſciſcit,mordaciq. acrimonia corpus depungit; altera ex Phlegmatis aduſtione,& ſanguinis amurcâ concreſcit; *Secunda ſpecies.* tertia denique à flauâ bile deuſtâ conficitur,hæcq. picis in morem,& nigra eſt, *Tertia ſpecies.* & ſplendida ob igneam partium in denſâ, compactâq. materia conſiſtentiam, quæ vbi maiorem adhuc ardorem concepit, igniti, fulgentiſq. auri,purpureo nitore conſperſi,ſpeciem repræſentat.

Polyæmia. Quod reliquũ eſt, Polyæmia huic anteit, quæ, cùm comites quoſdam circùm ſe habeat, de ijs priùs, poſtmodũ de illâ, verba faciemus. *Humor vitalis.* Comites verò ſunt Humor Vitalis,qui fomentum,pabulumq. caloris domeſtici eſſe videtur,cùm illi incumbat, eiuſq. fauore ſubſiſtat; dein *Calor innatus.* Calor Innatus, qui humori inſidet, illoq. perfunditur, vitalemq. vim concipit; *Spiritus.* vltimò Spiritus, qui præcipuum obeundæ functionis omnis inſtrumentum exiſtit, quiq. à corde per arteriarum decurſus in vniuerſum corpus diffunditur, moreſq. varios, pro craſſitudinis, aut *Spiritus animalis.* tenuitatis ratione producit, Animalemq. procreat, qui in ſinuoſis cerebri anfractibus elaboratur, & dein omnis actionis, ac facultatis au- *Spiritus opera.* ctor,& promotor euadit. Qui,ſi copioſus per corpus diffundetur,ſpecioſam, iuſtamq. longitudinem id aſſequi permittet: ſin minùs,rugo- *Spiritus vitalis.* ſum,ac incuruum efficiet. Poſtremò Spiritus Vitalis impulſu,qui natiui caloris eſt vehiculum, *Sanguis.* Sanguis, vitæ pabulum, per venarum riuos,ex corde,velut fonte vndique diffunditur,corpuſq. ſuſtentat. Cuius ſapor ſubdulcis,color purpureus eſt.

Cholera. Polyæmiæ autem proxima eſt Cholera, quam Galenus libro de *Galenus.* Atrâ bile, cap.2.deſcripſit, atque hæc, cùm naturalis exiſtit,& concocti ſanguinis,amaro ſapore,igneoq. colore eluuies, quæ tunc flaueſcere ſolet,quandò Hepatis calor moderatus conſtituitur,& ſeorſum humorẽ, teſte Galeno lib. de Præſag.cap.47.abſumit. Illius domiciliũ eſt Fellis folliculus potiſſimum, ac ſanguis, cui permixta ſuâ tenuitate igneâ, adiumento eſt, vt facilius per anguſtos quoſque meatus,in ve- *Bilis ſedes.* nas penetret. *Bilis citrina.* Ab hac,Flauabilis, Pallida,ſeù Citrina,ex flauę bilis mixtione in ſeroſâ humiditate, procreatur, cuius ſocia Vitellina eſt, quæ *Bilis vitellina.* iuxta Galenũ 5.in 6.de Morb.Vulg.ex immodico calore craſſeſcentis Flauæ exurgit, luteumq. colorẽ cõcipit. Eſt,& alia Bilis ſpecies Praſſi- *Galenus.* na,ſeu Porracea vocata à porri virore, hæcq. in ventriculo à quibuſdã *Bilis Porracea.* oleraceis ſuccis, intenſoq. calore gignitur. Ex hac Aeruginoſa emergit,quæ à vehementiori calore,conſumptâ humiditate, rubiginis fer- *Bilis æruginoſa.* reæ ſpeciẽ æmulatur. Rubra deinde ſequitur,quæ eſt ſanguinis ichor *Bilis rubra.* ex portione alimenti tenuiori genitus, qui ob nimiã raritatem nõ con- *Bilis Cærulea.* creſcit. Vltimò Bilis Cærulea agmen concludit, quæ inualeſcente calore, in Atram bilem exactè tranſmutari ſolet. *Galenus.* Ex quibus cùm Galeno 2.de Differ.feb.5.facilè conijci poteſt, humores in perpetuâ altera-

tione

tione verſari,& ſibi inuicem miſceri, ac tandem ex vitiorum corruptelà, & in primâ Mundi origine, contractâ peccati labe, corpori cladem inferre. Humores verò ex Alimentis, vel augeſcunt, vel decreſcunt, proq; nutrimenti naturâ alias, atque alias qualitates concipiunt,atque ex vno in alium commodè tranſcendunt.

Vndè mors?
Vnde Humor incrementũ, vel decrementũ.

Equidem, quoniam ab Elementis omnia eueniunt, hos quoque Humores eadem quodammodo ęmulari certum eſt. Nam Phlegma, Aquæ humiditatem; Melancholia, Terræ ſiccitatem, Sanguis, Aëris frigiditatem; Bilis, Ignis caliditatem imitari videntur.

Humores elementis ſimiles.

Neque verò alicui mirum videri debet nos Sãguinem frigidum cõſtituiſſe. Etenim Sanguis originem ſuam à Phlegmate humido, frigidoq; ducit, ſtatimq; extrà venas in gelu concreſcit, atque ad primã ſui naturam recurrit. Galenus certè libro de Tremore, & Pallore, cap. 7. amurcam ſanguinis frigidam eſſe, profeſſus eſt,& 4. de Simp. Medic. Facult. cap. 9. omnia dulcia miti admodùm calore perfuſa aſſeruit; & Albertus Magnus lib. 4. de Animâ, Sanguinem Melancholici, frigidum eſſe voluit. Nec poteſt eſſe, vt ſanguis à ſuâ primęuâ frigiditatis origine tam procul deflexerit; cũ videamus etiam vini fæculentam eluuiem, vini caliditatem retinere. Quòd verò cruor tactu calidus percipiatur, ex eo prouenit, quòd calore naturali vegetatur, flauâq; bile fouetur. Pari modo nil contrà nos purpureus ipſius color euincit; quandoquidem etiam Roſa, & Ceraſa admodũ frigida, & purpurea ſunt, & vinũ Rubrũ, albo minùs calidũ exiſtit.

Sanguis eſt frigidus.
Galenus.
Alb. Mag.
Cur ſanguis tactu calid⁹.

Etenim Phlegma homines ſomnolentos efficit, inertes, minuſq. expeditos, & quibus perexiguum Ingenij acumen, rerũmq; gerendarum dexteritas, & ſcientiæ adipiſcendæ ſtudium elucet, ſed ferme ad omnia ignaui, minuſq. habiles apparent ob ſiccitatem à nimiâ humiditate obrutam, quæ ſolùm ad proceritatem,& augmentum adminiculari, ceteriſq. functionibus officere, atque perficiendis actionibus ſuaptè vi nihil adiumenti adferre videtur. Conſtituit autem Phlegma corpus molle, cutem cãdidam atque glabram, venas deliteſcentes, capillum planũ, oculos glaucos, animiq; ſimplicitatẽ & ad iracundiã minimè expoſitũ. Quapropter Pituitoſi ſunt etiã memoria fluxâ, ſermone, ac pulſu tardiori, moribuſc; nullis fermè præditi.

Phlegmatis effectus quo ad ingeniũ
Effectus quo ad corpus.

Qui verò Atrâ bilæ abundant, eâq. terreâ, atque craſſâ, ſe ex hominum ſocietate libenter ſubducunt, & ad loca deuia demigrant, vt de Bellorophonte, Homerus Iliade 3. cecinit.

Nam miſer in ſiluis mœrens errabat opacis,
Per campos ſolus latos, perq. auia rura
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Melancholia effectus.
Bellorophon
Homerus.

At, qui aduſtæ bilis plus habẽt, amplis ſunt, tumidiſq; venis, vt Ariſt. 30. Sect. Probl. 1. cõſentit, colore corporis fuſco, cute hirſutâ, capillo ob caloris copiâ, numeroſo, labris pręțumidis, ob humoris in ſublime

Effectus quo ad corpus.

Effectus quo ad Ingenia.

concurſum, linguâ modò proruptâ, & expeditâ, modò blęsâ, atque balbâ. Quibus autem ea Melancholiæ ſpecies obuenit, cui frigidum, denſumq; phlegma affluentius commiſcetur, ſunt ad artes conſectandas naturâ inepti, ſegnes, ac ſtupidi. E conuerſo illi, quibus moderato calore Atra bilis perfunditur, & ex ſenis ſanguinis puri partibus, & tribus bilis flauæ, tribusq; atræ irrigatur, alijſq; humoribus ſinceris diluitur, præſtanti Imaginatrice, ſublimi Ratiocinio, excellenti Memoriâ pollebunt; quia bilis illa ſic compoſita, non torrebitur, & nigreſcet, ſed potiùs lucidè fulgebit.

Heraclitus. Galenus. Ariſtoteles. Qui Melancholici ſapiẽtes. Melächolici qui riſui, qui lachrymis obnoxij. Heraclitus Tenebric. Democritus Iuuenalis.

Hunc certè ſplendorem, ſiccum Heraclitus apud Galenum nuncupauit, animumq; ſapientiſſimum efficere ſtatuit. Ideò Ariſtoteles ſect. 36. Problematum affirmat, omnes qui aliquandò, vel in Philoſophiæ ſtudijs, vel in adminiſtrandâ Republicâ, vel in carmine pangendo, vel in alijs liberalibus artibus exercendis Ingenio claruerunt, Melancholiâ hac præditos fuiſſe. Cui affinis eſt illa, quæ teſte Hipocrate, & Galeno, 6. Aph or. 53. à fæce ſanguinis non aduſtâ prodit, quæq; quoſdam perpetuò ridere facit, alioſq; ob contrariam cauſam lachrymari. Ferunt Heraclitum cognomento Tenebricoſum, vnum ex ijs fuiſſe, qui continuò fleret, Democritumq; alium, qui aſſiduò rideret, de quibus bellè Iuuenalis Satyrâ. 10. cantauit.

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus, quoties à limine mouerat vnum,
Protuleratq. pedem: fleuit contrarius alter.

Tullius. Democritus cuius complexionis. Fracaſt. Riſus obiect. Vndè lachr. Vndè audacia. Vnde taciturnitas. Galenus.

Vndè appoſitè Tullius 2. de Oratore. Quid ſit ipſe riſus, ait, quo pacto concitetur, vbi ſit, quomodò exiſtat, atque ità repentè erumpat, vt eum cupientes tenere, nequeamus, & quomodò ſimul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus. Porrò hic, cùm Philoſophus extiterit, dicere haud poſſumus illum ſanguineæ complexionis fuiſſe, quæ ad philoſophandũ inepta eſſe videtur, ſed flauam, atramq; bilem habuiſſe, dulci, & copioſo ſanguine perfuſam, cuius copiâ, quæque res, aut nouę, aut leues quæ, teſte Fracaſtor. lib. de Sympathiâ, cap. 20. obiectum riſus eſſe ſolent, illum ad cachinnos permouebant. Qui verò libenter in lachrymas prorumpunt, fæce ſanguinis, aut torrefactâ nimis, aut putridâ laborant; qui audaces, & temerarij exiſtunt, Atrâ bile exedente incitantur; qui denique ſolẽt eſſe taciturni, & ad ſilentium compoſiti, Galeno libro de Morb. Vulg. teſte, frigidâ ſanguinis fæce turgeſcunt.

Sanguinei conditio. Galenus. Vndè ſolertia.

Verùm his merè è diametro Sanguinei opponuntur, qui ob copioſum, purumq; ſãguinem, vt ad riſum ſunt profuſi; ſic apud Galenum Commen. 1. de Naturâ humâna, ad ſcientias capeſſendas minimè idonei. Nam, cùm Galenus affirmet à Bilioſo humore Solertiam pro-

ficiſci,

ficiſci, & Conſtantiam à Melancholico, ſequitur Sanguinem, qui nihil, aut exiguum Melãcholici, aut Bilioſi humoris admixtum habet, ad horũ neutrum aptum eſſe; vt etiam Phlegma, ex quo ſanguis emergit. Nec aliud ſanguis in humano corpore efficere videtur, quam circa vires verſari. Atque hinc videmus eos, qui pertenui ſanguine donati ſunt, agiles eſſe, & ludo, iociſq; plùs ſatis deditos; qui feruido, eſſe truces, feroſq.; qui craſſo, fortes robuſtoſq;. Profectò, ſi natiuus calor, qui eſt omnium facultatum corporis vehiculum quoddam, & ad perficiendas functiones inſtrumentum, Sanguini non aſſiſteret, parum ille vtilitatis, aut commodi ad corporis conſeruationem, ac tutelam conferret. Calor ſiquidèm ille eſt, qui vndique diffuſus, Humores ſuâ qualitate imbuit, ac corpus, eiuſq; partes rubicundo colore illuſtrat. *Vndè conſtãtia.* *Phlegma ad ingeniũ inutile.* *Sanguinis effectus.* *Caloris munus.*

Quod, quamuis hoc purpurei coloris munus Cholerici non poſſideant: tamen à Bilis naturâ dotes alias inſignes obtinent. Cùm enim Bilis calida ſit, & ſicca, quantum Pituita humiditate obliuioni cauſam præbet, & ſanguis frigiditate anſam deſipientiæ ſubminiſtrat, tantùm Bilis magè Ingenium acuit, & ad varias diſciplinas adipiſcendas informat. Bilioſi verò corpus gracile habent, cutem ſcabram, & ſtrigoſam, colorem giluum, oculos ſcintillantes, corrugatas nares, inceſſum inſtabilem, vocem denique acutam, & ſubtilem. *Bilis munera.* *Bilioſi ſpecies.*

Itaque ex his, quæ hucuſque tractauimus, intelliget vnuſquiſque arbitramur, tales Ingenij notas habiturum, quales qualitates ipſi Humores ex ſeſe ſcaturiunt. Ac proindè, qui Pituitá abundabunt, & Sanguine, minùs ad ſciẽtias cõſequendas idoneos fore; q. Melancholiâ, & Bile, conſpicuos omninò in omnibus Tribus Ingeniorum Differẽtijs, atque in omnibus ſcientijs futuros.

Tribue nobis igitur Domine Deus Melancholiæ virtutes, vt de Filij tui cruciatibus, pro generis humani Redemptione in Crucis trabe perpeſis, ſemper cogitando, cùm Heraclito lachrymemur, & lachrimãdo efficiamus, vt extenſa illius brachia, noſtra ſuſpiria amplectantur; traiectum illius pectus, à noſtro peccati vulnus amputet; ſanguis ex ipſo effuſus, noſtras ſordes emundet; & perterebrati illius pedes, noſtram ſuperbiam proterant, & ex corpore, ac mente noſtrâ omnia crimina excalcitrent. Largire Domine nobis Bilem, vt abſque peccato iraſcamur, & contrà manus licentioſè extenſas, noſtras protendamus; ora blaſphema obturemus, pedeſq. ad quæque vitia conſectanda lubricos, vinciamus. *Apoſtrophe*

MEMBRVM OCTAVVM.

Ingenia Hominum ex Temperamentis decurrere.

Tempera-mentũ quid.

QVONIAM de Humoribus, Primiſq. qualitatibus, & reliquis ſupra diſſeruimus, ſequitur iam, vt de Temperamentis, quæ ex ipſis profluunt, breuiter diſcurramus. Temperamentum ſiquidem eſt ipſarum qualitatum proportio, & ad temperiem facta reductio, ex quá multiplicia Temperamentorum genera emergunt, quorum vnum dumtaxat omnibus numeris exactè abſolutum ita exiſtit, vt in eo omnium elementorum, ac qualitatum apta coagmentatio, perfectaq. ſymmetria, abſque vllo prorſus defectu, vel exceſſu videatur. Quá de cauſâ merito hoc Temperamentum ad Pondus dicitur, eo quod omnes quattuor qualitates, paribus a medio interuallis, ad æquum quaſi librarum pondus coëant. Et licet in hominum genere tale Temperamentum reperiri, Garbius in ſuá Summá, Tract. 2. quæſt. 5. Iſaicus cap. 1. Diætarum vniuerſalium, Fernelius libro 3. Phyſiologiæ, cap. 4. & Marſilius lib. 2. de Generatione, quæſt. 15. crediderint: fieri tamen nequit ob hominum corpora, quæ varijs partibus heterogeneis conſtant, quarum ſingulæ varias temperaturas poſtulant, vt omnes quattuor qualitates æquá graduum portione inueniantur.

Temperamentum ad Pondus.
Garbius.
Iſaicus.
Fernelius.
Marſil.
Temperamentum ad Pondus an reperiatur.

Aliud vero Temperamentum ad Iuſtitiam eſt, quod ſcilicet diſparibus qualitatum portionibus concreſcit competitq; rei ſ, quaſi Iuſtitiæ ritu pro naturæ diuerſitate, formá, & operatione, hæcq. Ariſtoteli 5. Ethicorum, capite tertio, Geometrica proportio nominatur. Porrò huiuſmodi Temperamentum præcipuâ quadam excellentiá, & dignitate inter ampliſſima naturæ dona, primis noſtri generis Parentibus, à primæuá origine, à Deo tributũ fuit; poſt illos vero nullus mortaliũ tale adeptus eſt, præter Chri

Temperamentum ad Iuſtitiam.
Ariſtot.
Geometrica proportio.
Adam, & Eua quale temperamẽtũ habuerit.

Digitized by Google

ſtum Dominum, cuius corpus ex Virgineo D. MARIAE ſanguine, Spiritus ſancti opera coagmentatum fuit; quam etiam huius Temperamenti ſpeciem corpora Beatorum obtinebunt: cum ad naturalem ſtructuram, perfectionemq; mixtorum pertineat; & in æternum mortalium Parentes habuiſſent, ſi nullâ peccati labe admiſsâ, Innocentiæ ſtatum ſeruaſſent, & ex conſequenti numquàm mortui fuiſſent, ſed ſolùm ſecundùm gradum, & intenſionem, varietatem aliquam percepiſſent. Chriſti verò Domini Temperamentum, etſi præſtantiſſimum fuit: tamen, quia illius qualitates, & humores erant eiuſdem naturæ, & ſpeciei cùm noſtris, ſi viuere continuaſſet, & non violentâ à Iudæis morte fuiſſet ſublatus, tandem deficiēte paulatim germano calore, ac domeſtico humore, in ſenium, mortemq; naturalem incurriſſet. At glorioſorum corporum Temperamentum abſque vllâ prorſus mutatione, conſeruante id Impaſſibilitatis dote, totâ æternitate, floridum, conſtanſq. permanebit. Cui verò huiuſmodi Temperamentum obtigerit, in eo maxima animi ornamenta, heroica corporis dignitas, & eximia pulchritudinis ſpecies eluceſcet, corpuſq; habebit cōcinnè, ac decenter compoſitum; caput in ſphæræ figuram efformatum; capillos caſtanearũ colore tinctos; frontem ſerenam, nulliſq; rugis impeditam; ſupercilia perfilata, at in arcus morem incurua; oculos ſpadices; colorem floridum, ac ſuauem; genas roſeo naturæ pigmento perfuſas, & deniq; totum corpus, ac omnia eius lineamenta ad miraculum vſque elaborata. Quam quidem formã, ſolus fortè generis humani ſeruator, qui ex Pſalmo 44. Speciosus forma præ filijs hominũ fuit, obtinuiſſe videtur, vt quædã Lentuli Proconſulis Iudææ Epiſtola, & Nicephorus lib. 1. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite vltimo, fidem faciunt, & cũ ipſis D. Bernardus ſermone 1. de Feſto Omniũ Sanctorũ, D. Ambroſius lib. 1. de Virginitate, & D. Hieronymus in Matthæũ, teſtatur.

Quale temperamentũ habebũt corpora Sãctorum.
An Adam fuerit mortalis.
An Chriſtus fuerit mortalis.
An Beati in cælo ſint morituri.
Icon temperamenti ad Iuſtitiam.
Chriſti imago.
Niceph.
Bernardus.
Ambroſius.
Hierony.

Ceterùm, Temperamentum adhuc aliud eſt ſimplex, in quo vna tantùm qualitas reliquas exſuperat, & illæ ſimul iunctæ, æqualitatē inter ſeſe tuentur; aliud compoſitum, in quo duæ qualitates alias duas excedunt, & vt ſimplicis; ſic iſtius quattuor claſſes, pro proportionum varietate, exiſtũt. Nam Prima eſt in quâ Humiditas, & Frigiditas dominatur, & Aquea craſis, ac Phlegmatica vocatur; Secunda, in quâ Frigiditas, & Siccitas excellit, & terrea, ac Melancholica dicitur; Tertia, in quâ Siccitas, & Frigiditas abundat, & Aërea, ac Sanguinea appellatur; Quarta, in quâ Calor, & Siccitas excedit, & Ignea, ac Cholerica denique nominatur, quam qui conſequutus fuerit, ex hiſcè notis facile deprehēdetur. Habebit enim corpus calidũ, macilentum, gracile, muſculoſum, eiuſdemq; ſtaturam potiùs pu-

Tēperamēti diuiſio.
Temperamẽtũ Phlegmaticum.
Tēperamentum Melancholicum.
Tēperamentum Sãguineum.
Tēperamentum Cholericum.
Cholerici effigies.

 ſillam,

Digitized by Google

Sanguinei figura. *Melancholici vultus.* *Phlegmatici deſcriptio*

ſillam, aut mediocrem; quàm grandem, & proceram; cutim hiſpidam, venis, arterijſq; conſpicuis intertextam, & amplis: pulſum velocem, & inceſſum; celerem linguam, & denique capillum aut nigrum, aut flauum, & intortum, qui ſero caneſcet, & tempeſtiuè defluet. Sanguinea verò Complexio ex his argumentis innoteſcet, quæ illum rubicundùm, maximè in virenti ætate reddet; poſteà verò decreſcente æuo, & ſanguine magis frigeſcente, ſubnigro colore, & albo aſperget; cutim flaccidam, pauciſq; pillis obſitam, ijſq. ſubflauis, impertietur, & demùm ad ſimplicitatem componet. Melancholici autem ex hiſcè indicijs cognoſcentur, quòd illi corpore macilento, arido, glabroq; apparebunt, vnguibus recuruis exiſtent, colore pallido, liuidoq; deformabuntur; crinibus raris, ac ſenſim fluentibus flaueſcent; inceſſu tardo, & ex grauitate compoſito vtentur; vultu fere ſemper demiſſo incedent, & oculis conſtantibus intuebuntur. Denique, qui quartæ coniugationi ſubiecti erunt, hi corpus obeſum, & adipe vndique conſtipatum obtinebunt, & ſtaturam potiùs largam, quàm longam, cutim laxam, candidam, atque læuem, & capillos Lini colore imbutos, quiq. breui caneſcent, acquirent. Quòd, etſi verum ſit: hæ qualitatum tamen mixturæ, ſolent eſſe ſecundùm gradum primum, principemq; magis intenſæ, à quo hæ combinationes potiſſimùm nomen, ac prædominium ſortiuntur.

Potentiæ ternæ quibus qualitatibus ſtipentur.

Quæ, cùm ita ſint, credimus perſpicuum cuique eſſe, quot ſint Temperamentorum genera, ac qui Calidam, Siccamq; qualitatem acquiſiuerit, hunc Phantaſiâ; qui frigidam, ſiccamq; Diſcurſu; qui denique ſiccam, frigidamq;, Memoria valiturum. Quartam verò compoſitionem veluti Ingenijs minimè appoſitàm conſultò hic præterimus, & declaramus nos de Cerebri dumtaxat temperie, hæc intelligi ſolummodo debere.

Tpis varietas variat tēperamentum. *Autumni tēperies.* *Hiemis conſtitutio.* *Veris qualita.* *Aeſtatis cōplexio.*

Ceterùm, anni quoque circuitus, temporiſq. circumactio, ad Temperamenta, vel conſtituenda, vel cognoſcenda, plurimùm conferunt. Nam Autumnus, cui Libra, Scorpius, & Sagittarius dominantur, ex Aeſtatis vicinijs ex vnâ, ſiccus, & ex Hiemis ingruentis ex alterâ parte frigidus exiſtit, & Menti adiuuandæ idoneus, ſcilicet ob phantaſmatū purgatorū præſentiam Intellectui ſeſe exhibentiū. Hiems, cui præeſt Capricornus, Aquarius, & Piſces, humida, & frigida eſt, & ex conſequutione pro Ingenio minimè habilis. Ver, cui Aries, Taurus, & Gemini præſident, ex confinio Hiemis frigidum, & Aeſtatis approximātis, ſiccū euadit, & Memoriæ admodùm prodeſt. Vltimò, Aeſtas, cui Cancer, Leo, & Virgo incumbit, calida, & ſicca prodit, & Phantaſiæ eſt emolumēto: quamquam illud animaduer-

uer-

Digitized by Google

uertendum ſit extrema cuiuſcumque partis anni, cùm viciná conſtitutione aliquo modo miſceri, & ſolùm Medium ſincerum Temperamentum conſtituere.

Vbi ſincerũ Temperamentum.

Pythagoras porrò non inſcitè has quadripartitas anni varietates hominum ætatibus accommodauit apud Ouidium lib. 15. Metamorphoſeos.

Pythagoras Ouidius.

Hominum ætatis cum anno comparatio.

Quid non in ſpecies ſecedere quattuor annum
Aſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtra?
Nam tener, & lactens, Pueriq. ſimillimus æuo
Vere nouo eſt tunc herba virens, & roboris expers
Tranſit in Aeſtatem, poſt Ver robuſtior annus,
Fitq. valens Iuuenis: neque enim robuſtior ætas
Vlla nec vberior, neque magis ardeat, vlla eſt.
Excipit Autumnus poſito feruore iuuentæ
Maturus, mitiſq. inter iuuenemq. ſenemq.
Temperie medius, ſparſus quoque tempora canis.
Indè ſenilis Hiems tremulo venit horrida paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet alba capillos.

In ætatibus ſiquidem, ac certis annorum ſpacijs Temperamenti mutationes incidere conſueuère; cùm ætas, quæ eſt vitæ velox curriculum, atque caſus ab infantiâ ad vltimam vſque ſenectutem humani corporis conſtitutionem multifariàm vertat, & tandem etiam euertat. Equidem Infantia vſque ad annum ſeptimum ad ſummum progreditur, & humiditate abundat, ac proindè Diſcurſu deſtituitur; Pueritia vſque ad annum decimum quintum circiter producitur, & humiditate etiam cùm aliquâ caliditate imbuitur, & idcircò aliquem Rationis radium ex ſeſe effundit; Adoleſcentia vſque ad annum vigeſimum quintum protrahitur, & caliditate, & humiditate ſcatet, ac ideò maius prudentię lumen emittit; Virilitas vſque ad quadrageſimũ quintum protrahitur, & caliditate, & ſiccitate gaudet, & per conſequens excellentiùs mens ſuas obit functiones; Senectus vſque ad ſexageſimum quintum extenditur, & frigiditate, ac ſiccitate conſtat, & exindè tàm amplum, lucidumq; Rationis ſplendorem in hominum cœtum iaculatur. Vndè fit, vt prima ætas ad recipiendas rerum ſpecies ſit inualida; altera facilis ſed ad conſeruandum inefficax; tertia ad vtrumque magis apta; quarta ad Phantaſiæ operationes excellens; quinta ad ratiocinandum admirabilis conſpiciatur, quæ licet proximus ſit ad mortem aditus: tamen ob qualitatum ſtatum, eſt penè diuinum omnis Ingenij promptuarium.

Quid ſit ætas. Infantia. Pueritia. Adoleſcẽtia. Virilitas. Senectus. Aetatum diſcrimina.

Qđ reliquũ eſt, Aſtrologi etiàm apud Proclũ libro de Animâ, & dęmone Planetam vnum ſingulis ætatibus ſuo influxu præeſſe com-

Proclus.

Digitized by Google

Planetæ præſunt ætatib. Luna. Mercurius Venus. Sol. Mars. Iupiter. Saturnus.

mentiti ſunt. Atque hinc aiunt Lunam blando quodam officio Infantiam permulcere, & vberi humore fouere; Mercurium ſuo afflatu Pueritiam ad diſciplinas promouere; Venerem ad luxum, & laſciuiam inclinare; Solem ad honoris faſtigia Iuuentutem euehere; Martem ad pugnandi ſtudium Virilitatem excitare; Iouem grauitate, & ſapientiâ Senilem ætatem decorare, & vltimò Saturnum impertiri moroſitatem,& imperare, vt bonorum,malorumue operum ſarcinas quiſquis colligat,& cogitet breui emigrandum. Quocircà ijdem commenti ſunt eos, qui ſub Saturno naſcuntur, vtpotè frigido atque ſicco. Intellectu pollere, ac ideò octauo menſe natos in vitâ perſiſtere haud poſſe; quoniam, vt primo; ſic octauo menſi dominatur ille qui ſecùm, ob has qualitates, ſenium immaturè adfert, & interitum.

Cur octauo menſe nati non viuant.

Apoſtrophe

Si quandò igitur Domine ad has qualitates, vel naturâ, vel ætatis ratione, vel annorum decurſu deueniendum ſit, obſecramus, vt mentes noſtras, ac voluntates in te erigas, penes quem omnia conſiſtunt, nè, cùm Saturnus, Dæmon ſuá falce acceſſerit ad peccatorum meſſem defalcandam,ex improuiſo nos adoriatur,& in ſuum Inferni horreum tranſportet,quin potiùs largire,ad euitandam illam falcem, vt aliam nos ipſi ad ſuperflua reſecanda, ad corpus domandum, ad malos mores corrigendos ſpontè perſtringamus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM
NONVM.

Ingenia Hominum ex Progenitorum natura indagare.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis Patrum
Virtus, nec imbellem, feroces
Progenerant Aquilæ, Columbam.

VERE Horatius lib.4. Carminum cecinit. Deus ſiquidem ſapientiſſimus Mundi huius Opifex, poſtquam diuino artificio omnia ſolus cōdidit, & ornauit, primum quoque mortalium parentem in hac rerum vniuerſitate, veluti dominum produxit, illiq. ne ſolitariam vitam ageret, mulierem ſociam adiunxit, & pariter diuino munere vtrique indulſit, vt ex legitimo toro ſobolem ad genus hominum in illis mundi initijs propagandum, ſuſciperent. Ex quo factum eſt, vt iam totus terrarum Orbis hominibus vndiq. exornetur, qui ab illis, naturæ Ingenio procreati ſunt, qui nullo Continentiæ dono, aut Religionis modo detinentur. Quorum liberi, ſiue ex vago concubitu, & damnato; ſiuè ex permiſſo, & geniali editi, magnam ſoleat, & corporis, & Ingenij habitudinem a parentibus, quodam hereditario quaſi iure ſecum deferre, vt etiam Plato in Oratione Funebri, & Ariſtoteles libro 1. Politicorum, capite 4. & libro 1. Rhetor. capite 9. cenſuit. Igitur, cum de hominum temperaturis ſupra egerimus, operæpretium nunc exiſtimamus de Parentum naturā ſub breuitate, quædam in medium proferre, ex quâ poſtmodum filiorum Ingenia ex conſequutione quadā facilius deprehendi poſſint.

Horatius.

Hominum propagatio.

Plato.
Ariſtot.

Enim

Digitized by Google

Ex quo ſemine ꝓdeat mas: ex quo femina. *Nulla femina calida, nullus vir frigidus.* *Mulier barbata.* *Anna Maria.* *Feminarũ varietas.* *Vocis qualitas.* *Corporis habitudo.* *Coloris diſcrimen.* *Capillorum diuerſitas.*

Enim verò in comperto eſſe videtur, ex frigido, atque humido ſemine, Femellam; & ex calido, atque ſicco, Puellum naſci ſolere, & vix in humanâ ſpecie hominem reperiri, qui mulieris reſpectu, frigidus; & femina, quæ viri comparatione, calida dici poſſit. Vndè fit, vt nulli mulieri barba ſuccreſcat, niſi penè monſtrum ſit, quale nos in Aulâ Sereniſſimæ Principis ANNAE MARIAE vidimus. Erat omnibus partibus, ac moribus femina, colore rubicundo perfuſa, capillo nigro prædita, cuius à temporibus vſque ad guttur ſpiſſâ, & prolixá barbâ genæ vndique veſtiebantur. Verùm non omnes feminæ ijſdem qualitatum gradibus continentur. Nàm, eæ, quæ Ingenio acri pollent, frigidæ, & humidæ in primo gradu exiſtent; quæ valdè ſimplices, & inſulſæ, in tertio; & quæ ex vtroque extremo participabunt, in ſecundo ſubſiſtent. Pari ratione mulieres illæ quarum vox eſt virilis, & valida, primum illarum qualitatum gradum capeſſent; quarum delicata, ſecundum; & quarum exilis, ac tenuis, in tertio conſiſtent. Quòd ſi his etiàm corpus pinguedine turgidum obtigerit, tertium frigiditatis, & hmiditatis gradum oſtendent, & quò longiùs ab hoc corporis habitu ad graciliorem procurrent, eò magis ad inferiores gradus deſcendent. Neque verò omittendus eſt faciei, & corporis totius color, qui ſi candidus conſpicietur, frigidi, ac humidi humoris copiam arguet; ſi ſubniger, primum illorum gradum prodent; ſi roſeus et niueo, ac purpureo æquali lance permixtus, ſecundum gradum monſtrabit, feminamq. pulcherrimam conſtituet. Ceterùm ex capillitio quoque facilè poterint harum qualitatum gradus diſcriminari. Eæ namque mulieres, quibus longæ, & copioſæ capillorum comæ, piliq. in mento enaſcuntur, in primo humiditatis, ac frigiditatis gradu verſantur; quibus pauciſſimi exoriuntur, in tertio conſtitutæ ſunt, & demùm quæ in ſecundo ſunt poſitæ, paucis pilis, ijſq; colore citrino tinctis, exornantur, quandoquidèm capillamentum caloris miniſterio extruditur, quod dein eius intenſionem, aut remiſſionem in humano corpore clariſſimis hiſcè notis manifeſtat.

De Viris. *Gradus qualitatum.* *Vocis qualitas.* *Carnis differentia.*

Quod reliquum eſt, quibus etàm qualitatum gradibus imbuti ſint Viri haud difficilè deprehendi poteſt. Siquidèm, qui variâ, ac inſigni Imaginatione valebunt, hi tertio Caliditatis, & Siccitatis gradu erunt prædití, & ſi pauliſper ab illo deflectent, ſignum erit Calori Humiditatẽ comitem aſſiſtere. Qui verò vocem craſſam, atque aſperam obtinebunt, hi tertium caliditatis, ac ſiccitatis gradum acquirent; ſed ſi ſonorâ, ac grata voce erunt dotati, tunc etiàm erit indicium calori humiditatem aduentaſſe. Ità quoque qui carnem delicatam, atque læuem habebunt, ſimiliter aliquâ humiditate ſcatebunt: contrà vero, macilenti, & quibus caro eſt duriuſcula,

la, venis, neruiſq. patentibus diſtenta, ac ſtrigoſa, in tertio caliditatis, ſiccitatiſq. gradu morabuntur. Ex cutis pariter colore, in quoto quis caliditatis, ac ſiccitatis gradu collocatus ſit, cognoſcitur. Quoniam, qui colore obſcuro imbuti ſunt, hi in tertio caliditatis, & ſiccitatis gradu exiſtunt; qui autem candido, & rubicundo ſimul ſunt perliti, ab illius gradus intenſione nonnihil recedunt, oſtenduntq. humiditatem etiam aliquod dominium inibi obtinere. Nec à cutis colore, pilorum color diſſentit, qui, ſi admodùm niger, craſſus, & durus eſt, denotat tertium gradum caliditatis, & ſiccitatis; at, ſi ab hoc ad caſtaneæ tincturam vergat, & mollis exiſtat, index eſt ſiccitati humiditatem admixtam eſſe, & huiuſmodi homines calidioribus, ſiccioribuſq. ſolent eſſe pulchriores. Denique qui cis, vel citrà medij limites progreditur, eius gradus naturam, ac nomen, cui magis vicinus eſt, ſortitur, & ab illo meritò denominatur, vt Galen. lib. 1. Artis Medicæ, fateri videtur.

Cutis colores.

Pilorum colores.

Galenus.

Quibus ita diſputatis, cùm connubij finis, ſit recta liberorum procreatio, ſummè intereſt Parentum temperaturas habere perſpectas. Etenim ſapienter Hippocrates libro 1. de Naturâ humanâ, Commentar. 11. Niſi calidum frigido, & ſiccum humido, modo, & æquabilitate reſpondeat, nihil generari, aſſeruit. Ac, ſi palàm dixiſſet viri ſemen contrarijs qualitatibus cùm mulieris ſemine pugnare debere, & ſi vtriuſque coniugis, ijſdem qualitatibus præditum exiſtat, nihil inde pronaſci. Quocirca, viri, ac mulieres, quæ in pari gradu, & per conſequens in diſpari qualitate, vt diximus, exiſtunt, tutò inuicem nubere poſſunt, qui hoc modo filios ſibi ſimiles, & vtriuſque parentis temperamenti participes, procreabunt. Et licet iſtarum rerum ſucceſſus è naturæ theſauro ſæpè accipiatur: nihilominùs nonnumquàm contingit, vt etiam benè conſtitutis facultatibus naturalibus, homo ſterileſcat, nullâq; prole recreetur. Idcircò à Deo bonorum omnium largitore fecunditatis ſubſidia petenda ſunt, omniſq. illegitimus concubitus procul arcendus. Quo facto, Deus benignè permittet naturam ſuo officio probè defungi. Hinc porrò, volunt fermè omnes prolem alteri coniugum aſſimilaturam, cui ſemen affluentiùs profluxerit. Quòd ſi vterque pari menſurâ contulerit, ex vnâ parte matrem, ex alterâ patrem, relaturam. Si verò ſemen in dexterum vteri ſinum iaculatum fuerit, atque è dextero teſte emanauerit, marem, caloris ratione, futurum; ſed è læuis locis, & contrariâ qualitate, femellam naſcituram. Lactantius certè, libro de Opificio hominis, aſtruit ex viri ſemine, etiàm in partem læuam vteri immiſſo, marem procreari: at talem,

Connubij finis.

Hippocr.

Quales debeat nubere.

A Deo petẽda fecunditas.

Illegitimus cõcubitus arcendus.

Naturũ ſimilitudo.

Maris procreatio.

Feminæ procreatio.

Lactant.

Vir feminæ moribus.

Digitized by Google

lem, vt feminam, formâ venuſtâ, voce gracili, mento glabro, animo denique minùs virili, repræſentet; cùm in eâ parte, quæ feminis procreandis deſtinata eſt, conceptus hic elaboretur. Quod ſi mulieris ſemen in dexteram partem deciderit, feminam quidem concipi affirmat, ſed quia in alieno domicilio cubat, vultum hiſpidum, vocem robuſtam, colorem fuſcum, animumq. virilem accepturam.

Femina vir moribus. Imaginationis vis. Vndè natis ſimilitudo. Verùm, plerũq; etiàm ſolet tacita mulieris Imaginatio, hauſtęq. ſub ipſo conceptu imagines, & ſubito oborta cuiuſque rei cogitatio, varias formas, variaſq. effigies infanti inducere. Vnde alij auorum, alij parentum, alij etiam cognatorum imagines oſtendunt, quòd reliquis animãtibus natura denegauit ob Ingenij tarditatem, & cogitationis huiuſmodi carentiam, quæ in ſuo genere ſibi ſimiles ſemper perſiſtere patiuntur.

Qui filij ingenio ſimiles parentib. Admonitio. Quòd verò ad filiorum Ingenia attinet, ij ſunt pari propemodum conditione cùm Progenitoribus, eandemq. cùm ijs naturam ſortiuntur, quibus omnis ſpiritus vitalis, ac cogitationis vis cùm feminis facultate eſt infuſa. Quare ſedulò vtrique parenti elaborandũ, vt ita affectibus moderetur, ita vitæ curſum inſtituat, ita victus rationem ineat, ne, vel ſibi quidquàm incommodi, vel ſuis liberis aliquod vitium inferat. *An ſemẽ ſit ex omnibus partibus deciduum* Cùm enim ſemen ex ſingulis corporis partibus defluat, omniumq; membrorum conſtitutiones complectatur, fit, vt quæ vitia illi parti inhæſerint, ea hereditario iure proles conſequatur.

Originale peccatum. Neque verò hoc ſolum, ſed ſæpè etiam liberi parentum culpas, & ignominiæ notas imbibũt. Sic nobis Originis peccatum, Adamus omnium mortalium Parẽs inuexit, atque ex hoc traduce vitiata eſt humana natura, & hæc labes in omnem poſteritatem eſt diffuſa; ſic *Spurij.* turpiſſimis Clericorum filijs, ex fędo concubitu prognatis, dedecus meritò impingitur, & à Sacris Canonibus cap. propoſuiſti, diſt. 82. & à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 15. ab omni Eccleſiaſtico Officio, & Beneficio, quod flagitioſus parẽs poſſidebat, arceantur; ſic *Crimen læſæ Maieſt. Gigas. Claudius.* Maieſtatis læſæ criminoſorum liberis, etiam ante delictum procreatis, probrum nocet, vt Gigas tract. de Crim. læſæ Maieſt. folio 114. quæſt. 5. & Claudius in l. ſi quis id quod, num. 14. ff. de iur. omn. iud. fateri videntur. Ceterum, vbi humana natura, eiuſq. partes *Simile ſimile ſibi generat.* generando homini deſtinatæ, ita conſtitutæ ſunt, vt nihil in ijs, vel quæ ad conceptionem, vel quæ ad geſtationem prolis ſpectant, poſſit deſiderari, ſpecioſa quæque producit, & ſui generis ſimillima.

Vnde monſtra. Cum verò vitium aliquod ſubeſt, & confuſa ſunt, ac corrupta ſemina, & conuoluta generandi principia, prodigioſos partus efformare

mari neceſſe eſt. Atque hinc Hermaphroditi prodeunt, cum ſemen neutri parti aſſociatur, ſed in mediâ vteri caueâ fluctuat, & modo ex dextri, modo ex ſiniſtri lateris contactu formam, vireſq. capeſſit. Narratum fuit nobis ab amico quodam ſe vidiſſe Androgynum, cuius caput erat galeâ, ſiue rubicundâ membranâ obductum. De hoc tegmine aniculæ plurima nugantur, & ſtatuunt, ſi nigricante ſit colore, multa infantibus ſiniſtra impendere; ſi rubicundo, ad grandia euaſuros, & quæque facili negocio obtenturos. Hæc porrò ſuperſtitioſa, anilíſq. opinio, etiam apud veteres in pretio erat, vt Aelius Lampridius in vita Antonini Diadumeni, teſtatus eſt. Verum tria ſunt inuolucra, quibus humanus fetus in materni vteri conceptaculis obtegitur, quæque varijs coloribus imbuuntur, pro variâ circumfuſorum humorum qualitate, qui in vtero innatant. Mira profectò ex vteri tenebris in hanc Mundi lucem prodeunt portenta, quæ, cum ab ordinario naturæ curſu, & rectâ ſecundum ſpeciem diſpoſitione, peregrinantur, infinitam Dei omnipotentis benignitatem, & ſapientiam oſtendunt. Hiſcè enim mediantibus clarius Mundi decor, & elegantia cognoſcitur, vt D. Auguſtinus, lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 8. ſcriptum reliquit. Oppoſita ſiquidem iuxtà ſe poſita magis eluceſcũt, & atræ alicuius imagines vmbræ, reliquorum colorum eminentem pulchritudinem indigitant, magíſq. venuſtam, elaboratamq. figuram demonſtrant.

Hermaphroditi. Androgyn. galeatus. Superſtitio. Lamprid. Diadumen. Vnde varietas colorum inuolucrib. Quid ſit mõſtrum. Axioma.

Porrò quot modis Monſtrum fieri contingat, quæq. illorum cauſæ ſint, cum Ariſtoteles libro 4. de Generat. Animal. capite 4. & 8. Galenus in hiſtoriâ Philoſophicâ, capite 113. Ambroſius Pareus libro 4. de Monſtris, & Prodigijs, Boemus libro 2. de Moribus gentium, & Picus Mirandulanus libro 1. Exam. capite 6. copioſe diſſerant, nos conſulto prætermimus. Monſtra vero varia procreantur, inter quæ infimum locum obtinent Pygmei, & ſupremum Gigantes. Inter hos autem varij varie deformes ſunt, & prodigioſi. Nam refert Diuus Auguſtinus libro 16. de Ciuitate Dei, capite 8. & Plinius libro 7. capite 2. quoſdam reperiri, quibus ita ingens pes ſit, vt illius magnitudine circumcirca vmbram ſibi efficiãt, & ſe hac ratione à Solis æſtu protegant, ideoq. Sciopodas appellari. Alios recenſet Boemus libro 2. de Moribus Gentium, capite 8. ita eſſe inſigniter auritos, vt illorum aures ad terram vſque pertingant, & in alterutram, quaſi lectiſternia, decumbant. Prodidit quoque Ariſtoteles libro 4. de Generat. Anim. capite 3. & Plinius libro 7. capite 4. Arimaſpos, quoddam genus hominum eſſe, cui vnicus dumtaxat oculus in fronte inſit; & aliud, quod ſine ceruice oculos in humeris habeat; aliudq. demum, quod caninis capitibus, pro voce latratum emittat.

Ariſtot. Galenus. Ambroſ. Pareus. Boemus. Picus. Pygmei. Gigantes. Auguſt. Plinius. Sciopodæ. Auriti. Ariſtot. Plinius. Arimaſpi. Monoculi. Humeroculi.

Eheu

Apoſtrophe. Eheu nos ſumus rabidi canes, nos teterrima vitiorum monſtra; qui Deo, Diuiſq. pro hymnis, & laudum encomijs, raucos, caninoſq. ſcommatum, blaſphemiarumq. vlulatus emittimus; nos non canino rictu, ſed humano ore exornati; Caninos tamen inuidiæ latratus fundimus; nos verſipelles, nos flagitioſi canis adulationem imitamur, & ad peccatorum vomitus, & ſorbilla, vt canes, denuo reuertimur. At Chriſte miſericors, recordare, quod tui canes ſumus, non à te quidem ſic facti, ſed à Dæmone, & carnis noſtræ illecebris ſic effecti. Ne igitur monſtroſi maneamus, & manendo pereamus, dele Clementiſſime Pater, quod tuum non eſt, vt non pereat, quod tuum eſt.

MEM-

MEMBRVM
DECIMVM.

Ingenia Hominum ex Regionum ſitu penetrare.

QVAM varia, atque multiplex ſoli, terræq. natura, ac conditio inuenitur, quibus in locis parentes filios ſuos progenerant; tam difformia propemodum, atque diuerſa eorum Ingenia reperiuntur. Quod, cum ſecum Hippocrates perpenderet in *Hippocr.* Epiſtolis, præcepit Cratenæ montanas herbas, altiſq. tumulis enatas, potius colligendas, quam aquaticas, humiliq. loco procreatas, quod harum virtus magis efficax, atque proba exiſtat. Vnde etiam Plutarchus in Apophtegmatis, *Plutar.* & Herodotus in Calliope, teſtantur, Perſas cupientes pro mon- *Herod.* taná, & aſperá, planam, mollemq. regionem occupare, Cyrum non *Cyrus.* permiſiſſe, quod diceret, vt plantarum ſemina; ſic hominum corpora, moreſq. regionibus ſimiles fieri. Etenim ferunt in Perſide lethalem naſci arborem, cuius poma illico veſcentes interimant; ideoq; illis tantum in ſupplicijs vſum fuiſſe: tamen in Aegyptum, *Perſicus.* ac alio translatá Perſianam exuiſſe perfidiam, & ſalubrem euaſiſſe, *Columella.* de quá ſic Columella.

Stipantur calathi pomis, quæ barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt patrijs armata venenis:
At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi,
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.

Et cum opidum Iſmue à Zamâ Afrorum vrbe paſſibus mille viginti diſtet, & vbique Africa ſerpentum aceruis ſcateat: in illo tamen loco nullus naſcitur, & ſi illatus fuerit, ſtatim emoritur, terramq. il- *Vbi ſerpentes moriantur.*

lam

Digitized by Google

Aqua lapideſcens. lam alio deportatam idem efficere teſtantur. Inuenitur quoque in Hieropoli opido trans Mæandrum fluuium aqua, quæ in tophum ita lapideſcit, vt ex eâ integra ſepta exſtruantur. Nec minoris conſiderationis eſt, quod Cardanus libro 1. de Varietate, cap. 7. fabuloſè, vt remur, recenſet in Hiberniâ lacum eſſe, in quem ſi quis lignum proijciat, extemplo in lapidem tranſeat, & anni ſpacio in ferrum ſeſe conuertat. Certè Scaliger quoque Exercitatione 59. refert eſſe quaſdam Iuuernæ fluuio arbores imminentes, quarum frondes, ſi in illum deciderint, mox in piſces transformari; ſi in terram, in volucres tranſmutari. Qui volet, credat. Non enim hæc ſunt illius generis, quæ phyſicâ ratione fulciuntur, vt de aquâ illâ apud Culmam, quæ, cum ſit frigidiſſima: nihilominus tamen maximè feruere videtur, ob turgidos ſcilicet flatus illi permixtos ex aliquo ſpecu ſubterraneo erumpentes. Apud litus Baſcum quoque eâdem de causâ, Mare ſine vllis ventis ita ampullatur, vt ripam ipſam iam, iam obruere velle videatur. Huius argumenti poteſt etiam illud eſſe, vndè eueniat, quod ſub Zonâ Torridâ, & in calidiſſimâ, ac ſicciſſimâ regione, maxima flumina naſcantur; nimirum ob Solis radios, qui vapores ex ampliſſimis terrarum ſpacijs, locisq. paluſtribus attrahendo, noctu in rorê cõuertit, & illas planicies humenti humore perfundit, & irrigat. Qđ ad hoc præſtandũ, maximè illud concurrit quoque, qđ ex æquo pene in illis prouincijs nocti cũ die diuisũ imperium ſit, ex quo fit, vt nox vda euadat, & humore pleniſſima. Huic affine eſt, quod tradunt ex Nilo, & Anauro ſub Parrhaſio Arcadiæ monte apud Callimachũ, nullas auras in ſublime deferri. Qđ ſi ita eſt, id ex aquæ vel nimiâ craſſitie, vel tenuitate procedit, quarũ altera impedimẽto eſt, ne exhalẽt; altera exhalãdo, ne corpus cõcipiant, & intuẽtibus appareãt.

Cardanus.
Signũ quod ſi lapis, & ferrum.
Scaliger.
Folia quæ vertũtur in piſces.
Folia, quæ vertũtur in aues.
Aqua frigida feruens.
Mare ampullatum.
Cur ſub Zona torridâ maxima ſĩt flumina.
Callimach.
Cur ex Nilo, & Anauro nulla aura.

Quoniam vero de aquis mentionem fecimus, nobis aquarum maxima merito ſubiraſceretur, ſi illam tacitè præteriremus. Porrò hæc non ad Solem intumeſcit, non æſtuat, ſed Lunæ curſum ſequitur, vt obſeruatum eſt, in cuius Quadris malacia eſt, in Plenilunijs turgida vndarum volumina. Ceterum, nullus fere æſtus in mari Liguſtico apparet, ſed in Adriatico conſpicuus. Cuius rei cauſam, cum inueſtigaremus, ni noſtra nos fallat opinio, reperimus eſſe litora magis, minuſue ab inuicem diſſita, ad quorũ impulſus Mare repellitur, & fluctus fluctibus miſcere cogitur. Vbi autem Mare ſpacioſum eſt, nulluſq. obex illi in anguſto obtruditur, in libero quaſi cãpo quietè, & abſque fremitu ſpaciatur, ac in eodem pene ſtatu perſeuerat. Quod autem Mare hic ſenis horis, ad Gineam Aethiopiæ quaternis moueatur, ex eo prouenit, quod, cum Luna non eodem ſemper loco oriatur, hanc curſus varietatẽm producat. Curſus hic porro ſegnior, ac incitatior alijs, atque alijs locis eſſe ſolet, ꝓ fundi maritimi rõne, qui vbi procliuior eſt, ꝑceps agitur; vbi tumidior, tardius ad ſublimia conſcen-

Ludit.
Maris æſtus.
Maris malacia.
Mare Liguſticum.
Adriaticũ.
Vnde frequens æſtus.
Vnde rarus æſtus.
Cur mare ſegnius alibi, alibi celeriꝰ moueantur.
Vnde curſus ĩcitatior uel tardior.

conſcendit Mare,ac ſeipſum frangit, & deſpumat. Quod reliquum eſt, credimus id ſuæ creationis initio potiùs ſalſum, quàm dulce fuiſſe, contrà popelli inueteratam, ac Peripateticorum fermè omnium ſententiam, aſſerentium propter tenuium partium ablationem, illud ſalſedinem accepiſſe. Nam, ſi hoc verum foret, idem de Stagnis ingentibus, ac Lacubus dicendum eſſet, quæ omnia ex ſolari attractu ſubtilium partium, ſalſa extarent. At, cùm hæc ſalſedinis inexpertia ſint, & experiamur hanc qualitatem Deum etiam alijs entibus indidiſſe, & ſimiliter dulcedinem Saccharo, amarorem Abſinthio, Acetoſæ acrimoniam tribuiſſe, fatendum neceſſe eſt mare itidem in illis Mundi primordijs, Salſedine, tamquàm qualitate illi propriâ, imbuiſſe. Nec decet quemquam aſtruere aquam Marinam putrefactam eſſe; cùm hoc, nec colore, nec odore, nec ſapore, nec vllo alio ſenſu percipiatur, nec diuinæ Omnipotentis ſapientię conſonum eſt, id putrefactum condidiſſe, aut labente æuo, ſalſedinem ex putrefactione acquiſiuiſſe. Non tamen Ruperto Abbati ſubſcribimus, lib.2. de Trinitate, cap.24. & 29. aſſerenti omnes aquas ſuaptè naturâ ſalſas, & dulcedinem ſolùm ex Paradiſiacâ tellure, quam tranſeunt, adipiſci.

An mare creatum ſit ſalſum, vel dulce.

Rupertus refellitur.

Et licet hoc ità à Deo factum, & perfectum ſit: non tamen ideò aſſerendum eſt diuinum Numen potus vſum hominibus abſtuliſſe. Siquidem non deſunt fontes irrigui, & ampliſſima flumina, quibus homines vbique locorum ſitim extinguere queunt. Immò verò teſtatur Cardanus lib.6. de Varietate, cap.22. eſſe in inſulâ Ferri, vnâ ex Fortunatis Arborem quamdam circà quam ſingulis diebus, horis antelucanis ingens nebula ſpiſſetur, quæ in aquam mox conuerſa, non modò hominibus, ſed, & vniuerſis beſtiarum gregibus abundè ſufficiat. Ità enim ſummus rerum Opifex hominibus prouidit, vt vbi nullum flumen, nulla ſcaturigo extet; ibi voluerit tamen diuinitùs alio modo hominum neceſſitati ſuccurrere. Proximè ad hoc accedit Barathrũ illud Hieropolis Syriæ, de quo Dion in Traiani vitâ, ſcribit eſſe tâ tetri, ac lethalis odoris, vt, cùm omnes animantes, quæ illius halitũ hauriunt, interimat: ſolos tamen Eunuchos illius maleficij immunes eſſe permittat. O inſigne Priuilegium! Aduolate eò quotquot eſtis.

Cardanus.

Arbor admirabilis.

Dion.

Specus horrendum.

Ludit.

Verùm enim verò, ex his, quæ diſſeruimus arbitramur omnes intelligere, quãta ſit cuiuſque telluris, regioniſq. diuerſitas, & cuique ſuum ità ſibi peculiare, vt ſingulæ prouinciæ aliquid proprij decerpſerint, nec omnes omnia tulerint, vt verè Virgilius lib.1. Georgicorum cantauerit.

Virgilius.

Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt:
Fluminibus Salices, craſſiq. paludibus Alni
Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus Orni:

H *Litora*

Littora Myrteis latiſſima: denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora Taxi.
Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum
Fert Ebenum, ſolis eſt Thurea virga Sabæis.

Ità planè eodem modo de hominum Ingenijs iudicandum eſt, quorum tanta in eádem etiam vrbe, domoq. diſſimilitudo conſpicitur, vt niſi res ordinaria eſſet, atque frequens, pro miraculo quodam haberetur. Vt autem Ingenia præclara euadant, maximè intereſt callere, quo in loco quis degat, quibuſuè aquis vtatur. Nam ſalubris cenſetur aqua illa, quæ leuis, pellucida, & ſaporum, odorumq. expers exiſtit; nullamq. terrenam, peregrinamq. admixtionem, quæ illam deteriorem redderet, admittit. Refert verò Athanæus aquas pari pondere, ſed diſpari bonitate inueniri. Vndè Plinius ex hiſcè duabus eam meliorem eſſe teſtatur, quæ alterá celerius calefit, & frigeſcit. Ceterùm, bona aqua illa cenſetur quoque, quæ per ſolum purum, tophoſq. decurrit, cuiuſq. fons ad Orientem Solem erumpit, qui benefico afflatu latices modicè excoquat. Sed aquæ Paluſtres, & Lacuſtres ideò damnantur meritò, quòd ipſas Solis radij permeent, relictiſq. craſſioribus partibus, ſubtiliores eximant, & per conſequens ingratū odorem, ſaporemq. inducant. Huius fermè generis ſunt Niuales, & Glaciales, quia, cùm nix gignitur, & glacies concreſcit, neceſſariò, quòd tenue eſt, exprimitur, & quod craſſum relinquitur. Pluuiales etiam aquæ illæ, quæ æſtiuo tempore magná ventorum procellá, & tonitruum impetu decidunt, cùm exhalationes habeant raptim collectas, minimè probantur; at quæ cælo ſilente defluunt, magis commendantur. Sic quoque Ciſternarum, quibus grandiuſcula arena, vel glarea ſubſternitur: aliarum autem non ità, quia, cum hiſcè careant, & Sol eò non penetret, incoctæ ſunt; & cum perpetuò quieſcant, nec eas liberior aura ventilet, nonnihil putreſcere, & beſtiolas quaſdam progenerare ſolent. Idcircò aqua Fontana, vt diximus reliquis omnibus anteit, præſtatq. tum puteali, quod ſemper moueatur, & ſuá ſponte è terræ cauernis ſcaturiat; tum fluuiatili, quòd non craſſeſcit exhalationibus, nec diſſimilium aquarum concurſu miſceatur, nec tot herbarum, ſtirpiumq. radices, ac folia lauet, nec, vt illa, ſordes iniectas deuehat. Atque hinc meritò Hippocrates libro de Aëre, Locis, & Aquis aſſeruit, maximi eſſe momenti aquarum vires, ac qualitates dignoſcere.

Aquæ ſalubris. *Athanæus.* *Plinius.* *Quæ aqua melior.* *Aqua paluſtris, & lacuſtris.* *Aqua niualis, & Glacialis.* *Aqua pluuialis.* *Aqua ciſternalis.* *Aqua fontana.* *Hippocrates.*

Porrò his, cuiuſuis quoque vrbis ſitum adiunxit, an Boream, vel Auſtrum, an Exorientem, vel Occidentem Solem aſpiciat, & quos, qualeſuè ventos habeat; cùm hęc omnia ſint inter ſeſe planè diuerſa, diuerſoſq. effectus parturiant. Affirmat enim homines, qui ventis calidis

calidis intrà ſolis hiemalem ortum, & hibernos occaſus perflantur, nec boreales frequenter illis ſpirant, ibidemq. aquæ hieme frigidæ, æſtate calidæ exiſtunt, ſolere corpus phlegmate tumidum habere, & Epialis, Diarrheis, & Epinyctidis expoſitum. Qui verò ad Arcton, ventoſq. gelidos intrà Solis ortum, occaſumq. æſtiuum habitant, & ab Auſtro, æſtiuiſq. flatibus ſunt auerſi, hos vult ſiccos eſſe, ac ideò Pleuritidis popularibus affici. Quòd ſi vrbes Solis exortum proſpiciant, docet verè ſalubriores eſſe ijs, quæ vel ad Septentrionem, frigidamq. cæli plagam vergunt; vel ad Auſtralem, calidamq. declinant, ob moderatum videlicet frigus, caloremq. qui in ijs reperitur, ac in cauſâ eſt, nè morbi ſint admodùm validi, & diuturni, ſed cuncta temperata euadant, prout etiam incolarum complexio. Denique monſtrat Vrbes, quæ ad Solis Occaſum conuerſæ quarum venti humidi, naturam ſortiti ſunt, nec ſalubres, nec Ingenio aptas æſtimari. Phaſiani certè, qui regionem paluſtrem, ac Meridiei ſubiectam obtinent, ſunt humidi, ſegnes, & ad artes adipiſcendas minimè apti, prout etiã Nomades, qui Heremiam planiciem aquoſam colunt ſub ipſis Riphæis montibus ſitam, vbi Boreas ſpirat, ac aër ibi perpetuò nebuloſis perſiſtit, & vndique niue, ac glacie concretus. Quã de cauſã iſtis dici poteſt, quod de Bœotiæ populis Horatius cecinit.

Meridionalis ſitus. Homines ventricoſi. Borealis ſitus. Homines ſicci. Orientalis ſitus. Homines tẽperati. Occidentalis ſitus. Homines humidi. Phaſiani quales. Nomades quales. Bœotiæ populi. Horatius.

Bœotum craſſo iurares aere natum.

Siquidem ex Aetij Tetr.2. Set.1.cap.49.& Aeginetæ lib.2.de Re Medica,cap.3.ſententiã,ex craſſo,humẽtiq. aëre,ex locis cauernoſis,barathriſq. malignam exhalationem ſpumantibus,& ex paluſtri ſolo nonnumquàm peſtilens aura,morbiq. populares oriuntur,quæ, vt corpus inficiunt, ac torpore afficiunt, & inertiã; ſic Ingeniã quoque deprauant, & retundunt, minimèq. ad ſcientiarum decora capeſſenda, habilia conſtituunt.Quamobrem ſummoperè,& valetudini,& Ingenijs confert, vt habitatio ſalubris eligatur. Proditum profectò eſt Oraculum, opibus ſalubritatem, ſi non prætuliſſe, ſaltem comparaſſe Myſcello,& Archiæ de condendis vrbibus, ſciſcitantibus.

Aetius. Aegineta. Cauerna qd faciant. Oraculum. Myſcellus. Archiꝰ.

Ductores populi, culturi mœnia, & agros,
Quæritis è Phœbo quas terras præſtat adire:
Voluentes animis, legite vtrum gratius horum,
Diuitias nè magis vultis, terraſnè ſalubres?

Etenim illæ inter fortunæ bona reputantur, quibus etiam carere ſæpiſſimè pretioſum eſt; at valetudine bonã frui, inſigni pollere Ingenio, hæc munerà Diuûm. Igitur luſtremus parumper cùm Hippocrate libro de Locis, Aere, & Aquis, Orbis regiones, vt ex illa-

Hippocrates.

Digitized by Google

Loca montana aprica. Homines fortes,agreſtes. Loca paluſtria humilia. Homines ſegnes. Loca excelſa aprica. Homines ingenioſi. Loca arida, nuda. Homines arrogantes pertinaces. Loca pinguia,mollia. Homines deſides, ſomnolenti. Loca ſterilia aprica. Homines bellicoſi robuſti.

rum qualitatibus , Ingeniorum quoque qualitates, ex comparatâ conſequutione, cognoſcamus. Equidem ſcribit ille, qui montana loca, aſpera, nullis arboribus conſita, nulliſq. aquis irrigua incolunt, eſſe corpore grandi, atque forti, ad laborem impigros, ſed agreſtes, ac efferatos. Eos verò, qui cauas,paluſtres, æſtuanteſq. regiones inhabitant, aquiſq. calidis vtuntur, vaſtos euadere, pilis nigris obſitos, fuſco colore tinctos, ad laborem ſegnes, & potiùs bili,quàm pituitæ ſubiectos eſſe affirmat. Sed qui excelſa loca, verùm plana, aprica; quibuſq. arbores præbent vmbracula, ventiq. ſuaues ſuſurros, ac flumina dulces irrigationes,ſibi elegerunt; hos aſtruit,vt ſublimi corpore; ſic Ingenio eſſe, acriq. iudicio, prudenti induſtriâ, in rebus gerendis catos, ſagaces,naturæ ſolertiâ, dicendi peritiâ, & vbertate ceteris præſtantiores. Contrà verò, qui prouinciam tenuem, aridam, nudamq. frequentant, horum corpora, dura, arida, & ſubnigra fieri fatetur, pariterq. Ingenium arrogans, atque pertinax illis ineſſe arbitratus eſt. Quibus autem pingues telluris glebæ, molles, ac vliginoſæ obuenere, contendit flaccidos eſſe, inualidiſq. artubus donatos, laboris impatientes, Ingenio hebetes, artibus diſcendis ineptos, & ad deſidiam, ſomnolentiamq. efformatos. Quod reliquum eſt,opinatur Hippocrates ſterile ſolum,ſublime,niuibus hieme coopertum, & æſtate ſolis radijs exuſtum, homines graciles, firmis articulis,ad agendum, & perferendum alacres procreare, & in diſciplinis acquirendis habiles, atque ad res bellicas præſtantes euadere.

Vlpianus. Natio ſeruorum. Philalethes. Italorum ſtudia. Italorũ mercatura.

Meritò itaque Vulpianus in l.quod ſi nolit.§.qui mancipia vendunt de Aedilitio edic.lib.21.tit.1.hoc ſcriptum reliquit. Qui mancipia vendunt,rationem cuiuſque in venditione pronunciare debent. Plerumque enim natio ſerui, aut prouocat, aut terret emptorem. Idcircò intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum enim eſt quoſdam bonos eſſe,quia natione ſunt non infamatâ; quoſdam malos videri,quia natione ſunt, quæ magis infamis eſt. Ad quæ fortaſſis,cùm reſpiceret Philalethes Polycopienſis lib.1.Quæſtionum Forcianarum, hæc de Italiæ locis exarauit. Amant, ait, Florentini Philoſophiæ partẽ, quâ principes rerũ cauſæ tradũtur, plurimi faciũt Calabri Græcas litteras, Neapolitani Etruſcas, Lucẽſes Diuinas,Veronẽſes Politiores,Vicẽtini Philoſophiã Moralẽ, Bononienſes Mathematicas artes, Veneti rẽ Muſicã, Ferrariẽſes,Patauini, Salernitani Medicinã,Senenſes Dialecticorum argutias, Peruſini Ius Pontificium,Mantuani Hebræorum litteras,& Papienſes ſophiſtarũ nugas. De Mercaturâ verò hæc habet. In mercaturis Florẽtini callidi, & cupidi rerũ, Lucẽſes fideles,Genuenſes audaciſſimi,lucriq. cauſâ laborũ tolerãtiſſimi, Veneti pſenti pecuniâ emũt,& diſtrahũt,& Mediolanẽſes vitiũ rei vẽdẽtes

liberè

liberè dicunt,& fidem vſque ad mortem ſeruant. De bello autem hæc prodidit. In bello Peruſini ſtrenui, rapaces Piceni, præcipites Calabri, fortes, ſed inconſulti Aemiliani, Strategemata norunt Spoletani, crudeles Ferrarienſes,& Placentini, felices Senenſes, truces Romani, animoſi Bononienſes, ſed parùm ducibus obedientes, maritimis bellis Genuenſes ſtrenui, terreſtribus pecudes languidæ, Neapolitani ſtrenuè hoſtem aggrediuntur, reſiſtunt Fauentini, dexteri Piſtorienſes clypeo, acres Laudenſes, Patauini, & Veronenſes optimi equites, Papienſes vix fugiunt, Vicentini victi ad vindicandum accenduntur, Veneti optimi in claſſibus, Brixienſes excellentes in extruendis vallibus, aggeribus, ac cuniculis, Bergomates in dolis,& cratibus, Piſcentes, & reliqui Ethruniæ ſtupratores, & crudeles, Florentini optimi exploratores: in inſtrumentis præſtant Venetorum pecuniæ, puluis pyrius Ferrarienſium, Galeæ Mediolanenſium, equi Neapolitani, Carri Placentini, Clypei Parmenſes, tentoria Cremonenſium, enſes Taruiſiorum ad Sarauallum, Lanceæ Papienſes, calcaria Viterbienſium,& Piſtorienſes pugiones. Hæc ille. *Italorũ bella.* *Italorũ bellica inſtrumenta.*

Ptolomæus verò in Quadripartito aſſerit Italos, Græcoſq. præſtātes eſſe, benignos, amicitiæ ſtudioſos, animis,& corporibus temperatos, fortes, nobilium rerum cupidos, bellatores,& legislatores; Septētrionales feroces, peruicaces,& agreſtis truculentiæ; Arabes furaces, ſubdolos,& inſtabiles; Armenios mobiles, improbos; Sauromatas feritate immanes; Phryges leues, mulierculis morigeros; Afros in Venerem procliues,& temerarios. Quod vitium Ouidius Thracibus etiam appinxit lib.6. Metamorphoſeos. *Ptolomaus. Itali. Graci. Arctoi. Arabes. Armeni. Sauromatæ. Phryges. Afri. Ouidius.*

Digna quidem facies, ſed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq. genus regionibus illis
In Venerem eſt, & flagrat vitio gentiſq; ſuoq;.

Maternus. Scytha. Itali. Galli. Graci. Aſiani. Siculi. Hiſpani. Aegyptij. Babylonij. T. Liuius. Athenieſes. Lacedamonij. Plinius. Aethiopes.

Neque ab his Maternus diſcrepare videtur. Scythæ, ait crudeles; Itali regali nobilitate præfulgidi; Galli ſtolidi, inconſultiq.; Græci leues; Afri ſubdoli; Aſiani venerei; Siculi acuti; Hiſpani elatæ iactantiæ animoſitate excellentes; Aegyptij ſapientes,& Babylonij prudentes. At Titus Liuius lib.45. ex aliorum placitis ſcribit Athenienſium populum eſſe celerem,& ſuprà vires audacem ad conandum; Lacedæmoniorum cunctatorem, & vix in ea, quibus fidit, ingredientem. Plinius porrò narrat Aethiopes vicini ſideris vapore torreri, aduſtiſq. ſimiles gigni, & barbā, & capillo vibrato; & aduerſā mundi plaga, atque glaciali candidā cute eſſe gentes, flauis crinibus, truces verò ex cæli rigone; mediam ſalubrem, fer-

Digitized by Google

tiles ad omnia ductus, modicoſq. corporum habitus, & magnam in colore temperiem, ritus molles, ſenſus liquidos, & Ingenia fecunda, totiuſq. naturæ capacia.

Polemon. Adamantius. Aquilonares. Meridionales.

Ceterùm, Polemon, & Adamantius proclamant Arcto quicumque ſubiacent, eſſe corpore procero, colore albo, capillis flauis, oculis glaucis, naſis ſimis, craſſis cruribus, carne laxâ, & ventricoſâ; ſed Ingenio ſimplices, animoſos, leuiſſimi conſilij, animo præcipites, ac ſtolidos: Contrà, qui Meridiei ſubiacent, eſſe nigris, criſpiſq. capillis, nigris oculis, gracilibus cruribus, diſciplinis parùm aptos, mente leues, mendaces, doloſos, furaces, ac magis, minuſuè alios alijs, quò magis, minuſuè contiguas regiones his incolunt, vel locorum intercapedine ſeiunguntur. Mediæ verò regionis incolas, mediam habere figuram, ſigna, & Ingenia, faſſi, & profeſſi ſunt. Poſtremò Orientales, & Occidentales, quò magis ad Meridiem, vel Aquilonem accedunt, eò magis ipſos inter ſeſe differre, aſſeuerant. Hinc Dio Caſſius lib. 39. hiſtoriæ Romanæ, Gallos ait, ad quaſcumque res inexplebili cupiditate ferri, ità neque audaciæ, neque timoris modum ſcire; Alexandrinos ad audenda omnia ſatis promptos, temerarios ad exequenda quæcumque propoſita, ad bellum tamen, eiuſq. labores ineptiſſimos, in ſeditionibus vitæ prodigos. Chriſtophorus verò Longolius in Oratione de D. Ludouici laudibus, & Francorum, Britones adfert duros eſſe, vafros Normanos, religioſos Francos, induſtrios Flandros, mites Lotharingos, faciles Andegauos, bellicoſos Vaſcones, Burgundos feroces, Picardos alacres, frugi Santones, & Pictauos, Narbonenſes fideles, fortes Aruernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, militareſq. Bituriges.

Orientales. Occidentales. Dio Caſſius. Galli. Alexandrini. Chriſtophorus Longolius. Gallorũ proprietates.

Etenim quibuſcumque ſanguis craſſus exiſtit, aëriſq. ambientis frigore concreſcit, hi validos ſpiritus obtinent, motuſq. animi implacabiles, & qui ſerius deferueſcant, quin potiùs accepto vulnere acriùs in hoſtem inſurgant, atque in pugnam incaleſcant ardentius. Vndè appoſitè Lucanus lib. 1. belli Ciuilis cecinit.

Sãguis craſſus quid efficiat. Lucanus.

Quidquid ad Eoos tractus, mundiq. teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli:
Omnis in Arctois populus quicumque pruinis
Naſcitur, indomitus belli eſt, & mortis amator.

Vitruuius. Septẽtrionales quales.

Quod idem, Vitruuius hiſcè verbis ſenſiſſe videtur. Qui rigentia mundi, inquit, & torpentia loca inhabitant, immanibus corporibus ſunt, candentibus corporum extimis, directo capillo, & ruffo, oculis cæſijs, ſanguine multo ex humoris plenitate, cęlique refrigerationibus

bus

bus ſunt conformati. At, qui exuſtas à Sole mundi plagas incolunt, breuioribus corporibus ſunt, colore fuſco, vibrato capillo, oculis nigris, cruribus inualidis, ſanguine exiguo propter ſolaris ardoris vehementiam; itaque etiā propter ſanguinis exiguitatem, timidiores ſunt ferro reſiſtere. Vnde Meridianæ nationes ex acuto feruore mentis expeditiùs, celeriùſq. mouentur ad conſiliorum agitationes. Ad Arctum verſi, ex infuſi cæli craſſitudine, ac ob aëris obſtantiam refrigerati, ſtupidis ferè naſcuntur mentibus, quòd ex ſerpentibus brumali frigore torpentibus, perſpicuum fit, quæ per calorem, cùm exhauſtam habeant humoris refrigerationem, acerrimè mouentur; per brumalia autem refrigeratæ, immotæ ſunt ſtupore. Cùm autem Meridianæ nationes animis ſint acutiſſimis, infinitâq. ſolertiâ conſiliorum, ſimul ad fortitudinem magno impetu feruntur, etiam vbi ſuccumbunt, quia habent exuſtas à ſole virtutes animarum. Qui verò in frigidis naſcuntur regionibus, ad arma paratiores ſunt, magniſq. viribus ruunt ſine timore, ſed animi tarditate, & ſinè ſolertiâ irruentes, ſuis conſilijs refringuntur. Hactenùs ille, & antè ipſum Ariſtoteles lib.7. Politic.cap.7.ſimilia prodidit.

Meridionales quales. *Arctoi quales.* *Septētrionales.* *Ariſtoteles.*

Vegetius certè eligendos pro bello Tyrones Septentrionales ideò iubet, quia, cùm largo ſanguine redundent, ad bellum promptiſſimi ſunt, & quia remoti à Solis ardoribus, inconſultiores. Quòd alij, cùm ſint nimio Soli vicini, calore, inquit, exſiccati, amplius ſapiunt, ſed minùs habent ſanguinis, & cùm ſe exiguam Sanguinis copiam habere nouerint, metuunt vulnera. Quæ naturæ conditio in Aſianis conſpicitur, qui, cùm molles ſint, & effeminati, ingruente aliquo timore exalbeſcunt, & vulnere, vel leuiſſimo illato, labaſcunt. Ex aduerſo autem, qui Arcticum, & mare Glaciale, tractuſq. frigidos occupant, infracto animo vitæ diſcrimina ſubeunt, &, vt vaſto ſunt corpore; ſic Ingenij acumine obtuſi. Qui verò ab Aquilone nonnihil ad alias ſolis oras deflectunt, quoniam moderatâ magis frigiditate imbutos habent ſpiritus, animo obfirmato quiduis aggrediuntur, atque in rebus obeundis ſtabiles permanent, nec facilè à conceptâ opinione reſiliunt. At, quia calor illis languidus ineſt, nō admodùm acuti ſunt, & callidi. Verùm, qui ex ijs ad conſectandas artes ſe conferunt, quantumlibet difficiles, & operoſas, ſtrenuè rem gerunt, nec ſinè laude in ijs verſantur. Denique, qui in temperatâ regione degunt, ijs eſt acre Ingenium, inſignis facultas ad quæque addiſcenda, expedita oratio, ad excogitandum acuti, ad explicandum vberes, & ad eloquendum mirè prompti.

Vegetius. *Aquilonares quales.* *Aſiani.* *Glaciales quales.* *Temperatì magis quales.* *Temperatì quales.*

Cùm itaque Ingeniorum diſcrimina ex locorum conditione oriantur, quiſque ſecùm ipſe expendat quâ loci, quâ aquæ, quâ aëris naturâ fruatur. Aër ſiquidem, qui continuò corpori noſtro ſe ingerit, il-

lud, aut fœdo halitu, aut ſalubri afflatu vel vitiare, vel reficere ſolet. Vndè pro quadripartitâ anni viciſſitudine, pro ſiderum aſcendentium varietate, pro aëris ambientis qualitate, corporis, ac animi ſtatus hominum ſæpè immutatur. Ex quo fit, vt cælo nubilo, auraq. caliginoſâ, homines cùm tetrici, tùm ſomnolenti exiſtant: ſereno autem, ac amœno, hilares, & erecti. Quarè appoſitè Virgilius lib. 1. Georgicorum cantauit.

Aeris qualitas.
Aeris effectus.

Verùm vbi tempeſtas, & cæli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus Auſtris
Denſat, erant, quæ rara modò, & quæ tarda relaxat,
Vertuntur ſpecies animorum, & pectore motus
Nunc alios, alios dùm nubila vultus agebat,
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

Itaque non ſolùm inſiti humores mutant corpus noſtrum, ſed externa etiam Aëris conſtitutio ſeſe illis immiſcet, ac variè afficit. Cuius rei, Sol, atque Luna potiſſimùm ductores ſunt, quorum arbitrio omnis rerum ſeries, anniq. viciſſitudines decurrunt. Et hinc ſilenti illâ, & obſcurâ, vel medio orbe diſſectâ, vel in cornua falcatâ, nullus fermè rerum motus, & incrementum conſpicitur: vbi verò cùm Sole congreditur, atque orbiculata emicat, tunc ventos diffundi, conchilia diſtendi, ac omnia augeri videmus. Quamobrem, cùm Lunam nos effugere nequeamus, ſaltem magna habenda eſt Ventorum ratio, & pro ſanitate tuendâ, & pro Ingenio confirmando. Quò ſpectat illud Vitruuij lib. 1. cap. 5. aſſerentis in inſulâ Lesbo opidum eſſe Mytilene magnificenter ædificatum, atque eleganter, ſed poſitum non prudenter, in quâ ciuitate, Auſter, cùm flat, homines ægrotare affirmat. Cui incommodo, ſi quis ſolum vertendo, occurrere nolit; attamen in conſtruendis ædibus, conſtituendiſq. oſtijs, ac feneſtris, & ſimilibus, ità ea erigat, vt ſaltem eam partem proſpiciant, à quâ ſalubres venti efflant, reliquis obturatis, quæ inſalubrem auram intromittere poſſunt: quamquàm ijdem venti nō in omnibus prouincijs eaſdem qualitates, vireſq. obtineāt. Auſter ſiquidem in Africâ nubes diſſipat, & ſerenitatē inducit: in hiſcè verò prouincijs nubes cogit, ac pluuiam procreat; Aquilo apud Cyrenem, & Helleſpontum nubes agglomerat, & pluuiam effundit; apud nos autem ſerenitatem deuehit, hocq. variè ita contingit, ob varia terrarum, mariſq. ſpacia, quæ volando deligunt, quorum qualitates ſibi aſciſcunt.

Solis, ac Lunæ uis.
Lunæ facies.
Vitruuius.
Aedificij cōſtitutio.
Venti non vbique ſibi ſimiles.

Verum, vt ad rem propius accedamus, vt veteribus pauciores vēti erant perſpecti, quod etiam Ouidius lib. 1. Metamorphoſeos teſtatur:

Ouidius.

Eurus

Digitized by Google

Eurus ad auroram, Nabatheaq̃ regna receſſit, — *Venti Cardinales.*
Perſidaq., & radijs iuga ſubdita matutinis:
Veſper in Occiduo, quæ littora Sole tepeſcunt
Proxima ſunt Zephyro: Scythiam, Septemq. Triones
Honifer inuaſit Boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq. madeſcit ab Auſtro.

Sic nobis nautarum ſagaci curâ, qui toties vaſtiſſimum Oceani ambitum, mariſq. Mediterranei ampliſſimos tractus prætemauigârũt, multò plures in Verſoriâ oſtenduntur. Etenim hi recenſiti, Cardinales dici poſſunt, quòd è quattuor mũdi cardinibus alter alteri è diametro ſpiret, & nunquam tamen expiret. *Ludit.* Subſolanus certè à naſcente Sole egreditur, eſtq. ſiccus, calidusq. & à Ptolomæo Sanguineus appellatus: hieme tamen frigidus eſt, ac validus. *Subſolanus.* Fauonius verò à Solis occaſu æquinoctiali perflat Aprili menſe potiſſimum,& tepidus eſt, ac humidus,& à Plinio Spiritus genitalis vocatus. *Fauonius.* Notus autem à Meridianâ plagâ exoritur, calidus valdè, & humidus. *Notus.* Aparctias denique à mediâ nocte furit, & quia frigidus, & ſiccus eſt, ſaluberrimus exiſtit. *Aparctias.* Porrò venti horum intermedij eſt Borrhapeliotes, qui inter orientem, & occidentem oram per Græciæ meditullium permeat, & frigidam, ſiccamq. craſim obtinet; *Borrhapeliotes.* Notapeliotes, qui per Syriæ medium tranſit, & ortui, ac meridiei æquè interiacet, & calidam, humidamq. conditionem ſortitur. *Notapeliotes.* Notolybicus, qui inter occaſum, & meridiem, medium occupat locum, perq. Lybiam remigat, humidæ naturæ eſſe conſtat. *Notolybicus.* Poſtremò eſt Borrholybicus, qui æquali diſtantiâ inter ſeptemptrionem, & occaſum cubat, maximâ humiditate abundat. *Borrholybicus.* At verò hi circum ſeſe alios ventos, quaſi ſatellites obtinent, quorum ab oriente brumali Vpoeurus, Vulturnus, & Meſoeurus, & ab ortu ſolſtitiali Meſocæcias, Cæcias, & Vpocæcias prodeunt, qui omnes, vt plurimum ſiccitate ſuâ ſalubres ſunt, & ſereni, æſtate calidi, & hieme frigidi. *Vpoeurus. Vulturnus. Meſoeurus. Meſocacias. Cacias. Vpocacias.* Oriuntur autem hi ferè ſemper oriente Sole, & illo abeunte, abeunt. Et quidem Vpoeurus, & Meſocæcias ſicci ſunt, & ſereni; Vulturnus, à vulturis volatu ſic dictus,licet Subſolani naturam referat: ab Auſtrali tamen vicinâ regione, aliquid humoris tepidi contrahit, ac ideo initio ſiccus, & ſub finem humidus eſt ſæpiſſimè. Meſoeurus magis accedit ad Auſtrum, quàm Vulturnus, qui eamdem cum vicino Notapeliotẽ conſtitutionem oſtendit, amboq. Euro humidiores videntur. Cæcias à Cæci Heleſponti flumine ſic nominatus, etſi deberet eſſe calidus cũ Subſolano: quia tamen Arctico polo vicinus eſt, non parum frigoris ab illâ plagâ ſecum deportat, & interdum nubes condenſat. Tandem

Vpo-

Digitized by Google

Vpocæcias, Cæciâ aliquanto Borealior eſt, ac proinde illo etiam frigidior. Ceterum occidentales venti à Zephyri lateribus, & ad occaſum brumalem verſus meridiem, eſt Vpoafricus, Africus, & Meſoafricus, & ad occaſum æſtiualem verſus Boream, eſt Meſocorus, Corus, & Vpocorus, omnes contra Ariſtotelem æſtate humidi, atque tepidi. Vpoafricus, & Meſocorus vero, ſicut in confinio ſunt Fauonij, illiq. collaterales; ita quammaximè ad eius naturam accedunt. Quòd Africo Africano, qui ortum ducit à brumali occaſu, quique frigidus, & humidus eſt, non accidit. Sed quoniam Meſafricus magis ab occaſu, quàm Africus recedit, & auſtralior eſt, ideo Auſtraliũ ventorum qualitates quoque magis participat. Vlterius, Corus, ſeu Caurus ſic a ſiccitate dictus, comesq. Fauonij, ab occaſu æſtiuali erũpit, & a procellis, Argeſtes, ab Olympo monte, Olympias, & à rupe quadam Sciron appellatur, ſoletq. eſſe principio ſiccus, ſed paulò poſt frigidus, humiduſq. percipitur. At Vpocorus, qui à Coro in auſtrum vergit, Borrholybici, cui affinis eſt, maxime proprietates repræſentat.

Vpoafricus. Africus. Meſoafricus. Meſocorus. Corus. Vpocorus. Corus. Argeſtes. Olympias. Sciron.

Quod reliquum eſt, Meridionales venti omnes calidi nobis ſunt, & valdè humidi, quorum princeps eſt Auſter, qui ſuos quoque lateris ſtipatores obſeruat. Ac, hi verſus ortum brumalem ſunt Meſophœnix, Phœnicius, & Vpophœnix, & verſus occaſum brumalem Meſolybanoſus, Lybanoſus, & Vpolybanoſus. Equidem Meſophęnix, & Meſolybanoſus maximè Auſtri naturam imitantur. Neque verò ab his valdè diſſimiles ſunt, Phœnicias, ſeu Phœnix, vel Euronotus, qui calidus, & humidus exiſtit, magiſq. Vpophœnice nocentior, qui tamquam orienti vicinior; altero ſiccior eſt, & ſalubrior. Contra verò, Lybanoſus eſt magis humidus, & Vpolybanoſus, cum Lybanoto ad occidentem magis deſcendat, illius temperamenti notas acquirit. Vltimò Septentrionales venti omnes frigidi, & ſicci ſunt, & vt ſerenitatis; ſic ſalubritatis pariter auctores exiſtunt, de quibus rectè dici poteſt, quòd Lucretius lib. 6. cecinit.

Auſter. Meſophœnix. Phœnicius. Vpophœnix. Meſolybanoſus. Lybanoſus. Vpolybanoſus. Lucretius.

Tum porrò venti magnam quoque tollere partem
Humoris poſſunt verrentes æquora Ponti:
Vna nocte vias, quoniam perſæpè videmus
Siccari, molliſq. luti concreſcere cruſtas.

Horum equidem principalis Aparctias eſt, cui verſus ortum æſtiualem, Aquilo à celeri Aquilæ volatu, ſeu Boreas à boatu, lateralis eſt, & collateralis Vpaquilo, & Meſaquilo; at verſus occaſum æſtiualem lateralis eſt Circius, ſic dictus, quia omnia circinat, & Thraſcias, quia per illam prouinciam pertranſit: collaterales verò ſunt Meſocircius, & Vpocircius. Verum Vpaquilo, & Meſocircius, cum proximiores

Aparctias. Aquilo. Boreas. Vpaquilo. Meſaquilo. Circius. Thraſcias. Meſocircius. Vpocircius.

miores Vrſæ ſint,eamdem temperaturã cum illâ ſortiuntur, euaditq. Meſocircius niuium procreator ob vicinitatem Circij. Atqui Meſaquilo nonnihil magis mitis eſt, quàm Aquilo, eo quòd ab illo verſus ortum ſe reuoluat; & Vpocircius, quia magis ad occaſum declinat, Circio quidem extat humidior. Hiſcè porrò alij venti accedunt, Eteſiæ nuncupati, qui quotannis in Italiâ ab Aquilone; in Hiſpaniâ, & Aſiâ ab oriente, & in reliquis mundi partibus à meridie procurrunt. Quorum alij æſtiuo tempore ſpirare ſolent, octo circiter diebus ante Caniculæ exortum, ac ideo illius Prodromi dicuntur, & quadraginta diebus continuò à tertiâ lucis horâ vſque in tenebras iucundè perflant; alij poſt brumam diebus quaſi ſeptuaginta oriuntur, & illicò ſuauiter omnia ventilant. Neque verò hic prætermitti debent Ornithias, & Chelidonius, qui circa veſpertinum Arcturi exortum Veris tempore à diuerſis mundi tractibus exiliunt, & circa terræ dorſum humiles feruntur. *Eteſiæ.* *Ornithias.*

Quæ,cum ita ſint, exiſtimamus ex ijs, quæ hucuſque de Regionũ multiplici ſitu,de varijs Aquarum naturis, & diuerſis Ventorum qualitatibus diſſeruimus, clarum cuique fore, quòd ijs ſe quiſque efformabit, illorumq. qualitates imbibet, ac temperamenti Ingenium conſequetur, quorum Solo,Liquore,Ventiſq. perpetuò vſus fuerit.

Age verò Domine,vt Angelus nobis ſignatus ad cuſtodiam omnes ſuperbiæ, ceterorumq. vitiorum peſtiferos ventos procul repellat, nullumq. alium præter humilem Chelidonium in corpus, animumq. noſtrum intromittat, vt vitali illius aurâ ſic afflati, nos ex humo eſſe, & in illam rurſum reuerſuros recordemur; ac proinde quidquid eſt tumidi, quidquid arrogantis, quidquid inobedientis ſpiritus in nobis, abijciamus, proteramus, annihilemus, vt tamdem aliquando exhumati, diuina tua Chelys nobis perſonet, Qui ſe humiliat, exaltabitur, noſq. cæleſtis ille concentus ſecum ad cælos aduocet. *Apoſtrophe.*

MEMBRVM VNDECIMVM.

Ingenium Hominum ex Inſomnijs deprehendere.

Somni emolumẽta.
Somnus quid ſit.
Somnus an fuiſſet in ſtatu innocẽtia
Aquinas.
Ludit.
Vigilia.
Somni limites.
Cauſa ſalubris Somni.
Vigilia nocumenta.
Vnde Somnus leuis.
Vnde Somnus profundus.
Obliuio Sõniorum.

SI vlla res, quæ Deus Naturæ parens, pro hominum emolumento, & lenimine condidit, inſignis eſt, & pretioſa, Somnus profectò inter omnia principem locum meritò ſibi vendicare videtur. Is enim vires languidas reficit, ſpiritus ſopitos excitat, mœrorem pellit, animumq. placidum reddit, & quietum, diuturnisq. actionibus laborioſis finem imponit, ac denuò nos, illo excuſſo, erigit confeſtim in laudes Creatoris, & ad hæc innumera Vniuerſitatis oblectamenta, & negotia exercenda, alacres magis conuertit. Ex quo etiam inferimus, quòd cum Somnus ad quietem, viriumq. reparationem à naturá inſtitutus ſit, in ſtatu Innocentiæ Somnum nequaquam ablegandum fuiſſe, vt etiam D. Thomas 1. par. q. 93. art. 3. affirmat. Igitur, cum Somnus ſit laborum, omniumq. moleſtiarum lenimen, atque à diurnis occupationibus relaxatio, nollemus quoſdam ita pellici, vt gratá, ac neceſſariá vigiliá amandatâ, totos ſe ſomno dedant, & diù, noctuq. ſtertant. Vnde nocturnus Somnus octo plus, minus horarum ſpacijs circumſcribendus eſt, diurnusq., niſi, aut grauis laſſitudo ex æſtu, aut ex labore defatigatio vires afflixerit, aut nox pridiana intempeſtis vigilijs peracta ſit, procul eſt arcendus. Nam, vt hic ſtupidos homines, languidos, & inertes efficit; ſic nimia vigilia cerebro ſiccitatem adfert, memoriam labefactat, oculis caliginem offundit, concoctioni officit, ſpiritus depopulatur, omnemq. natiuum humorem abſumit. Qui ſic exhauſtus in causâ eſt, vt etiam dormientes, & leuiſſimè vellicati, expergiſcantur. Quòd accidit ijs quoque, qui tenui, & puſillo humore imbutos habent cerebri ſinus, contra verò, quibus cerebrum copioſo vapore perfunditur, arctiſſimè Somnus illos amplectitur, & difficillimè euigilant, nec facilè ob Somni profunditatem, Somniorum poſſunt reminiſci.

Ouidius

Ouidius porrò Ingenioſè libro vndecimo Metamorphoſeos Somni *Ouidius.*
locum, vireſq. deſcripſit.

Eſt propè Cimmerios longo ſpelunca receſſu *Somni domus.*
Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni,
Quo numquam radijs oriens, mediuſuè, cadenſuè
Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine miſtæ
Exhalantur humo, dubiæq. crepuſcula lucis.
Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce ſilentia rumpunt
Sollicitiuè canes, canibuſuè ſagacior Anſer.
Non feræ, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæuè ſonum reddunt conuicia linguæ.
Muta quies habitat: ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes, per quem, cum murmure labens
Inuitat Somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fecunda papauera florent,
Innumeræq. herbæ, quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua, nè verſo ſtridorem cardine reddat
Nulla domo tota eſt, cuſtos in limine nullus.
At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis:
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot meſſis ariſtas,
Silua gerit frondes, eiectas littus arenas.

Etenim occupatis Somno, deuinctiſq. cum externorum, tum in- *Vnde Inſomnium.*
ternorum ſenſuum inſtrumentis, ſopitáq. facultate animali, & Phantaſiâ plerumque liberâ, ac ſolutâ remanente, ad eam, pro corporum, humorumq. variâ diſpoſitione ſpecies aſcendunt, quas illa, pro corporis habitu, diuerſáq. conſtitutione effingit, & diſponit, & inde tam multiplicia Somniorum ſpectacula mortalibus exhibet.

Quorum certè naturalis obſeruatio non fallaci coniecturâ nos ad corporis diſpoſitionem, & Ingenij differentiam apprimè cognoſcendam, quaſi manu ſæpè deducit. Siquidem, teſte Galeno lib. 1. de Mor. *Melancholici.*
Vul. & libro de Pleuritide, cap. 11. & libro de Humoribus Comment. 1. Melancholicis in Somno horrenda ſpectra, lemures, tetrici vultus
vmbroſæ noctes, cadauera, fugę, & funera ob mentis oculos obuerſan- *Pituitoſi.*
tur; Pituitoſis balnea, piſcationes, grando, imbres, natationes, & ſimilia inter quietem occurrunt; Sanguineis rubra idola, cantilenæ, *Sanguinei.*
prata

prata virentia, varijs florum coloribus picturata, ioci, riſus, tripudia, laſciuiæ, & alia huiuſmodi ſimulachra obijciuntur; *Bilioſi.* Bilioſis denique faces, incendia, cædes, pugnæ, & alia funeſta, ac tumultuoſa ſeſe inferunt ludibria. Quorum profectò diſquiſitio cuiuſuis humoris redundantiam in corpore noſtro commonſtrat, & per conſequens, cuius ſit temperamenti, ac maiori ex parte, cui humori ſubiectus, oſtendit.

Noctambulones.

Sic ex effectu, quis humor Noctambulonibus dominetur, cognoſcimus, quorum natura hæc eſt, vt inter dormiendum opera vigilantium obeant, fores clauibus reſerent, tecta in ſublime ſcandant, per trabes, & laquearia oberrent, & alia ſtupenda factitent, de quibus abundè ſatis Ariſtoteles lib.5.de Generat.Animal.cap.1. Galenus lib.2.de Motu Muſcul. Cœlius Rhodiginus lib.16.cap.36. Antiquarũ Lect. Leuinus Lemnius lib.2.de Occultis naturę miraculis, cap.5. Ioannes Langius lib.2. Epiſtolarum Medic. Epiſt.45. Hieronymus Fracaſtoreus lib.2.de Intellectione, Antonius Mizaldus, Centur.4. Aphor. 75. Memorabilium, & Petrus Salius Diuerſus, de Affectibus partic. cap.18. ſuis ſcriptis conſignárunt. *Ariſtot. Galen. Rhodig. Lemnius. Io. Langius. Fracaſtor. Mizaldus. Salius.* Enim verò, quicumque clauſis oculis, & ſopitis per opacas noctis tenebras diſcurrunt, tumultuantur, & nullo fulti adminiculo ſumma tectorum faſtigia ſuperant, *Vnde noctambulatio.* eos ſanguine ſpumanti, æſtuoſo ſpiritu, ac feruidâ bile imbutos, ac in florenti ætate conſtitutos eſſe, neceſſe eſt. Quòd ſi huiuſmodi corporibus minor ſit humoris ardor, atque concitatio, vociferantur ſolummodo, & ſubſiliunt, ſed numquam extra lectum ſe proripiunt. *Cur Noctambulones ex tectis nõ decidunt.* Verum, quòd inoffensè, nulloq. corporis lapſu iſta peragant, ideo fit, quòd Imaginatiua eorum facultas totius domus imaginem præ oculis habet ita repræſentatam, vt quaſi vigilantes ædis totius conſtitutionem intueãtur. Si enim illorum Phantaſia ædificij ſpecies ante obtutum non obtineret, inter ambulandum profectò in vnumquemque angulum impingerent, nec ea facinora perpetrare callerent. At quoniam vigilantis Imaginatiuæ vi feruntur, quæ nullis extat irretita vinculis, & vaporum caligine obfuſcata, hæc admiranda exercẽt, quæ ſpectantiũ animos in ſtuporem vſque extollunt. Ceterum, ſi nemo illos interpellauerit, & ab incepto reuocauerit, pedetentim denuò ad cubiculum, lectumq. redeunt; *Cur Noctambulones ex tectis interdum decidant.* at, ſi proprio nomine vocentur, & euigilent, diſſipatis ſcilicet ſpiritibus, diſcuſſiſq. domus, aut tecti figuris, Imaginatrici olim obiectis, illico Intellectu præſens vitæ periculum iudicante, ex perturbatione, incuſſoq. terrore, præcipites delabuntur.

Quod reliquum eſt, Ebrij hos imitari videntur, quibus, cum vino ſopita ſit Ratio, & deliteſcat, humores ſuos effectus, tamquam è thecâ aliquâ depromunt, & venditant. *Diuerbium.* Vnde veriſſimè dictum eſt, eſſe in vino Veritatem. *Vnde liber.* Et hinc nobis creditur vini inuentor Liber dictus, ob

ob linguæ licentiam, animi, humorumq. interpretis. Nam, vt corpus noſtrum affectum eſt, diuerſisq. humoribus ſubiectum; ita vinum in illo, pro eius craſi, diuerſos quoque effectus producit, ex quibus de hominis temperie, ac Ingenio licet meritò vaticinari. Alij enim vino affluenter madidi, quibusuè lenta pituita atræ bili vbertim permixta eſt, ſunt animo mœrenti, & in lachrymas effuſo; alij, quibus phlegma abundat, taciturni; alij quibus ſanguinis copia eſt, loquaces, & ridiculi; alij demum, quibus cholera ſcintillat, contentioſi. Quocirca cum Platone Dialogo primo, de Legibus concludimus, non modo ex Inſomnijs; verum etiam ex Vini copiâ hominum Ingenia deprehendi poſſe. Heu nimium. Quid enim homine Ebrio, aut turpius, aut ſpurcius, aut etiam fętidius dici, aut fingi poteſt, ex cuius oculis immundæ lachrymæ, ex naribus mucoſa eluuies, ex ore olidi ructus, & inconcocta ſpumantum craterum crapula deſtillat, & barbam, atque veſtes nidore, pedoreq. deturpat?

Ingenia ex ebrietate cognoſcuntur. *Ebrius melancholicus.* *Ebrius taciturnus.* *Ebrius loquax.* *Contentioſus.* *Plato.*

At tu Chriſte piiſſime, dona ebrio tui cruciatus inſtrumenta, vt nimij potus immunditijs abactis, ex attrito, contritus euadat, & pro ebrietatis deſiderio, tuam lanceam; pro cyatho, ſpongiam; pro vino, contritionis amarulentum fel accipiat, & tandem dicat Conſummatum eſſe gulæ vitium, ſeq. ad ſaniorem mentem pertractum.

Apoſtrophe.

MEM-

MEMBRVM
DVODECIMVM.

Ingenia Hominum ex Chiroſophia inueſtigare.

Ariſtot. Plinius. Nil fruſtra

COGITANTIBVS nobis ſæpenumero Deum, & Naturam, iuxtà Ariſtotelis ſententiam lib.1.de Cælo, & Plinij lib. 11.cap.2. & lib.37.cap.4. nihil fruſtra egiſſe, nihil fruſtra in hac rerum Vniuerſitate produxiſſe, nec neceſſarijs defeciſſe, nec abundaſſe ſuperfluis; ſubinde in mentem venit Manus lineas à naturæ Architecto non eſſe incaſſum deſignatas.

Ariſtot.

Quòd, cum Ariſtoteles quoque in Problematis, & libro primo, de Animalibus, cap. 15. & lib. 2. Poſterior. conſideraret, ingenioſè cognouit ijſdem lineis myſteria contegi, ex quarum nos Anatomiâ ad varia Ingeniorum diſcrimina cognoſcenda, prouehemur.

Manus index temperata craſis.

Calidi, frigidi humoris ſigna. Stoici. Plinius. Ariſtot. Galenus. Pituita ſignum. Sanguinis index. Melancholia effectus.

Itaque Manus, quæ corporis reſpectu decenti conſtabit proportione, & inter ſeſe vnaquæq. illius pars conuenientem Symmetriā obtinebit, ac carnea, beneq. articulata exiſtet, indicabit hæc temperatam illius hominis complexionem. At, ſi concaua, & curua conſpicietur, calidi; ſi breuis, & recta, frigidi humoris redundantiam coarguet, qui ob eius imbecillitatem nequiuit vlterius Manum protendere. Pari ratione, de Neruis manus, philoſophandum eſt, qui ſiue à corde oriantur, vt Stoici, Plinius in ſua Naturali hiſtoriâ, & Ariſtotel. in libris de Hiſtoriâ Animalium credidêre; ſiue à cerebro proficiſcantur, vt verius Galenus in libris de Morbis Vulg. de Motu Muſculor. de Neruium diſſectione, de Vſu partium, de Semine, & de Decretis Hippocratis, & Platonis prodidit: vtcumque tamen ſit, cum effectus cauſam ſuam referat, ſi illi erunt probè fabricati, bonam conſtitutionem cordis, aut cerebri indicabunt. Manus ergo cui Nerui ſubtiles, & occulti obuenient, Pituitæ copiam oſtendet, & corporis debilitatem; cui molles, ſanguinis, & ſenſationem; cui duri, Atræ bilis, & fortitudinem;

Digitized by Google

nem;cui denique aſperi,& lati, Choleræ aceruum, & agilitatem demonſtrabunt.Verùm,vt Neruorum fons,Cerebrum eſt,& Cor Arteriarum;ſic Venarum, Hepar eſſe, Galenus in libris de Decretis Hippocratis,& Platonis,teſtatus eſt.Ex quo fit,vt Venarum profunditas, Phlegmaticam;ſubtractio, Melancholicam; apparētia Sanguineam; exilitas Bilioſam complexionem oſtendat. Quòd,ſi quis etiam ex Pilorum coloribus in Manu,hominis temperamentum ſcrutari voluerit, comperiet eum, qui ſupra manus dorſum, & præcipuè circà inferiorem partem paucos,paruoſq; pilos permixti coloris habuerit, temperatam naturam ſortitum eſſe.Quibus verò Percuſſio glabra, piliſq; deſtituta, vel ſubalbis conſita contigit, indicium eſt humorem Pituitoſum abundare;quibus nigri,Melancholicum; quibus ſubrufi, Sanguineum ; quibus demùm flaui , Cholericum dominari compertum eſt.Sic quoque per quandam quaſi auream Homeri catenam,ex eiuſdem Manus qualitatibus gradatim in Ingeniorum notitiam aſcendemus.Tactus ſiquidem inter caliditatem,& frigiditatem;læuitatem,& aſperitatem poſitus , temperati hominis ſortem elicit. Si verò frigidus is,& lęuitate compoſitus erit,Phlegmatis abundantia;ſi frigidus, & aſper, Melancholiæ; ſi calidus, & læuis,Sanguinis; ſi denique calidus,& aſper exiſtet,Bilis exceſſus cognoſcetur. Quæ autem de pilorum colore diximus,eadem ad cutis notas poſſunt referri. Ceterùm Manus Palma tunc proportionata eſt , temperatumq; corporis habitum indicat,quādo exterior medij digiti longitudo, eiuſdem ęquat longitudinem.È conuerſo,ſi longa,& craſſa promineat,digitoſq; breues habeat, vel nimium extenſos , tumidoſq;, tunc Pituitam reliquis humoribus anteire, ſignum eſt;ſi parua, lata , curtiq; digiti , Atræ bilis eſt index;carnoſa,& vbique ſibi,& digitis ſimilis, Sāguinis; vltimò lata cùm longis digitis,Flauę bilis eſt argumentum.Enimuerò,ſciendum eſt Lineæ manus longitudinem à calore procedere ,& breuitatem à frigiditate euenire ; albedinem ex Phlegmate ; nigredinem ex Melancholia ; rubedinem ex Sanguine,& flauitiem ex Bile deriuare. Porrò Linearum proportio ab humidi , & calidi proportione naſcitur, earumdemq; continuatio è Sanguine proficiſcitur. Atque hinc bona poſſumus ijs ominari quorum lineæ diſiunctæ nō ſunt,ſed continuæ,ſibiq; cohærentes. Nàm, cùm ex Anatomicâ ſectione conſtet lineam Vitalem ex Corde;Hepaticam ex Hepate;Naturalem,ex Cerebro,& Menſalem ex Stomacho promanare,ijſq; lineis horū membrorum venas ſubeſſe,non inſcitè dicemus lineas continuas, benè diſpoſitas,coloratas,ac impreſſas,harum partium robur,vitamq; diuturniorem,ac Ingenij præſtantiam oſtenſuras.Equidem linea Vitalis,ſiuè Cordis eſt illa,quæ inter Indicē digitum,Pollicemq; oritur,illiuſq; montē vſque ad Raſcettā circuit ; Linea Cerebri,ſiuè Capitis eſt illa,

Bilis demōſtratio.
Neruorum, Arteriarū, Venarum origo.
Ex venarū qualitate cognoſcere quadruplicem craſim.
Pilorum color, & humorum qualitas.
Homeri catena.
Tactus qualitates.
Palma proportionata.
Palma qualitatum arcula.
Linearum qualitates.
Linearum proportio vnde.
Linea vitalis.
Linea Hepatica.
Linea Naturalis.
Linea Menſalis.
Vitalis origo.
Naturalis origo.

quæ initium ſumit ab ortu Vitalis,& inter Pollicem, & Indicem per-volæ imum exteditur,& ad manus montem terminatur; Linea Hepatis,ſiuè Tabularis eſt illa, quæ a Vitali aſcendens uſque ad Naturalem pertingit, & Triangulum quemdam cùm ijs conſtituit; Linea Menſalis,& quarta,eſt illa,quæ ſub monte Auriculari propè dorſum egreditur, treſq; digitos complectitur, & vſque ad montem Indicis extenditur.Hæ verò lineæ ſic conſtitutę,verſus Raſcettam, Triangulum,& verſus digitorum montes,Quadrangulum conſtituunt, qui ſi rectà procurrent,& angulos rectos efformabunt, indicium eſt omnes illas,quas ſuprà retulimus corporis principes partes,optimè compoſitas,& diſpoſitas eſſe;quandoquidem ſignum, ſui ſignati naturam repræſentare ſoleat.

Tabularis. *Menſalis origo.* *Triāgulus.* *Quadrangulus.*

At reliqua inſana Chiromantum nugamenta de Planetarum montibus,de Veneris cingulo,de Viâ lacteâ,de lineâ Solari,de Martis triangulo, de lineâ Saturninâ, alijſq; cùm prorſùs vana, fallacia, ſuperſtitioſa,& damnata meritò ſint,reijcimus, & quantum in nobis eſt,ad Inferos etiam deturbamus. Reſtat verò, vt ad noſtram Chiroſophiam abſoluendam, & ad hominum naturas propius perſcrutandas,de Vnguibus quoque paucula diſſeramus. Quorum alij,qui proportionati ſunt, eorum longitudo pro tertio latitudinem ſuperat, & bellè colorati exiſtunt, temperatum temperamentum indicant; alij, qui breues, Phlegmaticum; qui longiores, Sanguineum; qui reflexi, Cholericum denique oſtentant corporis domicilium. Nàm,cùm Vngues ex cute oriantur, ſintq́, humorum excrementa, illos colorem cutis, humorumq; naturam ſequi, neceſſe eſt. Ceterùm in Vnguibus quadruplicia Signa, ſiuè Puncta diuerſorum colorum ſæpius conſpici ſolet;videlicet Alba,quæ hominem Pituitoſum; Nigra,quæ Melancholicum; Rubra, quę Sanguineum,Flaua, quę Bilioſum demonſtrant.Rectè equidem.

Chiromantes refelluntur. *Vngues proportionati.* *Vnguium qualitates.* *Quid Vnguium nota.*

At ſigna nos Domine I E S V tuo candore,vt nullo modo ſceleribus nigri, ſed innocentiâ albi, euadamus; punge nos tuo amore, vt pro te purpureo ſanguine laureemur; irradia nos tuo ſplendore, vt inſtar ſolis flaui,ac lucidi tecùm in æternum viuamus.

Apoſtrophe.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM DECIMVM TERTIVM,

Ingenia Hominum ex Phyſiognomonia cognoſcere.

PRVDENTER quidem Socrates, ſed fruſtrà optabat, vt hominum pectora eſſent feneſtrata, & quiſq; poſſet abditos animi receſſus alterius intueri, nullaque extarent inuolucra, quæ proſpiciẽtibus velum obtenderent. Mens enim humana, Tullio teſte, multis ſimulationum inuolucris obtegitur. Quá de cauſâ narrat Iamblichus morem Pythagoræis fuiſſe neminem in Lycęum admittere, niſi priùs vultus lineamenta, corporiſq; figuram, & inceſſum perſpexiſſent. Vndè Plato apud Plutarchum, ex oris dignitate vaticinatus eſt Alcibiadem ad ſummum Reipublicæ faſtigium peruenturum. Olim enim in tantâ famæ exiſtimatione Phyſiognomonia fuit, vt poſtpoſitis opibus, natalium ſplendore, amicorumq; potentiâ, neminem ad regni culmen Gymnoſophiſtæ eueherent, niſi qui pulcherrimo corpore, eximiâ partium Symmetriâ, ac totius corporis maieſtate quadam fuiſſet efformatus. Quibus alluſiſſe videtur Titus Lucretius. *Socrates. Tullius. Iamblichus. Plato, Plutarchus. Phyſiognomia præſtantia. Gymnoſophiſtæ. Lucretius.*

Condere cœperunt tunc vrbes, arcemq; locare
Præſidium Reges ipſi ſibi, perfugiumq;,
Et pecudes, & agros diuiſere, atque dedere
Pro facie cuiuſque, & viribus, Ingeniq́;:
Nam facies multum valuit—

Adamantius certè dicebat, ex fronte, & vultu, etiam in ipſo oris ſilentio Naturâ proloqui. Huius rei exemplum eſſe poteſt Euthimenis liber apud Plinium lib. 7. c. 16. Inuenimus, ait, in monumentis Salamine Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuiſſe, inceſſu tardum, ſenſu hebetem, & iam puberem factum, voce robuſtâ, abſumptum contractione membrorum ſubitâ, triennio circumacto. Conſtans enim ſemper fuit antiquorum opinio, vultus, corporiſq; inſpectionem, plurimùm, cùm ad complexionem, tùm ad Ingenia cuiuſque, *Adamãtius. Plinius. Euthimenes. Phyſiognomia neceſſitas.*

Varro. *Demetrius.* *Plinius.* *Manilius.* iuſque,& mores inueſtigandos, valere. Atque hinc Varro,oues quâ formâ eligere oporteat, docuit; Demetrius Conſtantinopolitanus Auceps, quales Accipitres ad aucupium idonei ſint, deſcripſit,& Plinius Leonum animoſitatem,ex caudâ, & Equorum ex auribus cognoſcendam,propoſuit.Manilius quoque lib.4.Aſtronomicon ex coloribus facierum,cuiaſnam quiſque ſit,demonſtrauit.

Idcircò in varias leges,variaſq; figuras
Diſpoſitum genus eſt hominum,proprioq; colore
Formantur gentes,ſociataq; iura per artus,
Materiamq; parem priuato fœdere ſignant.
Flaua per ingentes ſurgit Germania partus:
Gallia virgineo nimis eſt infecta rubore:
Aſperior ſolidos Hiſpania contrahit artus:
Martia Romanis orbis pater induit ora,
Gradiuumq; ſuum miſcens benè temperat artus,
Perq; coloratas ſubtilis Græcia gentes
Gymnaſium præfert vultu,forteſq; Paleſtras.
At Syriam produnt torti per tempora crines:
Aethiopes maculant orbem,terraſq; figurant
Præfuſcas:Hominum gentes minus India toſtas
Progenerat,mediumq; facit moderata tenorem.
Iam propior,telluſq; natans Aegyptia Nilo
Lenius irriguis infuſcat corpora campis.
Pœnus arenoſis Afrorum puluere terris
Exſiccat populos,& Mauritania nomen
Oris habet,titulumq; ſuo fert ipſa colore.
Adde ſonos totidem vocum,totidem inſere linguas,
Et mores pro ſorte pares,rituſq; locorum.

Adamantius, Polemon. Ariſtoteles, Albertus. *Magnum caput.* *Paruum caput.* Nos igitur, cùm ſuperiùs manus inſpectionem delineauerimus, hoc membro Caput hominis, eiuſq; partes, quæ ad inſtitutum noſtrum facient, quæq; præ reliquo corpore ob oculos obuerſantur, deſcribemus. Ergò Caput Maximum,tumidumq; ex Adamantij, & Polemonis in Phyſiognomonicis,ex Ariſtotelis libro de Somno,& Vigiliâ,& Alberti libro de Animalibus ſententiâ, videtur eſſe obtuſi,& indocilis hominis argumentum. Illius enim magnitudo potiùs materiæ abundantiam,quàm virtutis excellentiam denunciat. Quo fit,vt credamus eos, qui tali capite præditi ſunt, humore Pituitoſo plus ſatis abundare. Huic ex oppoſito Minimum Caput adferre poſſumus, quod Ariſtoteles in Phyſiognomonicis Inſenſatum nominauit; nimirum ob cerebri perexiguam molem, in quâ nihil

aliud

Digitized by Google

aliud præter brutæ iræ igniculi conſpiciuntur. Caput Mediocre verò ab omnibus laudatur, eò quòd pari ambitu cerebro ſinus repletos habeat, & terno Ingenij diſcrimine polleat. Contrarium porrò accidit in capite, cuius pars poſtica deperditur, & ob id nullius Memoriæ exiſtit, & pars anterior gibba eſt, ideoq; magnâ Imaginatione decoratur. Quòd ſi Occiput, & Sinciput globoſum erit, vtriuſque præſtantiam potentiæ demonſtrabit. Acuminatum quoque idem præſtaret pro ſupremo ſinu, niſi vapores in ſublimè eleuati, omnes, tãquàm ad punctum Stillicidij coëuntes, & caliginem Phantaſmatibus offundentes, impedirent quo minus Intellectus ſuo munere defungatur. *Mediocre caput. Planum caput. Gibbum caput. Acuminatum caput.*

Quoniam verò hominis caput Capillitio ad neceſſitatem ſimul, & ornamentum veſtitur, de eo aliquid adferre, haud erit inopportunum. Enimuerò Pili ex fuliginoſo, craſſoq; excremento generantur, qui ſubindè alios, atque alios colores ſibi aſciſcunt pro variâ humorum ratione. Nã Subflauus pilus ex humido, & frigido humore enaſcitur; Niger ex Atrâ bile, & deuſto vi caloris vapore, elaboratur; Ruffus ex ſanguinis fęce extruditur; Flauus, cũ flauę bilis vapor ſit minus torridus, talem colorem ſortitur. Et tenella ætas, cùm tanto calore deſtituta ſit, & nimiâ humiditate, & frigiditate ſcateat, ideò nullâ lanugine barbeſcit. Verùm, quòd flaua cæſaries ſuſpecta ſit, & fallax, ſubdola, ac verſipellis habeatur, hoc, vel ex vario humoris illius Ingenio, vel ex corruptâ educatione, vel diuerſâ regionis naturâ proficiſcitur. Siquidem ferè omnes qui ad Arcton ſunt verſi, Aenobarbi eſſe ſolent, & tamen integerrimi, vt plurimùm, & ſpectatæ fidei exiſtunt. Hęc enim regio ſuaptè naturâ rutilos pilos germinat: at inter Aethiopas, ſi flauus inueniretur, contrà ſoli illius, cæliq; conſtitutionem, meritò poſſet lubricæ fidei vir exiſtimari. Appoſitè Claudianus lib. 1. de laudibus Stiliconis cecinit. *Pilorum ortus. Subflauus pilus. Niger pilus. Ruffus pilus. Flauus pilus. Cur pueri imberbes. Aenobarbi. Claudianus*

Hic gemmata Niger tentoria fixerat Indus.

Et lib. 1. de Quarto Honorij Conſulatu.

---Flauam ſparſere Sicambri.
Cæſariem---

Et Lucanus lib. 2. Pharſaliæ. *Lucanus.*

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos,
Albis, & indomitum Rheni Caput---.

Galenus quoque libro de Temperamentis in eadẽ ſentẽtiâ verſatur. Aegyptij, ait, Arabes, Indi, & omnes, qui calidam, & ſiccâ regionem incolunt, nigros, exiguię; incrementi, ſiccos, criſpos, & fragiles pilos habent; contrà, qui humidã, frigidamq; plagam habitant, Illyrij, Germani, Sarmatæ, & oĩs Scythica ora, modicè auctiles, graciles, rectos, & ruffos obtinẽt. Qui verò inter hos temperatũ colũt tractum, hi pilos *Galenus. Regionum diuerſitas.*

Digitized by Google

los plurimi incrementi,& robuſtiſſimos,& medicè nigros,& mediocriter craſſos,tùm nec prorſus criſpos,nec prorſùm rectos edunt. Pari ratione Galenus lib.2.de Téperamentis,& Ariſtoteles lib.5.de Generatione Anim.c.3. aſſerunt Scythas Ponti incolas, & Thraces eſſe pilo promiſſo,& ſimplici:Aethiopas autem, hiſq; ſimiles criſpum pilum obtinere.Hoc verò ideò nō euenit, q̃ qui feruētiſſimas regiones incolunt,ſint calidiſſimi,& qui algentiſſimas,frigidiſſimi exiſtãt,quin potiùs contrarium licet arbitrari. Nam ſapienter Galenus lib. 2. de Temperamentis hunc in modum ſcripſit. Quippè, inquit, corporis temperies in regionibus ijs,quæ à temperie receſſerunt, inæqualis viſitur,internis ſcilicet,externiſq; partibus ad eumdem ſe modum non habentibus.Gallis enim,& Germanis, & omni Thracio, & Scythico generi, frigida,humidaq; cutis eſt , ideoq; etiam mollis, alba,& pilis nuda.Omnis verò naturalis hic calor in viſcera vnà cùm ſanguine cōfugit,vbi dum agitatur , & premitur,& feruet, iracundi, audaces, & præcipitis conſilij redduntur.Aethiopibus verò,& Arabibus , omnibuſq; denique ijs, q ad Meridiē habitãt, natura cutis ex ambiētis æſtu, & naturali calore foras acto,vſta,dura,nigra,& ſicca redditur toto corpore,naturalis quidē caloris exiguã obtinente portionem,ſed alieno, atque adſcititio incaleſcente. Hactenus Galenus,quibus ſimilia Auerroes lib.4.Collectaneorum,cap.2.ſcripta reliquit.

Gal. Ariſt. — *Cur qui frigidi calidi, qui, calidi frigidi.* — *Galenus.* — *Auerroes.*

Quæ cùm ita ſint , rectè philoſophari poſſumus cunctos populos , qui ſub feruenti climate habitant,internas corporis partes gelidas habere,& qui ſub frigido, calidas per Contrapoſitionem obtinere; nec ex Capillo molli, aut criſpo, probè poſſe hominis craſim, niſi externã ex ambiente aurã,inueſtigari. Argumēto eſſe poſſunt vtriuſque Zonę Ingenia,quorum illa,quę loca calida incolunt,ob caloris innati exhalationem, ex validis Solis radijs, & per conſequens cerebri frigiditatem,in omnibus ijs ſcientijs,quæ ad Intellectum pertinent,excellentia euaſere; illa,quæ in locis glacialibus degunt,ob calorem in corpore cōtinuò incluſum ex aëris ambientis frigiditate, & per conſequēs cerebri caliditatem, in omnibus ijs diſciplinis , quæ ſub Imaginatiuã militant,conſpicua fuére.Quòd in Septemtrionali populo verum eſſe ex nimio carnis eſu,potuſq; , auiditate etiam apparet,propter internum ſcilicet calorem breui omnia decoquentem , ſitimq; amplam excitantem . Quã de cauſã iſtis quoque accidit, vt cutim denſam habeant,læuemq; ob externum frigus illam obdurans,& conſtringens; illi , ob calorem internum per poros exhalantem , cutimq; hirſutam efficientem , & Stomachum languidum conſtituentem , minus auidè comedant , minuſuè carnibus delectentur . Ex quibus quoque concludimus Hirſutiem, cutis raræ, ac poroſæ indicium eſſe, & Glabritiem , cutis denſæ ſignum manifeſtum exſtare . Meridianis enim

Antiperiſtaſis regionū, & corporū. — *Mira contrarietas ingeniorū ex regionum cōtrarietate.* — *Vnde fames, & ſitis Septemtrionalibus.* — *Cur arctois cutis læuis, meridionalibus hirſuta.* — *Vnde glabrities, & hirſuties.*

Digitized by Google

enim propter calorem extrinſecùs ambientem, pori aperti ſunt; Arctois propter frigus, clauſi, paucíq;. Verùm, quòd Germani longas comas,& graciles nutriant,& Aethiopes curtas,& craſſas obtineant, hoc iſtis ex calore,& ſiccitate extrinſecâ obuenit, quę pilos neutiquā creſcere ob humoris abſentiam permittit; & illis ob externam frigiditatem,atque humiditatem,veluti illorum pabulum,in longum excreſcunt, atque molles eádem de cauſâ euadunt, vt in puellis vtriuſque ſexus videre eſt.

Vnde coma longa, & curta.

Ceterùm Canities neque à frigido,neque pituitoſo humore oriri videtur, ſed potiùs à calore naturali deficiente, piliſq; genuino, vt Seruius de Numá protulit; aliàs pueri, & femellæ omnes fermè canis eſſent conſperſæ. Quàm verò verum ſit,quod diximus, ex exemplo,quod Leuinus Lemnius lib.2.de Complexionibus,cap.2.adduxit, manifeſtum fiet.Narrat is in aulâ D.Caroli V.Cęſaris nobilem quendam iuuenem,ſpecioſum,ac venuſtum fuiſſe,qui,cùm cuiuſdam virginis pudicitiam expugnaſſet,& in carcerem coniectus fuiſſet,poſtridiè plectendus Capite,illicò ex præſentis mortis imaginatione,floridum colorem in luridum, nigrumq; capillitium in canum mutaſſe. Tantùm enim potuit imminentis ſupplicij cogitatio, horrorq;, vt ſopito naturali calore, & ad internas partes reducto, reliquæ à reſcerent,& in deſpicatum habitum deuenirent. Quòd interdùm quoque Militibus in acie,& Nautis in procellis,& vitę deſperatione conſtitutis,euenire ſolet ex terrore,qui omnem corporis calorem depaſcitur. Recitat Plinius lib.7.hiſt.cap.2.Cteſias gentem ex his, quæ appellantur Pandoræ, in conuallibus ſitam, annos ſuperuiuere ducentos, & in iuuentâ candido capillo eſſe, qui in ſenectâ nigreſcat. Eadem de Gruibus Ariſtoteles lib.3.Animal.cap.12.commemorat. Cùm enim pueritia humido, ac frigido humore ex ſeſe imbuta ſit, accedente etiam frigido, & humido ſitu, calor vſque ad tempus deliteſcere cogitur, ex quo fit, vt pili albi producantur; ſed poſteà paulatim calore cùm ætate, cibis, ac exercitatione inualeſcente, materiamq; pilorum torrente,illos nigro colore induit.

Leuinus.
Vnde canities.
Seruius.
Metamorphoſis mira.
Nautis, & militibus undè canities.
Plinius.
Pandoræ cani.
Ariſtoteles Grues.
Vnde Pandoræ nigri fiunt.

Vt verò omnes Pandoræ cani ſunt,ſic teſte Plinio, omnes Myconij Calui exiſtunt. Caluitium porrò, vel ex nimiâ capitis humiditate oritur,in quâ pili, quaſi herbæ in aquâ radices figere nequeunt, & ex intenſâ frigiditate, quæ fuligineum vaporem reuerberat, ac, vt glacie concreta tellus,non frondeſcit;vel ex feruenti caliditate, quę, cùm omnia abſumat, nil creſcere patitur; at ex ſiccitate extremâ, quæ,cùm nihil humoris admixti habeat,pili,tanquàm exſiccata,folia decidunt. Prioris autem generis Caluitium,quod ex humiditate, & frigiditate combinatâ proficiſcitur, arguit hominem Ingenij depreſſi,& hebetis;ſecundi,quod ex ſiccitate, & caliditate prouenit, ſu-

Myconij Calui.
Vnde Caluities.

Qualitates caluitiorũ.

blimis Phantaſiæ; tertij quod ex frigiditate, & ſiccitate oritur, ſublimis Intellectus; quarti denique quod ex ſiccitate, & frigiditate innoteſcit bonæ Memoriæ indicium demonſtrat. At, ſi caput remiſſiori frigore ità præditum erit, vt tamen capillos nutrire poſſit, ij erecti erunt, apiceſq; ſurſum eleuabunt, vt in terrore perculſis, videmus.

Menti qualitates. Ariſtoteles. Michael Scotus. Cõciliator. Linguæ qualitates. Dentium qualitates. Io. Chius de Hercule. Plutarchus de Pyrrho. Labiorum qualitas. Genarum qualitates.

De hiſcè quidem ſatis; nunc ad Mentum luſtrandum procedamus, quod ſi Rotondũ, & Depile, vel raris pilis refertum erit, Phlegmaticum oſtendet; Quadratum, Melancholicum; Carnoſum, Sanguineum; Acutum, Cholericum denique hominem ex Ariſtotelis ſententia in Problematibus, inſinuabit. Quibus etiam Lingua ſubtilis, & velox eſt, hi Cholerici, vt Michael Scotus, & Conciliator affirmant; quibus tarda, Melancholici; quibus blæſa, Pituitoſi exiſtunt. Quod verò ad Dentes attinet, qui ex cerebro ortum habent, ſi ij rari erunt, ſignum eſt euidens cerebrum humiditate repletum eſſe; ſi firmi, & ſpiſſi, proprio cerebri humore, Melancholico ſcilicet decoratum, vt Herculem Io. Chius teſtatur fuiſſe triplici Dentium ſerie armatum; ſi continuati, ſanguine imbutum, vt de Pyrrho Epirotâ Plutarchus refert, qui dentium vice vnicum os inſtar limæ deductum habebat; ſi longi, acuti, Bilioſum vaporem cerebrum continere eſt indicium. Labia autem vniformiter craſſa, Phlegma denotant; inferius ſolùm craſſa, Atram bilem; ſuperiùs ſanguinem; exilia in ore magno, & iuxta angulos laxa, Flauam bilem portendunt. Tumidæ, flaccæ, & læues Genæ ſimiliter Pituitoſi humoris dominium indigitant; Carnoſæ, & duræ Melancholici; Oblongæ, Sanguinei; Graciles valdè, Bilioſi notas exprimunt.

Ruffus Epheſius. Barba diuiſio. Nuces abijcienda. Theodoretus. Iuuenalis.

At, cùm circa genas, Barba oriatur, eius partes deſcribere non erit incongruum, quæ etiam à Ruffo Epheſio lib. 1. de Corporis humani partium Appellationibus, cap. 7. deſcribuntur. Et quidem Barbæ primum ſub temporibus germinatio Iulus dicitur; primus deinde pilorum exortus in ſuperiori labro, Propogenion; pili in ſummo mento, Pappus; ſub mento, Hypena; extrema labiorum, Prochyla; cauitas ſuperioris labri, Phyltrum; connexiones labiorum, Proſtomion, & inferioris labij cauitas, Nympha nominatur. Hunc porrò pilorum prouentum, qui adeptus fuerit, neceſſariò puerilia deſerere illum decet, nè dedeceat crepundijs poſteà contaminari. Theodoretus probè libro de Prouidentiâ, ſermone 4. Si eos, inquit, qui virilem ætatem ingrediuntur, & pueriles annos tranſierunt, barba exornat, quæ genas aliquâ ex parte cùm mento inferiori veſtit. Et primò quidem lanugine florent malæ, deindè modicum pilorum velamen eaſdem tegit, vt augmento hoc ætatis diſcrimen doceat, & ipſa vultus figura homini perſuadeat, vt relictis puerilibus ludis, ad res ſerias accingatur. Meritò ſi fecerit, tunc illi faciendum, quod Iuuenalis cecinit.

Cre-

Digitized by Google

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuiquam puer: illicet ipſe videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.

Verum, ad inſtitutum noſtrum reuertamur, & à Genis ad Nares calamo properemus, quæ ſi à fronte latæ fuerint, & depreſſæ, & in extremo craſſæ, Pituitoſum indicabunt; ſi longæ, & ad os protenſæ, vt de Cæſ. Auguſto ſcribit Sueton. Melancholicum; ſi magnæ, & pulchrè deductæ, Sanguineum; ſi graciles, & in extremo aduncæ, Cholericum inſinuabunt. Oculi quoque valdè magni, prominentes, cęſii, & immobiles, Phlegmaticum oſtendunt; magni, ſpadices, concaui, & ſtabiles, Melancholicum; concinni, rubris venis delibuti, & ridentes, Sanguineum; parui, torui, mobiles, & flaui, Cholericum demonſtrant. Ceterum, magna, & lata frons eodem modo, Phlegma indicat; longa, mediocris, macra, aliquanto aſpera, Melancholicum; tranquilla, lenis, erugata, Sanguineum; circularis, nebuloſa, Cholericum hominem eſſe portendit, vt interim Metopoſcopicorum deliramenta prætereamus, qui frontis ſingulis lineis Planetas impietatis clauo affigunt. Quæ autem de Genis diſſeruimus, eadem de Temporibus, ac Auribus dicta eſſe volumus.

Nariũ qualitates.
Sueton.
Oculorum qualitates.
Frõtis qualitates.
Metopoſcopi reiiciuntur.

Sed vtinam debito tempore aures noſtræ Dei verbum reciperent, detinerent, & perfecto opere complerent, vt corpori coniunctæ eo aſcendere poſſent, vbi Sol ille eſt ſine motu, vbi triumphus ſine bello, & vbi perpetuitas ſine tempore perpetuo perſeuerat.

Apoſtrophe

∴

MEM-

MEMBRVM

QVARTVM DECIMVM.

Ingenia Hominum ex Educatione eruere.

Finis Primæ Cauſæ. Initium ſecũdæ Cauſæ.

HACTENVS de Cauſâ Ingeniorum Naturali ſatis nobis diſputaſſe videmur; nunc ſupereſt, vt Humanam, quam ſecundo loco propoſuimus, more noſtro perluſtremus. Et hic quidem principio nobis merito ſeſe recta puerorum Educatio offert, quam tanti momenti ſapientes viri eſſe exiſtimarunt, vt ſine ipſâ, nec hominum genus conſiſtere poſſe, arbitrati ſint. Refert enim Dio Caſſius lib. 53. historiæ Romanæ, Diogenem Sinopenſem poſtquam multa verba in Megarenſium inertiam de educandis liberis conieciſſet, quaſi pro coronide concluſiſſe, ſe potiùs cuiuſpiam illorum Arietem, quam filium eſſe velle. Quo dicterio prudens vir, ex prauâ Educatione, & metamorphoſin hominis in belluam indicare voluit, & Megarenſes diligentiorem curam Arietum, quam liberorum gerere, oſtendit. Siquidem vbi illa probè deeſt, nec animo cultus adhibetur, filij verſipelles plerumque euadunt, ſubdoli, Ingenio vafro, & infido. Ad quod, etſi naturâ eſſent propenſi: optima tamen inſtitutio illos à turpitudinum cœno, ad virtutis callem deducit, atque ad laudabiles mores componit. Certè nobis hominum mẽtes, ac corpora propemodum vti arbuſta videntur, quibus, ſi quis nullam operam, nullam induſtriam adhibuerit, ſterileſcent, & ſquallore, ac ſitu obducta, nullos boni ſucci fructus proferent; quin potius im probâ Educatione ſilueſcent, & cũ à naturæ integritate deſciuerint, aut ſpinas, aut noxia mala protrudent. At experientiâ compertum eſt, vt qui etiam vitioſam naturam nacti ſint, bonæ Educationis beneficio ad diuitem virtutis frugem perduci. Vnde diuinum Numen

DioCaſſius. Diogenis. Sinopenſis dictum.

Malæ educationis incommoda.

Bonæ educationis beneficia.

Homines, vt arbores.

videtur

videtur ideo hominem, quaſi inuerſam arborem ſurſum radices verſus Cælum habentem creaſſe; vt nimirum à Cælo, tamquam à proprio ſolo, eiuſq. agricolâ Deo, ac eius in mũdo Sublunari Vicarijs, neceſſarium mentis pabulum, Educatione mediante, capeſſeret. Quapropter omnibus Ingenij neruis enitendum eſt, vt ſinguli ad laudabilem inſtitutionem accipiendam ſe accommodent. Neque vero quis in animum inducat impolita Ingenia, & rigida ad humanitatis, virtutiſq. cultum perduci non poſſe: quoniam immanes etiã belluæ cicurantur, vt Plinius lib. 8 cap. 17. de Magone Carthaginenſium duce prodidit, qui Leonem indomitum perdomuit. Quod quidem facilè eueniet, ſi ab ipſis ſtatim incunabulis acerrimam liberis ſuis curam Parentes impenderint, vt cum nutricis lacte, quam optimis moribus, ac pietate imbuantur, aliàs quem virtutis fructum, adultâ iam ætate laturum id Ingenium ſperare poſſumus, quod á teneris annis in molli, ac corrupta Educatione vitia omnis generis imbibit? Faciles profecto ad vtramque viam puerorum animos Natura gignit, vt, cum ducem aliquem nacti ſint, vel ad honeſtatem, vel ad turpitudinem non admodum repugnantes ſequantur; & tanta eſt quoque Educationis vis, vt non facile, cum inhæſerit, extirpari poſſit, ſed quaſi in naturam alteram abeat. Ferunt Lycurgum Lacedæmonijs oſtendiſſe, teſte Plutarcho libro de Educandis Liberis, binos canes eodẽ partu enixos, quorum alter ad culinam, alter ad venationem enutritus erat, quos, cum in medium proieciſſet, hic ad Leporem, ille ad cacabum ſtatim cucurriſſe dicitur. Eadem ferme Scotus de duobus puellis recenſet, quorum alter cum Suis, alter cum Capræ lac in pueritiâ ſuxiſſet, adulti facti, cœni volutabrum alter ingrediebatur, & vorabat; alter arborum folia, & cortices erodebat, adeo à teneris annis aſſueſcere multum eſt, vt ſi quis etiam velit, ægrè tamen impreſſos infantiæ mores exuere poſſit, vt verè dixerit Horat. lib. 1. Epiſt.

Hõ arbor inuerſa.
Vnde homini pabulum.
Oẽ poſſunt ad bonã frugẽ perduci.
Plinius.
Parentũ cura.
Pueri in biuio.
Plutar.
Scotus.
Semel altè impreſſum, difficile deletur.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu ------

Idcirco ſapienter Plato lib. 4. de Republicâ, aſſeruit Educationem, & eruditionẽ bonã bona quoque Ingenia efficere. Et lib. 1. de Legibus, Caput diſciplinæ, rectã Educationẽ eſſe, affirmauit. Sunt.n. vt Plutarchus docet, libro de Poetis audiendis, multę corporis partes per quas ſeſe vitia inſinuant, ſed vna ſolum virtuti expoſita. Quo fit, vt præcipuum Progenitorum officium eſſe debeat, ne nimium liberis ſuis indulgeant, ne nimium delicijs frui permittant, ac minimam conſuetudinem cum aliquo obſcœnis moribus deturpato, habere patiãtur, ne denique eos vllis vitijs laborare ſinant. Quod ſi fecerint, Plato grauiſſimus

Plato.
Plutar.
Parẽtũ munus.
Plato.

uiſſimus honeſtatis Doctor ijs in Lachete pollicetur fore, vt temporis ſucceſſu vniuerſam Rempublicam, & prudentia, & conſilio, & morum integritate, non ſolum tueantur, & conſeruent, ſed etiã exor-
Filii quibus naſcantur. nent, & amplificent. Siquidem filij non tantum parentibus, ſed etiã Reipublicæ naſci dicuntur, quippe quæ ex illis conflatur, & alter alteri ſuccedendo, illam quodammodo immortalem efficiunt, vt l.1.§. & gener.de vent.in poſſ.mitt.lib.37.P.tit.9.l.2. de iuſt. & iu.P.lib.14. ad Senatuſc.Treb.P.lib.1.in fine, ad leg.Iul.maieſt.P.lib.19.§.7.de capt.& poſtlim. reuerſ.P.lib.14.§.4.de mun. & honor.& l.proponebatur, de iud.P.l.liberorum, de verb.ſign. teſtatum reliquêre. Itaque, vt hoc eueniat, inter reliqua ſeruandum eſt ſalubre præceptum Iuuena-
Iuuenalis. lis Satyrâ 14.cantantis.

Nil dictu fœdum, viſuq. hac limina tangat
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti:
Maxima debetur puero reuerentia ----

Quod documentum quicumque parens amplectetur, certo ſibi perſuadeat, filios ſuos, cum ad rationis annos peruenerint, facile conceſſuros, vt virtutis, pietatiſq. ſtudio ducantur, vt dignitatis, & gloriæ ſplendore trahantur, vt vitæ honeſtate, tamquam anima fulciantur, & ex hiſcè ſplendeant velut inter ignes Luna minores.

Nutrix qualis. Verum his quoque accedere debet Nutrix omnibus numeris perfecta, & virtutibus decora, & quæ nullis animi paſſionibus ſuccumbat, cum illæ vna cum lacte in infantem lactentem tranſire ſoleant,
Auicennas. vt prudenter Auicennas animaduertit, cum de lactentis moribus diſſeruit. Et hinc fit, vt ſapientes viri prohibuerint ſtolidam lactare.
Filij cur parẽtibus diſsimiles. Miramur profecto pudicarum mulierum interdum filios, parentibus ſuis neque corporibus, neque moribus ſimiles exiſtere, & non perpen-
Virgil. dimus totam illorum indolem in peſſimæ Nutricis ſanguinem, & ſuccum eſſe conuerſam. Ad quod Virgilius lib.4. Aeneidos alluſit cantillando.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanaq. admorunt vbera Tigres.

Chryſippus. Et ob id Chryſippus optimas, ſapienteſq. nutrices pueris exopta-
Iuſtinus. bat. Prodidit Iuſtinus libro vltimo ſuæ hiſtoriæ Habidem Gorgoris Regis filium in Siluis Ceruæ lacte diu nutritum fuiſſe, ac ideò inter ceruorum greges compita, ſaltuſq. haud inferiori velocitate

pera-

peragraſſe. Tantum enim momenti poſitum eſt in nutricis lacte, ac moribus, vt tenella ætas obuia quæque proba, vel improba illicò hauriat, & ex ijs ferreum quaſi induſium ſibi fabricet, quo toto vitæ curriculo vtatur. Quæ res facit, vt cum aliquem, ſiue bonis, ſiue malis moribus imbutum adoleſcentem contemplamur, ſtatim mente ad ipſius Educationem curramus.

O Domine nos tui infantuli, tu noſtra fidelis, & ſapiens Nutrix, quę nos duplici bellariorum genere nutris, è terrá, è cælo, vt anima, ac corpus noſtrum duplici Educatione tuá enutritum, hoc quantum eſt, totum tuum ſit, & non aliam Altricem quàm te, debito tibi Deus cultu, homines pietatis officio, virtutumq. reliquarum cohorte proſequatur. *Apoſtrophe.*

MEM-

MEMBRVM
DECIMVM QVINTVM.

Ingenia Hominum ex Conſuetudine aliorum diſcernere.

Conſuetudinis efficacia.

SI erronea illa Pythagoræ ſententia aliquid ponderis apud Orthodoxos,& ſapientes habere poſſet, dicere quis valeret,plures homines eamdem Animã eâdem morum Cõſuetudine imbutam, poſſidere. Tanta enim eſt Conſuetudinis efficacia, & morum ſimilitudo quibus cum viuitur, vt ex multis vnus dumtaxat homo conflatus eſſe videatur. Vnde Tullius in Lælio affirmauit, nihil eſſe,quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam,quam ſimilitudo. Quo fit, vt bonos boni diligant, aſciſcantq. ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque naturâ. Ac idem lib. 1. Officiorum dixit eam eſſe iucundiſſimam amicitiam, quam ſimilitudo morum coniugauit; & nihil amabilius,nec copulatius, quam morum ſimilitudinem bonorũ eſſe, teſtatus eſt, vt etiam dixerit in his, in quibus eædem voluntates ſunt, fieri, vt æquè quiſque altero delectetur,ac ſeipſo. Quâ de cauſâ conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe: è contra verò diſpares mores, diſparia ſtudia ſequi; nec ob aliã cauſam vllam bonos improbis amicos eſſe non poſſe, niſi quod tanta ſit inter eos, quanta poteſt eſſe morum,ſtudiorumq. diſtantia. Conſuetudo autem ſiue laudabilis illa, ſiue infamis ſit, tanti valoris eſt, vt etiam corruptelá malæ conſuetudinis, teſte eodem Tullio libro 1. de Legibus, igniculi probi extinguantur à Naturâ dati, exorianturq. & confirmentur vitia contraria. Siquidem teneræ puerorum ætati, eorum quibuſcum viuunt,vitia facile eſt, vt adhæreſcant. Sapienter Seneca libro 3. de Irâ, Sumuntur, inquit, à conuerſantibus mo-

Cicero.

Conſuetudinum diuerſitas.

Seneca.

res, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt; ſic animus mala ſuis proximis tradit. Atque hinc Ariſtoteles libro 1. Rhetoricorum, capite 3. & cum eo Galenus libro 3. de Simplic. Medicam. facul. capite 18. dixerunt Conſuetudinem alteram Naturam eſſe. Neque vero hiſce Leges aduerſantur not. gloſſ. ff. de lib. & poſthum. l. ſi quis poſthum. ſuper verbo Conſuetudo, quæ eamdem ſententiam confirmant. *Ariſtot.* *Galenus.* *Conſuetudo altera natura.*

Et experimento quoque hoc verum eſſe, inſigni ſpecie puella ab Indorum Regina Alexandro miſſa Serpentum venenis delibuta, oſtendit apud Auicennam ex Ruffi teſtimonio; & altera apud Galenum, quæ Hyocyamum, & tertia, quæ Aconitum ex frequenti Conſuetudine, impunè ſumebant. Ferunt quoque Mithridatem Ponti Regem ex aſſiduo Toxici vſu, ſe vſque adeò innocuum præbuiſſe veneno, vt cum illo vellet ſibi mortem conſciſcere, ne in Romanorum poteſtatem deueniret, nullam ex aſſumpto viru, noxam percepiſſe. Quocirca Cicero de lege Agrariâ ad populum contra Rullum, dixit, non ingenerari hominibus mores tam à ſtirpe generantis, & ſeminis, quam ab ijs rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci, & à vitæ Conſuetudine ſuppeditantur. Narrat Hippocrates in eo libro, quem de Aëre, Locis, & Aquis conſcripſit, Aſianos, qui penes Meotidem paludem ſiti ſunt, quiq. Macrocephali dicuntur, conſueuiſſe olim infantibus recens natis, caput quibuſdam ligamentis oblongum facere: nunc verò Conſuetudine in naturam abitâ, omnem prolem ex ſeſe turbinatis capitibus enaſci. Accedit ad hoc, tantum quoque Conſuetudinem virium capeſſere, vt aſſerente Tullio libro 3. Tuſcul. Quæſt. eos, qui multa mala ſæpè perpeſſi ſunt, facilius quidquid accidat contrarij, ferre poſſe, eſſeq; contra Fortunæ tela obduratos, vt ille etiam apud Euripidem. *Puella venenata.* *Auicen.* *Ruffus.* *Galen.* *Mithrid.* *Cicero.* *Hippocr.* *Macrocephali.* *Tullius.* *Euripides.*

Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei
Freno, repentè tactu exagitantur nouo:
Sed iam ſubiectus miſerijs, obtorpui.

Igitur, cum Conſuetudo ſit tam potens, vt hominis corpus, ac animum ferè in ſe transformet, & aliud quidpiam, quod non erat, efficiat, totis viribus conandum eſt, vt illa ſolum cum probis habeatur. *Exhortatio.*

MEMBRVM
DECIMVM QVINTVM.

Ingenia Hominum ex Conſuetudine aliorum diſcernere.

Conſuetudinis efficacia.

SI erronea illa Pythagoræ ſententia aliquid ponderis apud Orthodoxos,& ſapientes habere poſſet, dicere quis valeret,plures homines eamdem Animã eãdem morum Cõſuetudine imbutam, poſſidere. Tanta enim eſt Conſuetudinis efficacia, & morum ſimilitudo quibus cum viuitur, vt ex multis vnus dumtaxat homo conflatus eſſe videatur. Vnde Tullius in Lælio affirmauit, nihil eſſe,quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam,quam ſimilitudo. Quo fit, vt bonos boni diligant, aſciſcantq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque naturâ. Ac idem lib. 1. Officiorum dixit eam eſſe iucundiſſimam amicitiam, quam ſimilitudo morum coniugauit; & nihil amabilius,nec copulatius, quam morum ſimilitudinem bonorũ eſſe, teſtatus eſt, vt etiam dixerit in his, in quibus eædem voluntates ſunt, fieri, vt æquè quiſque altero delectetur,ac ſeipſo. Quâ de cauſâ conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe: è contra verò diſpares mores, diſparia ſtudia ſequi; nec ob aliã cauſam vllam bonos improbis amicos eſſe non poſſe, niſi quod tanta ſit inter eos, quanta poteſt eſſe morum,ſtudiorumq. diſtantia. Conſuetudo autem ſiue laudabilis illa, ſiue infamis ſit, tanti valoris eſt, vt etiam corruptelâ malæ cõnſuetudinis, teſte eodem Tullio libro 1. de Legibus, igniculi probi extinguantur à Naturâ dati, exorianturq. & confirmentur vitia contraria. Siquidem teneræ puerorum ætati, eorum quibuſcum viuunt,vitia facile eſt, vt adhæreſcant. Sapienter Seneca libro 3. de Irâ, Sumuntur, inquit, à conuerſantibus mo-

Cicero. *Conſuetudinum diuerſitas.* *Seneca.*

res,

Digitized by Google

res, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt; ſic animus mala ſuis proximis tradit. Atque hinc Ariſtoteles libro 1. Rhetoricorum, capite 3. & cum eo Galenus libro 3. de Simplic. Medicam. facul. capite 18. dixerunt Conſuetudinem alteram Naturam eſſe. Neque vero hiſce Leges aduerſantur not. gloſſ. ff. de lib. & poſthum. l. ſi quis poſthum. ſuper verbo Conſuetudo, quæ eamdem ſententiam confirmant.

Ariſtot. *Galenus.* *Conſuetudo altera natura.*

Et experimento quoque hoc verum eſſe, inſigni ſpecie puella ab Indorum Regina Alexandro miſſa Serpentum venenis delibuta, oſtendit apud Auicennam ex Ruffi teſtimonio; & altera apud Galenum, quæ Hyocyamum, & tertia, quæ Aconitum ex frequenti Conſuetudine, impunè ſumebant. Ferunt quoque Mithridatem Ponti Regem ex aſſiduo Toxici vſu, ſe vſque adeò innocuum præbuiſſe veneno, vt cum illo vellet ſibi mortem conſciſcere, ne in Romanorum poteſtatem deueniret, nullam ex aſſumpto viru, noxam percepiſſe. Quocirca Cicero de lege Agrariâ ad populum contra Rullum, dixit, non ingenerari hominibus mores tam à ſtirpe generantis, & ſeminis, quam ab ijs rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci, & à vitæ Conſuetudine ſuppeditantur. Narrat Hippocrates in eo libro, quem de Aëre, Locis, & Aquis conſcripſit, Aſianos, qui penes Meotidem paludem ſiti ſunt, quiq. Macrocephali dicuntur, conſueuiſſe olim infantibus recens natis, caput quibuſdam ligamentis oblongum facere: nunc verò Conſuetudine in naturam abitâ, omnem prolem ex ſeſe turbinatis capitibus enaſci. Accedit ad hoc, tantum quoque Conſuetudinem virium capeſſere, vt aſſerente Tullio libro 3. Tuſcul. Quæſt. eos, qui multa mala ſæpè perpeſſi ſunt, facilius quidquid accidat contrarij, ferre poſſe, eſſeq; contra Fortunæ tela obduratos, vt ille etiam apud Euripidem.

Puella venenata. *Auicen.* *Ruffus.* *Galen.* *Mithrid.* *Cicero.* *Hippocr.* *Macrocephali.* *Tullius.* *Euripides.*

Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei
Freno, repentè tactu exagitantur nouo:
Sed iam ſubiectus miſerijs, obtorpui.

Igitur, cum Conſuetudo ſit tam potens, vt hominis corpus, ac animum ferè in ſe transformet, & aliud quidpiam, quod non erat, efficiat, totis viribus conandum eſt, vt illa ſolum cum probis habeatur.

Exhortatio.

Digitized by Google

MEMBRVM
DECIMVM QVINTVM.

Ingenia Hominum ex Conſuetudine aliorum diſcernere.

Conſuetudinis efficacia. SI erronea illa Pythagoræ ſententia aliquid ponderis apud Orthodoxos,& ſapientes habere poſſet, dicere quis valeret,plures homines eamdem Animã eãdem morum Cõſuetudine imbutam, poſſidere. Tanta enim eſt Conſuetudinis efficacia, & morum ſimilitudo quibus cum viuitur, vt ex multis vnus dumtaxat homo conflatus eſſe
Cicero. videatur. Vnde Tullius in Lælio affirmauit, nihil eſſe,quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam,quam ſimilitudo. Quo fit, vt bonos boni diligant, aſciſcantq. ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque naturâ. Ac idem lib. 1. Officiorum dixit eam eſſe iucundiſſimam amicitiam, quam ſimilitudo morum coniugauit; & nihil amabilius,nec copulatius, quam morum ſimilitudinem bonorũ eſſe, teſtatus eſt, vt etiam dixerit in his, in quibus eædem voluntates
Conſuetudinum diuerſitas. ſunt, fieri, vt æquè quiſque altero delectetur,ac ſeipſo. Quã de cauſâ conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe: è contra verò diſpares mores, diſparia ſtudia ſequi; nec ob aliã cauſam vllam bonos improbis amicos eſſe non poſſe, niſi quod tanta ſit inter eos, quanta poteſt eſſe morum,ſtudiorumq. diſtantia. Conſuetudo autem ſiue laudabilis illa, ſiue infamis ſit, tanti valoris eſt, vt etiam corruptelâ malæ conſuetudinis, teſte eodem Tullio libro 1. de Legibus, igniculi probi extinguantur à Naturâ dati, exorianturq. & confirmentur vitia contraria. Siquidem teneræ puerorum ætati, eorum quibuſcum viuunt,vitia facile eſt, vt adhæreſcant. Sapien-
Seneca. ter Seneca libro 3. de Irâ, Sumuntur, inquit, à conuerſantibus mores,

Digitized by Google

res, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt; ſic animus mala ſuis proximis tradit. Atque hinc Ariſtoteles libro 1. Rhetoricorum, capite 3. & cum eo Galenus libro 3. de Simplic. Medicam. facul. capite 18. dixerunt Conſuetudinem alteram Naturam eſſe. Neque vero hiſce Leges aduerſantur not. gloſſ. ff. de lib. & poſthum. l. ſi quis poſthum. ſuper verbo Conſuetudo, quæ eamdem ſententiam confirmant. *Ariſtot.* *Galenus.* *Conſuetudo altera natura.*

Et experimento quoque hoc verum eſſe, inſigni ſpecie puella ab Indorum Regina Alexandro miſſa Serpentum venenis delibuta, oſtendit apud Auicennam ex Ruffi teſtimonio; & altera apud Galenum, quæ Hyocyamum, & tertia, quæ Aconitum ex frequenti Conſuetudine, impunè ſumebant. Ferunt quoque Mithridatem Ponti Regem ex aſſiduo Toxici vſu, ſe vſque adeò innocuum præbuiſſe veneno, vt cum illo vellet ſibi mortem conſciſcere, ne in Romanorum poteſtatem deueniret, nullam ex aſſumpto viru, noxam percepiſſe. Quocirca Cicero de lege Agrariâ ad populum contra Rullum, dixit, non ingenerari hominibus mores tam à ſtirpe generantis, & ſeminis, quam ab ijs rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci, & à vitæ Conſuetudine ſuppeditantur. Narrat Hippocrates in eo libro, quem de Aëre, Locis, & Aquis conſcripſit, Aſianos, qui penes Meotidem paludem ſiti ſunt, quiq. Macrocephali dicuntur, conſueuiſſe olim infantibus recens natis, caput quibuſdam ligamentis oblongum facere: nunc verò Conſuetudine in naturam abitâ, omnem prolem ex ſeſe turbinatis capitibus enaſci. Accedit ad hoc, tantum quoque Conſuetudinem virium capeſſere, vt aſſerente Tullio libro 3. Tuſcul. Quæſt. eos, qui multa mala ſæpè perpeſſi ſunt, facilius quidquid accidat contrarij, ferre poſſe, eſſeq; contra Fortunæ tela obduratos, vt ille etiam apud Euripidem. *Puella venenata.* *Auicen.* *Ruffus.* *Galen.* *Mithrid.* *Cicero.* *Hippocr.* *Macrocephali.* *Tullius.* *Euripides.*

Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei
Freno, repentè tactu exagitantur nouo:
Sed iam ſubiectus miſerijs, obtorpui.

Igitur, cum Conſuetudo ſit tam potens, vt hominis corpus, ac animum ferè in ſe transformet, & aliud quidpiam, quod non erat, efficiat, totis viribus conandum eſt, vt illa ſolum cum probis habeatur. *Exhortatio.*

Digitized by Google

MEMBRVM
DECIMVM QVINTVM.

Ingenia Hominum ex Conſuetudine aliorum diſcernere.

Conſuetudinis efficacia.

SI erronea illa Pythagoræ ſententia aliquid ponderis apud Orthodoxos,& ſapientes habere poſſet, dicere quis valeret,plures homines eamdem Animã eâdem morum Cõſuetudine imbutam, poſſidere. Tanta enim eſt Conſuetudinis efficacia, & morum ſimilitudo quibus cum viuitur, vt ex multis vnus dumtaxat homo conflatus eſſe videatur. *Cicero.* Vnde Tullius in Lælio affirmauit, nihil eſſe,quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam,quam ſimilitudo. Quo fit, vt bonos boni diligant, aſciſcantq. ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque naturâ. Ac idem lib. 1. Officiorum dixit eam eſſe iucundiſſimam amicitiam, quam ſimilitudo morum coniugauit; & nihil amabilius,nec copulatius, quam morum ſimilitudinem bonorũ eſſe, teſtatus eſt, vt etiam dixerit in his, in quibus eædem voluntates ſunt, fieri, vt æquè quiſque altero delectetur,ac ſeipſo. *Conſuetudinum diuerſitas.* Quã de cauſâ conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe: è contra verò diſpares mores, diſparia ſtudia ſequi; nec ob aliã cauſam vllam bonos improbis amicos eſſe non poſſe, niſi quod tanta ſit inter eos, quanta poteſt eſſe morum,ſtudiorumq. diſtantia. Conſuetudo autem ſiue laudabilis illa, ſiue infamis ſit, tanti valoris eſt, vt etiam corruptelâ malæ cõſuetudinis, teſte eodem Tullio libro 1. de Legibus, igniculi probi extinguantur à Naturâ dati, exorianturq. & confirmentur vitia contraria. Siquidem teneræ puerorum ætati, eorum quibuſcum viuunt,vitia facile eſt, vt adhæreſcant. *Seneca.* Sapienter Seneca libro 3. de Irâ, Sumuntur, inquit, à conuerſantibus mores,

Digitized by Google

res, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt; ſic animus mala ſuis proximis tradit. Atque hinc Ariſtoteles libro 1. Rhetoricorum, capite 3. & cum eo Galenus libro 3. de Simplic. Medicam. facul. capite 18. dixerunt Conſuetudinem alteram Naturam eſſe. Neque vero hiſce Leges aduerſantur not. gloſſ. ff. de lib. & poſthum. l. ſi quis poſthum. ſuper verbo Conſuetudo, quæ eamdem ſententiam confirmant. *Ariſtot.* *Galenus.* *Conſuetudo altera natura.*

Et experimento quoque hoc verum eſſe, inſigni ſpecie puella ab Indorum Regina Alexandro miſſa Serpentum venenis delibuta, oſtendit apud Auicennam ex Ruffi teſtimonio; & altera apud Galenum, quæ Hyocyamum, & tertia, quæ Aconitum ex frequenti Conſuetudine, impunè ſumebant. Ferunt quoque Mithridatem Ponti Regem ex aſſiduo Toxici vſu, ſe vſque adeò innocuum præbuiſſe veneno, vt cum illo vellet ſibi mortem conſciſcere, ne in Romanorum poteſtatem deueniret, nullam ex aſſumpto viru, noxam percepiſſe. Quocirca Cicero de lege Agrariâ ad populum contra Rullum, dixit, non ingenerari hominibus mores tam à ſtirpe generantis, & ſeminis, quam ab ijs rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci, & à vitæ Conſuetudine ſuppeditantur. Narrat Hippocrates in eo libro, quem de Aëre, Locis, & Aquis conſcripſit, Aſianos, qui penes Meotidem paludem ſiti ſunt, quiq. Macrocephali dicuntur, conſueuiſſe olim infantibus recens natis, caput quibuſdam ligamentis oblongum facere: nunc verò Conſuetudine in naturam abitâ, omnem prolem ex ſeſe turbinatis capitibus enaſci. Accedit ad hoc, tantum quoque Conſuetudinem virium capeſſere, vt aſſerente Tullio libro 3. Tuſcul. Quæſt. eos, qui multa mala ſæpè perpeſſi ſunt, facilius quidquid accidat contrarij, ferre poſſe, eſſeq; contra Fortunæ tela obduratos, vt ille etiam apud Euripidem. *Puella venenata.* *Auicen.* *Ruffus.* *Galen.* *Mithrid.* *Cicero.* *Hippocr.* *Macrocephali.* *Tullius.* *Euripides.*

Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei
Freno, repentè tactu exagitantur nouo:
Sed iam ſubiectus miſerijs, obtorpui.

Igitur, cum Conſuetudo ſit tam potens, vt hominis corpus, ac animum ferè in ſe transformet, & aliud quidpiam, quod non erat, efficiat, totis viribus conandum eſt, vt illa ſolum cum probis habeatur. *Exhortatio.*

Digitized by Google

res, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt; ſic animus mala ſuis proximis tradit. Atque hinc Ariſtoteles libro 1. Rhetoricorum, capite 3. & cum eo Galenus libro 3. de Simplic. Medicam. facul. capite 18. dixerunt Conſuetudinem alteram Naturam eſſe. Neque vero hiſce Leges aduerſantur not. gloſſ. ff. de lib. & poſthum. l. ſi quis poſthum. ſuper verbo Conſuetudo, quæ eamdem ſententiam confirmant. *Ariſtot.* *Galenus.* *Conſuetudo altera natura.*

Et experimento quoque hoc verum eſſe, inſigni ſpecie puella ab Indorum Regina Alexandro miſſa Serpentum venenis delibuta, oſtendit apud Auicennam ex Ruffi teſtimonio; & altera apud Galenum, quæ Hyocyamum, & tertia, quæ Aconitum ex frequenti Conſuetudine, impunè ſumebant. Ferunt quoque Mithridatem Ponti Regem ex aſſiduo Toxici vſu, ſe vſque adeò innocuum præbuiſſe veneno, vt cum illo vellet ſibi mortem conſciſcere, ne in Romanorum poteſtatem deueniret, nullam ex aſſumpto viru, noxam percepiſſe. Quocirca Cicero de lege Agrariâ ad populum contra Rullum, dixit, non ingenerari hominibus mores tam à ſtirpe generantis, & ſeminis, quam ab ijs rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci, & à vitæ Conſuetudine ſuppeditantur. Narrat Hippocrates in eo libro, quem de Aëre, Locis, & Aquis conſcripſit, Aſianos, qui penes Meotidem paludem ſiti ſunt, quiq. Macrocephali dicuntur, conſueuiſſe olim infantibus recens natis, caput quibuſdam ligamentis oblongum facere: nunc verò Conſuetudine in naturam abitâ, omnem prolem ex ſeſe turbinatis capitibus enaſci. Accedit ad hoc, tantum quoque Conſuetudinem virium capeſſere, vt aſſerente Tullio libro 3. Tuſcul. Quæſt. eos, qui multa mala ſæpè perpeſſi ſunt, facilius quidquid accidat contrarij, ferre poſſe, eſſeq; contra Fortunæ tela obduratos, vt ille etiam apud Euripidem. *Puella venenata.* *Auicen.* *Ruffus.* *Galen.* *Mithrid.* *Cicero.* *Hippocr.* *Macrocephali.* *Tullius.* *Euripides.*

Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei
Freno, repentè tactu exagitantur nouo:
Sed iam ſubiectus miſerijs, obtorpui.

Igitur, cum Conſuetudo ſit tam potens, vt hominis corpus, ac animum ferè in ſe transformet, & aliud quidpiam, quod non erat, efficiat, totis viribus conandum eſt, vt illa ſolum cum probis habeatur. *Exhortatio.*

beatur. Improbi certè comites plerumque ſolent non adoleſcentes modo, qui ſunt rerum imperiti, conſilij inopes, & in virtutis, vitiorumq. biuio, ac ætatis lubrico conſtituti, blanditijs dementare, & ad peſſimum vitæ genus traducere; verum etiam grandiores, ac ſapientiores in deteriorem partem rapere, & vſque ad excidium perducere. Sic plerumque obſeruatum eſt plurimos improborum commercio à morum integritate degeneraſſe, & omnes ſuos conatus, ac molimina ad ſuas cupiditates, priuataſq. libidines ſaturandas, maximo populorum detrimento conuertiſſe. Quod ne Honorio ex prauâ aliorum familiaritate eueniret, ſapiens genitor illius curauit, vt ad omnia illuſtri viro digna ſe aſſuefaceret, teſte Claudiano in Tertio illius Conſulatu.

Claudian.

Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes;
Sed noua per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.
Frigora ſæua pati, grauibus nè cedere nimbis,
Aeſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras
Torrentum furias, aſcenſu vincere montes,
Planiciem curſu, valles, & concaua ſaltu.
Nec non in clypeo vigiles producere noctes,
In galea portare niues, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandi baleari ſpargere funda:
Quodq. magis nimium pugnæ inflammaret amorem,
Facta tui numerabat aui, quem litus aduſta
Horreſcit Lybia, ratibuſq. imperuia Thule.

Hæc eſt laudabilis Conſuetudo; hoc inſigne commercium; hæc virtuoſa familiaritas. Etenim naturâ comparatum eſt, quod animus, ac corpus, otioſum ſæpius homine honeſto minus digna meditetur. Quamobrem conſultum eſt, vt nemo otio marceſcat, nemo etiã prauorum ſociorum conſortio fruatur, ſed iam pietatis, iam litterarum, iam aliarum, atque aliarum rerum honeſtarum exercitio ſe oblectet, & detineat.

Admonitio.

Prudẽter ſanè Spartiatæ, teſte Plutarcho in Apophtegmatis Laconicis, iuuenes ſuos non modo præclarè inſtruebant, ſed etiã nonniſi optimè eruditos extra patrios lares excurrere ſinebãt. Vnde deuicto Agide, cũ Antipater pueros aliquot poſtulaſſet, Etheocles Ephor⁹, eò q̃d eſſent minus inſtructi, ſe daturũ denegauit. Et vero, vt optimè inſtruerentur,

Plutarch.
Spartiatarũ mos.

rentur,apud Lacedæmonios lege Lycurgi ſancitũ quoque erat,vt Xe-
nophon in eorũdẽ Republicâ teſtatur,vt nemo domi ſuę pro arbitrio *Xenophon.*
alere,& erudire filium poſſet vltrà ſeptennium,quo elapſo, ad centu- *Lacedæmo-*
rias dabatur, ac in aliorum contubernium mittebatur. Apud Perſas *num lex.*
autem,teſte eodem Xenophonte in Cyropædiâ, ne pueri malis aliorũ *Xenophon.*
moribus imbuerentur,pro illis tantùm, vt à reliquorum ſodalitio ab- *Perſarũ mos*
iuncti eſſent,Forum ,quod Liberum dicebatur , erectum fuit, Magi-
ſtriq. illis honeſtiſſimi,ſapienter prælati. Non enim , ait , Cicero pro *Cicero.*
Archiâ,minùs intereſt quos aſciſcas Præceptores , quàm quos nactus
ſis parentes. Vt liberi enim referunt fermè maiorum Ingenia à qui-
bus proſeminati ſunt;ità Magiſtrorum,aut virtutes, aut vitia, à qui-
bus ſunt inſtituti. Honeſtæ autem vitæ inſtitutio ab ijs potiſſimũ pe- *Cautio.*
tenda eſt,qui virtute ipſis factis claruerunt,& non ab ijs,qui compoſi-
tis arte verbis de virtute nugantur. Talis acu, Maximus vir ex omniũ
ſcelerum colluuione conflatus Iuliano Apoſtatæ obtigit,quo doctore *Iulianus A-*
tantum potiùs defecit, quàm profecit, vt pietas,religio, humana, ac *poſtata.*
diuina iura, virtuteſq; omnes aliæ coactæ ſint ex ipſius imperio exu-
lare. E cõtrà verò ij Principes, qui viros illuſtribus meritis,ac doctri-
nâ præditos habuerunt, terrarum orbem ſuis virtutibus illuſtrârunt, *Præceptorũ*
& æternam de ſe poſteritati memoriam benefactis reliquerunt.Hinc *electio quãti*
legimus apud Crantzium lib.1.cap. 37. Carolum Magnum, Alcuino *ſit momẽti.*
Bedæ diſcipulo doctore vſum fuiſſe; Honorium,& Arcadium Cæſa- *Crantzius.*
res,binoſq; liberos Theodoſij Imperatoris, Arſenio Eccleſiæ Roma-
næ Diacono;Theodoricum Regem,apud Volaterranum lib.14. c.2. *Volateran.*
Antrop.Caſſiodoro;Otthonem III.Imperatorem, & Rupertum Gal-
liæ Regem, Gilberto Floriacenſe Monacho Franciſcano, qui poſteà
Pontifex factus,Sylueſter II. appellatus eſt, vt Ruffus Angliæ Rex ſi-
leatur, qui doctorem obtinuit Lanfrancũ Archiepiſcopum Cantua-
rienſem, & D. Carolus V. Hadrianum VI. Pontificem Maxi-
mum.

Quibus ita conſtitutis,facili labore vnuſquiſque in alterius Ingenij cognitionem,ex cõſuetudine illorum, quibuſcum aſſiduo vixerit,deueniet,& de vnoquoque,prout eorum conditio, & diſciplinæ indices ferent,humanitùs vaticinari poterit.

Immò Domine aſſuefac nos tuæ Cõſuetudini,imbue nos tuis mo- *Apoſtrophe.*
ribus,paſce nos tuis præceptis,vt tandem digni tuo conſortio effecti,
de nobis diuinitùs dici poſſit,nos fore aliquando felices,ac beatos.

Digitized by Google

MEMBRVM
DECIMVM SEXTVM.
Ingenia Hominum ex Legibus iudicare.

SI,vt liberi Arbitrij, ac Animorũ immortalitatis; ſic ſapientiæ, ac virtutis, heredes à Deo fas nos inſtitui fuiſſet,vtique poſt homines natos,neque Legibus,neque Iudicibus opus eſſet. At,cùm Liberum Arbitrium nos in biuio quaſi ſtatuat, noſtrumq́; latus Adami lapſus titillet, ideò,& Leges,quæ ſunt Iudicũ animæ,& Iudices, qui ſunt legum voces,habere neceſſarium fuit, vt hominum ſocietas,aut præmio,aut pœná contineri poſſet. Quá de re Demoſthenes in oratione contra Ariſtogitonem, aſſeruit primas leges, tamquàm optimum quiddam Deorum inuentum eſſe,& mortalium, ac ciuitatum moderatrices exiſtere, illorumq́; beneficio, ſi quid deprauatum ſit in rerum naturá, apud viros bonos ſpontè corrigi, cùm mali,vel inuiti,ea,quæ iniqua ſunt,euitare cogantur. Quòd cũ Iſidorus lib.1.Ethymologiarum conſideraret,dixit quoque ideo factas eſſe leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaq́; eſſet inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrenaretur nocendi facultas. Vndè Ariſtoteles etiam lib.5. Ethicorũ, eádem de cauſſã faſſus eſt, leges eſſe felicitatis conſeruatrices. Etenim verè dixerunt vèteres,legem eſſe animam ciuitatis, & talem eſſe ciuitatis ſtatum,qualia Iudicia in ciuitate ſunt. Nec alia res priſcis temporibus in cauſá fuiſſe videtur, vt ciuitates conderentur, niſi, vt eſſent, qui uim coarcerent, tenuiores à potentiorum iniurijs defenderent, ſuum cuique tribuerent, & iuris æqualitatem inter omnes ſeruarent, ad quod Euripides alluſiſſe videtur.

Legum neceſſitas.
Quid lex, quid iudex.
Demoſthenes.
Iſidorus.
Legũ finis.
Ariſtotelis.
Lex ciuitatis anima.
Euripides.

Cuſtodia legum ciuitates continet.

Et vtinã contineret,vt nec litui,nec tubæ exaudirentur, & arma,aut rubigine exederentur,aut in ligones,& vomeres cõflarentur; ſed heù Horatium lib.3.audiamus.

Horatius.

Eamno.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Et hinc Philo, libro de Confuſione linguarum, meritò exclamauit. Meritò, ait, profectò, & maius, quàm plerique putant, malum eſt humanum animum per ſe indomitum, & ad flagitia ruentem, ſine freno, ac rectore ſincere; cum is, etiam habenis, & ſcuticâ, & prudenti rectore adhibitis, ægrè tamen contineri queat. Immò verò, ſi mortales Legibus deſtituerentur, ipſo Sole carere næ viderentur, & in vitiorum limo, ac fuſis turpitudinum tenebris verſari. Sapienter itaque Tullius lib. 1. de Oratore, ex Legum inuentione docemur, ait, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis, mentes, oculos, manus abſtinere. Quapropter idem lib. 1. de Legibus, Legem dixit eſſe rationem ſummam inſitam in naturâ, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq. contraria. Vnde apparet ad ſalutem ciuium, ciuitatumq. incolumitatem, vitamq. hominum, & quietam, & beatam, conditas eſſe Leges. *Philo.* *Neceſſitas cura hominis.* *Tullius.* *Legis beneficia.*

Ex quo fit, vt quamquam praui Ingenij homines inueniantur, qui ad omne vitiorum genus procliues ſint: Legum tamen timore, & auctoritate prauos affectus corrigant, & virtutum tales effectus oſtendant, vt denique alij quidam ab ijs, quos natura produxit, eſſe videantur. Concludimus itaque hominum Ingenia ex ijs Legibus, quibus illorum ciuitates temperatæ ſunt, haud difficili curâ cognoſci poſſe.

Ecquæ noſtra ciuitas aliud, quàm hæc ſpectabilis Mundi machina, à Deo eius Fundatore Sacroſanctis Legibus ſtabilita? Quid ipſius Conditoris Leges aliud, quàm noſtræ ſalutis duces, & lumina? Quid ergo aliud nos, omnibus animi viribus optare oportet, quàm, vt ijſdem Legibus, quas ad genus hominum redimendum fixit, animemur, vt ſic animati, nos ex ſuis eſſe recognoſcat? *Apoſtrophe.*

Cum igitur Domine Deus nobis Eſſe tuâ ſapientiâ tribuiſti, Legibus bene Eſſe tuâ clementiâ largire, vt tecum in Empyreo ſemper lætemur.

MEMBRVM
DECIMVM SEPTIMVM.

Ingenia Hominum ex Siderum Influxibus inuenire.

Finis ſecunda ingeniorum cauſa, & initium tertia.

Ariſtot. *Triſmegiſt.* *Plato.* *Ptolomæus.* *Damaſcen.* *Areopag.* *Bonauent.* *Bauonus.* *Scotus.* *Aquinas.*

Virgilius.

TRIBVS proximis Membris, cum Humanam cauſam perſtrinxerimus, iam ad Diuinam aſcendere debemus, quam tertio loco propoſuimus. Diuinam porrò hic intelligimus Siderum Influxus, quibus mediantibus illa in hæc inferiora agunt; cum teſte Ariſtotele lib.1.Metaph. cap.2. Sublunaria hæc corpora à ſupernis lationibus dependeant. Quòd idem Ariſtoteles lib.2.Phyſ. lib.2.de Generat. lib.4. de Gener. Animalium, capite vltimo etiã ſenſit, & cum eo Mercurius Triſmegiſtus in Aſclepio, Plato in Theæteto, Ptolomæus lib.2. Almageſti, cap. 12. & in Centiloquio, Aphoriſmo 38. Damaſcenus lib. 2. Fidei Orthodoxæ, cap.7. Dionyſius Areopagita de Diuinis Nominibus, D.Bonauentura, & Ioannes Bauonus in 2. Sententiarum, Scotus ibidem diſtinct. 14.quæſt.3.& D.Thomas lib.3. contra Gentes, cap. 84. & 92. aſſeruêre Natalitia ſidera, Horoſcopos, Apoteleſmata, Lumine, & Motu concurrentibus in hunc inferiorem orbem influere, & multos, ac varios effectus procreare. Atque hinc Virgilius lib.1.Georgicorum, ex colorum varietate in Lunâ, temporis viciſſitudines cantillando prædixit.

Luna reuertentes, cum primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoq. parabitur imber:
At ſi virgineum ſuffuderit ora ruborem
Ventus erit, vento ſemper rubet aurea Phœbe:
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per cælum cornibus ibit,
Totus, & ille dies, & qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem, pluuia, ventoq. carebunt.

Quare

Inferiora à ſuperioribus dependent.

Quare certum eſt hæc infima ſupernis illis multis in rebus ancillari, & ſiue quoad rerum progeniem, & interitum, ſiue temporum acceſſus, & receſſus interualla; ſiue quoad ſterilitatem, aut fertilitatem anni; ſiue demum quoad corporum noſtrorum Craſes, & Ingeniorum exinde diſcrimina cognoſcenda, ratâ lege illis obſequi. Quo fit, vt Ariſtoteles lib.2. Phyſ. dixerit, Solem, & hominem, hominem generare, & Almanſor Aphoriſmo 104. aſſeruerit Solem, & Lunam omnibus rebus vim aliquam impertiri. Lucillus itaque omnium conchiliorum orbes, Lunam orbiculatam replere, affirmauit. Neque verò etiam Plantarum germina cæli ſtatum reſpuere videntur. Nam Luna, dum terrea Zodiaci ſigna peragrat, plantatæ arbores, robuſtiores, longioreſq. radices ſub terram exerunt, & dilatant; dum aërea perluſtrat, arbos folijs luxuriat, ramoſq. circumcirca diffundit. Et quando Luna etiam ex oppoſito Sole irradiatur, trabes, lignaq. cædere tutum non eſt, quia arbores humore Lunari emollitæ, vermiculantur, & marceſcunt. Ceterum, ferunt Lunarem eſſe herbam, rotundis, cæruleiſq. folijs conſtitutam, quæ Lunæ curſum obſeruet, & illâ ſingulis diebus creſcente, folium vnum producat, & decreſcente, productum deponat. Eſt quoque Salenites lapis, qui Lunæ imaginem deferre dicitur, eamq. ſingulis diebus augeſcentem, vel decreſcentem reddere. Nihil hîc de Helitropio, herbiſq. Solaribus loquimur, quę tam admirabili ſympathiâ erga Solem afficiuntur, vt ſtatim illius iubare exorto, illum ſpectent, & per immania cæli ſpacia decurrentem, prono vertice proſequantur.

Ariſtot. — *Almanſor.* — *Lucillus.* — *Plantarum poteſtas.* — *Lunaris herba.* — *Salenites lapis.* — *Helitropiũ.*

Ac, vt hæc vera ſunt; ſic illa prorſus fallacia, quorum D. Bonauen. in 2. diſt. 2. ar. 1. q. 2. nu. 43. meminit, Sõniantiũ Stellatũ cęlum materiã animæ Vegetanti, Cryſtallinum Sentienti, & Empyreum Intelligenti peculiariter præparare. Nam planè falſum eſt vllum Cęlum, vel ſidus in hominum animas ſpirituales, Libero Arbitrio dotatas, ratione, ac conſilio decoratas, quoquo modo influere poſſe.

Bonauent. — *Quorumdã opinio damnatur.*

Quòd verò in corpus influant pro vario aſtrorũ aſpectu, & irradiatione, & ſuo motu, ac lumine illud alijs, atque alijs qualitatib. afficiãt, & inde diuerſa Ingeniorũ diſcrimina propagent, nõ vr̃, vel rõni, vel experientiæ aduerſari. Luna enim, cũ ſit noctis, humorumq. domina, ex Aſtrologorũ decretis, Phlegmatici humoris procreatrix exiſtet, & cui in horoſcopo obtigerit, pro variâ eiuſdẽ cũ Sole, ac reliquis Stellis habitudine, plus, minuſvè illi ſuę naturę tẽperamentũ largietur, & per cõſequẽs cãdidã cute, corpore obeſo, & tereti, capilloq. ſubalbo decorabit. Mercurius verò ꝓmiſcuę naturę eſſe vr̃ ob alterius Planetę qualitatẽ cũ quo copulatur. Vnde fit, ꝙ ob Solis ꝓpinquitatẽ, & ꝑferti, cũ occidẽtalis fuerit, vt plurimũ ſiccus ſit, & oriẽtalis modicè calidus euadat. Qui autẽ ſub hoc naſcetur, corpus gracile, ſtaturam mediocrem,

Cælos non influere in animas. — *Cælos influere in corpora.* — *Luna cuius qualitatis.* — *Lunæ effectus.* — *Mercurij effectus.*

barbam raram nigro, vel ſpadice colore tinctam, labia ſubtilia, & na-
Veneris effectus. ſum, oculoſq. paruos obtinebit. At Venus plus humida, quàm calida
eſt, maximè orientalis, & è radijs ſolaribus abiuncta, ac ideo roſeum
colorem, ſubtilia ſupercilia, & labia, faciem venuſtam, flauumq. ca-
Solis effect⁹ pillum largitur. Soli porrò Genethliaci caliditatem, & ſiccitatem tri
buunt, imparem tamen, prout magis, vel minus ſideribus vicinis ſo-
ciatur, & vel ad nos accedit, vel è à nobis recedit. Hic criſpos, flauoſq.
pilos, barbam plenam, corpus firmum, ſtaturam decentem, & rubi-
Martis effectus. cundam, oculoſq. prominentes progenerat. Martis ſtella quoque ca-
lida admodum, & ſicca apparet, caloremq. orientalis adauget, & oc-
cidentalis ſiccitatem augmentat. Quo fit, vt hæc corpus gracile, &
durum, carnem aſperam, colorem giluum, pilos craſſos, aſperſoſq.
Iouis effectus. & vel ruffos, vel nigros producat. Quod reliquum eſt, Iupiter cali-
dam, humidamq́; craſim ſortitur. Et occidentalis quidem calidior,
orientalis humidior notatur, ac proindè ſuo influxu cutim roſeo co-
lore conſperſam, nigros oculos, magnoſq́; efficiet, capillos, barbamq́;
criſpam, ac modicè nigram formabit, totumq́; corpus formo-
Saturni effectus. ſum conſtituet. Vltimò Saturnus frigidus orientalis, & ſiccus occiden
talis animaduertitur, & ſolet corpus durum, capillos nigros, & hirſu-
tos, craſſa labia, compreſſas nares, liuidumq́; colorem in hominibus
Modus Planetas agnoſcendi. creare. Si quis enim cunctantiùs horum Planetarum, aliarumq́;
ſtellarum aſpectus, figuras, colores, magnitudines, motus, & ſimilia
contemplatus fuerit, quâdam proportione eadem omnia hominibus
applicare, & vnumquemque ſuo charactere delineare poterit.

Idriotropia vndè. Verùm has Idiotropias, quas recenſuimus, Planetę lumine, & mo-
tu mediante inducere, & aëra hiſce qualitatibus imbuere ſolent, & il-
la poſtmodùm hominum corpora pro cuiuſque temperamento affi-
cere. Quòd, etſi ità ſit: nihilominùs tamen Planetæ in ſeipſis varij
exiſtunt, variamq́; temperiem in hoc ſublunari orbe producũt. Nam
Planetæ vbi validi. illi ſolum in centris ſuorum orbium, à Naturâ illis debitum tempera-
mẽtum obtinent, & in ijſdem magis humiles, & depreſſi, ab illo non-
nihil deflectunt, & dùm in illis circulis aſcendunt, primæuam tempe-
Saturnus. riem acquirunt, & dùm deſcendunt, quodammodò amittunt. Satur-
Iupiter. nus ſiquidem, Iupiter, & Mars quandò propter Excentricum ſunt al-
Mars. tiores, in Apogæo potentiores exiſtunt, & proprijs dumtaxat quali-
tatibus prædití; attamen minùs calidi ob maiorem à Sole diſtantiam.
Dùm verò in Excentrico ſubſident, & in Perigæo conſtituuntur, tùc
ob ſolis vicinitatem, calidiores, ſicciores q́; efficiuntur. Venus autem,
& Mercurius quò ſunt humiliores tàm in Excentrico, quàm in Epi-
cyclo, eò ob Lunæ propinquitatem frigidiores, & humidiores eua-
Venus. dunt; ſed alti in Excentrico, vel Epicyclo, quia ſeſe magis Soli appro-
Mercurius. pinquant, calidiores, & ſicciores exiſtunt.

Enimue-

Digitized by Google

Enimuerò Saturnus, Iupiter, & Mars quinque inſignes ſtatus Solis reſpectu, & Epicyclorum obtinent. Quorum primus eſt, cùm ipſi ſub ſolis radijs latitant, luſtrantq. ſummas Epicyclorum abſides, ſiuè Apogæa, & velociſſimo curſu feruntur, ōbq. directum ad Solem ſitum, & vicinitatem ſicciores ſunt, & proprijs quaſi qualitatibus viduantur. Secundus ſtatus eſt ab exortu matutino vſque ad primam ſtationem, ſeu Retrogradationis initium, quod poſt longitudinem mediam, ſeu Epicycli verſus Perigæum euenit, in quo ſtatu humidi reperiuntur. Tertius ſtatus eſt à ſtatione primâ ad medium Retrogradationis vſque dùm noctu exoriuntur, ſcilicet in eorum cùm Sole oppoſitione, & tunc Iupiter, & Mars calidi, magis calefaciunt, & Saturnus frigidus, magis frigefacit, ſuntq. nobis propinquiores. Quartus ſtatus eſt à medio Retrogradationis, ſeu à Solis oppoſitione vſque ad ſecundam ſtationem, vbi curſum dirigere incipiunt, in quo magis ſicci videntur. Quintus denique eſt vſque ad occultationem matutinã, & tunc magis frigidi, quàm ſicci eſſe creduntur. Verùm Lunæ ſtatus reſpectu Solis, aut eſt a coniunctione vſque ad primam quadraturã, Hiemalis nimirùm, frigidus, & humidus; aut ad oppoſitionem, Vernalis, calidus, & humidus; aut à Plenilunio ad ſecundam quadraturã, Aeſtiualis, calidus, & ſiccus; aut demùm ab hac ad Nouilunium, Autumnalis, frigidus, & ſiccus.

Planetarũ ſtatus quintuplex.

Solis, ac Lunæ ſtatus.

Ceterùm, Aſtrologi contendunt ſingulis Planetis quaſdam Regiones, ac ciuitates, qualitatibus recenſitis, ſubiectas eſſe, in tantum illorum audacia progreſſa eſt. Vndè refert Tullius lib. 2. de Diuinatione Tarutium quemdam Mathematicum, quem ille meritò exagitat, vrbis Romæ diem natalem conſtruxiſſe. Atque hinc dicunt Lunam Africę, Granatæ, Hollandriæ, Bithyniæ, Colchidi, Zelandiæ, Phrygiæ, Numidiæ, & Scotiæ dominari: Ciuitatibus autem Carthagini, Tuneto, Treueri, Lubecæ, Magdēburgo, Bernæ, & Venetijs imperare. Volunt Mercurium Flandriam, Armeniam, Hircaniam, Brabantiam, Cyrenen, Longobardiam, Martianam, Sardiniam, Marmaricã, Achaiam, Aſſyriam, Cretam, Croatiam, Græciam, & Meſopotamiam regere: Vrbibus verò, Babyloniam, Corinthum, Antuerpiam, Bambergam, Hieroſolymas, Brugas, Louanium, Norimbergam, Londinum, Ceſenam, Cordubam, Rhegium, Turinum, Vercellas, Baſileam, Viterbium, Aretium, Cumas, Brunduſium, Lutetiam, Papiam, Rhodum, & Segniam ſub ſe habere. Sic ferunt Venerem, Auſtriam, Aethiopiam, Alſatiam, Caſpiam, Delphinatum, Liuoniam, Sabaudiam, Seres, Trogloditas, Aſiam, Cyprum, Franconiam, Heluetiam, Lotharingiam, Mediam, Perſiam, Boſnam, Poloniam, Ruſſiam, & Succiam proſpectare: Sed opida Thebas, Viennam, Argentinam, Arelatum, Caietam, Laudam, Spiram, Placentiam, Sueſſam, Vlyſiponem, Bo-

Tullius. *Tarutius.* *Luna quibus dominetur.* *Mercurius quibus.* *Venus quib.*

noniam, Bergum, Lipſiam, Mantuam, Senas, & Tarentum intueri. Solem porrò, ſcribunt Boemiam, Galliam, Italiam, Chaldæã, Phœniciam, Sabinam, Siciliam, & Turciam luſtrare: Vrbes Romam, Pragam, Linzium, Damaſcum, Confluentiam, Cremonam, Rauennam, Syracuſam, & Vlmam irradiare. Pari modo affirmant Martem in Germaniam, Burgundiam, Forumiulium, Britanniam, Palæſthinam, Sileſiam, Sueuiam, Syriam, Cappadociam, Cateloniam, Commagenam, Getuliam, Idumæam, Mauritaniam, Noruuegiam, & Sueciam influere: At hæc emporia Aquileiam, Neapolim, Florentiam, Ferrariam, Anconam, Capuam, Imolam, Bergomum, Maſſiliam, Veronam, Algerium, Eichſtadium, Gedanum, Camerinum, Monachium, Taruiſiũ, Piſtoiam, Trapeſuntiũ, Valentiam, & Vrbinum deſpicere. Somniant quoque Iouem, Hiſpaniam, Luſitaniam, Dalmatiam, Arabiam felicem, Celticam, Miſniam, Hungariam, Calabriam, Garamantas, Lydiam, Normãdiam, Iſtriam, & Pamphiliam illuſtrare: Sic vrbes Petinam, Toletum, Auenionem, Budam, Caſcouiam, Mutinam, Narbonam, Hiſpalim, Volaterram, Compoſtellam, Alexandriam, Ratisbonam, Rhotomagum, Vuormatiam, & Parentium ſuo lumine complecti. Denique nugantur illi Saturnum Indiam, Macedoniam, Boſnam, Bulgariam, Thraciam, Arabiam deſertam, Daniam, Oxianam, Sarmatiam, Ruſſiam, Sogdianam, & Tartariam proſpectare, & Bizantio, Croi, Oxoniæ Philippi, Sophiæ, Aphrodiſio, Lydiæ, Erupæ, Piſauro, & Vticæ imminere. Quoad reliqua, Aſtrologi ſibi imaginati ſunt Lunam eſſe Cancri dominam; Mercurium Gemini, & Virginis; Venerem Tauri, & Libræ; Solem Leonis; Martem Arietis, & Scorpionis; Iouem Sagittarij, & Piſcis; Saturnum Capricorni, & Aquarij denique imperium obtinere, & cuiuſque qualitates ex conſequutione inuicem copulare.

Sol quibus. *Mars quib.* *Iupiter quibus.* *Saturnus quibus.* *Planetarũ dominium.*

Neque his contenti, ad Zodiaci quoque ſigna prouecti, fingunt Arietem, Leonem, & Sagittarium Orientales, calidos, ſiccoſq. Taurum, Virginem, & Capricornum Meridionales, eſſe ſiccos, frigidoſq.; Geminos, Libram, & Aquarium Occidẽtales, eſſe calidos, humidoſq. Cancrũ, Scorpionẽ, & Piſces, Septẽtrionales, eſſe humidos, frigidoſq. Ceterum, Zodiaci Signa hoc noſtro ſeculo nonnihil à Ptolomæi æuo qualitatibus diſcrepant. Arietis ſiquidem Priores partes ventos, imbreſq. mouẽt; mitiores tñ, q̃ Ptolomęi tpe, quia illas iã Sol permeãdo magis, q̃ olim calefacit. Mediæ q̃uis tẽperatę ſint: magis tamen ad calorẽ, & ſiccitatẽ vergere videntur. Extremæ ſunt æſtuoſæ, ſed minus peſtilentes, quàm priſcis temporibus. Porrò Boreale eius ſpaciũ, ob Saturni, Martis, & Mercurij ſtellas in propinquo, æſtuoſum eſt, ac noxium. Pars quæ in Auſtrum vergit, eſt ſubfrigida; cum ad eam totus

Signorum qualitates. *Aries.* *Partes.*

ferè

ferè Cetus referatur, cuius ſtellæ omnes Saturninæ exiſtunt. Aries verò Tertium Clima obtinet, & Germaniam, Galliam, Britanniam, Baſterniam, Syriam, Palæſthinam, Poloniam, Burgundiam, Sueuiam, Sileſiam, & Veſtriam proſpectat. Vrbes autẽ has Neapolim, Capuam, Ferrariam, Vincentiam, Veronam, Bergomum, Imolam, Patauium, Brunſuuicum, Vticam, Lindauium, Cracouiam, Marſiliam, Florentiam, Epidaurum, Anconam, Forliuium, & Fauentiam ſuo lumine colluſtrant. *Clima.* *Prouinciæ.* *Vrbes.*

Hunc ſequitur Taurus, cuius Priores partes vbi Pleiades conſpiciuntur, ſunt minùs turbulentæ, nebuloſæ, & æſtuoſæ, quàm æuo Ptolomæi; ſed Mediæ ſunt humidæ, & plus quàm olim in calore temperatæ videntur. Vltimæ vbi Hyades apparent, ſunt igneæ, & plus quàm olim fulminoſæ. Boreale eius latus, ob ſidera ibidem temperatæ complexionis, temperatum quoque eſt; ſed Auſtrale, propter ſtellas Martiales, & quæ Veneris, Saturni, & Lunæ mixtionem referunt, inſtabile conſpicitur. Hoc Signum Quintum Clima poſſidet, habetq; ſub ſe Parthiam, Mediam, Perſidem, Archipelagi inſulas, Cyprum, Aſiæ minoris partem maritimam, Poloniam maiorem, Albam Ruſſiam, Campaniam, Rhetiam, Heluetiam, Franconiam, Hyberniam, Lotharingiam, Irlandiam, & Sueciæ partem detinet. Colluſtrat autem Panormum, Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Parmam, Thuregium, Lucernam, Herbipolim, Caroloſtadium, Metim, Brixiam, Iuſtinopolim, Gneſnam, Nouogardiam, Nancaium, Burgim, Lypſiam, Veronam, Anconam, Peruſiam, Taruiſium, & Conſtantinopolim. *Taurus.* *Partes.* *Clima.* *Prouinciæ.* *Vrbes.*

At Geminorum Priores partes humidæ parumper ſunt, & noxiæ: Mediæ, quàm olim, nunc ſicciores; Poſteriores magis ad ſiccitatem, quàm ad alias qualitates declinant. Huius pars Borealis ventos excitat, terraſq; concutit; Auſtralis ſiccitatem, æſtumq; procreat. Huic Signo Sextum Clima ſubiacet, & regiones Hircania, Armenia, Martiana, Cyrenaica, Marmarica inferior, Aegyptus, Sardinia, Brabantia, Vuittemberga prouincia, Flandria, & Logdardia. At opida Ceſena, Viterbium, Taurinum, Rhegium, Vercellæ, Louanium, Moguntia, Bamberga, Brugis, Villacum, Chitzingum, Haſfordium, Londinum, Corduba, & Nouaria. *Gemini.* *Partes.* *Clima.* *Prouinciæ.* *Vrbes.*

Et verò Cancri priores partes terras quatiunt, & caliginem offundunt; Mediæ, & calidiores, & etiam ſicciores magis, quàm olim notantur; Extremæ ſunt admodùm ſiccę, & tàm Boreales, quàm Auſtrinæ, noxiæ, & æſtuoſæ exiſtunt. Cancri Septimum Clima eſt, & regiones Numidia, & Africa minor, Bithinia, Phrygia, Colchis, Tunetum, Granata, Scotia, Mauritania, Pruſſia, Holandia, & Zelandia. Pari ratione, ciuitates Cõſtantinopolis, Tunetum, Mediolanum, Venetiæ, *Cancer.* *Partes.* *Clima.* *Regiones.* *Vrbes.*

Digitized by Google

Vrbes. tiæ, Genua, Luca, Piſæ, Lubecum, Treueris, Magdêburgum, Gorlitium, Berna, Eboracum, & Vincentia.

Leo. *Partes.* Nunc Leonis Primæ partes apud Aſtronomos, & peſtilentes, & ſuffocantes eſſe credũtur; Mediæ temperatæ, quæq. ad humiditatem aliquantò declinant; Vltimæ, quæ olim ſiccæ, & noxiæ erant, nunc ad temperiem concedunt. Pars verò huius Signi Borealis ignea, & inconſtans eſt; Auſtrina humida deprehenditur. Leo hic Quartum *Clima.* Clima deſpectat, haſq. regiones peragrat, Italiam, Etruriam, Sici- *Prouincia.* liam, Boemiam, Apuliam, Turciæ partem, Aemiliam, Sabinam, *Vrbes.* Phœniciam, Chaldæam, & Orihiniam. Vrbes verò, Romam, Pragam, Vlmam, Damaſcum, Rauennam, Syracuſas, Peruſium, Cremonam, Confluentiam, Cremiſium, Mantuam, & Alexandriam Aegypti.

Virgo. *Partes.* Verùm Virginis Priores partes caldiuſculæ ſunt, & noxiæ; Mediç temperatæ; Vltimæ plus quàm olim aquoſæ. Et eiuſdem pars *Clima.* Borealis ventoſa eſt; Auſtrina temperata. Virgini, vt Septimum Cli- *Prouincia.* ma obtigit; ſic hæ regiones Carinthia, Meſopotamia, Babylonia, Aſſyria, Græcia, Achaia, Creta, Cilicia, Sileſia inferior, Atheſana, & *Vrbes.* Rheni vicinia: Vrbes Hieroſolymæ, Athenæ, Alexandria, Corinthus, Papia, Nouarium, Aretium, Vratiſlauia, Cremona, Brunduſium, Erdfordium, Baſilea, Heidelberga, Segnia, Lutetia Pariſiorum, Lugdunum, Toloſa, Parma, Toletum, Imola, Beneuentum, & Tarentum.

Libra. *Partes.* Virgini proxima Libra eſt, cuius priores partes, etſi temperatæ: tamen plus quam olim ad ſiccitatem deuergunt; Mediæ temperatæ ſunt; Extremæ aquoſæ. Et huius quidem Borealis pars ventoſa, & *Clima.* Auſtrina ſicca, & peſtilens exiſtit. Libræ Quartum Clima conceſſum *Prouincia.* eſt, quod prouincijs imperat Bactrianæ, Caſperiæ, Sericæ, Thelzidi, Oſi, Aethiopiæ, Trogloditicæ, Auſtriæ, Alſatiæ, Etruriæ, Sabaudiç, *Vrbes.* Liuoniæ, & Delphinato. Vrbes autem coercet Viennam Auſtriæ, Francfordiam iuxta Mœnum, Caietam, Sueſſam, Placẽtiam, Argentoratum, Spiram, Sueuorum Halam, Haylprunam, Friſingam, Moſpachium, Arelatum, Vlyſiponem, Vrbinum, Pedemontium, Oliuatum, Traiectum, & Salernum.

Scorpio. *Partes.* Quod reliquum eſt, Scorpionis Priores partes niues producunt; Mediæ, quæ olim temperatæ exiſtebant, nunc ſunt paulò humidiores; Extremæ turbulentæ. Huius Borealis pars æſtuat, & Auſtralis *Clima.* humectat. Hoc Signum Tertium Clima premit, & prouincias Meta- *Prouincia.* goniticam, Mauritaniam, Getuliam, Cappadociam, Comogenam, Iudæam, Norduegiam, Sueciam Occidentalem, Idumæam, Catalaniã, *Vrbes.* & ſuperiorem Bauariam. Vrbes verò Aquileiam, Algieram, Trapezuntium, Patauium, Vrbinum, Piſtoiam, Camerinũ, Brixiam, Meſſanam,

ſanam, Gedanum, Monachium, Aychſtadium, Viennam Allobrogũ, Valentiam, Ciuitatem Auſtriæ in Foroiulio, Genuam, Ariminum, Mutinam, Cremam, Ceruiam, & Daruſium.

Scorpioni, Sagittarius aſſociatur, cuius Priores partes humidæ ſunt, & quàm olim frigidiores; Mediæ temperatæ, ſed plus quàm olim ad frigiditatem declinantes; Extremæ igneæ. At eius Borealis pars ventoſa eſt, & Auſtrina inconſtans, & humida. Sagittarius Secundo Climati dominatur, & regionibus Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Italiæ, Felici Arabię, Celticæ, Hungarię, Dalmatię, Morauię, Sclauonię, & Miſniæ: Ciuitatibus Coloniæ Aggripinæ, Iudenburgo, Norimbergæ, Volaterræ, Mutinæ, Budæ, Caſſouię, Narbonæ, Auinioni, Hieroſolymis, Toleto, Mediolano, & Firmio. *Sagittarius.* *Partes.* *Clima.* *Prouincia.* *Vrbes.*

Capricorni conſtellationes Priores partes æſtuant, & nocent; Mediæ ſunt temperatiores, & Vltimæ pluuioſæ. Et huius tam Borealis, quàm Auſtrina pars, eſt humida, & noxia. Sub hoc Signo iacent Primum Clima, & India, Styria, Sinarum regio, Ariana, Gedeoſia, Macedonia, Illyrium, Thracia, Boſna, Bulgaria, Lituania, Saxonia, Maſouia, Haſſia, Thuringia, Marchia, Orchades inſulæ, & Romandiola. Sic quoque opida Græcium, Brandemburgum, Conſtantia, Auguſta Vindelicorum, Ancona, Fauentia, Iuliacum, Gandauum, Vilna, Oxonium, Forliuium, Mutina, & Ferraria. *Capricornus.* *Partes.* *Clima.* *Prouincia.* *Vrbes.*

Aquarij imaginis Priores partes ſunt humidæ; Mediæ temperatę; Extremæ plus quàm olim ventoſæ. Huius Borealis pars æſtuat, & Auſtralis niues producit. Aquarius hic Primo Climati præeſt, & prouincijs Sauormatiæ, Oxianę, Sogdianæ, Arabiæ, Azaniæ, Aethiopię, Sarmatiæ, Tartariæ, Daniæ, Ruſſiæ, Amaxobiæ, Succiæ parti meridionali, Valachiæ, Pedemontio, Vueſtphaliæ, Moſellanæ, & Bauariæ parti. Emporijs verò Tridento, Salzburgo, Piſauro, Hamburgo, Bremæ, Ingolſtadio, Papiæ, Forliuio, Taruiſio, & Vrbino. *Aquarius.* *Partes.* *Clima.* *Prouincia.* *Vrbes.*

Piſcium denique Aſteriſmi Priores partes frigidiores, quàm olim exiſtunt; Mediæ humidæ plus quàm olim, & Poſteriores minùs, quã olim æſtuoſæ. Horum ſpacium Boreale ventoſum eſt, & Auſtrale aquoſum. Piſces ſubiectas habent Phazianam, Garamantas, Naſamonicam, Lydiam, Ciliciam, Pamphiliam, Calabriam, Vuormatiam, & Nordmaniam. Vrbes autem Ratiſbonam, Rothomagum, Hiſpalim, Compoſtellam, Petinam, Roanum, Florentiam, Parentium, Cumã, Anconam, Mutinam, Comum, Alexandriã Lombardię, & Sybiliam. *Piſces.* *Partes.* *Prouincia.* *Vrbes.*

Ceterum colligimus gentes illas, quæ in regionibus, & opidis horũ Signorum, Planetarumq. Aſteriſmis ſubiacebunt, tale temperamentũ habituras, quale diuerſæ ſingularũ imaginũ partes obtinẽt, & per cõſequens illas, aut Phantaſiã, aut Intellectu, aut demũ Memoriã valituras, ac in ijs ſciẽtijs, q̃ Potẽtijs iſtis reſpondẽt, inſigniter euaſuras. *Signorũ, & Planetarũ effectus.*

Quid

Digitized by Google

MEMBRVM
DECIMVM OCTAVVM.

Ingenia Hominum ex Dei benignitate innoteſcere.

LICET ea omnia, quæ diximus, nobis affatim Dei ſummam clementiam oſtendant,ex quâ veluti immēſo rerū omniū theſauro cumulatiſſime corpora,ac animi noſtri multiplicibus naturæ dotibus, ac ſcientiarū luminibus exornentur: nihilominùs tamē inter tāta, tamq. varia diuinæ bonitatis argumēta, nullū magis illuſtre hominibus illuxit, quā quod ipſe ſuis quaſi manibus condidit. Nam,quòd homines aliqui excellētia Ingenia ſortiantur,hoc interdū quoque ex optimâ ſeminis naturâ ,organorū diſpoſitione,& corporis tēperie,quę Deus,ſecūdis cauſis mediātibus,illis, illorumq. parētibus largitus eſt, prouenire ſolet,& hi etiā non niſi diuturnis,magniſq.laboribus ſciētias adipiſcuntur; at abſque labore, abſque hominum induſtriâ,abſque temporis intercapedine,ſtatim omnium ſcientiarum decora acquirere, hoc ſolius Dei diuinū munus eſt. Hoc porrò nos neque ad parentum complexionem,neque ad regionum climata, neque ad hominis Craſim,neque ad vigilias, & ſtudia, ſed ſolùm ad miraculum diuinitus à Deo cùm ipſo factum,quaſi manu deducit. Quòd, vt Sectionem huius Operis Primam , Cauſamq. Ingeniorum Tertiam, ac Diuinam abſoluamus,quam initiò propoſuimus,hæc nobis in hoc Membro ſcrutari oportet.

Dei clementia.

Ingeniū excellens unde.

Equidem tale donum, poſt Adamum, Salomon ille Regū ſapiētiſſimus diuinitùs acquiſiuit; tale Deus Prophetis largitus eſt; tale Apoſtoli veritatis duces conſequuti ſunt. Et quoniam Deus hominibus etiam ceteris ſuæ benignitatis monumenta patefacere paratus eſt, & gratias,ac virtutes infundere, hinc fit, quòd alij etiam viri Sanctitate illuſtres a Deo repentè Scientiarum ſplendore irradiati fuerint. Teſtis huius rei eſt D. Auguſtinus, qui abſque externo præceptore doctiſſimus euaſit, vt Hymnus ille, qui à ſuis Fratribus Eremitis cantatur ad Laudes,verè fatetur.

Adam. Salomon. Propheta. Apoſtoli.

Auguſtinus.

Hic

Digitized by Google

Meritò Domina, meritò tibi ingratiſſimus pœnas luere debuit; *Apoſtrophe.* meritò, quod tuá interceſſione acquiſiuit, amittere; meritò ob peccata commiſſa, & nullâ Pœnitentiâ deleta, mortem etiam antè tempus oppetere. Age verò Domina cunctorum Regina, piorum Aduocata, patrocinare nobis, vt nos Deus Filius tuus, omnibus ſcientijs exornet, & exornando tribuat, vt nullis ſceleribus inuoluti, ſed virtutibus omnibus exculti moriamur, & poſt mortem te adeamus, gratias tibi redditurí immortales, vbi tu cùm Patre, & Filio, & Spiritu Sancto viuis beata, & immortalis.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANATOMIÆ
INGENIORVM
ET
SCIENTIARVM

AVCTORE
ANTONIO ZARA
AQVILEIENSI
EPISCOPO PETINENSI

SECTIO
II.

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo oſtenditur omnes Scientias huius Sectionis Imaginatiuæ cancellis coerceri.

HVCVSQVE in Tribus Ingeniorũ geneſibus Naturali, Humaná, & Diuiná verſati ſumus, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, earumq. varios veluti riuulos, ex quibus tanta, tamq. varia Ingeniorum fluenta profluunt, non ſinè admiratione perſpeximus; reſtat nunc, vt propoſiti noſtri metam attingamus, & ſingulis Ingeniorum Differentijs, quas ſuprà adũbrauimus, prout earum prędominium fert, ſingulas ſcientias in particulari tribuamus. Quoniam verò Imaginatiuæ primum ordinem, Intellectui ſecundum, & Memoriæ tertium tribuimus, Naturæ ſeruato ordine, gradatim de ſingulis diſſeremus. *Operis ſcopus.* Verùm ſi aliquandò Ingenij gratiá extrà alterius potentiæ limites excurremus, id non tantùm Scientiarum Claſſi, quàm nobis imputandum eſt. *Admonitio.* Ergò denuò Acediam amandemus, & lucubrationum noſtrarum curſum, ad maiorem Dei gloriam, & proximi vtilitatem inſtituamus. Non tamen noſtra mens eſt de omnibus diſciplinis, ac artibus agere, quæ ſub vnaquáq. Potentiá militant, ſed ſolùm ex ſingularum genycæo quaſdam euocare, illaſq. tamquàm inter reliquas præcipuæ dignitatis, abſque pigmentis, & calamiſtris, nulláq. ſeruatá ſcholaſticá dictione, preſsè ſolummodò deſcribere.

Igitur in medium prodeant ſelectiores quotquot Imaginatrici coniunctæ ſunt, Scriptio, Artes Magicæ, Poëtica, Oratoria, Aulicitas, Arithmetica Theorica, Arithmetica Myſtica, Muſica Theorica, Geometria, Architectura, Optica, Coſmographia, Aſtrologia, Medicina Practica, Militia, & Regimen, quarum certè tota cohors Phantaſiæ ſagum ſubmiſit. *Sciẽtiarum nomina.* Nam ſuprà demonſtrauimus Imaginatricem facul-

L 2 tatem

Digitized by Google

tatem nõ modò in anteriori capitis parte dom nari, ſed etiam trium graduum calore, veluti quodam natalitio, proprioq. pabulo, delectari quodammodò, & fulciri. *Imaginatricis anima* Is enim Imaginatricis anima quædam eſſe videtur, cuius præſentiá celebris euadit illa, & abſentiá confeſtim torpet, & vileſcit. *Phantaſia effectus.* Calore ſiquidem verſatili, & perpetuò mobili, varias, difformeſq. figuras, rerum admirabilium imagines, ſymmetrias, concẽtus, ſimilitudines, & hiſcè ſimilia plurima architectatur, ex quibus hæc ſcientiarum acies profecta eſt.

Scriptio. Gradus. Quo fit, vt inter reliqua Scriptio quoque Imaginatiuæ opus in Primo caloris gradu cum dimidio exiſtat, ſi tamen illa concinna, & pulchrè delineata ſit. Nam deformis character, Imaginatricis deformitatem arguit, quæ ob puſillum calorem, & per conſequens remiſſa ſimulachra, minuſq. elaborata, nequiuit illa ſpecioſas litteras efformare. Sequitur itaque, quicumque pulchrè litteras depinxerit, hunc Phãtaſiá valiturũ; *Pictura.* in Picturá quoque, & huic affinib. excellẽtem futurum: in ijs ſcientijs verò, quæ, vel cum Intellectu, vel cum Memoriá ſodalitium obtinent, non ita præſtantem euaſurum. Ac, vt proba, & proportionata characterũ forma ab Imaginatrice prouenit; ſic quoque expedita eorum *Lectio.* Lectio ab eâdem emanat caloris facultate mediante, quæ linguam acuit, & Phantaſiam ad celerem intuitum componit. *Gradus.* Porrò Imaginatricis etiam effectus eſt Duorum graduum, *Multiplex dictamen.* vno, eodemq. tempore pluribus ſcribis, inter ambulandum, plures, diuerſaſq. litteras dictitare. *Iulius Cæſar.* Quá in re eximium fuiſſe Iulium Cæſarem, hiſtoriæ teſtantur, qui obequitando pluribus Librarijs epiſtolas ſuppeditaſſe dicitur, itá, vt potiùs dæmoniacum, quàm humanum commentum quis eſſe exiſtimaret. Opera namque illa, quæ á quotidiano vſu remota ſunt, & aliquid admirationis in ſe continent, á vulgo imperito ſæpiùs in ſuſpicionem dæmoniaci contubernij trahuntur.

Inuentor Magiæ. Sunt tamen aliæ infelices artes plurimæ, quarum inuentor, aut peruerſa humanæ naturæ libertas, aut ipſe Dæmon extitit, qui ad eas propalandas, *Gradus.* uiris Imaginatione in Tertio gradu calidis, & callidis potius abuſus, quàm vſus eſt. *Phantaſia partus.* Nam, cum Imaginatiuæ fetus ſint lineæ, figuræ, & huiuſmodi, quis non videt Magicas artes ferè omnes linearum, idolorumq. omnis generis, eſſe ſuperſtitioſas magiſtras, & obſtetrices? *Aegyptij quales.* Ferunt Aegyptios Imaginatricis præſtantiá varias huiuſcemodi artes fabricaſſe. Vnde apud veteres in magno exiſtimationis honore habiti ſunt. *Ioſephus.* Ioſephus enim Flauius, cum Salomonis ſapientiam extollere ſibi propoſuiſſet, nec argumentum vllum magis ſibi idoneum, quàm hoc reperiſſet, Tanta fuit, inquit, ſapientiá, & *Salomon.* prudentiá, quam Salomon diuinitus acceperat, vt omnes priſcos ſuperaret,

Digitized by Google

peraret, atque etiam Aegyptios, qui omnium ſapientiſſimi habentu . At quanta fuerit illorum ſapientia, ex illo apparet, quòd teſte D. Auguſtino lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 5. Apim bouem pro numine coluerint. Vnde ſapienter Plato, ſapientiam illam, quæ à Iuſtitiá remota eſt, nullatenùs hoc nomine decorandam eſſe duxit. Quòd verò illi nihilominùs ſapiẽtes crediti ſunt, ex eo fortaſſis euenit, quòd Aegyptus maximè Solis calori expoſita ſit, cuius vi cerebrum gentis illius magis exſiccatur, humiditaſq. depellitur, & aduſta bilis concreſcit, quæ Sagacitatis, calliditatiſq. ſolet eſſe inſtrumentum. Equidem, quicumque hanc quoque obtinuerit, in negotiationibus, mercaturis, alijſq. ſimilibus dextri, cauti, & quaſi vates euadunt, callentq. ſuo tempore negotia agitare, vendere, ac emere opportunè, & exindè opes, ac fortunati nomen apud vulgus acquirere, quod illorum ſolertiam non perpendit.

Auguſtinus. *Apis bos.* *Plato.* *Aegyptij vt ſapientes.* *Sagacitatis inſtrumentum.* *Mercatores.*

Sic quoque diuinitatis opinionem apud Platonem in Phædone Poëſia conſequuta eſt, eò quòd perperam crederet neminem poſſe abſque diuino afflatu carmen pangere. Quod idem, Tullius pro Archiâ Poëtâ ſibi perſuaſit. Ceterarum rerum ſtudia, inquit, & doctrinâ, & præceptis, & arte conſtant: Poëta naturâ ipſâ valet, & mentis viribus exagitatur, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur. Et Ouidius lib. 6. Faſtorum.

Plato. *Poeſia.* *Tullius.* *Ouidius.*

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo :
Impetus hic, ſacræ ſemina mentis habet.

Nimirùm, cùm Poëſis Phantaſiæ partus ſit, quòd proportio ipſius, ac conſonantia admirabilis oſtendit, fit, vt Tribus caloris gradibus ſtipetur, qui omninò, cùm Intellectui, tum Memoriæ aduerſantur. Atque hinc prodidit Ariſtoteles Sect. 30. Prob. 1. M. ciuem Syracuſanũ Poëtam præſtantiorem fuiſſe, dum aliquantò mente alienaretur, quàm furore illo poëtico conſopito. Nam ſcimus, & hunc, & Phræneſim à calore exoriri. Verùm hic, quia feruentiſſimus eſt, abſurdas, & commentitias ſæpè imagines antè faſcinatos Imaginatiuæ oculos protrudit, vt lib. 2. Epiſtolarum apud Horatium Argiuus ille paſſus eſt,

Poeſis Phantaſia partus. *Gradus.* *Ariſtoteles.* *Phræneſis vnde.* *Horatius.*

Qui ſe credebat miros audire Tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorq. theatro.
Hic vbi agnatorum opibus, curiſq. refectus
Expulit hellebero morbum, bilemq. meraco,
Et redit ad ſeſe: Pol me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis grauiſſimus error.

Socrates. Porrò, cùm Socrates calore hoc deſtitueretur, & Imaginatione tantâ, haud vnquàm potuit verſus aliquot exarare; & tamen ob ſui Intellectus præſtantiam, ab Apollinis Oraculo, hominum ſapientiſſimus eſt iudicatus. Vt autem hæc veritas adhuc magis eluceſcat, *Verſificatores vndè.* ſciendum eſt, eos, qui nullam ad verſus naturalem propenſionem habuêre, illicò, cùm puellam aliquam adamare incipiunt, pariter Poëtas euadere; ſcilicet, Platone teſte, in Sophiſtâ, amore Cerebrum hominis, & exſiccante, & inflammante. *Poeſis ex ira.* Idem Ira ſolet factitare, quæ, cùm circà cor ferueat, & ſpiritus feruidos, ignitoſq. ad cerebrum emittat, bilemq. cieat, cerebri partes incaleſcunt, & hac ratione carmina profluunt, *Iuuenalis.* quod Iuuenalis quoque adnotauit.

Si natura negat, facit Indignatio verſum.

Fruſius. Salmeron. Et poſt ipſum Andreas Fruſius, Societatis I E S V poëtarum acutiſſimus idem animaduertit, dùm P. Salmeroni perſcripſit.

Cum peteres verſus, me ſcribere poſſe, negaui:
Non petis, en ſcribo; nè lege, & vltus eris.
Inconſtans videor? non te latet eſſe Poetis
Hunc morem, Vates, vt Venuſinus ait.
Cauſa tamen non deeſt: facit Indignatio verſum:
Quis viſa Hareſeon peſte tacere queat?
Mutus, ut antè puer vocem prorupit in altam,
Dum Crœſum patrem cerneret enſe peti:
Sic mihi nunc linguæ franguntur vincla coacta,
Dum Matrem aſpicio penè perire meam.

Inconſtãtia vnde. Ex quibus etiam alia Poëtarum conditio eruitur, Inconſtantia ſcilicet, Caloris filia.

Ceterum, ex calore itidem Oratoria proficiſcitur, quæ, cùm in Seſquialtero gradu Memoriæ coniungatur, *Oratoria, Gradus.* in cauſâ eſt, vt humiditate cerebri non omnimodè abſumptâ, figuras eleuet, & copioſa orationis themata ſubminiſtret. *Tullius.* Vis enim Oratoris, ait Cicero libro de Oratore, profeſſioq. ipſa benè dicendi, hoc ſuſcipere, & polliceri videtur, vt omni de re, quæcumque fuerit propoſita, ab eo ornatè, copioſeq. dicatur. Quòd profectò opus præcipuè in ſententijs, figuris, dicterijs, exemplis; in diſpoſitione, in eloquutione, & in actione cum ſplẽdido verborum apparatu cõſiſtit, quæ omnia ab Imaginatiuæ thecâ, eiuſq. calore depromuntur. Orator ſiquidem, cùm facetijs, ſimilitudinibus, & comparationibus vtatur, ex ijs quædam rerum, & verborum

inter

inter ſeſe conſonantia exurgit; cum probè ſua diſponat, & diſtribuat, ſymmetria emergit, & cùm perfectè agat, figura ubique, & proportio, & in voce, & in geſtu comœdiat.

Huic proximè Aulicitas in Bino caloris gradu accedit, quæ etiam in Choreis figuram, in Muſicâ proportionem, in leporibus ſimilitudinem, in haſtiludijs, armorumq. luſibus, ſymmetriam obſeruat. Quos itidem varij Alearum ludi imitantur, qui apud ocioſorum Aulicorũ menſas in varijs prouincijs commorantur. Ac, inter omnes, præcipuum locum Scaccheida obtinere videtur, verum belli ſimulachrum, in quâ qui catè, & callidè luſerit, excellenti Phantaſiâ pollebit; cùm hoc ludicrum certamen totum, in ordine, aſtu, & inſidijs verſetur. Ordo enim rerum Imaginatricem inter reliqua prodit, quæ cuique loco ſua accommodat. Quò fit, vt qui ſui Muſæi, & corporis cultum, atque ornatum apprimè curat, hic quoque Imaginatione conſtet, ac proindè nil malè compoſitum, & diſpoſitum pati poſſit. At, cùm hæc Imaginatiuæ ſpecies infima ſit, ferunt hiſtorici Hannibalem omnem corporis cultum ſpreuiſſe, & Iulium Cæſarem eumdem abhorruiſſe, nec Præcincturâ, apud Macrobium, vſum fuiſſe. Quæ res fortaſſe Tullium fefellit, vt potiùs Pompei culti partes, quàm Cæſaris inculti ſequeretur. Verùm, Syllam apud Tranquillum non decepit, qui Romanos admonuit à puero malè præcincto cauere debere. Quod Hippocrates libro de decenti Ornatu, etiam aſſeruit. Phocion certè Athenienſis pede nudo ſemper inceſſit, & Agis adeò cultui aduerſatus eſt, vt quamuis formâ plurimùm valeret: ornatum tamen omnem effugeret. Velimus Mimos, ac geſticulatores Phocionem imitari, & hieme atroci nudos incedere, quandoquidem illi ex Imaginatricis bonitate, aliorum actiones, geſtus, voceſq. arte admirabili repræſentant, & in publicis, priuatiſq. rebus, in forenſibus, ac domeſticis, in exercendâ mercaturâ, in negotiandi induſtriâ, in contractibus ſtabiliendis, & demùm in omnibus agibilib. dexterrimi euadunt, & vtinam ſic in audiendis concionibus, in perficiendâ precatione, in Sacris obeundis conſtantes euaderent, vt illorum mens ſolùm in Deũ erecta, non aliò, quàm in Numinis maieſtatem raperetur. De hiſcè verò Iuuenalis Satyrâ 3. appoſitè cantauit.

Aulicitas. Gradus.

Scaccheida.

Ornatus corporis.

Hannibal.

Iulius Cæſar.

Macrobius.

Tranquillus.

Hippocrates.

Phocion.

Agis.

Mimi.

Iuuenalis.

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promptus, & Iſæo torrentior, obiter illos
Eſſe putes quemuis hominem: tùm dicier aptè
Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes,
Augur, Schenobates, Medicus; magis omnia nouit.

Digitized by Google

Arithmetica Theorica. Gradus. Arithmetica Myſtica. Gradus.

Quod reliquum eſt, Arithmetica Theorica ex Imaginatricis etiã Duorum graduum calore defluxit, quæ ſingulis numeris ſingulas figuras tribuit, & proportionem ad inuicem, qui effectus nulli alteri potentiæ, quàm huic concedi poteſt. Emergit ex hac deindè Myſtica ex Seſquitertio, quam Imaginatiua imaginata eſt, dum ad numerorum Arithmeticorum Symmetrias, myſticam numerorum rationẽ adiunxit, myſticumq. ex eis ſenſum eruit, hancq. ſcientiam ex myſticis numeris conflauit.

Muſica Theorica. Gradus.

Et cùm Imaginatiuæ opus ſit res inuenire, ac imaginari, imaginataſq. diſponere, hinc factum eſt, vt illa Muſicam quoque, Theoricam, Arithmetices affinem, in eodem Caloris gradu architectata ſit, eiq. harmonicam proportionem donauerit, vt gratus, & iucundus eſſet auribus mortalium, cùm vocum, tùm Muſicorum inſtrumentorum ſonus. Licèt enim vox ſonora, atque grata, potiùs ex gutturis, pectoriſq. temperamento, quàm ex Phantaſiâ naſcatur: certum tamen eſt linguæ illam, vocumque modulatam inflexionem ex eodem fonte, quo Imaginatiua oritur, proficiſci. Quo fit, vt Imaginatrix hanc harmoniam Theoricam commenta ſit, quæ etſi nullum ſonum edat: tacitè tamen illum ſibi, vt eſſe deberet, imaginatur, illumq. verbo mentis pronunciat.

Geometria. Architectura. Optica. Coſmographia. Gradus. Aſtrologia. Gradus.

Hanc, Geometria, Architectura, Optica, & Coſmographia ſequi videntur, quæ, vt in eodem Caloris gradu; ſic in figuris, lineis, & reliquis Imaginatiuæ effectibus conſiſtunt. Neque ab his Aſtrologia deflectit, quæ, cùm à Tertio Imaginatiuæ Caloris gradu prodeat, ſtupẽdas, variaſq. figuras, ac machinas fabricata eſt.

Medicina Practica. Galenus. Galenus. Diues ægrotus. Pauper ægrotus.

Porrò Medicina Practica, quamquã ſpheras non extruat: apud ſe tamẽ ad morborũ cauſas depellẽdas, remedia architectatur, q̃ Practicæ huius Medicinę fundamẽta, fineſq. exiſtũt. Meritò igitur Galenus Epidem.6.p.5.cap.1. Medicum hũc Occaſionis inuentorẽ nominauit, eò quòd ſanitatis occaſio ex tẽporis, loci, ſignorumq. notitiâ, & pharmacorũ exhibitione depẽdeat, quæ etiã, cùm figuram, ſymmetriamq. inſinuent, hæc ſcientia ad Phantaſiæ potentiã ſpectabit. Quod, vt clariùs appareat, ſciẽdũ eſt dixiſſe Galenũ lib.11. Metho.cap.15. diuites potiùs, quam pauperes perperã curari, eò quòd, cum illi magni nominis, ac potẽtiæ ſint, fit, vt Medicus in illorum curam non niſi cũ timore quodam incumbat, nè in ſuſpicionem, ſi quid aduerſi acciderit, aut malè dati medicaminis, aut indebite curati viri, trahatur. Vndè euenit, ut quoties Medicus, vel ægrotantem inuiſit, vel ei medicamentũ præſcribit, id ſemper ferè cùm quodam horrore peragat, qui, vt calorem ad præcordia conuocat; ita Imaginatricem illo deſtituit, ſpecie buſq. antidotũ pro ſanitate comparandã, exſpoliat. Adit verò pauperem

rem

rem Medicus omni prorſus terrore abacto, ex quo, ille non modò in propriæ Imaginatiuæ copiá conſiſtit, eiuſq. beneficio fruitur; verùm etiam, cùm omnibus Ingenij uiribus ad ipſi opitulandum animosè accedat, excitantur ſpiritus, calorq. maior Phantaſiæ ſuccreſcit, qui ſpecies eleuando, ſalubria plurima machinatur. Cõtrarium verò huic accideret cũ Aduocato, ſi contrà diuitem litigaret. Nam ille, cùm rerum, gazæq. inops exiſtat, nec habeat vndè patrono abundè deferrè poſſit, vſu venit, vt talis, etiam iuſta cauſá interdum decidat. Aduocatus ſiquidem cui nec pro voluntate, nec pro ratione ſatisfit, torpet, ſpirituſq. illius, ac calor internus conſopitus quaſi deliteſcit, nec ſuo officio in patrocinando tam ſtrenuè, vt deberet, defungitur; at diues, cũ benè nũmatus Mecœnatem ſuum accedat, ex argenti, auriq. obtutu, illius mouentur ſenſus, ſanguis ampullatur, calor reuiuiſcit, per corpus vndique diffunditur, mens exhilareſcit, varioſq. conceptus pro cliente ſuppeditat, & quidquid olim legum legit, quæ ad ipſius fauorem facere poſſent, illas Memoria quaſi in Codice ſcriptas, repræſentat. Ex quibus tandẽ concludimus Medicinam Practicam à Seſquitertio caloris gradu pronaſci. Superius enim oſtẽdimus Poëticã quoque ſub Phantaſiá ſedẽ habere, tribuſq. caloris gradibus ſtipari, & videmus excellẽtes oẽs Medicos Practicos in carmine pangendo, in Mathematiciſq. quibuſdã rebus eſſe verſatos, licet ipſorũ verſus non ſint adeò exquiſiti, & cum Poëtarum mètris, rerum inuentione, Aſtrologi eorumq. ſolertiã comparandi. Ex quo coniectamur in hoc Medico, Imaginatricis calorem eſſe non nihil Poëtico magis remiſſum. Et verò, cùm Medicinæ Practicæ munus ſit, non vniuerſalia, quæ ingenerabilia, & incorruptibilia ſunt, ſed indiuidua ſolum cognoſcere, & curare, hinc fit, vt hæc Imaginatiuæ tantũ inſeruiat, quæ ex Ariſtotelis ſententiá lib. 3. de Animá, eſt motus ab exteriori ſenſu ꝓductus, queq. particularibus, ſẽſuũ cognitione med'ãte, docet mederi. Siquidẽ vnicuique in particulari iuxta cuiuſq. cõplexionẽ, medicinæ tribuẽdę ſunt, pulſus tractãdus, vrina inſpiciẽda, & varia infirmitatis ſymptomata cõſiderãda, q̃ profectò opera nõ niſi cũ hoc, vel illo homine pertractãtur. Vndè emergit, vt neque Intellectus, neque Memoriæ, ſed ſolũ Phãtaſiæ miniſterio hæc peragantur. Quoniã nõ ſufficit artẽ dũtaxat probè callere, q̃ ad Theoricã, & Intellectus, ac Memoriæ potentias ſpectat, ſed neceſſe eſt, vt ad praxim eadem reuocetur, in quã certè qui excellens euaſerit, optimã Imaginatiuã præditũ eſſe, cenſeri debet. Igitur cõcludimus nullũ inſignẽ Theoricũ, ob Phãtaſię defectũ in Practicã excellentẽ futurum; neque Practicũ, ob Intellectus, & Memorię tenuitatẽ, in Theoricã conſpicuũ euaſurũ. Exẽplo eſſe poteſt vterq. Medicus, quorum Theoricus nouit ęgritudinẽ ex cauſã frigidã ꝓfectã, pharmacis naturã calidis curãdã eſſe, ſed an hoc loco Antonius tali morbo laboret,

Pauper litigans.

Diues litigans.

Gradus.

Ariſtoteles.

Diſcrimen inter Theoricũ, & Practicum.

laboret, illi incompertum eſt; ideoq; in praxi,ac anthidotis exhibendis,à ſcopo aberrare poteſt. E conuerſo Practicus, in operationibus Intellectus tamquàm abſtractis, nimiumq. genericis, hallucinari valet,ſed in ſingulari, priuatiſq. indicijs, ac proprijs infirmitatis,veluti Imaginatricis iuriſdictioni ſubiectis, nequit vllo modo decipi, quin immò admirabili ſolertiâ ad omnia perueſtiganda, & cognoſcenda deducitur. Reſtat ergò, vt Medicina Practica Phantaſiæ ſubijciatur.

Militia. Gradus. Militiæ officium.

Huius comes Militia eſſe videtur, quæ ſolummodò illam in Medio Caloris gradu exſuperat,& in Ternis conſiſtit.Militia namque ex ſuaptè naturâ in eo verſatur, vt inſidijs, & ſtratagematibus vtatur, vt omnes occaſiones hoſtem vel aggrediendi, vel illum declinandi, calleat, vt denique omnes nocendi artes optimè cognoſcat, atque in illis expediundis celerrimè ſe moueàt. Quæ profectò opera non niſi in calore Imaginatricis pabulo conſiſtere poſſunt. Atque hinc à Lucano lib.10. laudatur Iulius Cæſar tamquàm quoddam veræ militiæ verum ſimulachrum *Lucanus.*

Nec tempora cladis
Perdidit inſomnis, ſed cæca nocte carinis
Inſiluit Cæſar, ſemper feliciter vſus
Præcipiti curſu bellorum, & tempore rapto.

Militia qd ſit. Cicero. Ducis prudentia.

Inſuper Militia ità eſt Malitiæ affinis, quam Cicero libro de Naturâ Deorum, Verſutam,fallacemq. nocendi rationem appellauit,vt inter vtramque parùm diſcriminis videatur. Ambæ enim in technis, doliſuè verſantur. Quapropter inſignem belli Ducem hoſti habere fidem, omninò dedecet. Quoniam omnia hoſtis dicta, & cogitata, eò collimant, vt fallant, alterumq. ſubuertant. Et hinc neceſſariò belli Ducem ſublimem Imaginatiuâ habere oportet, vt hoſtis inſidias,aſtuſq. militares, & præuidere, & præcauere valeat,ac tempore opportuno, & inaſpectato eum laceſſere. Quòd vtique cùm maiori ipſius gloriâ, minoriuè militum detrimento,& amiſſione obueniet. Boni enim duces,inquit Vegetius, non aperto prœlio,in quo eſt commune periculum,ſed occulto ſemper attentant,vt integris ſuis, quantum poſſunt, hoſtes interimant certè,aut terreant.Hoc verò,præſtabit ſolùm is,cuius Phantaſiæ calor verſipellem illum, atque aſtutum efficiet, qualis fortaſsè Hannibal fuit,qui fallacijs dūtaxat, doliſq. cum hoſtibus vtebatur; Scipio contrà aperto Marte,& æquo campo cū hoſte cōgrediebatur. Verùm hoc differentiæ inter hos exſtitit,quòd Prudētia in qualitate frigidâ,quæ iuxtà Hippocratem 6.Aphor.23.timorem procreare ſolet; & animi Generoſitas in calidâ conſiſtat, quæq. Scipionē extrà timorē poſuit,fecitq. vt duces quattuor ſuperàrit, exercitus quattuor

Vegetius. Hannibal. Scipio. Hippocrates. Prudentia in quo ſit. Generoſitas vbi.

Digitized by Google

tuor fuderit, & Syphacē Regē maximū profligārit. At calorē hunc non tàm intenſum eſſe conuenit in Duce, vt in feritatem, ac rabiem deuergat, vt de Ariſtomene Miſſenio, Plinius lib. 11. cap. 37. prodidit, qui ſolus integras cohortes, ac ter centum Lacedæmonios callidè cōfecit. Hic verò, cùm tertiùm captus eſſet, & diſſectus, Cor ipſius hirſutum, piloſumq. repertum fuiſſe memoratur, certum aſtutiæ, ac fortitudinis eximiæ argumentum. Equidem huiuſmodi conditionis homines, licet magnâ ex parte excelſi animi magnitudine, ac corporis robore exiſtant: plerique tamen eorum præcipites, ac temerarij, improbâ quadam nimij caloris cupiditate ad patranda facinora impelluntur. Quorum Ingenio diſſimile admodum fuit Q. Fabij Maximi, vt ex Ennio, Tullius Dialogo de Senectute recitat, quod cunctando ferè vincebat, raroq. in apertum campum contrà hoſtes prodibat. *Ariſtomenes.* *Plinius.* *Cor piloſū.* *Q. Fabius.* *Ennius.* *Tullius.*

Vnus homo nobis cunctando reſtituit Rem.

Talis quoque naturę diſceptatio inter Ariſtidem, & Themiſtoclē viſa eſt. Siquidem ille, etſi ab ineunte ætate cum Themiſtocle Neoclis filio educatus fuerit: naturâ tamen, moribus, ac inſtitutione, longè diſſimilis euaſit. Quippè hic conſtans, modeſtus, quietus, & à mendacio, fraudeq. alienus apparuit: ille verò leuis, callidus, temerarius, ac in omnes impetuoſus exſtitit. Res enim explorata eſt, verſutis, quibuſque calor exundat, mentem celeriter verſari, inq. omnes partes abſque morâ circumferri, & pro Militiâ, belliq. Ducibus valdè habiles eſſe. Quod non tam facilè ijs contingit, qui Intellectu eximio pollent, ob qualitatum diſſidium, quibus Potentiæ hæ fundantur. Ex quo fit, vt qui Intellectu valent, ex nimiâ frigiditate lento gradu procedant, tardeq. operentur, & idcircò in bellis damna plurima, & maxima patiantur; cùm nō omnes Q. Fabio aſſimilentur: Qui verò Imaginatiuâ, & calore excellunt, præſtò ſunt, & in ictu oculi omnia contuentur, neque ſe facilè circumagi patiuntur. Et cùm omnia illis ob oculos verſentur, vel minimum quemcumq. errorem illicò cognoſcunt, & ſeuerè corrigunt, in exercitu maximè, in quo leuis etiam, ob periculum, capitalis cenſetur. Neque verò quis inficias ire poteſt, Indignationem non eſſe rationis gladium, & quicūque illo caret, aut ratione, aut bile carere. Verūtamen plerūque contingit, vt ſopitâ, & ratione, & bile, excandeſcamus, & in irâ præcipites ruamus, ex nimiâ ſcilicet potus ingluuie. Quocircà Plato lib. 2. de Legibus vſque ad ſidera legem illam Carthaginenſiū euexit, quâ Duci Vini vſus interdicebatur, dū in caſtris morabatur. Vinum enim largè epotum, rationem faſcinat, nimiſq. animoſum reddit hominem, vt Ariſtoteles Sect. 14. Probl. 15. fatetur. At nihilominùs tamen, ſi belli Dux moroſus ſit, parùm plùs ſolito haurire *Ariſtides.* *Themiſtocles.* *Verſuties unde.* *Mora vnde.* *Celeritas vnde.* *Quid ſit rationis gladius.* *Ira vnde.* *Plato.* *Animoſitas vnde.*

non

non nocebit,quouſque ſcilicet ad illud punctū peruenerit,quod Ima-
Vinū cui prodeſt. ginatrix , belliq. negotium poſtulat ; cum hæc calida appetat, nihilq. inueniri poſſit magis vino modicè ſumpto ad genuinū calorem pro-
Vinū cui nocet. creandum efficacius. Vinum autē copioſius quicūque Iuſtitiæ,& Tribunali præſunt,euitare debent;cum ipſius effectus ratiocinio aduerſe-
Ebrietas dānatur. tur. Ebrietas verò non ſolùm ex menſā , ſed etiam ex mēte eſt abijciēda.Ecce varios tumulētorū effectus quos lib.1.Epiſt.Horatius recēſet.

Quid non Ebrietas deſignat? operta recludit;
Spes iubet ire ratas; ad prœlia trudit inermem;
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Mira res quàm varij ſint Ebrioſorum mores ; ſed ad inſtitutum noſtrum. Excellens belli Dux, cùm Phantaſiā polleat, & Intellectu non ſit deſtitutus, dedignatur obſcœna, aut videre, aut audire,& propter rationem honeſtatis, quam illi Intellectus oſtendit, & propter figuræ turpitudinem, quā illi Phantaſia depingit, voluitq. Deus naturæ parens illa eſſe remota, & abſcondita. Non negamus tamen cū Benedi-
Benedictus Pererius. cto Pererio è Societate IESV viro omni ſcientiarū genere ornatiſſimo,in caput 39.Geneſeos,diſp.4. permagnum eſſe cōſenſum inter facultatem Imaginatricem,& Generatricē,ità, vt alterā motā,continuò
Ficinus. altera moueatur.Quod ipſum aliā ratione Marſilius Ficinus lib.13.de Platonicā Theologiā , cap.1. demonſtrauit. Phantaſiam, inquit ille, quattuor ſequuntur affectus,Amor,Gaudiū,Metus,Dolor,hi omnes, ſi fuerint vehementiſſimi,ſubitò corpus propriū omninò,interdū ve-
Amoris effectus. rò etiam alienum afficiunt. Quantos ardores vel cupiditas vindictæ accēdit in Corde, vel libido voluptatis in Iecore? Immò ex immoderato amore,& mira pulſus commotio,ac variatio exiſtit, & animi,at-
Eraſiſtratus. que corporis ægritudo. Eraſiſtratus nobilis Medicus agnouit Antiochum filium Seleuci Regis Aſiæ, amore Stratonicæ nouercæ ſuæ,captū eſſe,quòd ad eius ingreſſum, & aſpectū illicò vultus ægrotātis mi-
Faſcinatio. randū in modū cōmutaretur.Cupido quoque nocēdi alijs per frequētē malignū intuitum,quàm perniciosè pueros, aliosq. teneriores faſci-
Imaginatio. nauerit,multis experimentis teſtatū eſt. Prægnantis quoque mulieris auiditas, & vehemēs Imaginatio tenerū fetum cōſignat, atque inficit rei cogitatæ notā. Quàm varios filijs ſuis geſtus, figuraſq. & colores, & quàm ſibi diſſimiles imprimunt parentes propter vehementem re-
Lætitiæ effectus. rum diuerſarum in ipſo coitu imaginationem? Ingens, & inopinata lætitia interitum nonnullis attulit. Philippides Comœdiarum
Philippides. Poëta haud ignobilis,cùm in certamine poëtarum præter ſpē viciſſet,

&læ-

& lætiſſimè gauderet, inter illud gaudium repentè mortuus eſt. Præterea in Romanis Annalibus ſcriptum eſt, quâ tempeſtate apud Cannas exercitus Romanus cæſus eſt, anum matrem, nuncio de morte filij allato, luctu, atque mœrore affectam eſſe, ſed is nuncius non verus fuit, atque is adoleſcens non diù poſt ex eâ pugnâ in Vrbem redij t, anus repentè filio viſo, copiâ, atque turbâ, & quaſi ruinâ incidentis inopinati gaudij, oppreſſa, exanimataq. eſt. Moleſtia item ex tetro, & fędo aliquo ſpectaculo interdùm inficit guſtum, & prouocat nauſeam ſolo aſpectu. Quid Miſericordia, quæ dolor quidam eſt ex alterius dolore? Nonnè miſerantis corpus itâ nonnumquàm malè afficit, vt miſeri, & miſerandi alterius corpus affectum viderit? Multi Sanguinis humani aſpectu, ſpiritu deficiente labuntur. Quid maius? Nonnè altis è feneſtris in terram deſpicientes caligamus præ formidine, & cōtremiſcimus, & nonnumquàm etiam ruimus? Pallent repentè timentes, trepidat illis cor, arrectæ ſtant comæ, vox faucibus hæret, deficit interdùm vita, vel morbi diuerſi ſequuntur. Nonnumquàm verò morbos quoſdam curat metus, & ſingultum, & quartanam febrim. Hæc ille. Eſt etiam bonæ Phantaſiæ, ac Ducis nota, ſi ille paucorum verborum ſit, nec ſcurram agat. Quoniam talis ob Imaginatricis excellentiam, quæ contrarijs qualitatibus cùm Memoriâ dimicat, cui orationis diſſolutæ profluuium attinet, arctè ſua proferet, & ſententioſè. Quâ in re illud in mentem venit, eſſe quoſdam taciturnos quaſi, & qui nullum orationis ornatum affectent, ſed tamen in dicendo graues exiſtant, ac omnia ponderatè exprimant, quandamq. Imaginatiuam obtineant, quæ illis tempus, & occaſionem negotia tractandi, & ad optatum finem perducendi oſtendat, nullumq. alium in hiſcè, quàm ſeipſos conſulant. Alij verò exiſtunt, qui potiùs loquaces ſunt, quàm eloquentes, quique verborum farragine omnia complent, & de omnibus rebus publicis, priuatiſq. apud imperitos garriunt, & ſeſe, vt numina quædam oſtentant, ex Seſquialtero ſcilicet Phantaſiæ caloris gradu cum Tertio Memoriæ. Atqui inſipientes ſunt hi, nec pro Militiâ idonei. Sunt autem alij his proximi, qui nec ex vultus lineamentis, nec ex factis, verbiſq. ſapientes ſunt; alij, qui ex faciei notis etſi ſint: ſapientes tamen non creduntur; alij, qui ex vultus inſpectione ſapientes apparent, & in rei veritate inſipientes exiſtunt; alij demùm inueniuntur, qui ex corporis notis, & ex factis ipſis, verè ſapientes iudicantur. Et prioris claſſis quidem, ſi eis aduerſi quid, & præter vulgi opinionem ſuccedat, à quo ſapientes perperam creduntur, infortunatos illos nominat, & non videt infortunium ex ipſorum inſipientiâ contigiſſe, quòd negotij circumſtantias,

Nauſea. *Miſericordia.* *Sanguinis intuitus.* *Formidinis effectus.* *Vnde ſententiarū copia.* *Taciturni.* *Loquaces.* *Gradus.* *Inſipientes.* *Sapiens inſipiens.* *Sapientes.*

tem-

Ariſtoteles. Experien-tia, & Inex-perientia fi-lia. Plato. Fortunati. Fortuna. Mercurius. Alciatus.

tempus, locum, ac perſonas non diſcuſſerint. Verè enim Ariſtoteles lib. 1. Metaph. cap. 1. genus hominum arte, & ratione viuere prodidit. Artem verò Experientia, Inexperientia fortunam generat, vt Plato in Georgiâ aſſeruit. Qui enim ex artis normâ, & præcepto agunt, ij conſultò operantur; qui ſinè arte quidpiam aggrediuntur, temerè faciunt, & ſi voto ſuccedit, non prudentes, ſed fortunati nominantur. Atque hinc veteres illi, vt Fortunam indicarent, feminam oculis captam, pilæ rotundæ, & verſatili inſidentem depingebant: Mercurium autem apud illos artium parentem, ſaxo quadrato, & ſtabili affigebant, de quibus Alciatus in ſuis Emblematis cecinit.

Vt Sphara Fortuna; cubo ſic inſidet Hermes:
Artibus hic varijs, caſibus illa praeſt.

Prudẽtis officium. Ducis effigies.

Ceterùm, egregius belli Dux, is fortunatus, felixq. exiſtet, qui prudenter ad ſuum finem conſequendum, medijs illi quadrantibus vtetur, & negotij naturam itá perpendet, vt nihil fortuiti illi euenire poſſit, quòd omnia priùs ſecùm meditatus non ſit, & præuiderit. Tandem, vt talis belli Dux in conſpectum prodeat, & ex lineamentis extimis cognoſcatur, hoc erit ipſius oris, ac corporis ſchema, pedes magni, articulati, & neruoſi; dorſum magnum robuſtumq.; pectus latum, & benè articulatum; corpus quadratum, & ſtatura mediocris; os magnum, & vox ſonora; naſus à fronte aduncus, benè diſcretus, vel rotundus, & in imo obtuſus; oculi colore flaui, vel rubedine permixti; ſupercilia arcuata; capilli vel nigri, vel flaui, & inter rectos, criſpoſq. medij; caput denique caluitio deformatum, quod ſignum præcipuo quodam munere Imaginatricem

Cæſar. Caligula. Ottho. Domitianus. Galba.

eximiam indigitat. Litterarum monumentis certè proditum eſt, ſtrenuos omnes Duces Caluos fuiſſe. Sic de Iulio Cæſare legitur, ſic de Caligulâ, ſic de Otthone, ſic de Flauio Domitiano, ſic de Sergio Galbâ, alijſq. plurimis belli Ducibus generoſis, qui Calui fuère. Nec turpe eſt Caluum eſſe, cùm Caluities optimi Ingenij index optimus exiſtat. Quod ſi hoc, Cæſar cognouiſſet, non tam auidè Lauream coronam exoptaſſet.

Defenſio. Regimen.

Enim uerò, vt ad finem properemus, ſupereſt, vt ad quam Potentiam Regimen quoque pertineat, breuiter videamus. Ac, cùm Rex omnibus artibus, ac ſcientijs apprimè inſtructùs eſſe debeat, vt inferiùs patebit, per conſequens temperamẽtum illud ſortiri debet, quod

Galenus. Plato.

Galenus libro de Temperamentis, cap. 9. & libro, Quod animi mores, cap. 4. & Plato Dialogo de Naturá, deſcripſit. Sic enim excellenti

Ima-

Imaginatiuâ, & præſagâ ornaretur,cùm ad omnes ſcientias capeſſendas,quæ intra illius continiū degunt,tùm ad quæque futura ſtupendè præuidenda, & omnia in ordine,figura, & proportione ſeruanda ; ſic ſublimi Intellectu decoraretur , cùm ad eas ſcientias conſequendas , quæ intra illius conclaue morantur, tum ad ratiocinandum mirabiliter de omnibus rebus,diſtinguendum, eligendum,concludendum,& denique iudicandum ; ſic optimâ Memoriâ inſigniretur , cùm ad eas ſcientias obtinendas, quæ ex illius genycæo prodeunt, tum ad prætcrita omnia recordanda,quæ aut legit, vidit,aut audiuit. Et quamuis *Conciliatio.* diſſidentibus qualitatibus hæ Potentiæ conſtituantur , & ex conſequutione hæc terna naturæ munera in eodem homine eſſe quaſi non poſſint : in eo tamen conueniunt , quod ſiccitate mediante , ſibi inuicem quodammodò connexæ ſint, & copulatæ , & veluti quædam inter illos exiſtat idiomatum communio, & conſenſio. Quamobrem talis omninò Regi optanda eſt corporis temperies , qualis fortè poſt Adamum , Chriſtumq. Dominum, Dauidi, & Salomoni Regum ſapientiſſimo obtigit. Quam corporis conſtitutionem qui adeptus fuerit , pulcherrimus apparebit , & è contrà ex Ariſtotelis dogmate 14. Sect. Probl. 1. efferis , & moribus, & aſpectu ille, cuius corpus nimio vel æſtu , vel frigore redundabit. Certè Amoris obiectum, Pulchritudinem eſſe, Plato Dialogo de Pulchro, teſtatus eſt, & Rex, qui eam conſequitur,non poteſt non ab omnibus amari. *Ariſtoteles.*

Quæ , cùm ità ſint , quis ibit inficias te FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME à Deo naturæ Architecto cumulatiſſimè hæc omnia , ac infinita propemodùm alia animi , ac corporis dona obtinuiſſe ? Quid enim ſibi vult Inceſſus ille tuus tardus , grauis , & magnificus , niſi te ſapientem , iuſtum , & Auguſtum Principem eſſe ? Quid illa tua tàm affabrè elaborata , & ad numerum , pondus , & ſymmetriam effecta Statura , niſi te inter omnia hominum corpora , corpus omnibus numeris abſolutum , diuiniſq. quaſi manibus efformatum habere ? Quid illa tua Pectoris , ac Humerorum latitudo , niſi in te virilem omninò animum , intrepidum , & inuictum ad ingentia facinora reſidere ? Quid ille Capillorum ſubflauus , & cutis roſeus color , niſi te , vt corporis ; ſic animi optimam compoſitionem geſtare ? Quid inferius labium illud tuum prominens , niſi te modeſtiæ , candoris & clementiæ certiſſimum exemplar eſſe ? Quid Aures illæ tuę tàm bellæ exſculptæ , niſi te illas incontaminatas ab obſcęnis gęnitibus , ab adulationum ſuſurris , & inuidioſorum vocibus ſeruare ? Quid Oculi illi tui cærulei , & humiliter ſuperbi , niſi te cæleſte quoddam Numen eſſe , quod dùm quis firmiùs cupit intueri , oculos cogitur ſubmittere ?

Amoris obiectum. *Plato.* *Archiducis Ferdinandi ſimulachrū.*

Quid

Digitized by Google

Quid frons illa tua regalis inter tranquillam, & nebuloſam conſiſtens, niſi te Iuſtitiam cùm Clementiâ temperare, ac circumcircà illam heroicas omnes virtutes reſidere? Quid demùm Caput illud tuum Imperatorio diademate digniſſimum, tam artificio ſè fabricatum, niſi te in illo ternas illas Potentias, omnibus ſcientijs ſuis, quaſi ſatellitibus ſtipatas, ſublimi, ac plus quàm humanâ ratione continere? O Princeps igitur omnium Principum exemplar certiſſimum. O Numen cęleſte inter terreſtria, inter cęleſtia, terreſtre ſplendidiſſimum. O æui noſtri, & totius poſteritatis, & orbis decus maximum, & ſempiternum.

Apoſtrophe.

MEM-

MEMBRVM PRIMVM.

De Scriptione.

Scriptio cur inuenta.

SOLERTIS callidi, ac perſpicacis ingenij viri Scriptionem olim inuenêre, tum, vt facilius, & commodius animi noſtri ſenſa amicis in remotiſſimis quibuſque regionibus degentibus communicaremus; tum etiã, vt res geſtas, inuentaſq. ab obliuione vindicaremus, & Scriptione æternitati conſignaremus; tum denique, vt Symbolicis quibuſdam figuris, & occultis notis de magnis, arduiſq. rebus tutò tractare, & perſcribere poſſemus. At quis primò hæc Scriptionis elementa, vt ea Lucretius lib.2. vocat

Lucretius.

Quin etiam paſſim noſtris in vrbibus ipſis
Multa elementa vides, multa communia verbis.

Plinius. Scriptionis inuentores. Eupolemus. Arthaben⁹. Crinitus.

commentus fuerit, operæpretium eſt inueſtigare. Et verò Plinius lib.7.cap.56. contendit Aſſyrios fuiſſe inuentores. Diodorus autem Siculus Mercurium characteres in Aegypto inueniſſe aſtruit. Eupolemus verò Libro de Regibus Iudææ, litterarum inuentionem Moyſi conceſſit, cui, & Arthabenus aſſentitur. Et certè hanc iſtorum opinionem Crinitus illis verſibus à ſe tranſcriptis confirmare videtur.

Litterarum inuentores.

Moſes primus Hebraicas exarauit litteras:
Mente Phœnices ſagaci condiderunt Atticas:
Quas Latini ſcriptitamus edidit Nicoſtrata:
Abraham Syras, & idem repperit Chaldaicas:
Iſis arte non minore protulit Aegyptias:
Galphila prompſit Getarum quas videmus vltimas.

Canninius. Tertullianus. Ioſephus.

Canninius etiã in ſuâ Grammaticâ Syriacâ exiſtimat litteras à Iudęis, & Chaldæis ortũ habuiſse. Verũ nos certò arbitramur antè Moyſen characteres extitiſse, & ab Adamo adinuentos fuiſse. Nam Tertullianus lib.5. contra Marcionẽ, & Ioſephus lib.1. Antiquitatum Iudaicarũ affirmãt ab Adamo profectas, filioſq. Sethi duas colũnas, alterã lapi

deam, alteram latericeam extruxiſſe, in ijſq. omnes artes eleganti ſculpturâ cælaſſe, quarū vnam ſe in Syriâ vidiſſe prodidit. Porrò poſt Adamum quis ex aliarum nationibus litteras inuenerit, videamus. Etenim aliqui volunt Aſſyrios characteres Rhadamantum inueniſſe. Iſidorus lib. 1. Ethym. autumat Reginam Iſidem Inachi filiam Aegyptiacos commentam fuiſſe, Sacerdotes tamen diuerſos ab his, ſecretioreſq. habuiſſe, Phœniceſq. ſuos propalaſſe. Quòd etiam Lucanus lib. 3. Pharſ. pomposè in huius rei confirmationem cecinit.

Iſidorus.

Lucanus.

Phœnices primi, famæ, ſi creditur auſi,
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris:
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & ſaxis tantum, voluereſq. feraſq.,
Sculptaq. ſeruabant magicas animalia linguas.

Scriptionis varietas, & vetuſtas.

Anticlides autem exiſtimat Memnonem quędam xv. annis ante Phoronęum vetuſtiſſimum Græciæ Regem characteres exaraſſe. Sed Epigenes, & Beroſus Babylonios inuentores extitiſſe arbitrantur. Porrò Eſdras quoque pro conſcribendâ lege Moſaicâ nouos characteres concepit, vt D. Hieronymus lib. 1. Regum teſtatur.

Hieronymus.

Scriptio in folijs.

Virgilius.

Ac veteres illi, qui nondum chartæ cognitionem habebant, in Palmarum folijs ſcripſiſſe certum eſt, atque ità, vt adhuc foliorum nomē apud omnes vſurpatum remaneat. Quòd Virgilius Aeneidos lib. 3. confirmare videtur, dum Cumeam Sybillam in folijs ſcribentem introducit.

Fata canit, folijſque notas, & nomina mandat
Quæcumque in folijs deſcripſit carmina Virgo.

Septimius.

Et certè Dis Cretenſis, qui bello Troiano interfuit, fertur in Tiliæ folijs totius illius belli res geſtas conſcripſiſſe, hæcq. volumina poſtea in ipſius ſepulchro inuenta fuiſſe, & Neroni delata, vt Q. Septimius in iſtius Ditis vitâ prodidit. At labente æui curſu, factum eſt, vt homines experientiâ, & induſtriâ magis excitati, relictis folijs, in arborum Platani, Fraxini, & Vlmi corticibus ad ſcribendum magis multò accommodatis, notas ſuas imprimere cęperint, & cortici corticem coniungendo, & aptando, libros effecerint. Verùm humanum ingenium, nec hiſcè contentum, aliam ſcribendi rationem comminiſcitur. Refert enim Dion Caſſius lib. 46. Hiſtoriarum Octauium, & Hircium, Decio Bruto, vt ſe M. Antonio non ſubmitteret, ſed ab ipſis veniam ſperaret, in plumbeis laminis concinnè inuolutis, ſuam ſententiam explicaſſe. Sic quoque Partheius in ſuis Eroticis, cap. 9. & Andriſcus lib. 1. de rebus Naxicis tradiderunt Dionetum Mileſium huiuſmodi plum-

Scriptio in Corticibus.

Dion Caſſius.

Scriptio in Plumbo.

Partheius.

Andriſcus.

Digitized by Google

plumbeas laminas habuiſſe. Parthi autem, Plinio libro 13. capite 11. referente, litteras in veſtibus,acu,aut pingere,aut intexere conſueuerunt.Inſuper priſci ſolebant in tabellis quibuſdam politis, ac terſis, non pennâ,ſed calamo ſcribere,qui Stylus ab illis dicebatur. Vndè factum eſt, vt qui iam eleganter, ac tersè componit, bonum ſtylum habere dicatur. Hūc autem ſcribendi modū vult Homerus antè bellū Troianum in vſu fuiſſe. Verùm veteres etiam,qui Nili,& Euphratis litora incolebant, in quadam tenui cortice cuiuſdam arbuſculi, Papyrus dicta, ſcriptitare ſolebant, voluntq. hunc ſcribendi modum,teſte M.Varrone,Alexandri Magni tempore inuentum fuiſſe: quamquàm Plinius vetuſtiorem affirmet, aſſeratq. Cneum Tarētinum huiuſmodi libros Numæ Pompilij inueniſſe, qui antiquior erat Alexandro. Veteres quoque, vt refert Herodotus lib. 7. ſolebāt in Pergameno ex ouium pellibus artificiosè confecto, ſcribere, cuius rei inuentionem tribuit Varro Pergamenſibus eâ tempeſtate, quá rex Eumenes illis imperitabat. At hoc eſt Varronis commentum ex nominis ſimilitudine deſumptum. Ioſephus enim lib.12.Antiq.aſſerit libros Hebræorū, quos Eleazarus regi Ptolomæo tranſmiſit,fuiſſe in Pergameno artificiosè deſcriptos;quod certè multò antè Eumenem geſtum eſt. Tandem ſagax,& impigra hominis imaginatio eò peruenit,vt Chartam, quâ hodie paſſim vtimur,pro Scriptionis materiâ adinuenerit. Equidem Iſidorus illam in Aegypto apud Memphim ortum nactam fuiſſe, auctoritate Lucani motus,& permotus credidit.

Plinius. Scriptio in tabellis. Stylus. Scriptio in papyro. Varro. Herodotus. Scriptio in Pergameno. Ioſephus. Scriptio in Charta. Lucanus.

Conficitur bibula Memphitis Charta papyro.

Alij volunt Chartam à quadam vrbe penes Tyrum Charta nuncupata ſuam originem traxiſſe;alij verò á Carthagine. Chartâ autem adinuētâ, poſt aliquot ſęcula,Typographia quoque Friderico III. Imperatore,ſub annum MCCCCXL. à Ioanne Guſemberg Argentinæ primùm ingeniosè data eſt in lucem, deindè Moguntiæ ad finem perducta. Hanc poſteà Sixtus Ruſinger anno MCCCCLXXI. Neapolim detulit, & Vldaricus Romam importauit. Quibus rebus motus Beroaldus, in Germaniæ laudem hæc cecinit, vt Fulgoſius lib.8.cap.11. teſtatur.

Charta vnde dicta. Typographia inuentio. Ioannes Guſemberg. Fulgoſius.

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere, quæ doces premendo.

Primi porrò libri qui typis excuſi ſunt vult Volateranus D.Auguſtini de Ciuitate Dei,& Lactantij Firmiani de Diuinis Inſtitutionibus fuiſſe. Exiſtimat autem Iouius apud Sinas prius Typographiam,quā apud nos exſtitiſſe.Verum Marcus Polus diligentiſſimus rerum indagator,& perſcriptor,nullam huius rei mentionem reliquit.

Sed his tandem miſſis,nūc ad eos,qui ſcribere ſolebant,vndè Scri-

Libri qui primò impreſſi. Iouius refellitur. Marcus Polus.

Carolus Sigonius. *Feſtus.* *Tullius.*

bæ dicebantur,accedamus. Hi namque, vt narrat Carolus Sigonius lib.2.de Antiquo Iure Ciuium Romanorum,erant apud illos in ordine Apparitorum, Magiſtratuiq. inſeruiebãt. Et Feſtus ait,eos Librarios fuiſſe,qui rationes publicas ſciberent in tabulis. Tullius quoque Orat.5. in Verrem,dixit eorum munus fuiſſe honeſtum,quòd eorum omnium fidei tabulæ publicæ, periculaq. Magiſtratuum committerentur. Quòd etiam aſſeruit lib.3. de Legibus, vbi dixit Scribas habuiſſe leges apud ſe,eaſq. Magiſtratui ſuggeſſiſſe. Sic enim loquitur. Animaduerto quoſque in Magiſtratibus ignoratione Iuris ſic tãtum ſapere,quantum Apparitores velint. Infigite vobis,qui Iuſtitiæ Iudicijs eſtis indignè præpoſiti hæc Ciceronis verba; recognoſcite veſtrã Iuris ignorationem; conſiderate quot Iniuſtitiæ actus commiſeritis; põderate quot,vel iniuſtè abſolueritis,vel damnaueritis. Quod ſi hac de cauſã meritò indoluit Tullius, videndo Iuſtitiam,quæ alias erat Reipublicæ Romanæ baſis, atque fulcrum vacillare, & per conſequens etiam ipſius Rempublicam non diuturnam fore; certè ſi prudentes ſumus, & nos ob præteritos lapſus, & inhabiles conceſſos Iudices ingemiſcere, & ſi ſapientes ad euitandam noſtræ Reipublicæ, vel euerſionem, vel reuolutionem,accingere quamprimùm Iuſtitiæ clauo meliores præficiendo; deberemus. Demum voluit Probus in maiori dignitatis honore fuiſſe Scribas apud Græcos,quàm apud Romanos,ſed apud vtroſque infimæ auctoritatis Naualem Scribam extitiſſe, Feſtus ſcriptum reliquit. Apud Hebræos verò Scribæ erant dũtaxat Sacrarum litterarum interpretes, vt Epiphanius in ſuo Pænario annotauit. Immò D.Auguſtinus libro de Sermone Domini in Monte,nulli,ait,apud Hebræos fuiſſe permiſſum litteras ſacras,præterquàm ſolis Scribis ſcribere.

Admonitio.

Probus. *Apud quos Scribæ digniores.* *Qui ſcribæ infimus.* *Hebræorũ ſcribæ quales.* *Epiphanius.* *Auguſtinus.*

Hinc enim ſapiẽtes viri ſecreta cõſilia tractaturi, vel ignoto,& peregrino idiomate,vel diuerſis characteribus, eorũq. trãſpoſitionibus diuerſis etiã vtebantur, nè ſi eorũ occulta conſilia perſcripta proderentur, ſuo effectu fruſtarentur, ijſq. maxima eſſent ſubeunda, vitæ, fortunarumq. diſcrimina; cũ varij ſint fortunæ caſus, quibus arcana conſilia in hoſtium notitiam peruenire poſſint, quibus ſcatent immenſa Græcorum,Latinorumq. hiſtoriarum monumenta. Ac,nè in ijs recẽſendis tẽpus protrahamus,paucula quædã dũtaxat ſeligemus. Et primò nobis occurrit illud,quod Herodianus tradit Commodo Imperatori eueniſſe,qui,cum in libello nomina quorumdam,quos eã nocte ſupplicio vitã excedere cupiebat, deſignaſſet, cumq. pugillares in cubiculo depoſuiſſet, neminem ratus illuc ingreſſurum; ecce, dum ille balneo delicato oblectatur, puſio quidam ingreditur, librum accipit, exportat, caſuq. in manus Martiæ incidit, quæ, cùm ſe funeſtã morte peti nouit, & aliorum etiam multorum cædẽ ſequi,

Cõſiliorum ſecretorum ſcriptio.

Herodianus.

omnes

omnes conuocat, & Imperatorem veneno interimendum decernũt; ſed,cùm res voto non reſponderet, in ipſo cubiculo ipſum miſerè iugulârunt, & hoc modo ſuæ in curiæ pęnas luere fecerunt. Refert idẽ Maternianum Antonino per litteras nunciaſſe,vt Macrinum,qui Imperio inſidiabatur,è medio tolleret. Verùm redditis litteris,Antonini negligentiá contigiſſe, vt ipſe aurigandi ſtudio intentus, litteras Macrino,qui tunc propè aderat,legendas traderet, iubens,vt ſi quid momenti in ijs eſſet,ſibi poſteà nunciaret. Is itaque percepto nuncio,qui ad ſuã perniciẽ tendebat,Martialem Centurionem,qui fuerat ab Antonino iniurijs affectus,in eius necem deſtinauit, à quo paulò poſt pugione perfoſſus, interijt? Hoc exemplo moniti,diſcant Principes ſua cautius,& diligẽtius tractare,& ipſoſmet ſuarum rerum primos inſpectores eſſe debere, & talia negotia non vſitatis, ſed peregrinis notis conſignari oportere. Narrat denique Herodotus lib.6.Hiſtiæum, ad Perſas, qui Sardibus commorabantur, quiq. de rebellione anteà ſecũ fuerant colloquuti, litteras miſiſſe, eaſq. tabellario cuidam Hermippo Artanitęo dediſſe,& eueniſſe,vt is litteras, non quibus deſtinabantur,ſed Artapherni redderet,quo factum eſt,vt ille totum proditionis conſilium detexerit,& Perſas poſtmodum ſupplicio affecerit. Nè autẽ litteræ poſſent intelligi,veteres mirabiles,reconditoſq. ſcribẽdi modos excogitârunt. Ac Magi quidẽ flagitioſorũ Spirituũ artibus irretiti, quoſdã ſibi characteres effinxerunt,vt ſuas artes à vulgarium lectione vindicarent, quorum Honorius Thebanus, & Apuleius lib.11.Metamorph.meminêre. Habet enim Dæmõ ſuas notas, quibus ſententiam ſuã Magis explicet, hiſq. characteribus ſcriptam dæmoniacè epiſtolã, in Grammaticâ Armenicâ Theſei Ambroſij vidiſſe nos recordamur. Verũ alij,teſtibus Plutarcho,& Suetonio,vt in ſcribẽdo celeritas prõpta eſſet,notulis quibuſdã,& primis ſolũ litteris ſua ſenſa notabãt. Sic ferũt Catonis orationẽ in Catilinæ coniuratos exceptã; ſic Titũ Veſpaſianũ,more Notariorũ velociſſimè, ac cõpendioſè ſcripſiſſe. Extat de hoc ſcribendi modo,ac interpretatione Valerij Probi libellus quẽ Petrus Diaconus auctiorem reddidit. Quod,vt exemplo clarius fiat, hoc ſub oculos proponemus: PPPPESSSEVVVVVVVVFFFF. hoc eſt: Primus Pater Patriæ Profectus Eſt, Secum Salus Sublata Eſt, Venit Victor Validus Vicit Vires Vrbis Veſtræ, Ferro, Fame, Flammâ, Frigore. Huiuſmodi notarũ inſignes auctores Ennius, Tyro Catonis Libertus, Perſannius Philargyrrus,& Aquila Męcenatis itidẽ libertus extitêre. Porrò teſtantur etiã Plutarchus, Donatus, Soſipater, & Priſcianus Romanorũ prænomina fuiſſe quibuſdã notulis deſignata,vt in nũmis argẽteis,& vetuſtiſſimis marmorib⁹ apparet. Plato quoque dũ breuitati ſtudebat, & dũ peculiaria q̃dã intelligi volebat, iam Aſteriſco ad dogmatũ ſympathiã; iã Obelo ad ſuperflua reſcindẽda; ã

Princeps ſit circumſpectus.

Admonitio.

Herodotus.

Magorum characteres.

Apuleius.

Theſeus.

Compendioſi characteres.

Valerius.

Platonis characteres.

Antigrapho ad varium ſenſum in tranſlationibus denotandum; iam Cerauno ad Philoſophiæ inſtitutionem; iam Chriſanone, & alijs vtebatur, quorum Laertius, & Iſidorus meminerunt.

Laertius.

Iuriſperitorum characteres.

Iuriſperiti etiã ſuos Legum libros ad varias forenſes cauſas, liteſq. denotãdas proprijs quibuſdam characteribus exornârunt. Hinc extat illud elogium per duo K K. Calumniæ cauſa; per IE. Iudex eſto; per K. damnatum; per A. abſolutum teſte Aſconio Pediano.

Aſconi⁹ Pedianus.

Sed Iuſtinianus Cæſar has notas, nè imperiti ab Ingenio callidis deciperentur, è Legum libris abolendas prudẽter ſanxit, nec aliæ remanſere præter ff. & §. notulæ, & quędam aliæ pauculæ.

Militũ characteres.

At, & belli Duces olim ſuas peculiares notas habebant. Vbi enim militum nomina deſcripta, & ducum continebantur; ibi poſt commiſſum prœlium omnium nomina legebantur, & quot in cladibus occubuiſſe repererant, tot θ. ipſorum nominibus præfigebant, tacitè hac notã ſignificare volentes, ipſum quaſi Martis telo cõfoſſum; quot verò è certamine ſuperſtites euaſiſſe conſpicerẽt, horum nomina T. litterã ſalutari decorabant, vt etiam Ezechiel diuino afflatus ſpiritu prãuidit. Et ſcripſit, inquit, Thau ſuper frontes virorum gementium.

Aegyptiorũ characteres.

Antiquos porrò Aegyptios comperimus ſua animi ſenſa, non characteribus, vt reliqui, ſed diuerſorum animalium, tũ Terreſtriũ, tum Aquatilium, & Aëreorum naturalibus figuris ſcripſiſſe, qui, cùm perſpectas haberent omnium penè animantum naturas, ex peculiari, & congenitã eorum qualitate, ſub ipſis animalium, ceterarumq. rerum imaginibus res ipſas hieroglyphicè repræſentabant, ac tacito quodam ſermone loquebantur.

Aſtrologorum characteres.

Hunc ſcribendi modum veteres Aſtrologi imitati, quorum ſcientiam ab Aegyptijs manâſſe aliqui crediderunt, Cæleſtia ſigna varijs ſignis explicârunt, Planetarũq. aſpectus, ac Imaginum, varijs imaginibus adumbrârunt.

Muſicorũ characteres.

Verùm, & Muſici ſuas notulas inuenêre. At tempus ſiquidem, menſuramq. denotandam, ad vocem, vel deprimendam, vel eleuandam; ad diuerſa Muſices inſtrumenta cùm arte ſonorã tractanda, diuerſas etiam figuras excogitârunt.

Alchymiſtarũ characteres.

Hic pertranſimus Chymicos, qui etiam ad Ammoniacum Salem, ad Arſenicum, Plumbum, Aurum, Stãnum, Auripigmentum, & huiuſmodi plurima exprimenda varios characteres commenti ſunt.

Geometrarum, & Arithmeticorum characteres.

Hic etiam ſilemus Geometras, & Arithmeticos, quorum illi ad demonſtrandas varias corporũ ſuperficies, ſitus, formaſq. multiplicibus vtuntur figuris; iſti ad denotandos diuerſos, & multiplices numeros, oblongam numerorum aciem efformârunt.

Principum characteres.

Dynaſtæ certè hoc noſtro æuo, occulta ſua Conſilia non alijs, quàm Arithmeticis notis perſcribunt. Equidem, ſi ambages, ac inuolucra ſpectare voluerimus, nihil occultiùs; ſi facilitatem, nihil inter omnes ſcribendi modos expeditius eſſe cernemus.

Cauponum characteres.

Tacemus quoque vulgi fæcem Caupones, qui propria etiam ſigna ad vini menſuras, aliarumq. rerũ pondera,

Digitized by Google

dera, & quibus ea dederint, exprimenda, inuenerunt. Quos Ruſtici imitati ſuis etiam lignis peculiaria ſigna cultro, vel gypſo imprimũt.

Ruſticorum characteres.

Neque his ſcribendi modis contenta antiquitas, ad alia etiam deſcendit experimenta. Atque hinc legimus Paridem apud Naſonem vino litteras deſignaſſe, & amorem quo flagrabat, Helenæ indicaſſe.

Scriptio vinea.
Ouidius.

Orbe quoque in menſa legi ſub nomine noſtro,
Quod deducta mero littera fecit Amo.

Hoc etiam factitare veteres lacte ſolebant. Vndè extat illud Auſonij ad Paulinum Epiſt.23.

Scriptio lactea.
Auſonius.

Lacte incide notas, areſcens charta tenebit:
Semper in adſpicuis prodentur ſcripta fauillis.

Confirmat idem Ouidius oſtendens quî tutò per ſcriptum hoc modo ſcribi poſſit.

Ouidius.

Tuta quoque eſt, fallitq. oculos è lacte recenti
Littera, Carbonis puluere tange, leges.
Fallet, & humiduli, quæ fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.

Scriptio linea.

Et verò alium quoque occultũ ſcribendi modũ antiqui in laminâ feneſtratâ inuenerũt; aliũ Agrippa vir Dæmonũ fallacijs implicitus, in ſuis de Occultá Philoſophia libris tradidit; aliũ Cabaliſtæ induxerũt, & alium Abbas Trithemius in ſuis de Polygraphia libris excogitauit, quẽ artificioſè imitatus eſt Ingenioſus Porta eo libello, quẽ de Occultis litterarũ notis edidit. Et quot ferè præſtãtis Imaginatiuæ ingenia; tot etiã ſcribendi rationes extitêre. Etenim refert Polyænus lib.4. Strategematum, Attalum Regẽ contra Gallos pugnaturũ, vt militũ animos prõptiores, alacrioreſq. ad pugnã redderet, inito cũ Sudino vate conſilio, in victimæ viſceribus Regis Victoriã inſcripſiſſe, qui, cum à Numine factũ crederent, acriter pugnando, Gallos ſuperárunt. Sunt & aliæ plurimæ technæ, ac veterum aſtus, inter quos alicuius momẽti eſt ille, quem Herodotus lib.7. & Iuſtinus lib.2. de Demarato Suſis cõmorante prodiderunt, qui, cùm Xerxem aduerſus Græciã expeditionẽ ſumere ſtatuentẽ accepiſſet, in pugillaribus nondum cerâ illitis Regis conſilium Græcis ſignificauit, tabulaſq. poſtmodum cerâ colliniuit, nè ſcripturâ detectá, tabellario, cuſtodes viarum, quid negotij exhiberent. Huic ſimile eſt illud, quod idem Polyænus lib.1. Strategematum, & Plutarchus de Virtute Mulierum, de Policryte feminá tra-

Scriptio feneſtrata.
Agrippa.
Cabaliſtarum characteres.
Polygraphia Trithemij.
Porta.
Polyænus.
Aſtutia.
Herodotus.
Iuſtinus.
Scriptio cerea.
Polyænus.

diderunt, quæ acceptâ poteſtate à Diogneto Erythreorum duce fratribus ſuis bellaria tranſmittendi, & nacta temporis opportunitatẽ, quo Mileſij patrium feſtum celebrando erant omnes vino, ac ſomno ſepulti, eos certiores reddidit incluſo in placentâ plũbeo libello, qui re intellectâ, nocte conſopitos hoſtes adorti, eos internecioni tradiderunt. Harpagus verò, Herodoto teſte, litteras in exentorato lepore incluſas, ſimulato venatore Cyro detulit. Alios in indumentorum latebris, in ſinu, in calceis, vt litteræ non deprehenderentur, litteras geſtaſſe accepimus: Quare ſic Ouidius cecinit.

Scriptio placentea. *Scriptio leporina.* *Scriptiones conuolutæ.* *Ouidius.*

Conſcia, cùm poſſit ſcriptas portare tabellas,
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu.
Cùm poſſint ſoleæ chartas celare ligatas,
Et uincto blandas ſub pede ferre notas.

Frontinus. Campani verò, vt narrat Frontinus lib.13.cap.13. Stratagematum, dum quædam Pœnis nunciare optarent, & vndique Romani eos obſidione cingerent, quemdam callidum, fidelemq. virum inſtar tranſfugę emiſerunt, qui ſimulatâ ſugiendi occaſione, conſutam in baltheo epiſtolam ad Pœnos deferret. Nec deſuerunt alij qui characterum ſtigmata in cute imprimerent, quorum meminit Herodotus lib. 1.cap.4. de Hiſtiæo ad Ariſtagoram tranſmiſſo; alij iaculo litteras aptabant, & quò cuperent, dirigebant; ſic Artabazus, & Timoxenus fecẽre. Hircius porrò Conſul per auem cicuratam, Frontino aſſerente, ad Decium Brutum, qui ab Antonio Mutinæ obſidebatur epiſtolas direxit; cui rei alluſit Plinius: Non vallum, & vigil, ait, obſidio, atque retia amne prætenta proſuêre Antonio, per cælum eunte nuncio. At profectò, quæ humanum Ingenium ad præcauenda ſibi pericula ſolertius quæſiuit, eâdem Ingenij calliditate, & verſutiâ poteſt irritari, & euerti. Aliud quoque ſcribendi commentum recitat Plutarchus in vitâ Lyſandri, & A. Gellius in Noctibus Atticis fuiſſe Lacedæmonibus familiare, cùm ad Reges ſuos ſcriberent, nè litteræ interceptæ occulta hoſtibus conſilia indicarent, de quo etiam Auſonius ad Paulinum epiſt.23. cecinit.

Herodotus. *Scriptio ſagittaria.* *Scriptio auicularis.* *Nota.* *Plutarchus.* *Scriptio Lacedæmonica.* *Auſonius.* *Scytales.*

Vel Lacedæmoniam Scytalem imitare libelli
Segmina pergamei tereti circumdata ligno,
Perpetuo inſcribens verſu, quod deindè ſolutus.
Non reſpondentes rebus dedit ordine formas
Donec conſimilis ligni replicetur in orbem.

Sermo digitalis. *Ouidius.* Priſci adhuc modũ loquendi alium per digitos habebant, & computãdi, vt Macrobius in Saturnalibus, Beda, Hieronymus, & Apuleius orationẽ ꝓ Magia aſſeuerãt, de quo, ẽt digitorũ Flexu meminit Ouid.

Nil opus eſt digitis per quos arcana loquaris.

Et

Et verò etiam Igne ſolemus noſtri animi ſenſa tamquàm per litteras amicis in remotiori loco exiſtentibus indicare. Quā in re exſtat illud illuſtre exemplum apud Diodorum Siculum lib. 4. vbi legitur Medeā, ſi Peliā occidiſſet, ex ſpeculā noctu igne, interdiu fumo Argonautis ſe facti ſucceſſum nūciaturā ꝓmiſiſſe; & cūrres ex deſiderio ſucceſſiſſet, fingens ſe Lunæ votum perſoluturam, accenſis funeſtis facibus, factū Argonautis indicauit. Simile quiddam prodidit de Annibale Polybius, qui cùm Agrigentini a Romanis obſiderētur, crebris noctu ignibus intolerabilem exercitus famem patefecit. In promptu eſt aliud quoque veterum per tacitas ambages loquendi thema, quod Herodotus de Periandro Cypſeli filio; & Liuius de Tarquinio Gabiorū Principe ſcriptum reliquit, qui pro reſponſo nil aliud, niſi alta papauerum capita virgā decuſſit, tacitè innuens omnes Gabiorum primates morte multandos. Huc etiam pertinet, quòd Gobria de Dario Perſarum Rege à Scythis, obſeſſo, ſcripſit, cui illi Caduceatorem cum Aue, Ranā, Mure, & quinque Sagittis miſerant, tacitè innuentes, Perſas, niſi aues effecti in cælum euolaſſent, aut, vt ranæ in paludes proſilijſſent, aut, vt mures ſub terram ſe abdidiſſent, Scytharum uim nequaquàm euaſuros, quin ſagittis obruerentur. Verùm enim uero Scriptio etiam conſiſtere poteſt in capitis nutu, in frontis, & ſuperciliorum compreſſione, vel expanſione, in vultus compoſitione, in oculorum motione, & intuitu, in manuum, & pedum geſticulatione, & denique in totius corporis geſtu, & figurā, qui nutus omnes in Muto pro ſermone accipiuntur, quoſque ſic expreſſit Ouidius.

Sermo igneus. *Diodorus Siculus.* *Polybius.* *Sermo papauerinus.* *Sermo Scythicus.* *Sermo geſticularis.* *Ouidius.*

Cum premet ille torum, vultu comes ipſa modeſto
Ibis, vt accumbas, clam mihi tange pedem.
Me ſpecta, nutuſq́, meos, vultumq́, loquacem:
Excipe furtiuas, & refer ipſa notas.
Verba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.

Tandē, vt de Scriptione ſcribendi finē faciamus, nullam eſſe artē, nullam ſcientiā, nullam nationē arbitramur, quę proprios characteres ſibi nō aſciuerit, vt occultius, cōmodiuſq. ſua arcana tractare poſſet, & nō ab alijs, quā ab eiuſdē eruditionis, & idiomatis hominibus perciperētur. Nōnè Chriſtus Dn̄s Chriſtianorū Vniuerſitatē Crucis ſigno cōſcripſit, & à reliquis ſeiūxit, & muniuit; nonnè per hoc nos Chriſtianos eſſe, & ſub Vexillifero Chriſto militare, ab omnibus cognoſci, & agnoſci voluit?

Cōcede igitur Dn̄e, vt quos hoc Signo diſtinguere placuit, aſſumere digneris; da nobis cōtra huius Signi hoſtes fortitudinē; īfunde omniū Chariſmatū dona, vt quos hoc Signo in Regenerationis lauacro initiari feciſti, id tecū, cū ad Iudiciū Vniuerſale deſcendes, beati feramus. *Apoſtrophe.*

MEM-

MEMBRVM SECVNDVM.

De Magicis Artibus.

Magia duplex. ESSE Magiam aliquam mirabilium rerum effectricem, tùm ſacra litterarum monumenta, tùm etiam veterum hiſtoricorum ſcripta teſtantur, vt nō tàm probatione, quàm explicatione hæc res indigere videatur. Porrò duplicem illam exſtare reperimus; alteram naturalem, & veram, & ex occultis rerum naturis, & virtutibus profectā, intimamq; Philoſophiæ partem, & admirandorum effectricem operum, & ab omni alienam ſuperſtitione, & à Dæmonum artificio, & maleficio puram, ſed pauciſſimis admodùm mortalium exploratè perſpectam, quæ quaſi ex Naturæ intimis theſauris miracula elicit, ac à Plotino Naturæ ſagax ſerua, & miniſtra nominatur. Hæc autem, vel eſt Phyſica, cuius nomine Medicinam quoque complectimur, quæ circà arcanas rerum naturaliū virtutes verſatur; vel eſt Mathematica, cuius excellenti peritiâ, mira effecerunt Architas, & Archimedes; vel deniq; eſt Præſtigiatrix, quæ ſiuè operatione naturalium agentium, ſiuè incredibili tractu, atque manuum ioculatione, ſtupenda producit. Quis enim, vel tinctus litteris philoſophicis neſcit eſſe multas rerum naturalium virtutes, & miracula incompertæ adhuc rationis in naturæ maieſtate penitùs recondita, quæ ſi quis benè noſſet, ijsq; occultè vteretur, vulgò Magus diceretur, & non niſi Dæmonum auxilio talia gerere crederetur; cùm tamen opera illa eſſent naturalia, & naturaliter à cauſis naturalibus profecta? Prodeat, obſecramus, in medium, illud Naturæ miraculum, quod iuxtà Harpaſa opidum Aſiæ cernitur, vbi Cautes ſtat horrenda, vno digito mobilis, ac eadem, ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. In Nymphęo autē exit è petrâ ignis qui pluuijs accenditur; & in Dodone Iouis fons, cum gelidus ſit, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur, accendit; & in Illyrijs ſuprà fontem frigidum expanſæ veſtes quoque flammam concipiunt; vt interim Magnetis continuam ad polum Arcticum conuerſionem prætereamus. Nihil dicimus etiam de Remorâ piſciculo, qui itâ nauigijs adhæret, vt licet ea ingentia ſint, curſuq; incitatiſſimo ferantur:

Plotinus.

Magiæ naturalis ſpecies.

Cautes.
Nymphæū.
Dodo.

Fons frigidus.
Magnes.
Remora.

Digitized by Google

tur: eorum tamen ita frenare impetum poteſt, vt nulla vi, nullis expanſis in vela ventis, nullis remorum ictibus loco dimoueri poſſint. Profectò Archimedes primum, deindè Poſſidonius Sphæram fabricârunt, quę omnes cęleſtium orbiũ conuerſiones ſuis motibus clariſſimè, perfectiſſimeq; repræſentabat, vt potiùs diuinum, aut Dæmoniacum, quàm humanum opus eſſe quis exiſtimaret; cui ſic Claudianus alluſit. *Claudian.*

Iupiter in paruo, cùm cerneret æthera vitro,
Riſit, & ad ſuperos talia dicta dedit.
Huccinè mortalis progreſſa potentia curæ?
Iàm meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumq; fidem, legesq; Deorum
Eccè Syracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus varijs famulatur ſpiritus aſtris,
Et viuum certis motibus vrget opus.
Percurrit proprium, mentitus ſignifer annum,
Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit:
Iamq; ſuum voluens audax induſtria mundum
Gaudet, & humana, ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
Aemula naturæ parua reperta manu.

Ac idem Archimedes huius Magiæ fiduciâ fretus, auſus eſt admirãdum illud Theorema ponere: Quantũlibet onus quibuslibet viribus mouere; nec pronunciauit modo, ſed apertiſſimè Hierone Rege ſpectante, demonſtrauit. Ingentem enim nauim onerariam, quã copioſa hominum turba, vix maximo labore mouere poterat, viris multis, ponderibusq; impoſitis, procul aſſidens, quietâ impellens manu, ad ſe pertraxit. Cumq; Marcellus terrâ, mariq; Syracuſas obſideret, Archimedes ad vrbis propugnationẽ, mirabiles, terribilesq; omnis generis machinas, atq; tela, huius Magiæ Naturalis ſcientiâ adinuenit, quibus tantas hominum ſtrages paſſim edidit, vt Romani incredibili admiratione, ac terrore perculſi, dicerent ſe non contrà homines, ſed contrà Deos ipſos pugnare. Architas Tarentinus quoque ſimulachrum Columbæ è ligno ratione quadam mechanicâ libramẽtis ſuſpenſum, & aurâ ſpiritus incluſâ, atque occultâ concitum, ità fabricauit, vt per ſeipſum volaret. Tradunt Seuerinum Boetium huius artis vi, metalla mugire, æneum ſerpentem ſibillare, aues ſimulatas dulciſſimè canere, & homines æneos in aëre buccinare feciſſe. Narrãt Albertum Magnum caput æneum fabricaſſe, quod maximâ ſpectantium admiratione hominum more loquebatur. Quis non ſuſpiciat illud, quod de duobus illis pueris in Germania natis proditum eſt, quorum alterius latus dextrum, omnia domorum oſtia ta- *Columba lignea.* *Serpens æneus.* *Caput æneũ.* *Gemelli.*

meſi

metſi clauſa eſſent,aperiebat, & alterius latus ſiniſtrū, omnia aperta claudebat?

Magia dæmoniaca. Quoniam verò duplicem illam eſſe diximus, ſuperiori miſsâ, aliā perſequamur, in cuius obſeruatione mortalium animi veſanâ quadam cupiditate noſcēdi quæ futura ſunt, noxijs illuduntur fallacijs, atque impijs erroribus illigantur, ſiquidem hæc ab omni ratione, & veritate vacua eſt, Dæmonumq; fraudibus, & maleficijs implicata, & ob id meritò infamis, & abominabilis, & è ſocietate hominū exterminanda. Credidit verò auctor Hiſtoriæ Scholaſticæ Zoroaſtū huius Magiæ inuentorem exſtitiſſe. Ninus, ait, vicit Cham qui adhuc viuebat, & regnabat apud Bactrianos, vel vt placet alijs in Thraciâ, & appellabatur Zoroaſter inuentor Magicæ artis, qui, & hanc, & ſeptem liberales artes in XIV. columnis ſcripſit, ſeptem æneis, & ſeptem latericeis contra duplex orbis excidium, quod futurum audierat, alterum per aquam, alterum verò per ignem. Ninus autē libros eius combuſſit. Et D. Auguſtinus lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 14. ſolum, inquit, Zoroaſtum quando natus eſt, ferūt riſiſſe, nec ei boni aliquid monſtroſus ille riſus portendit. Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur inuentor. Verumtamen verius eſt Dæmonem harum parentem, & inuētorem exſtitiſſe à quo earum cognitionem mortales acceperūt, ꝙ D. Cyprianus ēt lib. de Idolorum vanitate affirmauit, idemq; ſenſit Euſebius lib. 5. de Præparat. Euang. cap. 7. vbi ait Magicæ artis Deos Gentilium, & inuentores, & doctores fuiſſe. Verum nullus Magicas artes exercere poteſt, niſi facto cū Dæmone expreſſo, aut implicitò Pacto, vt Cyprianus lib. de Duplici Martyrio, Auguſtinus lib. 2. de doctrinâ Chriſtianâ, cap. 23. cuius verba Gratianus in Decretum retulit, & omnes Theologi, Iuriſconſulti, Sagarum, & Maleficorum confeſſio, clariſſimè teſtantur.

Hiſtoria Eccleſiaſtica auctor. Cham. Zoroaſter. Auguſtin⁹. Portentum. Magia inuentor. Cyprianus. Euſebius. Pactum. Cyprianus. Auguſtin⁹. Gratianus. An Magi queant naturæ ordinē inuertere.

Nunc videamus, quæ Dæmones Magis mediantibus patrare, aut poſſint, aut nequeunt. Etenim nequeunt Magi naturæ ordinem inuertere, legesq; Vniuerſi refigere, niſi qui eas fixit, vt ſapiēter D. Auguſtinus lib. 3. de Trinitate, D. Thomas 3. contra Gentes, cap. 108. quæſt. 16. art. 8. affirmārunt. Neque etiam poſſunt illi Dæmonis operâ cælorum, ac ſiderum motus ſiſtere, eorūq; ſtatos curſus retroagere. Non enim valent Mundi ordinem turbare. Non negamus tamen illos poſſe ventos ciere, tempeſtates ſedare, fulgura etiam, tonitrua, grandines, & imbres excitare, & in agros immittere; Et quamquam Seneca lib. 4. Naturalium quæſt. hoc irrideat: tamē narrat Philoſtratus ſe apud Brachmanes duo dolia Apollonij Tianei vidiſſe, quorū altero reſerato, imbres, ac venti erumpebant, altero clauſo, ſerenitas irradiabat. Et Sopater Philoſophus affectus vltimo ſupplicio fuit, eò quòd carmine magico vētos vinxiſſe accuſaretur, nè annona Byzan-

Auguſtin⁹. Thomas. An Magi queant calorum motus ſiſtere. An Magi queant fulgura excitare. Seneca. Dolia Apollonij.

tium

tiũ inueheretur. Ariſthæus verò, teſte Pauſaniâ in Arcadiâ, & Dione Caſſio li.56. Cycladũ incolas certis ritibus, ac hoſtijs docuit Eteſias æſtiuo tempore elicere, vt aurâ illorum frigidulâ ſquallorem, & ſterilitatem ab agris depellerent. Sed Cianitæ Indi pluuiam ridiculo ritu procurãt, vt Patres è ſocietate IESV in Epiſtolis Peruanis fatẽtur.

Pauſanias *Dio Caſſi°* *Peruanæ epiſtolæ.* *Marcus Venetus.*

Neque verò dubitãdũ eſt eos tenebras quoque excitare poſſe. Siquidem Marcus Venetus in Peregrinâ Aſiaticâ aſſerit Tartaros adeò pollere Dæmonũ præſtigijs, vt tenebras, cum velint, inducant; idẽq́; Haitonus in Sarmatarũ hiſtoriâ cõprobat, vbi affirmat quẽdam vexilliferũ Magũ incantatione hoſti tenebras obſcuriſſimas offudiſſe. Sic etiã poſſunt flumina ad tẽpus ſiſtere, è ſaxis aquas elicere, & fluuios in caput repellere, vt Plinius lib.2.c.103. ſuis tẽporibus ſcribit accidiſſe, idẽq́; li.7. teſtatur quaſdã in Africâ familias voce, vel intuitu greges, & armẽta, arbores, ſegetes, atque infantes pemiſſe. Turnebus verò lib. 9. Aduerſariorũ, c.16. dicit Bardanum Magũ meſſes, fructusq́; alienos pellicere, & aliò traducere ſolitũ fuiſſe. At Cenomanẽſis Triſcalerius Dæmonũ arte alienæ famæ nocebat. Cum enim quidã Parochus ſub brachio Breuiariũ geſtaret, fecit ille, vt precationũ liber in alearum manipulum cõuerteretur. Saxo, certè lib. 3. & 5. Daniæ, narrat Ollerũ apud Suecos magicâ ope armis clarũ euaſiſſe, adeò, vt diuinitatis opinionẽ fuerit adeptus, & Oddonẽ pyratã abſque nauigio maria pererraſſe, & hoſtiles ſæpè naues, concitatis carmine procellis, ſubmerſiſſe, & inito cùm Normãnis prȩlio, ità vi carminũ hoſtilẽ hebetaſſe aſpectũ, vt Danorũ enſes eminus radios iacere viderentur. Et Diogenianus Adagiographus recenſet Epheſijs notulas quaſdam magicas, veceſq́; fuiſſe, quib° vſis in oĩ certamine victoriâ potiebãtur. Atque hinc teſtatur Suidas Mileſiũ quẽdã cũ Epheſio in Olympijs paleſtrâ depugnantẽ, nihil in illo conflictu obtinere potuiſſe, eò ꝙ Epheſius patrios characteres in talo deſcriptos geſtaret, quib. à Iudicib. obliteratis, illicò ſuccubuit. Gregorius aũt Turneus lib.4. hiſt.ca.28. fatetur Frãcorum exercitũ, Rege Sigeberto, ab Hunnis, obiectis carmine ſpectris, profligatũ fuiſſe. Memorat Iodocus Damhuderius de pecuniæ vituperio diſſerẽs, & Nicolaus Remigius lib.1. Dæmonolatriæ Dȩmones poſſe theſauros, gẽmaſq́; eruere, & Magis offerre. Vnd è Boiorũ hiſtoria lib. 7. aſſerit Federicũ Stuphiũ, qui ſe Federicũ II. mẽtiebatur, ex magicâ pecuniâ bellum paraſſe, & à Rudolpho Habſpurgẽſi captũ, & crematũ fuiſſe. Accepimus quoque Corneliũ Agrippã à D. Carlo V. Imperatore aulâ exulare iuſſum, eò quòd ille theſaurorũ ſpem per artem magicam obtuliſſet. Porrò Vates noſter Pſalmis 17. & 57. cenſet Magos animalia bruta incãtare poſſe, cui Silius Italicus de ſerpẽtib. cõſentit.

Serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuq́, graues ſopire Chelidros.

Et Pauſanias li.6. recẽſet Pythagorã carmine Aquilã cicuraſſe. Et Villamõtius Itinerarij lib.3.c.12. affirmat piſcatores quoſdã, Crocodillos demul-

An Magi poſſint tenebras ĩducere *Haitonus.* *An magi queant flumina ſiſtere* *Plinius.* *An Magi queant fructus alienos pellicere, & alio traducere.* *Turnebus.* *An Magi queant præſtigia offerre, & alienæ famæ officere.* *Saxo.* *Diogenian.* *Suidas.* *Turneus.* *An Magi queant exercitum formare.* *Iodocus Dãhuderius.* *Remigius.* *An Magi queant theſauros oſtendere.* *Silius Italicus.* *An Magi queant animalia incãtare.* *Pauſanias.* *Villamõtius*

Grillandus. demulcere ſolitos. Grillandus q.8. ſcribit ſe vidiſſe quẽdã Magũ Græcũ Romæ tempore Adriani VI. qui ſolis verbis vires cuiuſdam ferociſſimi Tauri compreſſerit, & funiculo arte magicâ fabricato, ipſum quò voluit, deduxerit. Neque tranſeundum eſt Magos mixta quoque ſenſibilia, & quæ ex putrefactione oriuntur, gignere poſſe, vt vermes, muſcas, ranas, ſerpentes, & ſimilia, vt D. Auguſtinus libro 3. de Trinitate, cap. 7. D. Bonauentura in 2. diſt. 7. Alexander Alenſis in 2. quæſt. 43. & alij quoque ſenſêre. Ac Dæmones quidem poſſunt monſtra edere, vt Chriſtianus Maſſæus lib. 20. Chronicorum, de infante quodam infami formâ, ac ſpecie, hermaphrodito, aſperâ vno cornu fronte, alatis brachijs, oculato genu, pede Accipitris, atque quibuſdam notis pectore inſignitis recenſet. Iornandus Epiſcopus libro de Gottorum origine ſcribit in Scythiâ, Iuſtiniano imperante, quaſdam Magas mulieres fuiſſe, quæ à Filimero Gottorum Rege in vltimas ſolitudines adactæ, atque ibi ab immundis ſpiritibus compreſſæ, tetros, ac feroces humunculos ediderint, indeq. ſuam Hunni originem duxerint. Quod idem P. Callimachus in ſuo Attilâ arbitratur. Aſſerit Alexander ab Alexandro lib. 2. ex nefario hominum, & ferarum con cubitu, Alcippam, bello Marſico, Elephantem peperiſſe. Verùm quamuis hoc eſſe queat: tamen non ſumus ita creduli, vt ex homine, & ferâ, verus homo naſci poſſit; cum ferinum ſemen perfectionis illius ſit expers, quam tàm nobilis animæ domicilium requirit. Ac tametſi Malefici, & Lamiæ cum Dæmonibus, illi quidem Succubis, hæ verò Incubis coëant: prolis verò, quæ naſcitur, non dæmon, ſed homo, erit parens, cuius ſemine Diabolus abutitur; cum ille, corpore, & per conſequens, ſemine careat, contra Philonem libro de Gigantib. Ioſephum lib. 1. Antiquit. Iuſtinum Martyrem Apologiâ 1. pro Chriſtianis, Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromatum, Tertullianum libro de Habitu Muliebri, Apuleium libro de Dæmone Socratis, Maximum Tyrium ſermone 26. Pſellum libro de Naturâ Dæmonũ, Franciſcum Georgium in Problematibus Sacræ Scripturæ, Cardanum lib. 16. de Varietate, cap. 92. Caietanum in caput 2. Epiſtolæ ad Epheſios, aliosq. non tàm falsè, quàm impiè aſſerentes habere Dæmones corpora, & quod flagitioſius eſt mulierum amoribus irretitos, è cælo ideo eſſe delapſos.

An Magi queant animalia gignere. Auguſt. Bonauent. Alenſ.

An queat ex homine, & fera homo naſci.

An dæmones queant loca diſſita implere. Ananias.

Ità quoque dicimus dęmonem loca ab inuicem magnis interuallis ſeiuncta, non occupato medio ſimul implere non poſſe; nec quantitatem corporum ſic mutare, vt vnum in pluribus locis, vel plura in vno, eodemq. loco penetratiuè collocet. Deus enim hæc ſoli ſuæ potentiæ reſeruauit. Atque hinc falsò aſſerebant apud Ananiam lib. 4. de Naturâ Dæmonum, poſſe illos, cum in vnius corpore ſint, per illorũ ſubſtantiam hominem magno terrarum ſpacio diſſitum ad crimina perpetranda allicere. Vnde mentiuntur Striges illæ Lotharingicæ

apud

Digitized by Google

Remigius.

apud Nicolaum Remigium lib.2.Dæmonolatriæ,cap.4.quæ dicebāt dæmonem veteranis poteſtatem ſolum Lamijs tribuere, vt ades penetrare,& per quasuis anguſtas rimulas ingredi,& in Feles, huiuſcemodiq; puſilla animantia ſe cōtrahere queant; cum certum ſit dæmonem ipſum ianuas reſerare,ſtrigumq. ſenſus offuſcare,vt ſe tali formā laruatas,& per arctos cancellulos ingreſſas eſſe credant. Ac vt illud; ſic iſtud dæmon facere poteſt, vt quis à circumſtantibus nō videatur, ſpecies,ſcilicet viſiles,aut per corporis alicuius interpoſitionē,aut per nimiam aëris agitationem auferendo. Sic fraude dæmonum Apollonius apud Philoſtratum ſe oculis Domitiani Cæſaris ſubtraxit; ſic Gyges apud Ciceronē fictitio illo tectus annulo,latitauit; ſic denique de Perſei clypeo Græci fabulati ſunt.

An Magi queant ſe in animalia transformare.

An Magi queant eſſe inuiſibiles.

At non poſſunt Magi operá dæmonum corpora ex vná in aliam ſpeciem transformare. Siquidem nequit anima humana corpus belluinum, nec Equi humanum, nec Leonis aſininum informare: Quoniam quælibet forma ſubſtantialis,vt ſuum eſſe in formando tribuat, peculiares, ſibiq. conuenientes diſpoſitiones, & corporis compoſitionem propriam requirit. Nihilominus tamen poſſunt ſpecies fictitias oculis obijcere, ſenſusq. decipere, vt mulier illa apud Palladium in Vita D.Macharij,quæ Equa eſſe videbatur. Non imus autem inficias poſſe dæmonem hominis ſexum inuertere. Nam naturaliter hoc factum conſtat ex Hippocratis lib.6.Epidemiorum, par.8. auctoritate, qui ſcribit Abderis Phætuſam, Pithei vxorem, & apud Thaſios Anamiſiam Gorgippi coniugem muliebrem corporis habitum in virilem permutaſſe. Liuius idem lib. 24. de quadam Spoletaná belli Punici tēpore prodidit. Et Lucinius Mutianus refert viſā à ſe Argis, Areſcusā in virum mutatam, vxorem duxiſſe, & Areſcontem appellatam. Et Ioannes Pontanus in hiſtoriá Neapolitaná recenſet Caietę mulierem piſcatori cuidam annis 14.nuptam,in virum migraſſe,& aliam cui nomen Aemilia Antonio Spenſæ ciui Eubulano nuptam, poſt annū 12. nuptiarum, in virum conuerſam, ſolutoq. matrimonio, vxorem duxiſſe,& liberos procreaſſe. Quam certè metamorphoſin nō cenſemus contrá naturam eſſe. Ipſa enim ſemper perfectius molitur; nec aliud ad hoc deeſt,quàm,vt quæ ſunt intus vaſa ſeminaria,caloris naturalis impetu,foris erumpant. Quod autem vir in feminam tranſmutetur, difficilius arbitramur, etſi Auſonius lib.1.hoc affirmet.

An Magi queant ſpeciem immutare.

Palladius.

An Magi queant ſexū inuertere.

Hippocr.

Liuius.

Lucinius.

Pontanus.

Auſonius.

Femineam in ſpeciem conuertit maſculus ales,
Pauaq. de pauo conſtitit ante oculos.
Nec ſatis antiquum, quod Campano in Beneuento
Vnus Ephęborum Virgo repentè fuit.

An queant Magi facere, vt bruta loquantur, & inanima.

Ariſtot.

Et verò queunt dæmones efficere,vt brutæ animantes loquantur, & inanima;ſic,teſte Ariſtot.lib.3.de Partibus Animalium, c.10. accepimus caput præſciſſum,Cercydam homicidā indicaſſe; ſic memorat

Philo-

Philoſtrat. Euſebius. Clemens. Glycas. An bruta ĩtelligant. An queant magi beſtiarũ voces intelligere, & ipſa inter ſeſe. Eunapius. An aues ſe mutuo intelligant. Oppianus.

Philoſtratus Orphei caput Cyro Perſarum Regi à muliere necandũ prædixiſſe, & Vlmum Apolloniũ Tianæũ ſalutaſſe. Et Euſebius lib. 4. hiſt. Eccleſiaſticæ narrat idolũ Iouis ſub Maximino Theotecni Magi ope, Antiochiæ oracula fudiſſe. Clemẽs porrò in Itinerario, & Glycas in Annalibus aſſerunt Canẽ Simonis Magi, & alios, & D. Petrũ fuiſſe alloquutum. Vt aũt bruta ſciant, vel ipſamet percipiãt quid loquãtur, nullius virtute fieri poteſt; cũ careãt illâ participe rationis animâ, & diſcurſu, qui ad ſermonẽ ex inſtituto proferendũ, neceſſarius oĩnò eſt. Non negamus tñ hoĩes, beſtiarũ voces tãquã corporis, illarũ affectus, paſſionis, & appetitus indices, percipere valere, Apolloniũq; teſte Eunapio, paſſerẽ vociferantẽ intellexiſſe, & valdè probabile eſſe, vnamquãque auium ſpeciẽ ſui generis cãtus cognoſcere, poſſeq; illas quid velint alijs oſtendere, quod Oppianus agẽs de Elephantis, demõſtrat.

An queant magi cruciatus lenire. Iamblicus. An queant magi eſſe ĩuulnerabiles. Sprenger.

Cenſemus quoque Magos facere poſſe, vt cruciatibus expoſiti nullum dolorẽ ſentiãt. Narrat enim Iamblichus de myſterijs Aegyptiorũ, multos vates admoto igne nõ vſtos fuiſſe, vel ſi vſtos, viſionem nõ percepiſſe. Quidã verò impij ſe inuulnerabiles eſſe exiſtimãt, ſi arma certo ritu incantent, ſi induſium horrendis inſcriptum imaginibus; ſi periapta quędã varijs characteribus magicis inſignita; ſi deniq; orationes Dei nominibus refertas ferant, quæ Sprenger in Malleo part. 2. quæſt. 1. cap. 16. annotauit.

An queant magi ſomnũ conciliare. Lilius. Eudemus. Perbreuis ſomniculus. Surius. Paulus Diaconus.

Credimus etiam Magos Dæmonũ ope ſomnũ valdè diuturnum quibuſdam pharmacis conciliare poſſe. Scribit nãque Lilius Girardus Dialogo 4. de hiſtoriâ Poeticâ quemdã ruſticũ in Germaniâ totũ Autumnũ, atque hiemem dormiẽdo emẽſum fuiſſe. Et Eudemus narrat Epimeridẽ Cretẽſem, cũ ouẽ amiſſam pomeridianis horis quęreret, ſpeluncã ingreſſum, graui ſopore victum, XLVII. vel iuxtà Pauſaniã LXXVII. annos quieuiſſe, & experrectũ poſteà ratum ſe parũ ſomno indulſiſſe, ouiculã quærere perrexiſſe. Lõgiſſimus etiã fuit ſanctorum Dormientiũ ſeptẽ ſomnus apud Laurentium Surium, & aliorũ apud Paulũ Diaconũ; ſed priorũ partim fuit, vel naturalis, vel dęmoniacus; poſteriorum verò diuinitus dumtaxat immiſſus. Quòd ſi dæmon naturalibus rebus ad altũ ſoporẽ conciliandum immittere poteſt magnã vaporũ copiã; per cõſequẽs fateri oportet, illũ quoque poſſe facere, vt diuturnã inediã, humores aqueos cumulando quis patiatur. Certè teſtis eſt Hippocrates lib. de carnib⁹, homines naturaliter vſque ad ſeptimũ diem, cibo, potuq; abſtinere poſſe. Porcius enim, & Gerardus Bucoldianus narrant quamdã Spirenſem puellam tẽpore Ferdinãdi Cæſaris vltrà bienniũ omni poculẽto, & eſculẽto caruiſſe. Narrat quoque Quercetanus lib. Dieticon Polyhiſtoricõ c. 4. puellã quãdã ſe cognouiſſe, quæ integris annis abſq; cibo vixerit. At ad hanc abſtinentiam non ſunt ſanctorum virorum ieiunia referenda.

An magi queant inediam pati. Hypocrat. Portius.

Itaq;

Digitized by Google

Itaque pari ratione affirmare poſſumus, dæmonem humidum radicale reſtaurando,natiuum nimiam ſenectutis ariditatem temperãdo,ſuccum meliorem,calidioremq. ſupponendo, & reliqua requiſita ad tempus ſupplendo,poſſe facere, vt defectâ ætate viri, vires, nitoremq. iuuenilem, ac craſin reaſſumant, canos in colorem priſtinum commutent,frigus in teporem,teporẽ in agilitatem,& denique ſenectam in iuuentam conuertant. Quod idem nouit Ouid. lib. 7. Metamorphoſeos quandò cecinit. *An magi queant ſenectam,& iuuentam cõmutare.* *Ouid.*

------- Barba, comaq.
Canitie poſita nigrum rapuere colorem,
Pulſa fugit macies, abeunt pallorq. ſituſq.
Adiectoq. caua ſupplentur corpore rugæ,
Membraq. luxuriant, Aeſon miratur,& olim
Ante quater denos hunc ſe reminiſcitur annos.

Etenim Regius Vates Pſ.102. Aquilã iuuentam renouare, & ſerpentes abiectâ liberide ſenectutem exuere teſtatur. Et Torquemada Dialogo 1.Horti Floridi, Tarenti fuiſſe commemorat ſenem Centenarium,qui pilis,cute,vnguibus,& toto corporis habitu mutato de ſene iuuenis prodierit,& L. annos adhuc ſuperuixerit. Valeſcus verò Tarantaſius lib.6.Philonij, cap.12.ſcribit Abbatiſſam quamdam in opido Monuedro Regni Valentini ſenio confectam,iuuenem denuò extitiſſe. Petrus certè Maffeius è Societate IESV Indicæ hiſtoriç libro 11.& Ferdinandus Caſteneda lib.8.commemorant cuidam Indo nobili,annorum quibus vixit CCCXL. ſpacio, iuuentæ florem ter exaruiſse,& ter refloruiſse. Imò Cardanus, & Langius Epiſtolâ Medicâ 79. dicunt in eodem Orbe nouo quamdam Inſulam Bonicam nomine repertam,in quâ fons ſcaturiat,cuius aquâ potâ,ſenium cum iuuẽtâ commutet. O ſi hoc verum eſset, quot eò confluerent, quot ſummis expenſis aquam illam viuificam ad ſe perducere procurarent, vt perennare poſſent! Sed pergamus. *Torquem.* *Cardan.* *Langius.*

Poteſt dæmon ſimulachris velociſſimè formatis ea phantaſiæ noſtræ proponere ſpectanda,vt mens quaſi in ſpeculo,vno intuitu cũcta cõſpiciat. Vndè legimus Chryſanthum,Iuliani Apoſtatæ tẽporibus, filiũ habuiſſe, qui Solis ſolo aſpectu oracula cõtrà Chriſtianos fundebat, vt Eunapius in eodẽ ꝓdidit.Eodẽ immũdo afflati numine varij paſtores gregũ,apud Pauſaniã in Somithia, uates extemplò extitêre. *An queant magi ſimulachra obiicere.* *Eunapius.* *Pauſanias.*

Huic furori certè perſimilis eſt Ecſtaſis,atque Raptus,qui à dæmone,vel ligando,vel etiam ſpiritus interiores ſoluendo,inditur. Olaus enim Magnus lib.3.cap.18.narrat Lappios, ſi quis peregrinorum de ſuorum conditione certi quid cognoſcere cupiat, præſtare eos,ut intrà XXIV. horarũ ſpaciũ reſciſcat quî, cũ illis agatur,etiamſi CCC. milliaribus Germanicis abfuerint.Nam incantator poſtq̃ carmen magicum ſuſurrauit, collabitur quaſi è corpore anima exceſſiſset, ac nè *An queant magi Ecſtaſi inducere.*

N humi

tauit. Eſt tamen certum dæmones ſolere earum vices ſæpius ſubire, animaſq. aliorum mentiri, vt ex Porphirio, Iamblichus libro de Myſterijs Aegyptiorum ſcriptum reliquit. Ceterum concludimus dæmonem quoque efficere nullâ potentiâ poſſe, vt hominis demortui Anima, corpus ſubintret, & informet; cum à perfectâ priuatione ad habitum nullus detur naturaliter regreſſus. Inſuper Ioannes Niderius lib. vltimo Fornicarij affirmat, cum Boemiæ regnum propter hæreſes tumultu, & cædibus concuteretur, circà metas regni auditos fuiſſe clamores, & equeſtrium virorum congreſſiones, coloribusq. varijs ſæpius indutos conſpectos fuiſſe, quę varijs coloribus amictę illæ laruæ nil aliud portendebant quàm hæreſum varietatem, & hæreticorum inconſtantiam. Ac dæmones quoque in nemoribus, alijſq. amœnis locis veſte candidâ veſtiti, ſeſe inſtar puellarum formoſiſſimarum tripudiantiũ, vt incautos fallerent oſtenderunt; interdùm in ſtabulis, equorum iubas pectentium uiſi ſunt; in fodinis quoque teſte Georgio Agricolâ, cap. de Animabus ſubterraneis, cõſpecti; & demũ, nullum elementum eſt, in quo non latitent. Solent quoque iſti futura bella, peſtes, Regnorum reuolutiones, & ſimilia aliquandò denunciare. Refert enim Sozomenus lib. 7. cap. 3. nocte quæ ſeditionem Antiochenam præceſſit, mulierem ingentem, aſpectu formidabilẽ aëra ſcuticâ tam fortiter verberantem, vt ſonus totâ Vrbe exaudiretur, apparuiſſe. Conſueuerunt etiam ſe Theſaurorum cuſtodes oſtendere, vt Cedrenus in Anaſtaſio, & Glycas 4. Annalium tomo fatentur. Porrò Guilhelmus Pariſienſis parte vlt. de Vniuerſo, ſcribit dæmonẽ aliquando aſſumpto belluæ cadauere militem deluſiſſe, qui cum putaret ſe formoſâ potitum virgine, in amplexu cadaueris tabe ſoluti, fætidiſſimiq. iacentem ſe inuenit. Dæmon enim formam aſſumit inſtituto ipſius maximè accommodatam, ſiuè eam ex aëre, vaporibus, & elementis, ſiuè ex alijs quibuſcumque rebus effingat ſibi, & adaptet, nullam tamen ſibi lubentius accommodat, quam hominis, quod eam ad congreſſum, & colloquutiones conuenientiſſimam eſſe iudicet: indeq. aëris agitatione voces effingat, reddatq.

Iamblich. *Nider.* *Dæmonum apparitiones* *Agricola.* *Sozomen.* *Cedrenus.* *Glycas.* *Gulihelm. Pariſienſ.* *An queat dæmon corpora fabricare.*

Hæc quidem in genere breui ſtylo dicta ſufficiant, nunc ad ſingularia magis deſcendamus. Equidẽ principiò ſeſe nobis Alchimia offert, tamquam quædam auidarum mentium inſignis præſtigiatrix, quæ omnes ſibi addictos, aut expilauit, aut certè feſellit. Volunt aliqui hanc ex Plutarchi libro de Oſiride, & Iſide Chemiam, linguâ Sacrâ, quaſi Aegyptiam dictam, eo quòd eã Aegyptij à Mizraimo Chami filio acceperint, ab Aegyptijs Arabes didicerint, ab Arabibus Europæi aquiſiuerint. Chryſopoea autem eſt Alchymiæ ſpecies, quæ in extrahendo, ſeparando, congregandoq. auro tota occupatur. Verum, quidquid ſentiãt alij, certiſſimum nihilominus eſt, numquam aurum

Alchimia. *Plutarch.* *Alchymia inuentor.* *Chryſopœa.*

abſque auro, ex aliorum metallorum ramentis fieri poſſe: ſiquidem hoc eſſet ex aſello Leonem facere, ſpecies inter ſe diuerſas, atque diſſidentes, vnam efficere, naturæ ordinem inuertere, & Dei potentiam ſibi attribuere. Sed prodeat in medium experientia rerum omnium optima, & prudentiſſima magiſtra, dicatq. nobis quis Alchymiſtarum vnquam aurum ex non auro conflauerit, quis illorum ab Orbe condito diues extiterit, aut opes alteri auxerit. Sapienter Iulius Scaliger in Turpilionem Alchimiſtam hæc verè cecinit.

Scaliger.

Carbonarius ille, quem videtis,
Non eſt: ò lepidi mei ſodales,
Impoſtor malus: hunc cauete fures,
Vult artem ſibi vindicare veſtram.
Verum artem vafer arte condiendo,
Sic artem puto mutat, vt metalla:
Quæ mutata manent tamen priora.
Imponit faciem facetiorem
Plumbo, Cinnabariq. ſulphuriq.
Aurum pollicitus parare plumbo.
Mentitur penitus, nec ille mutat:
Aurum tranſmouet in nihil frequenter,
Quando aurum neque excitare ab ære:
Nec non mutet, vt antea, recepit.
O ſæclum ſtupidumq. plumbeumq.
An poteſt aliquid boni, probiq.
A fuligine, & improbis fauillis.

Toſt. *Aegid.* *Auerroes.* *Apponen.* *Paracelſus.* *An detur Alchimia.* *Augurel.*

Quamobrem ſapientiſſime Toſtatus in Exod. cap. 7. q. 10. Aegidius Rom. Quodlib. 3. q. 8. Auerr. lib. 1. de Gener. Apponenſis Differentiâ 209. & Paracelſus lib. de Philoſophiâ, negârunt Alchimiam vllam veram reperiri. Quare nimis iactanter, & minus verè Aurelius Augurellus qui nec aurum, nec augurium fecit, lib. de Chryſopoeá, hęc de Philoſophico ſuo lapide cantauit.

Ipſius, vt tenui proiecta parte per vndas
Aequoris, argentum ſi viuum tunc foret æquor
Omne, vel immenſum, verti mare poſſet in aurum.

Amatoriũ maleficiũ.

Quid dicemus de iſtorum impudentiâ, quæ eo progreſſa eſt, vt Plumbum Saturno, Ioui Stannum, Ferrum Marti, Soli Aurũ, Aes Veneri, Mercurio Argentum viuum, & Lunæ Argentũ ſuppoſuerit, & repentè ex fuliginoſis ollis ad aſtra conſcenderit? Huic amentiæ proxi-

proximum eſt Amatorium maleficium, quod quibuſdam pharmacis fit, quæ vim habent naturalem turbandi humores, ſemen irritandi, calefaciendi corpus, & denique pruritum inducendi: quod idem facere dæmon, & ſimulachrum amatorium imaginationi obijcere, non tamen in amorem inflectere, niſi volentem, vix vllus dubitauit. Hiſcè enim pharmacis M. Antoninus Triumuir apud Plutarchum in eius vitâ, Cleodemus apud Lucianum, & Marcus hæreticus apud Irenęũ dementati fuêre. Vndè Propert. lib. 3. cecinit.

Plutarch. *Lucin.* *Irenaus.* *Propert.*

Improba non vicit me moribus illa, ſed herbis:
Staminea rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis rana portenta rubeta,
Et lecta è ſectis anguibus oſſa trahunt.
Et ſtrigis inuenta per buſta iacentia pluma,
Cinctaq. funeſto lanea vitta viro.

Solent etiam ad hunc furorem conciliandum, Philtra quædã in potu, ciboq. offerre, vel corpori alligare, de quibus Theocritus in Pharmaceuticâ, Ariſtot. li. 6. de Hiſtor. animalium, cap. 18. Colum. li. 6. & Ioann. Porta in ſuâ Magiâ naturali, tradidêre. Quæ cum Lucret. Poeta ſumpſiſſet, narrat Euſebius in Chronico, furore percitũ, ſe ipſum interemiſſe. Et Ioſeph. lib. 11. Antiquit. ſcribit Caligulam hoc potu à Ceſoniâ necatũ fuiſſe. Huic ſimile eſt Abortus maleficiũ, Partus difficultas, & Lactis exſiccatio, de quibus ſcribit Ioan. Nider. lib. vlt. Fornicarij fuiſſe in opido Beltinger quemdã maleficũ Stadelein nōie, qui in vtero cuiuſdã vxoris ſeptẽ liberos enecauit, & oĩum pecorũ fetoſorũ partus interfecit, hocq. maleficium quadã incãtatã Lacertã ſub domus limine poſitã, effeciſſe. De Pariẽdi verò difficultate Apul. li. 1. de Aſino, recenſet quamdam maleficio fuiſſe incantatam, vt obſepto vtero, prægnationis ſarcinã nunq̃ deponere potuerit, ſed ſp̃ tumidũ fetu ventrem tulerit. Quod ad lactis Exſiccationẽ pertinet, Grilland. & Sprenger. plurima depromunt. Treuiris enim combuſta fuit malefica, quæ ex pariete per epiſtomiũ, lac quod multis diuendebat, emulgeret. Aëromantiã verò Ariſtophanes commentus eſt, quæ ex aere coniurato fundit oracula, de quâ Pictor, c. 10. de Magiâ multa cõgeſſit. Qđ ſi hæc oſcines, fulmina, tonitrua conſideret, ad Auguriũ declinat; ſi Planetarũ aſpectus infelices, vel fortunatos, ad Aſtrologiã pertinet; ſi aëreorũ ſpectrorum, equitũ armatorum, & ſimiliũ idola intuetur, ad Teratoſcopiam refertur. Axinomantia eſt, quâ tereti palo ſecurim infigebant, & ex eius motu furem deprehendebant. Quando autem futurus ſucceſſus petebatur, tunc Gagatem lapidem ſecuri imponebant, vt Plinius libro 36. capite 19. prodidit. Sed Aſpidomantia

Theocr. *Ariſtot.* *Columella.* *Porta.* *Euſeb.* *Ioſephus.* *Abortus.* *Niderius.* *Apuleius.* *Grilland.* *Sprenger.* *Aeromãtia* *Pictor.* *Axinomãtia.* *Plinius.* *Aſpidomantia.*

eſt Indorum diuinatio, vt Floridenſium hiſtoria teſtatur. Nam rex Holata Outina, vt ſciret quo in ſtatu res hoſtium forent, Magum C X X. annos excedentem ad ſe vocauit, qui accepto quodam Scuto, & circulo quinque pedum diametri circa illud ducto, characteribuſq. quibuſdam additis, in illud inſedit, & ſubmurmurato malo carmine ad horæ quadrantem, illico tam horrendus apparuit, vt humanam effigiem amplius non exprimeret. His peractis in momento in priſtinum ſtatum redijt, & orbe egreſſus, hoſtium numerum, & *Anthropomantia.* quo in loco illum expectarent, indicauit. Anthropomantia autem hominum interfectorum fibras, & viſcera rimabat. *Cedrenus.* Scribit Cedrenus in Annalibus, & *Theodor.* Theodoretus libro 3. capite 21. & 22. Heliogabalum, & Iulianum Apoſtatam eá vſos fuiſſe, & grauidarum feminarum aluos Antiochiæ, & Charis diſſecuiſſe. Hanc etiam Tartari *Cromer.* apud Cromerum libro 8. Hiſtor. Polonicæ, & apud *Strabo.* Strabonem libro 3. Lituani obſeruabant. *Amniomātia.* At Amniomantia, infantis recens nati caput galeatum conſiderat, de quâ nos ſuperius diſſeruimus. De hac quoque magiá *Iouius.* Iouius lib. 2. Piſcarij multa deſcripſit. *Augurium.* Augurium porrò, & Auſpicium, eſt futurorum obſeruatio, quæ è cælo, & aëre, quē Templum vocabant, capiebatur, vt *Varro.* Varro lib. 6. de linguá Latiná, fatetur. Expectabant igitur, vt fulmen videretur, vel tonitru exaudiretur, quemadmodum Plin. lib. 2. cap. 52. & 54. annotauit. Ex Auium quoque vel præpeti volatu, vel ſuaui cantu, garritu, gemitu, & murmure, futura prædicire putabant. Ita etiam ex pullorum tripudio, Augurium ſumebatur, *Soliſtimū.* Romaniq. Soliſtimo tripudio cladès P. Claudij, & Lucij Iunij bello Punico primo, teſte *Polybius.* Polybiō lib. 1. tribuère. Erat aliud quoque Augurium, quod ex quadrupedibus, vt refert *Sextus Pompeius.* Sextus Pompeius, petebatur. Germani, vt narrat *Tacitus.* Tacitus lib. de moribus Germanorum, ex equorum fremitu accipiebant; apud Plinium alij ex lupi aſpectu; apud Tiraquellum ex capræ, aſini, leonis, vulpis, & ſimilium intuitu captabant. Ceterum *Claudian.* Claudianus ad Augurium, Omen reduxit.

—— Nulluſq. diès non triſte minatur
Augurium: quoties fluitantia ſerta comarum
Spontè cadunt? quoties exſudat ab vbere ſanguis,
Larga, vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Incuſſaq. manus mirantia pectora tundunt?
Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt;
Tympana ſi quatiam, planctum mihi tympana reddunt:
Ah vereor nè quid portendant Omina veri.

Hæc

Hæc vero interdum Prodigia,& Oſtenta nominantur, vt illa quæ Q. Curtius libro 4. recenſet, E fornacibus Tyrijs, dum Alexander Carthaginem obſidebat, ſanguinē manaſſe & militē quendam in caſtris panem frangentem, manantis ſanguinis guttas notaſſe; dumq. Gazam coronā circumdaret Alexander, præteruolantem coruum glebam, quam vnguibus ferebat, ſuper caput eius demiſiſſe, illâq. die ſagittā vulneratum fuiſſe, hocq. periculum Ariſtandrem vatem præuidiſſe. Sed ad alia properemus. Alectryomantia eſt, quando definitus locus in partes æquales deſcribitur,& vnicuique ſingulæ alphabeti litteræ inſcribuntur, & ſingulis litteris frumenti granum imponitur, vt oſcen gallinaceus ea deglutiat, notanturq. characteres, quorum prima grana depaſcitur. Quā magiā deceptus Valens Imperator, omnes, quorum nomina per T. inchoabant, occidi iuſſit, & tamen illi magnus ille Theodoſius in Imperio ſucceſſit. Arithmantia autem duplex eſt, vna Chaldæorum, qui Alphabetum in tres decades, quibuſdam litteris repetitis, diſtribuebant, & nomina petentium reſoluta in numeros commutabant, illoſq. ſingulos ſuis Planetis concedebant; altera erat Græcorum, qui litterarum pōdus, & futurum victorem ex nomine illius, qui maiores numeros contineret,conſiderabant. Atque hinc tradunt Hectorem ab Achille ſuperatum, eo quod iſtius numeri ſumma maior alterā extitiſſet. De quibus ſic Terentianus Maurus cecinit.

Prodigium Q.Curt. — *Alectryomantia.* — *Arithmantia.* — *Terent.*

Et nomina tradunt ita litteris peracta,
Hæc, vt numeris pluribus, illa ſint minutis:
Quandoque ſubibunt dubia pericla pugnæ,
Maior numerus qui ſteterit, fauere palmam
Præſagia lethi minima parere ſumma.
Sic Patroclem olim Hectorea manu periſſe;
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

Quod reliquum eſt,cum Aſtronomantia, primam Alphabeti litterā concludamus,cuius quinque exiſtunt partes; quarum prima circà reuolutiones,& belli,paciſq. viciſſitudines,aëris ſalubritatem, annonæ pretium,morbos animantum, & ſimilia verſatur. Altera Natiuitatū continet arcanas fabellas, & quid cuique hominum ſigillatim totā vitā obtingere poteſt. Quare ſic Iuuenalis cecinit.

Aſtronomātia. — *Aſtronomātia ſpecies.* — *Iuuenalis.*

---- Plus etenim fati valet hora benigni,
Quam ſi nos Veneris commendet epiſtola Marti.

Tertia autem huius pars,Electionum vocatur, quæ docet quid in ſingulis rebus conſulto,& vtiliter faciendum,quid omittendum,quādo

ædificandum, quandò nauigandum, equitandumq. quandò egrediendum, manendumvè domi, & demùm quandò, & quibus locis ſingula facienda, vt feliciter ſuccedant. Quarta certas quaſdam imagines, annulos, ſigilla, ſtatuas, & alia quędam horum ſimilia exſtruit, in quibus hi ſuperſtitioſi Aſtrologi cæleſtium corporum virtutes, atque influxus recipi, receptoſq. varios affectus præſtare, affirmant. Hinc Antonius Mizaldus in ſuis Centurijs, & Theophraſtus Paracelſus de Cæleſti Medicinâ, non tam impiè, quam ridiculè varias figuras, & annulos efformãt ad morbos, & beſtiolas abigẽdas, & ad alia ſibi conciliãda. Huius generis non fuit illa imago certè, de quâ Ficinus libro de Triplici vitâ hæc ſcripſit. Crucem, inquit, veteres figuram eſſe dicebant cum ſtellarum fortitudinem factam, tum earumdem fortitudinis ſuſceptaculum, idemq. habere ſummam in imaginibus poteſtatẽ, ac vires, & ſpiritus ſuſcipere Planetarum. Hæc autem opinio ab Aegyptijs, vel inducta eſt, vel confirmata, inter quorũ characteres, Crux vnus erat inſignis, vitam, eorum more, futuram ſignificans, eamq. figuram pectori Serapidis inſculpebãt. Illi certè ſideribus adſcribebãt, quod Deo carnem aſſumpturo tribuere debebant, qui Cruci tam excellentes virtutes indidit, vt etiam illius ſigno muniti, dæmones abigamus, & non modò in Serapidis pectore, ſed etiam in fronte, & regum vertice imprimatur, de quâ ẽt plura Ruffinus Aquileiẽſis in ſuâ hiſtoriâ Eccleſiaſticâ ſcriptum reliquit. Quinta deniq. eſt Interrogationum, quæ res occultas, & ab hoĩum notitiâ remotas, vt furta, theſauros, virginitatem, & ſimilia inueſtigat. Argutè profectò, & philoſophicè Fauorinus apud A. Gell. lib. 14. c. 1. in hanc ſententiã ſcripſit. Aut aduerſa, ait, euentura dicunt, aut proſpera, ſi dicunt proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtrà expectando; ſi aduerſa dicunt, & mentiũtur, miſer fies fruſtrà timendo; ſi vera reſpondent, eaq. ſunt nõ proſpera, iã indè ex aĩo miſer fies, anteq̃ à fato fias; ſi felicia promittũt, eaq. euẽtura ſunt, tũ planè duo erũt incõmoda, & expectatio te ſpe ſuſpenſũ fatigabit, & futurũ gaudij fructũ ſpes tibi iã deflorabit. Nullo igitur pacto vtendũ eſt iſtiuſmodi hoĩbus res futuras præſagientibus. Certũ namq. eſt Aſtrologiam hanc, quò longius à communibus illis Aſtronomiæ canonibus abit, & propius ad particulares, ſingulareſq. euentus accedit, eò, & à ſcientiâ, & certitudine longiùs recedere, & mendacio, vanitatiq. ſeſe arctius coniungere.

Mizald. *Paracelſus.* *Ficinus.* *Crux.* *Gellius.*

Verũ Botanomantia ex Lunariæ, Verbenæ, Myricæ aliorũq. folijs, ramuliſuè quærentis nõe, & quæſtione ſignatis, futura vaticinatur. De Tamarice, ſeu Myrice ex Nicandri Scholiaſte, Cæl. Rhodig. li. 7. Antiquarũ Lectionũ, c. 29. hæc tradidit. Apollo Myricã, inquit, vates ſanxit pronũciare mortalibus futura; ꝑpeà inſignẽ fruticẽ hunc, Nicander, vatẽ appellauit. Quin, & magi, itẽ Scythæ Myricino ligno vatic-

Botanomantia. *Rhodig.*

Digitized by Google

vaticinantur. Sed & in Leſbo, Apollo Myricæ ramũ tenet, quã rõne Myricæus quoque eſt cognominatus. Et Archæus prodit qñdoque in ſõnis viſũ Deũ illũ myricę ramo decorũ. Quę aũt ficus folijs fit, Sycomantia appellatur. Catoptromãtia verò quęſitarũ rerũ figuras in ſpeculis politis, terſiſq; puello intuenti exhibet, quã aſſerit Spartianus in Iulianũ, ipſum ſępiùs vſum fuiſſe, puerumq; Seueri aduentũ, & Iuliani deceſſionem præuidiſſe. Aliam Pagomantiæ mixtã Pauſanias in Achaicis recenſet, vbi ait antè Cereris templum fontem eſſe, ibiq; oracula morborum dumtaxat omnium exhiberi. Solebãt autem ſpeculum tenui ſuſpenſum funiculo, ità demittere, vt non planè fontis imum contingeret, & cùm in id inſpexiſſent, ex eius imaginibus periturus, nè, an ſuperſtes manſurus ęger is eſſet, diuinabant. At Leloyberus lib. 4. de Spectris, narrat Pythagoram ſolitum fuiſſe in ſpeculo cõcauo ſcribere litteras humano ſanguine temperatas, & ſpeculum Lunæ opponere, & ſic futura præuidere. Alij autem noſtro iudicio verius dicunt Pythagoram quęcumque collibuiſſet in ſpeculo chalybeo terſo ſcripſiſſe, & ea Lunæ pleno orbi oſtendere conſueſſe, & intentã in illam oculorum acie omnia quæ in ſpeculo, tãquàm in Leuã ſcripta fuiſſent, perlegere potuiſſe: atque hoc modo vel in remotiſſimis regionibus commoranti, noſtri animi ſenſa perſcribere, & indicare nos valere. Quod contigiſſe prodidit Porta in ſua Magiã Naturali eã tempeſtate quã Franciſcus Gallorum Rex bellum aduerſus D. Carolum V. Cæſarem gerebat; Non enim ſemel, quæ per diẽ Mediolani agerẽtur, per noctem, hac ratione, Pariſijs à quodam proditore ſignificata fuiſſe dicuntur. Cœlius verò in ſuis antiquis lectionibus teſtatur Hoſtium quendam Auguſti temporibus Speculum fabricaſſe quod imagines longè maiores reddebat, ità, vt digitus, brachij menſuram excederet. Porrò alia ſunt ſpecula in quibus aliorũ videmus effigies, & noſtræ latitant; alia, quæ certo loco poſita nullas imagines repræſentant; alia quòd inuerſas, & vnius plures reddãt imagines; alia quæ ſuſceptam imaginem non intrà ſe repræſentant, ſed remotius in aëra reijciunt, ibiq; tãquàm aëreum ſimulachrum apparere faciunt; alia, quę rẽ maximã, minimã exhibent, & minimã maximã oſtendũt; alia demũ ſunt, quę remota, propinqua, & quæ ꝓpinqua, remota; quę infrà pedes ſurſũ, quæ ſupra nos, deorſum, cõſpectui noſtro offerunt.

Sycomantia. *Catoptromantia.* *Pauſanias.* *Leloyberus.* *Mirabile inuentum.* *Porta.* *Cœlius.* *Speculorum varietas.*

Cryſtallomantia verò ex cryſtallo in annulum, obelum, cylindrũ, & aliam formam conformatã, reſponſa promit, ibiq; dęmon habitare dicitur, qui etiam theſauros ex illã oſtendat innocenti puello inſpectante. Narrat Spenglerus Norimbergæ quemdam præcipuæ inter ſuos auctoritatis virum huiuſmodi cryſtallum ſerico inuolutam habuiſſe, in eaq; demonem habitaſſe. Coſcinomantia autem cribrũ forcipi imponit, nomina ſuſpectorũ ſubdit, illoq; nominato, mutat, &me-

Cryſtallomantia. *Spenglerus.* *Coſcinomãtia.*

Cephalæonomantia. Gregorius. Ciromātia. Cleidonomantia. Capnomantia. Cedrenus. Papinius.

& mouetur, ſicq; eum qui occultum crimen patrârat, deprehendit. Sed Cephalæonomantia Aſini capite, ſuper prunas aſſo fiebat, Germanis olim vſitata. Longobardi hanc in caprinum caput conuerterunt, vt Gregorius lib. 7. epiſt. 7. teſtatur. Iudæi verò cùm Germanis conſentiebant, qui etiam aſininum caput diuinationi impendebant, Vndè Appion. & Tacitus illos calumniantur, quod pro Deo, Aſini caput colerent. Ciromantiâ Turcæ, & Illyrij ſolent occulta facinora deprehendere. Accipiunt enim ceræ fruſtum, dumq; illud tardo igne liquefaciunt, concepta verba ſubmurmurant, extrahunt, illaq; varias figuras, domus, ſcrinij, & furis oſtēdit, ex quib. in rei cognitionem deducuntur. Cleidonomantia porrò per clauem peragebatur, circa quā chartula quæ ſuſpecti nomen gerebat, inuoluebatur, Biblijſq; clauis alligabatur, q̄ à virgine puellâ ſuſtētabatur, & verbis certis ſuſurratis, ad nomen criminoſi, chartula illicò circumuertebatur. Verùm Capnomantia eſt fumi obſeruatrix, quæ teſte Cedreno libro de verâ Sapientiâ, vel Seſami, vel nigri papaueris granis in ardentes prunas immiſſis, fiebat, & indè exurgentem fumum notabat, vel certè fumum ipſum ſolùm ſacrificij, vel pyræ obſeruabat, de quâ ſic Papinius lib. 11. Thebaidæ, vbi poſtquàm Pyromantiam Tireſiæ deſcripſerat, addit eum ore fumum fatidicum hauſiſſe.

Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes,
Fatidicum ſorbens vultu flragrante vaporem.

Theophilactus. Pictorius. Critomantia, Alphitomantia, Aleuromantia. Balſam. Halicarnaſſaus, Theocritus. Ceromātia. Cabala. Picus.

Iudęi quoque hac magiâ vtebātur, vt Theophilactus in caput 4. Oſeę, & Pictorius libro de Magiâ, cap. 11. fatentur, fumumq́, qui ex victimarum ſacrificio rectum, vel obliquum aſcendebat, illi perpendere conſueuerant. Critomantia verò, Alphitomantia, & Aleuromantia ab edulib. ducebatur, de quâ Theodorus Balſam, in VI. Synodo, quæ in Trullo, diſſeruit. De hac etiam multa congeſſit Dionyſius Halicarnaſſeus. Sed Theocritus in Pharmaceuticâ huius aliā ſpeciem commemorat, quâ libamenta, & huiuſcemodi ſedulò obſeruabant. Ceromantia autem adhuc alia eſt, quâ Aſiaticæ vetulæ vtuntur. Nunc verò ad Cabalam accedamus, quam ridiculè quidam apud Picum Mirandulanum in ſuâ Apologiâ alicuius hæretici nomen eſſe autumabant, à quo Cabaliſtæ nomen traxerint. Volunt aliqui hanc, Deo iubente, ab Angelo Raziele Adamo primùm datā fuiſſe, illumq́; Euā, & filios ſuos docuiſſe. Picus autem Cabalam dicit eſſe arcanam diuinæ legis expoſitionem Moiſi à Deo voce traditam, à Moiſe veteribus Patribus datam, vt eam ij quoque reliquis poſteris eorum ſapientioribus traderent, quæ dicitur in illis LXX. voluminibus poſterioribus contineri, quæ præcepit Deus Eſdræ lib. 4. c. 14. vt conſeruaret.

Vndè

Vnde Picus ex Rabbi Moiſis Aegyptij ſententiâ, aſſerit à Deo duplicē in monte Sinai Moiſi conſtituto traditam fuiſſe ſcripturam, vnam litteralem, quam ipſe ex præcepto ſcripſit; alteram ſpiritualem, quam tantùm memoriâ tenuit, & ſeruauit: quam opinionem ex eodem Eſdræ loco probare conatur. Huic ſententiæ Origenes in epiſt. 3. D. Pauli, & Hilarius in Pſalmum 2. ſuffragantur. Et cùm nihil huius Cabalæ vſque ad Babylonicæ captiuitatis tempus litteris mandatum eſſet, nè hæc ſcientia ob Iudæorum captiuitatem, neces, & exilia interiret, voluit hanc Eſdras litteris conſignare, quam Picus fatetur ſe magnâ pecuniæ vi emiſſe, ijſq; lectis, non ſolùm religionem Moſaicam, ſed Orthodoxã quoque reperiſſe; nempè Trinitatis myſterium, Verbi Incarnationem, Meſſiæ diuinitatem, Originale peccatum, eiuſq; expiationem Chriſto mediante, Dæmonum è Cælo lapſus, Angelorum Ordines, Inferni, & Purgatorij pœnas, & demùm arma, atque tela quibus ſeipſos transfigunt, & lancinant Iudæi, ſe inueniſſe teſtatus eſt. Verũ duplex eſt Cabala, vna falſa, & damnata, altera pia, atque vera. Equidem falſa falsò Moiſi tribuitur, & nil aliud eſt, quam quoddam Iudæorum ſomnium erroribus pleniſſimum, & Theurgiæ, ac Goetiæ coniunctiſſimum, quod excantamentis, & præſtigijs tantùm conſtare videtur, quibus Iudæi Dæmones in annulis, & ſpeculis deuinciunt, & Necromantiæ opera quamplurima exercent, putantq; illi impiè hac arte Moiſem virgam in colubrum, aquas in ſanguinem vertiſſe, tot tormenta Aegyptijs immiſiſſe, mari eos operuiſſe; Solem Ioſue ſiſtere coëgiſſe, Eliam ignem è cælo deuocaſſe, Danielem Leonum ora perſtrinxiſſe, & ipſum Chriſtum Dominum hac arte tot ſtupēda miracula effeciſſe, & denique qui hanc optimè callet, humanam, & diuinam Philoſophiam, omniumq; rerum doctrinam myſticè, & ſymbolicè continere, ità, vt cælis imperare poſſit, Solem ſiſtere, aut retrocedere cogat, maria diuidat, flumina ſiccet, totamq; Naturam commutet, & ſibi ad nutum obedire faciat. At hæc ſunt figmenta Iudæorum, & deliria, quæ non tam refutatione, quàm digna ſunt irriſione. Iam verò Cabalæ ſpecies proſequamur, quas accuratè Rabbi Ioſeph Bar, Abrahã Caſtilio in ſuo Horto Nucis deſcripſit, in cuius primo volumine de Dictionibus, ſecundo de Litteris, tertio de Punctis egit. Porrò huius Prima ſpecies Breſith, ſiuè Coſmologia nominatur, quam Xiſtus in ſuâ Bibliothecâ Phyſicam expoſitionem appellauit, quæq; rerum omnium terreſtrium, & cæleſtium, ità philoſophico ratiocinio exponit, vt nō admodùm à Naturali Magiâ diſtare videatur; Secunda Mercana dicitur, quæ eſt quædã Symbolica Theologia ſublimium, & diuinarum rerum, Angelorum, ſignaculorum, nominum, & ſimilium contemplatrix, in quâ litteræ, numeri, figuræ, nomina, characteres, lineæ, puncta, & accentus profundiſſimis plena arcanis.

Rabbi Moiſes.

Origenes Hilarius.

Cabala duplex.

Impia deliria.

Ioſeph Bar.

Breſith.

Xiſtus.

Mercana.

Sefirod. *Semod.* arcanis exiſtunt. Hæc porrò, ſi à numeris myſteria depromit, Sefirodà Pico vocatur; ſi à nominibus Semod; ſi ex certis abſtruſis Dei nominibus myſteriorum quorundam ethymon inueſtigat, iiſq; quaſdam occultas virtutes ad dæmones exorziſandos, & præſtigia facienda attribuit, *Theomãtia* tunc Theomantia nuncupatur, quæ ob ipſius impietatem exulare iuſſa eſt; ſi autem venatur tantùm nomina diuina Deo in Sa- *Arithmantia.* cris Codicibus attributa, & fidei veritati nõ aduerſantia, Arithmãtia vocatur, quæ vel fit per Reſolutionem, vel per Compoſitionem. Per Reſolutionem, cùm littera à litterá, & hæc à ſuá dictione ſeiungitur, & ab vnaquaque litterá ità ſeiunctá, dictiones eruuntur myſteriorum *Cyprianus, Auguſtinus Beda.* indices, vt illud D. Cypriani in tractatu de Siná, & Sion, D. Auguſtini tract. 9. in Ioãnem, & Bedæ etiam in eumdem, vbi dùm ethymologiã Adami ſcrutantur, dixerunt illum iuxtà hanc Cabalam ex quattuor Mundi partibus conſtare, nimirùm Anatole, Diſi, Arcto, & Meſembriá, Oriente ſcilicet, Occidente, Septentrione, & Meridie, quod idem *Sybilla.* Sybilla lib. 2. Oraculorum cecinit.

Nimirum Deus is finxit Tetagrammaton Adam,
Qui primus fictus eſt, & qui nomine complet
Ortumq; , Occaſumq; , Auſtrum, Boreamq; rigentem.

Sic etiam interpretatus eſt Daniel tres illas dictiones quas prodigioſa manus in pariete deſcripſit, Mene, Thechel, & Phareſim, quod Ponderatum, Numeratum, & Diuiſum denotat, ex quibus Daniel integras orationes confecit, dùm Regi dixit, Numeratũ eſt regnum tuum à Deo, Ponderatum in Staterá, & inuentum deficiens. Diuiſum eſt regnum tuum, & datum Medis, & Perſis. Per Compoſitionẽ verò fit, cùm nouo ordine commutantur, & transferuntur litteræ anteà ſeiunctæ alicuius dictionis, & ex ijs fiunt Syllabæ, & orationes, vt *Hierony.* D. Hieronymus in Hieremiam docet, & Mirandulanus in ſuo Epta- *Mirãdulanus.* plo primam Geneſeos dictionem hac ratione expoſuit, quæ Cabali- *Ziroph.* ſtica expoſitio Ziroph appellatur, quá etiam vſus eſt D. Hieronymus *Sefrod.* in epiſtolá ad Paulam. Sed alter modus elementariæ diſpoſitionis Sefrod dicitur, qui in numerorum ſignificatione repręſentatorũ à litteris conſiſtit, quæ in ſyllabis, & dictionibus continetur, qui modus admodùm apud Hebræos, & Gręcos vſitatus eſt, apud quos vnaquæque *Appion.* Alphabethi littera, numerum aliquem exprimit. Et hinc Appion Alexandrinus dixit Homerum artificiosè à ſyllabâ incepiſſe, quæ XLVIII. contineret, vt illos 48. libros Illiadis, & Odiſſeæ amplecteretur. *Philo.* Et Philo Hebræus in Hexameron, dicit in Iehoua, tres numeros contineri, in Iod, X: in Thau VI. & binis He, X. quem numerũ aſſeruit eſſe omnium numerorum complementum, & abſolutam omniũ

rerum

Digitized by Google

rerum ſcientiam, & ſapientiam. Verùm enim verò Raimundus Lullius natione Catalanus, qui ſub annum Domini MCCCXI. vixit, aliam Cabalam haud Dialecticæ abſimilem ad ingenij pompam, *Lullij Cabala.* & doctrinæ oſtentationem potiùs, quàm ad eruditionem comparandam, excogitauit, quæ etſi friuola ſit: ità tamen quoſdam pellexit, vt ineptè exiſtimarent ſe iſtá ſolá arte omnium humanarum, diuinarumq; rerum ſcientiam breuiſſimo compendio aquirere, & de quacumq; propoſitá quæſtione, inſtar Gorgiæ Leontini alicuius, ex tēpore in vtramque partem diſſerere poſſe: tametſi ipſe vltimo capite ſuæ Artis magnæ ingenuè fateatur, hanc artem non poſſe apprehendi, niſi ab eo qui in omni anteà ſcientiá fuerit verſatus, quod idem initio libri myſticæ Theologiæ, & Philoſophiæ comprobat. At curioſi, & pigri, relictis ſolidis, veriſq; ſcientijs, quæ diuturno tempore, & labore aquiruntur, ſe vni Lullij Cabalæ addicunt, in eiuſq; verba iurant, & peierant, quæ multò plus pollicitationis, quàm emolumenti obtinet, nec tanta eſt, cui non poſſint admodùm plura adiungi. Scimus enim veteres quattuor Tranſcendentia conſtituiſſe, Ens, *Tranſcendentia.* Vnum, Verum, Bonum, quibus recentiores Auicennam ſequuti Res, & Aliquid, addiderunt, ſed non aptè, cùm hæc in illis prunis contineantur. Lullius itaque nouem commentus eſt, Bonitatē, Magnitudinē, Durationē, Poteſtatē, Cognitionē, Voluntatē, Virtutē, Veritatē, & Gloriam. His ipſius commentator Magus Agrippa, tria adiunxit, *Agrippa.* Eſſentiam, Perfectionem, & Vnitatem, quaſi verò quòd hæc ſub illis non militent, & in illorum quadrato agmine non includantur. Sed non videntur quoque ipſius quæſtiones eſſe planè vniuerſales, & Philoſophiæ dignæ iudicio. Accedit ad hoc perplexionum Chaos ob tot litterarum elementa variè poſita, & diſpoſita, tot figurarum ſchemata, tot linearum ductus, tot nominum acies, ex quo ipſemet Agrippa fatetur hanc artem maiorem colorem, fuciq; ſpeciem quàm veritatis lucem, corpuſq; obtinere. Hinc Cardanus libro de rerū Va- *Cardanus.* rietate, dū in Trithemiū inuehitur, ſic de Lullio loquitur: Fuit vir, inquit, paulò antè noſtrā ętatē mendacior Agrippā, inanior Raimundo *Rabani Cabala.* Lullio, Ioānes Trithemius. Porrò ſimili quaſi artificio quidā Rabanus Monachus talē Cabalā Latinis characteribus, varijs inſertis imaginibus, quarū lineamēta ſacrū aliquod myſterium oſtendebāt, ingenioſè cōfinxit. Ceterū, ſi q.s voluerit de re oī propoſitā doctè diſſerere poſſe, *Conſilium.* huiuſmodi deſerat, accuratè ſtudeat, multū legat, multū audiat, multū memorię mādet, & retineat, vt iſtis ſic cōparatis tāquàm ſcientiarū omniū Sol alijs colluceat. Sed reliqua texamus. Cliromātia verò mul- *Cliromantia.* tiplex eſt, & pleraq; nomē à materiá ſortitur. Culomātia eſt Aleatoria Magia, cui Auguſtus, & Tiberius Cęſares, ex Suetonio, valdè dediti *Culomātia.* fuēre, & Attalus quoque Pergami Rex, hac crebrò vtebatur: Gręci ēt

hanc

Digitized by Google

hanc celebrant, apud Buran Achaiæ, & in Appono Italiæ fonte, vt Pauſanias teſtatur. Chiromantia denique alia eſt Aſtrologica, illicita, alia Phyſica, & phyſiognomoniæ pars licita. Per lineas enim, & partes manus, ipſam corporis temperiem conſiderat, & ex corporis temperie, probabiliter animæ propenſiones indagat. Hanc Ariſtoteles amplexus eſt lib. 1. Hiſtoriæ animalium, cap. 5. 30. & 34. Problematum ſectio. 10. & prolixè eam Conradus Vimpina lib. de Signis, cap. 10. 11. & 12. exequitur. Chiromantia Aſtrologica verò prorſus vana, fallax, & vetita eſt, & ſcientiæ nomen non meretur, vt optimè Franciſcus Valeſius in ſuâ ſacrâ Philoſophiâ, cap. 32. docuit. Nonnè enim ſuperſtitioſæ inſanię eſt huic colliculo, Planetas præficere, illi areolæ, & lineæ aſtra præponere, vbi nulla inter illos ſympathia, nulla viciſſitudo, & nulla ſcientia exiſtit? Sed pergamus.

Chiromantia, & eius ſpecies. *Ariſtoteles.* *Vimpina.* *Valeſius.*

Diuinatio eſt occultarum rerum ex pacto cum dæmone inito, ſignificatio. Verum tamen dæmon nequit omninò prædicere ea, quæ, vel liberè ſunt futura, vel quæ abſolutè à Dei voluntate dependent, neque ea quæ ſunt omninò, & propriè futura contingentia, quamdiù illa cauſam certam, & determinatam non obtinent; ità quoque neque ea quæ ex Arbitrij humani libertate dependent. Poteſt tamen dæmon ex illis, quæ certò non nouit, multa coniecturâ aſſequi, & prædicere probabiliter, vt D. Damaſcenus lib. 2. de Fide, cap. 4. aſſeruit. Nam ex diuturnâ obſeruatione maximam ſibi experientiam comparauit, & cùm Angelico Ingenij acumine polleat, apprimè callet rerum naturalium facultates, & ad quos affectus hominum temperamenta, mediante appetitu ſenſitiuo, hunc, vel illum inclinare valeant. Contingit ideò ſæpè, vt prædicat ille quid, quandouè fit is, aut ille aliquid facturus; quòd Deus talem gentem ſit deleturus, talem exercitû gladio, fame, peſte perditurus, & de ſolio talem deturbaturus, vt de Iſaacio apud Nicetam Choniatem lib. 3. legitur. Certò quoque dæmon de omnibus cauſis neceſſarijs, quæ à naturalibus alijs impediri nequeunt, vt de Cælorum motibus, eclypſibus, ſiderum coniunctionibus, & ſimilibus vaticinari poteſt. Quæ autem à cauſis naturalibus præpediri poſſunt, vt imbres, ventus, & reliqua, probabiliter tantùm ea prædicit. Quorum verò ipſe, Deo permittente, auctor eſt, vt ignium, fulminum, grandinum; ſic etiam furtorum, theſaurorum, metallorum in cauernis deliteſcentium, & ſimilium, quæ ipſi notiſſima ſunt, verè euulgare valet. Dactylomantia autem, annulis ad certam cæli poſituram conſtructis, & incantatis diuinat; ſic annulus ille, ex Ammiano lib. 29. ſuper tripodem ad certa verba mouebatur; ſic annulus Gygis apud Herodotum, Candaulam interemit; ſic duo illi Phocenſium tyrannorum annuli, ex Clemente Alexandrino, ſonitu ſpontè edito, commonebant eos commodo rerum geren-

Diuinatio. *Dæmon quæ non poſſit diuinare.* *Damaſcenus.* *Dæmonis ſapientia.* *Dæmon quæ poſſit diuinare.* *Nicetas.* *Dactylomantia.* *Ammian⁹.*

gerendarum tempore: tametſi poſtea inſidias conſpirantium euadere nequiuerint. At Daphnomantia ex Laurei rami combuſtione exſurgit. Si enim fragorem reddit, proſperum nuncium, ſi ſinè ſtrepitu exuritur, infelix omen eſt. De hac Magiâ Ioannes Parrhaſius in librum 2. Claudiani de Raptu Proſerpinæ, & Cęlius Rhodiginus lib.5. Antiq.lect.c.7. plurima ſcripſere. *Daphnomantia.* *Parrhaſius. Rhodiginus.*

Ad quintam nunc Alphabethi litteram veniamus. Porrò Egeſtionis maleficium eſt, cum per os, vel alias partes ranæ, conchylia, lacertæ, oſſa, ligna, ſaxa, vitrorum fruſta, anguillæ, pilorum glomi, acus, panni, ſerræ, lucernæ, cultri, forſices, & alia ferramenta eijciuntur, de quibus Cornelius Gemma lib.2. Coſmocrit. Catharinæ cuidam puellæ Louanienſi accidiſſe narrat, & Sprengerus in Malleo part. 2. quæſt. 1. cap. 13. de Zabernenſi muliere, Beneuenius libro de admirandis monſtrorum cauſis, de Florentinâ, Ioannes Langius lib. 1. epiſt. 38. de Vlrico Nauſeſſer, & Remigius lib. 3. Dæmonolatriæ de alijs commemorant. Poſſe verò dæmonem hæc, quæ extrà corpus, ex putredine naſcuntur, facere, vt ex prauis, corruptiſq; humoribus in corpore etiam humano coaleſcant, certum eſt; & ratio, & Galeni auctoritas lib.2. ad Glauconē, Celſus lib.5. cap.6. Lemnius lib. 3. de Occultis naturæ miraculis, cap.40. & aliorum perſuadeat. Quæ autem ex putrefactione non generantur, vt forſices, & ſimilia artificiosè efformata, & cælata, haud in humano corpore excuduntur, ſed illa, vel dæmon contrahendo ſecùm importat, vel humoribus, qui egeruntur, talem effigiem præſtat, vel certè extrinſecùs illa adfert, & proijcit, ac ſi eſſent egeſta. Extiſpicina autem motum, & ſingula mactatæ hoſtiæ membra rimatur, maximè verò Iecoris, de quâ ſic Seneca in Oedipo. *Egeſtio.* *Gemma. Sprengerus. Beneuenius. Langius. Remigius.* *Galenus. Celſus, Lemnius.* *Quæ Dæmon in corpore procreat, quæ nequeat.* *Extiſpicina* *Seneca.*

——Ede certas viſcerum nobis notas.
Genitor quid hoc eſt? non leui motu, vt ſolent
Agitata trepidant exta, ſed totas manus
Quatiunt, nouiſq; proſilit venis Iecur:
Ac ſemper Omen vnico imperio graue.

Verum Faſcinatio duplex eſt, vna Dæmoniaca, vt optimè Scaliger de Subtilitate, Exer. 349. Franciſcus Valeſius Sacræ Philoſophiæ, ca.68. & Leonardus Vueierus lib.2. & 3. de Faſcinatione; tradiderunt altera Naturalis. Nàm ea, quæ fit per extramiſſionem ſpirituum inficientium, ex oculorum partibus circà orbem iacentibus, Infectio dici poteſt: Dæmoniaca verò non eſt aliud, quàm pernicioſa quædam qualitas dæmonis arte illata, quam per aërem circumſtantem *Faſcinatio.* *Scaliger, Valeſius. Vueierus.* *Duplex Faſcinatio.*

Digitized by Google

tem ſpiritus improbus diffundit, vt aërem infectum ſibi proximum, homo reſpirando, ad cor attrahat, & ſic labem, atque necem nanciſcatur. Hæc autem peragitur, cum, vel aſpicit, vt lædat, vel laudat, vt faſcinet Maleficus. Fabanomantia autem illa eſt, quâ Lemures placabantur, & ex domibus eijciebantur, de quorum ritu Alexander libro 3. Genialium dierum, hæc ſcriptis conſignauit. Funeſtam, ait, familiam, aut hominem funere pollutum, nec ædes Deorum dedicare, nec publica ſacra facere poſſe liquet, niſi in Lemuralibus, & Parentalibus, in quibus inferis Dijs dare inferias vſus obtinuit, quo tempore ædes Deorum clauſę iacent. In Lemuralibus fabam noctu iacere vſurpatum eſt, Lemures ſe ex domo eijcere clamantes, quam nigram eſſe conuenit, ipſamq. lotis manibus, & pede nudo per ora verſare, & poſt terga reijcere, æriſq. tinnitum facere, atque Lemures fabis redempti, domo abirent, nouies orare.

Fabanomãtia. Alexand.

Gaſtromantia.

Gaſtromantia equidem per phialas vitreas ventricoſas aquâ plenas, fiebat, in cuius ventre, reſponſi loco, certæ figuræ, & imagines apparebant. Sed Geomantia ſexdecim figurarum in ſolo, vel abaco nominibus diſpunctis, & ſexdecim additis diuerſis punctorum coordinationibus, peragitur, quæ nomina ſingulis ſuis aſtris exiſtimant reſpondere, de quâ Pictorius in Epitome de Magiá, cap.8. plura diſſeruit.

Geomantia.

Pictorius.

Hoſtile maleficium. Sprenger.

Hoſtile verò maleficium varium eſt, vt ex lib.5. Decretalium, tit. de Sagittarijs, Innocentij III. patet, de quo Sprengerus par.2. Mallei, quæſt.1.cap.16. hæc ſcripſit, Hi fęderantur dæmoni: nam ex pacto ipſi addicunt corporis, & animæ dominium: ille viciſſim pollicetur ſe adfuturum, vt quàm longiſſimè diſſitum volent, infallibili ictu traijciant. Dæmon enim ſpondet ſe tela eò perlaturum, & hoſtili in corpore defixurum, & tantam illis ſe Baliſtâ Bombardauè iaculandi peritiam tributurum, vt nummulum capiti impoſitum abſque capitis læſione valeant deijcere. Solent etiam quaſdam fabricare imagines, quas, vel acubus pungunt, vel igne liquant, vel confringunt, vt certum interitum ijs adferant, quibus tales imagines deſignârunt, de quibus Ouid. in Epiſt. Hipſypeles cecinit.

Ouid.

Deuouet abſentes, ſimulacraq. cerea fingit,
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.

De hoc maleficio Paulus Aemilius lib.8.& Meierus lib.16.plurima ſcripſêre. Et Europalata in ſuâ hiſtoriâ narrat in Hippici Euripo fuiſſe tricipitem ſtatuam iuſſu Ioannis Morochezarij tribus malleis æreis amputatam, ob quod factum duo Bulgarorum duces cecidêre,

Aemil. Meierus. Europalata

re,& tertius ſauciatus aufugit. Zonaras tomo 3. & 5. Glycas parte 4. *Zonaras.* annalium recenſent quoque ſtatuam fuiſſe quandam ſuprà Xerolophum, cui iuſſu Ioannis cuiuſdam Aſtrologi caput amputatum fuit, *Glycas.* vt Crobati à Simone Bulgarorum duce bello liberarentur, ferturq. dux eâdem horâ ex ſtomachi dolore interijſſe. Tradit Sprengerus *Sprengerus.* parte 2. Mallei, quęſt. 1. cap. 11. maleficum quēdam Epilepticum morbum certis inflixiſſe, ex ouis in eſculentis præbitis, quæ cum mortuorum corporibus ſubtumulata, & quibuſdam cærimonijs exhumata erant. Apuleius quoque dicitur accuſatus, Apologiâ primâ, quod *Apuleius.* ſeruum ſuum Thallum lucernâ, & malo carmine incantatum corruere fecerit, & deindè ſui neſcium excitauerit, vt morbo caduco laborare videretur. Hydromantia porrò eſt per aquam diuinatio, quæ *Hydromantia.* admodum Andronico Cæſari, teſte Choniate, Annalium lib. 2. in pretio fuit. Vna autem iſtius ſpecies, fit per annulum de filo in aquâ ſuſpenſum, & vaſculi latera conſtitutis ictibus, inſtar horologij pulſantem; altera coniectis in aquam ſtatiuam lapillis, & obſeruatis *Hydromantia ſpecies.* gyris, qui circà lapillos voluuntur; tertia, variâ pelagi exagitatione fiebat, quâ olim Siculi, & Eubacenſes vtebantur; quarta ex aquæ colore, & imaginibus in eâ apparentibus. Sic tradit Varro belli Mythridatici euentum multis verſibus præſignificatum fuiſſe. Huiuſmodi fontes plurimi apud veteres extitēre, vt Macrobius lib. 5. Saturnalium, cap. 19. de Palicorum crateribus in Siciliâ, de Aegypti *Macrobr.* Ciſternâ in Aphacemo, Zozimus in vitâ Aureliani, de Iunonis palude apud Laconiæ Epidamnus, & Pauſanias in Achaicis prodidēre. *Zozimus.* *Pauſanias.* Huc referri poteſt Celtarum ritus, qui pueros recens natos Rheno eâ mente immergebant, vt ſi ſpurij eſſent, abſorberentur, ſi legitimi ſupernatarent, de quo Claudianus. *Claudianus.*

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Et Oinomantia illa quam Alexander Neapolitanus lib. 5. cap. 13. Perſis ex vino tribuit, & Virgilius lib. 4. Aeneidos cantauit.

Vidit turicremis, cùm dona imponeret aris,
Horendum dictu, latices nigreſcere ſacros,
Fuſaq; in obſcænum ſe vertere vina cruorem.

Quinta cyathum aquâ plenum ſtatuebat, & verbis immurmuratis obſeruabat, num aqua ſponte efferueſcens, effunderetur; Sextam Ioannes Leo lib. 3. deſcriptionis Africæ apud Feſſanas deſcribit, vbi aquam in vitreum catinum infundunt, illiq; olei guttulam admiſcent, ſeq. tamquàm in ſpeculo mira cernere opinantur;

O Septi-

Digitized by Google

Clemens. *Haruſpicina.* *Iſidorus.* *Donatus.* *Biſſonius.*

Septimam deniq; Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum recenſet, vbi ait mulieres Germanas ſolitas eſſe ſonum, vortices, & circumuolutiones amnium notare, & indè futura prædicere. Haruſpicina autem, ſiuè Ariolatio, Iſidoro lib. 1. Etym. cap. 9. eſt quæ circà aras idolorum nefarias preces emittit, & funeſta ſacrificia offert, ijſq; celebritatibus dæmonum reſponſa accipit. Hanc vult Donatus ab Harugâ veteri vocabulo, quod oſtium ſignificat, deriuare. Sed Haruſpicum prima diuinatio Victimaria eſt, ex viuà adhuc victimæ obſeruatione dum producebatur, dum ad aram ſiſtebatur, dum attrectabatur, dum vinum ei infundebatur, de quibus rebus Bernardus Biſſonius lib. 1. Formularum accuratè ſcripſit.

Infanticidium. *Serenus.*

Nunc Infanticidium Strigum, Lamiarumq; maleficium cum Q. Sereno recenſeamus.

Præterea, ſi fortè premit Strix atra puellos
Viroſa immulgens exertis vbera labris.

Naſo.

Et Naſo.

Nocte volant, pueroſq; petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.

Sagarum concilia. *Forbachius.* *Itineris præparatio.* *Sagarũ volatus.* *Remigius.*

Hæ autem Sagæ ſolent quoque ad quædam conciliabula euolare, vbi præcepta dæmonis accipiunt de frugibus euertendis, de immittendis in arbores, fruticeſq; bruchis, de faſcinando pecore, de ſegetibus pelliciendis, de veneno ſpargendo, de lacte armẽtorum ſugendo, & denique de labefactando quantum in eis eſt, mortalium genere. Antequam verò ad ſuos conuentus, teſte Forbachio, è lecto geniali aduolent, incantatione ſomnum profundiſſimum maritis conciliant, vnguento ſe liniunt, quo ſibi ad ſua conuenticula iter præparant, infantis culcitram, aut ſcopas, vel ſtramentorum faſcem ſupponunt, vt ſi coniunx expergiſceretur, ſuam vxorem eſſe illi videretur, vel certè dæmonem ipſum, vt ſuâ accubatione vices coniugis ſuppleat, relinquunt. Quibus ſic compoſitis rebus, aliæ in colo, vel arundine feruntur, aliæ in tauri, aliæ in hirci dorſo, vel baculo bifurco, & aliæ in cane atro per aëra volitant. Quòd verò verè præſentes iſtæ laruæ ſuis concilijs adſint, inter ceteros Remigius lib. 1. Dæmonolatriæ, cap. 14. teſtatur. Nam, inquit cum Claudius quidam Chotæus ad Paganalia pergeret, ex eiſq; rediret, ecce ſubito turbine correptus ſtetit, etſi cetera tranquilliſſimus aër eſſet, aduertitq; in ſeceſſu quodam laruatas mulieres ſex, inſtructamq; multo auro, argentoq; menſam quamdam ſaltando circumeuntes, ijſq; aſtantem in nigri formá tauri hominem, qui eas, vti ocioſus aliquis in triuio ſpectabat: quod facinus, & feminæ illæ poſtmodum quæſtionibus ſuppo-

ſitæ,

ſitæ, faſſæ ſunt. Ac quædam mulier dum iter faceret aperto meridie, vidit in quodam aruo chorum in orbem ſaltantium, & virorum, & mulierum: verum quod præter ſolitum aliorum hominum morem auuerſi, tergaq; oſtendentes id faciebant, attentius eos aſpiciens, vidit prætereà, qui caprinis, bubuliſq; pedibus deformes, vnà intermixti ſaltatorium illum orbem verſarentur. Et idem Remigius lib. 1. cap. 25. narrat quandò Sagæ imbres noxios, & grandines immittere volunt, ſolere virgâ quadam à dæmone acceptâ aquas diuerberare è quibus vapor ſublimè effertur, & in grandinem, pluuiamq; conuertitur; vel ollam fictilem accipiunt in quā dæmon nonnihil antè quid aſpicientibus incognitum incluſit; vel ſcrobem fodiunt è quâ hæ tempeſtates, ac ſi anteà tamquàm in cellâ promptuariâ incluſæ fuiſſent, erumpunt. Libro autem 1. cap. 26. aſſerit Sacræ Campanæ tinnitus, atque ſonus plurimùm contrà omnia maleficia valere, omneſq; veneficas dicit hanc veritatem fateri. Paulus Grillandus ſcribit quandam veneficam, quam cum dæmon, demiſſo, vt aſſolet, conuentu, domum reportaret, audito æris Campanæ ſigno, quod ad Deiparam Virginem ſalutandam, dari ſolet, illicò in ſubiectas ſentes, dumoſq; quaſi viribus defectus, abiecerit. Ex quo etiam Romanæ Eccleſiæ a Chriſto conceſſam potentiam, Hæretici intueri poſſunt, & per conſequens reſcire certò neminem extrà hanc commorantem, animæ ſalutem adepturum. Ichthiomantia verò piſcibus fit, hacq; vſi ſunt Polydamus, & Tireſias Thebanus bello Troiano. Sed apud Lycios è piſcibus viuis non vno in loco petebatur, nempè in Dinâ foſſâ, in Apollinis fonte apud Myras, apud Syrrhum vicum, & alibi, vt ex Cęlio lib. 7. cap. 29. & Plinio lib. 9. cap. 16. apparet. Demum Ieduimantia eſt Iudęorum diuinatio per Ieduim animal, cuius Rabbini mentionem à Moiſe factam Deut. 18. & Leuit. 19. comminiſcuntur. Volunt autèm illi, fuiſſe beſtiam quamdam nomine Iedua humanâ formâ prędıtam & ex vmbilico funiculum propendentem habuiſſe, quo inſtar cucurbitę humo adhęreſcebat, & quantum funiculi longitudo patiebatur tantum circumcircà omnem terræ fructum depaſcentem: capi autem à venatoribus non poſſe, niſi ſagittâ funiſæ præſcindatur. Per eius oſſa verò certo ritu in ore geſtata, vaticinandi donum hominibus largitum eſſe affirmant, indeq. Aridos Iddigonim dictos eſſe cenſent. At hæc ſunt fabuloſa Iudæorum ſomnia. De ſimili quoque animali Scaliger lib. de Subtilitate, & Laurentius Surius in annum MDIV. mentionem fecerè. Referunt enim ſibi à grauiſſimis viris traditum eſſe in Inſulâ quadam non longè à Cazanenſibus Tartaris ſemen quoddam inueniri non abſimile Melonum

Remigius.
Pluuiæ faciēdæ modus
Sacræ cāpanæ virtus.
Grillandus.
Admonitio.
Ichthiomantia.
Cælius.
Plinius.
Ieduimantia.
Scaliger.
Surius.

O 2 ſemini,

ſemini, paulò tamen maius, & rotundius, ex eoq. in terram condito capite, oculis,auribus, ore, ſono, & reliquis omnibus, quiddam Agno ſimillimum, palmarum quinque altitudine enaſci, pellemq. ſubtiliſſimam habere, quâ permulti ijs in locis ad ſubducenda capitum tegumenta vtuntur. Inſuper aſſerunt hoc metaphoricum animal carnem quidem nullam habere; eſſe tamen ſanguine præditum, carniſq. loco materiam quamdam Cancrorum carni perſimilem obtinere. Et vngulas, non vt Agni corneas,ſed pilis ad cornu ſimilitudinem veſtitas habere; radicem quoque illi ex vmbilico oriri, & tamdiu viuere, donec depaſtis circum ſe herbis, radix ipſa pabuli inopiâ areſcat. Denique affirmant miram eius eſſe ſuauitatem,quæ lupos, aliaſq. rapaces belluas ad eam deuorandam inuitet, & pelliceat. Hæc quidem Deum facere poſſe, nemo eſt, vel ità ignorationis caligine circumfuſus, vel à pietate, & fidei doctrinâ alienus, qui negare audeat: *Negat.* nihilominus tamen, an hæc omninò vera ſint,admodum ambigimus. Siquidem hoc ſemen nullius eſſet ſementis, planta metamorphoſim ſenſus ſubiret, & denique tale animal, nec animal eſſet,nec femina, nec mas, nec hermaphroditus, ſed horum neutrum omninò exſtaret, & illi qui hoc Plantanimal oculis vſurpârunt, nonnè ad nos quoque ſementem vnum detuliſſent,vt in ſuis, aliorumq. viridarijs planta talis excreſceret? Iam alia luſtremus.

Ligaminis maleficium. *Thomas.* *Bodinus.* *Ananias.* *Lecanomantia.* *Pſellus.* *Nicetas.* *Cedrenus.* *Glycas.* *Libanomantia.* *Dio.* *Lithomantia.* *Iamblichus.* *Lampadomantia.* *Lucernaria* *Propertius.*

Ligaminis maleficium aliquod reperiri, ſacri Canones, cap. ſi per ſortiarias. 23. quæſtio. 1. & toto tit. extra de Frigid. & Maleſ. & Theologi in 4. diſt. 34. D. Thomas parte 3. quæſt. 58. art. 2. teſtantur. Bodinus autem in Dæmonomaniâ L. modis aſſerit dæmonem hoc patrare poſſe; ſed Ananias lib. 4. de naturâ dæmonum plus dicit viris, quàm feminis officere. Lecanomantia eſt de quâ Pſellus agit cap. vltimo, Nicetas lib. 2. & Cedrenus teſtatur Ioannem Magum Theophili Cæſaris præceptorem hac vſum fuiſſe. Glycas verò 1. Annalium, 2. aſſerit Alexandri patrem Aegypti Regem Nectanabum magiæ peritiſſimum hâc Aegyptum in hoſtium venturam poteſtatem præuidiſſe. Libanomantia verò eſt, quam Dio Caſſius lib. 41. hiſtor. proponit,agens de Nymphæo propè Apolloniam, vbi oraculũ editur. Lythomãtia eſt,de quâ Iamblichus, & Orpheus,cùm de Siderite lapide agerent,meminêre. Hæc etiam apud Hebræos in vſu fortè fuit,quandò à Moiſe Leuit. 26. nè lapidibus quibuſdã diuinatorijs vterentur,prohibitũ fuit. Lampadomantia autem eſt,cũ candela in D. N. Antonij honorẽ accenditur, ſicq. ſe res perditas inuenturos confidunt. Sed Lucernaria vetuſtior eſt,de quâ Propertius lib. 4.

Sed neque ſuppletis conſtabat flamma Lucernis.

Marga-

Margaritonomantia verò ſolet ibidem ſuſpectum aliquem explorare. Nam accipiunt margaritum, illudq; ſuper lares penes ignem deponunt, ac ollâ fundo, ſurſum eleuato operiunt, incantant, & ſuſpectorum nomina recitant. Quòd ſi nomen veri furis proferunt, tunc margarita proſilit in altum, & facto in ollæ fundo foramine, ex ollâ exilit, atque hac ratione occulta cognoſcunt. *Margaritonomãtia.*

Verùm Necromantia, & Goetia eſt, quæ demortuos ab Inferis excitat, & conſulit, pollicetur; vmbrarum, inferorumq; colloquia. Narrat Apuleius lib. 2. de Aſino aureo Zailam Aegyptium defuncti cuiuſdam adoleſcentis ſpiritum ab Orco reduxiſſe, corpusq; ceù poſt liminium animaſſe quodam carmine, atque herbis, quarum alteram ori, alteram pectori admouit, ac denunciaſſe ſe noxio nouæ nuptæ poculo peremptum, vt adultero ſe manciparet. Et Remigius lib. 2. Dæmo. cap. 1. dicit quandam feminam, vt theſauros poſſet in terræ abditis abſconditos nanciſci, patibulo cadauer refixiſſe, idq; eâ de causâ ad colloquium impuliſſe, ſed ab illo nihil certi habere potuiſſe, adeò ambigua, perplexaq; omnia eius reſponſa extiterunt. Præcipua autem Necromantiæ ſpecies eſt Theurgia, ſiuè ſepulchrale carmen, vt vocat Apuleius, quæ certis quibuſdam hoſtijs, & ſacrificijs dæmones inuocat. Necyomantia verò duobus modis fit, vno per ſacrificium, & incantationem, quo vtebatur Tireſias; altero Theſſalico, adhibitis funeſtioribus ritibus, oſſibus, fibriſq; mortuorum, feralibus cantiunculis, & funibus ſuſpendioſorum, quæ ſi quis attrectare audeat, ait Scaliger exercit. 327. etiam mereatur. At cum cadauer non eſt in promptu, tunc diabolus hominis figuram diſſimulat, vt ſi quis Alexandri, vel Ariſtotelis ſimulachrum videre optaret, illicò ille oculis illud offerret. Denique dæmones non coactè, ſed ſponte Magis inſeruiunt, finguntq; dumtaxat ſe verborum, characterumq; vi cogi, vt optimè Henricus de Heſſiâ in Geneſim teſtatur. Ipſe ſimulat, inquit, ſe captum, vt te capiat, ſe vinctum, vt te vinciat, ſe tuo imperio ſubditum, vt te ſibi ſubdat, à te incluſum, vt contra, te finaliter includat, fingit ſe tuâ arte, vel imagini, vel lapidi alligatum, vt funibus peccatorum religatum ad Infernum te perducat. Cæptum proſequamur. *Necromantia. Goetia. Apuleius. Remigius. Theurgia. Necyomantia. Scaliger. Henricus.*

Oraculum, ſeù Dæmonomantia, veram Theomantiam imitari conatur, cùm diabolus reſponſa ex antris, ex ſtatuis, vel ex hominibus exhibet. Talia fuêre Oracula Iouis Dodonæi, Iouis Ammonis, Iouis Trophonij, Apollinis Delphici, Clarij, Delij, Smynthæi, & alia numeroſa de quibus Cælius Calcagninus in tractatu de Oraculis dicit ſæpius Apollinem ſciſcitantibus res futuras, ſic reſpondiſſe. *Dæmonomantia. Calcagninus.*

Digitized by Google

Quid fruſtrà petitis? non noſtrum eſt ſcire futura.

Enomaus. Enomaus porrò Græcus, & à religione noſtrâ remotus quemdam
librum de Oraculorum falſitate conſcripſit, in quo, hac ratione in
Apollinem Delphicum inuehitur. Miſer, igitur tu, qui Delphos ha-
bitas, indè ad vniuerſum orbem inania fundis reſponſa: inſani au-
tem omnes homines, qui ad te quaſi ad veridicum Deum accurrunt,
Clemens. nec me ipſum inſanum fuiſſe inficior, qui, & bis ambiguitate nè igno
rantiâ tuâ dicam, fuerim deceptus. Et Clemens Alexandrinus, Vlti-
mo, inquit, ſilentio Caſtalius, & Colophonius fontes, ceteraq. fluen
ta, quæ diuinandi vim habere videbantur, extincta cum ſuis fabulis
defluxerunt, totiusq. vinationis potius, quàm diuinationis nefanda
myſteria ceciderunt. Silet Pythius, Didemus, Amphiaraus, Apollo,
Amphilocus: taceat Haruſpices, Augures, Somniorum interpretes,
Arpinas. & qui farinâ, aut hordeâ vaticinabantur. Arpinas autem lib. 2. de Di-
uinatione ſic Apollinem irridet. Sed iam ad te venio, ò Sacrate Apol-
lo, qui vmbilicum terrarum certum obſides, vndè ſuperſtitioſa pri-
mùm euaſit vox fera: tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen
impleuit, partim falſis, vt ego opinor, partim caſu veris, partim fle-
xiloquis, & obſcuris, vt interpres egeat interprete, & ſors ipſa reſc-
renda ſit ad ſortes. Ex quibus etiam quanta fuerit Oraculorum falſi-
tas apparet. Etenim per homines quoque Dęmon oracula fundebat,
Pauſanias. vt per feminas illas, quæ Dodonides columbæ dicebantur, de quibus
Pauſanias in Arcadicis; per Gallicanas mulieres antiſtites Gallici nu-
Comes. minis in Sænâ, Britanici maris inſulâ, de quibus Natalis Comes lib,
Pythonici. 6. Mythologiarum, cap. 10. per Pythonicos, vel Ventriloquos, & En-
Sternomantes. gaſtrimantes quibus ex ventris imo reſponſa dabant; per Sternoman
Cælius. tes denique qui ſub pectore infrà cutem dæmonem oſtentabant, vt
indè loqui videretur, de quibus Cęlius Rhodiginus lib. 8. cap. 10. pro-
didit. Solet pariter dæmon ex arcâ reſponſa fundere.

Seruius. *Lactantius.* At inter omnes Vatidicos, Sybillæ illuſtriores fuêre, quæ à Seruio
Ambroſius. in quarto Aenidos, & Lactantio in ſuis Inſtitutionibus Dei conſilia
vocantur: tametſi D. Ambroſius in Commentarijs primæ Epiſtolæ
Ariſtot. ad Corinthios, ſcribat illas à malo ſpiritu perculſas, ad futura prædi
Sybilla. cenda, incitatas fuiſſe: Ariſtoteles autem, Problematum ſectione 30.
Capella. hoc atræ ipſarum bili attribuit. Porrò Sybillæ, relicto Martio Ca-
Helianus. pellâ qui duas, Heliano qui quattuor, verè Decem fuêre, vt inter cete
Sambethe. ros M. Varro ſenſit. Prima fuit Sambethe Noachi filia, quæ Baptiſ-
Lybia. ma, & prædicationem Præcurſoris Chriſti prædixit. Secunda è Ly-
Euripides. biâ fuit oriunda, cuius Euripides in Prologo Lamiæ mentionem fe-
Daphnes. cit, quæq. de Chriſti miraculis cecinit. Tertia nata in Delpho eſt,
Chryſippus. quæ à Diodoro Siculo Daphnes dicitur, cuiuſq. Chryſippus libro
Cumana. de

de Diuinatione meminit, vixitq. ante Troiæ excidium, & de Chriſti
Paſſione cantauit. Quarta eſt Cumana Cumæ in Ioniá nata, quæ
etiam dicta fuit Amalthea, Erophile, & Demophile, de quá Dio-
nyſius Halicarnaſſeus, Solinus, A.Gellius, & Seruius ſcripſit, quæ *Solinus.*
nouem libros vaticinijs refertos dicitur Tarquinio Superbo, vt eme- *Gellius.*
ret, obtuliſſe: Quinta eſt Erithræa nata Erithræ in Ioniá, quæ iux-
ta Polydorum Erithræum, Græcis Troiæ excidium prædixit. De *Erithræa.*
hac quædam ſcripſit Clemens Papa in Epiſtolam ad Corinthios. Fe- *Polydorus.* *Clemens.*
neſtella millia verſuum ipſius ſub C. Curionis Conſulatu aſſerit Ro- *Feneſtella.*
mam delata fuiſſe; Et Euſebius in vitá Conſtantini Magni huius *Euſebius.*
Sybillæ de Chriſto ad iudicandum venturo, recitat oraculum: Sex-
ta eſt Samia ex Inſulá Samo oriunda maris Aegæi penes Thraciam, *Samia.*
vel ex aliá huius nominis Inſulá è regione Epheſi. Hæc verò Pytho-
ne dicebatur, huiuſq. Annales Samij, vt refert Eratoſthenes faciunt *Eratoſthe-*
mentiònem, quæ Chriſti ingreſſum in Hieruſalem prædixit: Septi- *nes.*
ma eſt Cumæa ex Cumá oriunda Romani territorij ciuitate, de quá *Cumæa.*
Neuius libro de bello Carthaginenſi, Piſo in Annalibus, Plato in Phę- *Neuius.* *Piſo.*
done, Lactantius Firmianus libro quarto, contrà Gentes, Iuſtinus *Plato.*
Martyr in admonitorio Gentium, Diuus Auguſtinus in Epiſtolam *Lactantius.*
ad Romanos, Euſebius libro quarto, vitæ Conſtantini, & Strato- *Iuſtinus.*
nicus Epiſcopus Cumanus in ſuis Collectaneis huius Vatis memine- *Auguſtin.*
runt: Octaua eſt Helleſpontica dicta Marmiſſa, ex Troianá ditione *Euſebius.*
oriunda, quæ ſecundum Heraclidem Ponticum tempore Solonis *Stratonicus.*
Philoſophi, & Cyri Regis vixit, quæ de Chriſti doctriná ſcripſit: *Marmiſſa.*
Nona eſt Phrygia, quæ in ciuitate Anciraſſi Chriſti necem prophe- *Heraclides*
tauit: Decima denique eſt Tiburtina dicta Albunea, quæ Chriſti *Phrygia.*
Reſurrectionem, & in Cælos Aſcenſionem vaticinata eſt. At pro- *Tiburtina.*
peremus. Onymantia, ſiuè Onychomantia docet, vt oleo, & fuli-
gine impolluti pueri vnguem illinant, & vngue ſolem verſus obuer- *Onymantia*
ſo, certum quid muſſitantes, quæ cupiunt, videant. Oculinoman- *Oculinomā-*
tia ex excuſſo oculo furem prodit. Omphalomantia eſt obſtetricum *tia.*
propria, quæ per nodulos vmbilico, & Secundis adhærentes, conij- *Omphalo-* *mantia.*
ciunt quoties puerpera ſit poſtmodum paritura. Onomantia verò ex *Onomantia*
conſulentis nomine petitur per elementa nominis diuerſimodè, &
quaſi per Anagrammatiſmum collocata, & fauſtum quid, vel infau-
ſtum indicantia. Hæc teſte Philoſtrato libro quarto, putant aliqui *Philoſtratus*
Apollonium Romæ puellam quamdam ipſo nuptiarum die mor-
tuam, ſuſcitaſſe. Ornithomantia denique eſt Sortiaria, de quá Ioan- *Ornithomā-*
nes Leo libro octauo Deſcript. Africæ ſcripſit. Fit autem in capſu- *tia.*
lá abaculi formá conſtructá ad quam veniunt qui conſilium quæ- *Leo.*
runt, ac in capſulá eſt Auis, eiq. nummum offerunt; auicula ſtipem

accipit, inq. capſulam roſtro infert; deindè regreditur, & reſponſum in chartulâ refert conſulenti.

Præſtigium. *Tertullian.* Porrò Præſtigium eſt effectus Magorum apparens. Vndè Tertullianus lib. de Idolo. cap. 9. Magos, Sophiſtas appellauit, quòd ſuis præſtigijs adeò perſtringant, & illudant ſenſus humanos, vt quæ nullatenus ſunt, repræſentent, & videre faciant, vt de Paſſete legitur, qui incantamentis quibuſdam repentè conuiuium ſumptuoſum exhibebat, idemq. faciebat euaneſcere vbi libuiſſet, & dum aliquid emebat, rurſum ſibi nũmos redire faciebat. Menippus certè ſimiliter apud Philoſtratum Quodlibeto de Lamijs, ſplendidiſſimum nuptiarum apparatum, & vtenſilia induxit; Simon Magus, apud D. Clementem Romanum, lib. 2. Recognitionum, & Anaſtaſium Nicænum, quæſt. 23. in Sacram Scripturam, ſtatuas ambulare fecit, igne volutatus nõ vrebatur, in aëre volabat, ex lapidibus panes faciebat, ſerpens fiebat, & in alias beſtias transformabatur, duas habebat facies, in aurum conuertebatur, in conuiuijs exhibebat ſpectra, omnis generis vaſa, quæ erant in ædibus faciebat videri tamquam ſuâ ſpontè mouerentur, ad miniſterium ijs, qui portabant non viſis, efficiebat, vt multæ vmbræ eum præcederent dicens eſſe animas mortuorum. *Philoſtrat.* *Clemens.* *Nicenus.*

Dubrauius. Zijto autem Boemus, teſte Dubrauio Epiſcopo Olumucenſi lib. 23. nunc ſuâ, nunc alienâ facie, ſtaturaq; & in purpurâ, & ſerico, ac confeſtim in lanâ, & panno ſordido Regi ſe offerebat, ambulantiq; in terrâ, ipſe tamquàm in aquâ adnauigabat: conuiuas prætereà regis variè ludebat, interdùm manus illorum, nè illas ad patinas porrigerent in pedes boum, interdum in vngulas equorum transformabat, & aliquoties frontibus illorum cornua ceruina latiſſima adiecit, quoties ſcilicet è feneſtris ad ſubitum ſpectaculum proſpicerent, nè rurſus caput, & ora inferre poſſent ad menſam. Ac idem, præſtigiatorem alium Bauarum cùm omni ipſius apparatu protinus deuorauit, ſolis calceis reiectis qui luto erant obſiti, ſeceſſumq; deindè petens, ventrem, inſolitâ eſcâ grauem in dolium aquâ plenum exonerauit, præſtigiatoremq; adhuccè madidum, fœtidumq; ſpectatoribus reſtituit paſſim deridendum.

Prophetia. *Caſſiodorus.* Prophetia iuxtà Caſſiodorum in Præfatione Pſalmorum, eſt diuina inſpiratio rerum à nobis procul diſtantium euentu, immobili veritate, & maximâ cum certitudine prænoſcens, atque denuncians. Hæc verò ſolebat fieri, vel per ſacerdotes, vel prophetas, cuius hæ ſunt ſpecies, Viſio primum, quæ eſt Prophetia, quâ mens ſpirituali oculo cernit obiectum propheticum, cæleſti lumine repræſentatum: Verbum quæ eſt prophetia quâ Spiritus Sanctus mentali quadam loquutione prophetam occulta docet: *Viſio.* *Verbum.*

Digitized by Google

doceт: Eсſtaſiſque eſt abſtractio à terrenis, ſenſuumq. corporeorum functionibus: Somniumque eſt prophetia dormientibus tantū, medio ſimulachro, ſiuè phantaſmate contingens, ità, vt, quæ ſomniat, intelligat. Olim quidem frequens erat prophetia, nunc raró contingit. Legimus, Anſelmum Epiſcopum Marſicanum, Iodochum Palmerium, Ioannem Abbatem, Aegydium Polonum Minoritam, & Ioachimum Abbatem de futuris Pontificibus multa oracula edidiſſe, poſtremumq. qui circà annum Domini MCC. vixit, lib.20. Expoſitionis ſuper Apocalypſim, folio 83. de Societate etiā IESV, eiuſq. Patrum moribus, doctrinā, & vitæ ſanctitate, prophetaſſe. Erit, ait, quidam ordo deſignatus in IESV, qui clarebit ſexto tempore Eccleſiæ, ideſt, in fine mundi, qui erit præ ceteris ſpiritualis, præclarus, & Deo amabilis. Et folio 98. Deus, inquit, diliget iſtùm vltimum ordinem, quemadmodum Patriarcha Iacob Beniaminum filium ſuū, eò quòd in ſenectute genuerit eum. Super Ieremiæ autem caput 1. Reuelandi, ait, ſunt in Eccleſiā Doctores, Prædicatoreſq. fideles, qui terrena, ac carnalia corda omni plagā percutiant, ac erectis, & tumidis magiſterijs ſilentium ſtudijs ſuis imponant. Et benè filius Melchiæ, Ieremias deſcribitur, quia ordo ille futurus, ad Obedientiā Sūmi Pōtificis dirigetur. Et lib.5. Cōcordiæ, fol.14. Inſurget, ait, vna noua Religio Sācτiſſima, quę erit libera, & ſpiritualis in quā Romani Pontifices potiti pace Eccleſiæ ſe continebunt; quam religionem, & ordinem Deus ſuper omnes diliget, quià perfectio illius vincet omnes alios aliorum ordinum. Quòd quàm verum ſit, hæc omnia Societati IESV quadrare, orbi illucet vniuerſo. A Sanctis denuò ad diabolica deſcribenda, tranſeamus. Pharmaceia eſt, quā vtuntur Incantatores, qui diuinant freti ſolùm dæmonis commercio, præter incantationem nihil adhibentes, ut Feſſæ Tribades, teſte Leone in deſcript. Africæ lib. 3. & Aegyptiæ, ſiuè Cingalæ, hominum fæces, facere ſolent. Pyromantia, vel Pyroſcopia fit mediante pice tritā, quæ in ignem ſpargitur, vel etiam tedæ pice illitæ accenduntur, & certis characteribus ſignantur; & ſi flamma tedarum in vnum coibat, proſperum; ſi lambens, & diuiſa comparebat, infelicem; ſi tricuſpis aſſurgebat, glorioſum euentum; ſi variè diſperſa, in ægro mortem, in ſano morbum; ſi crepitans, infortunium; ſi ſubito extincta, ingens periculum ominabatur. Aliquandò etiam hoſtiam in ignem conijciebant, & dumtaxat flammam ignis victimarij conſiderabant, an ſcilicet in pyramidem coiret, quod fortunatum, an verò diuideretur, quod aduerſum. Quis etiam color igni eſſet, quis ſplendor, aſcenſus, ſtrepitus, an citò victimam apprehenderet, vel extingueretur. Huius volunt, vel Amphiaraum, vel Argonautas

Ecſtaſis. Somnium. Marſicanus. Palmerinus Ioā. Abbas. Polonus. Ioachimus. Societas Ieſu. Pharmaceia. Leo. Pyromātia. Eius ſpecies.

Digitized by Google

tas inuentores fuiſſe, eratq. apud Romanos frequens magia, vt Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. teſtatur. Lituani quoque, teſte Ananiâ lib. 3. de naturâ dæmonum, ſunt hoc errore impliciti, & de ægroti ſalute vaticinantur, ſi vmbra, corpore igni oppoſito ſecũda, vel recta cadat, certam ſpem recuperandæ valetudinis concipiunt; ſi aduerſa ceciderit, habẽt ægrũ pro demortuo. Huic ẽt errori dediti videtur ij omnes, qui in ſuccenſione pyrarum in honorem D. Ioannes hæc, & ſimilia attendunt. Parthenomantia autem puellæ virginitatem explorare ſolet, quòd duobus modis fit; vna per funiculum, ad quod Catullus in Nuptijs Thetidis, & Pelei reſpexiſſe videtur.

Valerius. *Ananias.* *Parthenomantia.* *Catullus.*

Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno poterit filum circumdare collo.

Altero modo, teſte Gulihelmo Pariſiẽſi parte vltimâ de Vniuerſo, c. 22. Britanni vtuntur, qui Achatem in tenuem puluerem reducunt, & in potu, ſiuè mari, ſiuè feminæ præbent, qui, niſi virgines ſint, ſtatim illum euomere coguntur. Palomantia, Pettomantia, & Aſtragalomantia ex bacillis, talis, oſcillis, pilulis, & tabellis inſcriptis, & in altũ proiectis exſurgit. Nam teſte Tacito lib. de moribus Germanorum, Germani virgam fructiferæ arbori deciſam in ſurculos amputabant, eoſq. notis quibuſdam diſcretos, ſuper candidam veſtem fortuitò proijciebant; quod vel ipſe ciuitatis ſacerdos, ſi publicè conſulebant; vel ipſe paterfamilias, ſi priuatim faciebat, & priùs Deos precati, cælumq. ſuſpicientes, ter ſingulos auferebant, & ſublatos, iuxtà impreſſam antè notam interpretabantur. Hæc Magia apud Iudæos quoque frequens erat. Apud Oſeæ enim caput 4. ſic Deus: Populus meus in ſigno interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Magiam verò hãc, Rabbi Moyſes Sampſonis filius in explicatione præcepti Negatiui LII. ſic explicat. Decorticabant, inquit, bacillum ligneum vno tantùm ex latere, tum in aërem proijciebant; ſi fortuito caſu primo iactu ſuperior pars apparuiſſet decorticata, & ſecundo iactu ſuperior pars adhuc veſtita, proſperum ſucceſſum augurabantur; ſin è contrà prior pars veſtita, infelicem; ſi vtroque iactu veſtitum, vel nudatum latus ſuperius fuiſſet, mixtum euentum ſibi pollicebantur. Phyſiognomia denique ex pilorum, & membrorum corporis colore, habitudine, proportione, & lineamentis, de temperie, valetudine, de moribus, & animi propenſionibus, conijcitur. Præcipuè porrò Frontem conſiderat, atque faciem, tamquàm intellectualium virtutum ſpeculum,

Gulihelmus. *Palomãtia.* *Pettomãtia.* *Aſtragalomantia.* *Tacitus.* *Rabbi Moyſes.* *Phyſiognomia.*

&

& tunc Metopoſcopia nominatur: deinde conſiderat Manum, quaſi quoddam virtutum factiuarum ſpeculum, & Chiromantia vocatur. Et verò, cùm corporis forma, animæ ſit ſimulachrum, quale erit corpus, tale etiam animam eſſe probabiliter exiſtimant. Porphyrius certè, dęmonas, quorum animi iniqui ſunt, corpora quoque habere deformia putabat. Et Plotinus ſenſit poſſe animæ qualitates ex corpore colligi. Vndè Diogenes, cùm formoſum adoleſcentem admodùm turpia quædam pronunciantem audiuiſſet; Non te, inquit, pudet ex eburneâ vaginâ plumbeum gladium exerere? Siquidem aſſolet ferè ſemper pulchritudo bonitatem ſequi, vt etiam Maximus Tyrius ſermone 11. & D. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 23. affirmârunt. Et Virgilius lib. 5. Aeneidos appoſitè cecinit. *Metopoſcopia. Chiromantia. Porphyrius. Plotinus. Tyrius. Auguſtinus.*

Gratior, & pulchro veniens in corpore virtus. *Virgilius.*

Hinc ergò apud Spartanos erat Lycurgi lege ſancitum, vt formâ liberali, & ſpecioſâ puer, publicis ſumptibus aleretur: mancus verò, & deformis, inter cautes, & locorum deſerta exponeretur. Idem, teſte Diodoro Siculo in Alexandro, Sophiſtes diſcrimen lege poſuit. Ariſtoteles quoque ſuadet in Politicis, vt Magiſtratui præficiantur ij, qui formâ decenti, & non monſtruoſâ ſint decorati. Hoc idem planè Cepolla tract. de Imp. mil. elig. concl. 10. cognouit. Et Pythagoras priuſquàm in diſciplinam ſuam quemquam admitteret, ex oris, vultus, totiuſq. corporis filo, atque habitu cuiuſque indolem phyſiognomicè ſcrutari ſolebat, an ad philoſophandum aptus foret. Plato quoque cēſuit corporis ſtructuræ, Ingenium reſpondere; ac ideò Lycæū ſuū ne quis figurâ deformi īgrederetur vetuit vir ſapiētiſſimus. Sciebat enim diſtorta mēbra, diſtortū ferè gerere animū paſſionibuſq. obnoxiū obtinere. Lubet autē Gregorium Nazianzenum de Iuliano diſſerentē audire, qui eum antequàm Apoſtata fieret, Athenis conſpexerat. Tūc igitur, inquit, me non malum huius uiri coniectorem fuiſſe memini. Non enim fortuitò iſta conſpexi, ſed faciebat me cautum inconſtātia morum eius, atque incredibilis quædam mentis emotio. Vates ſiquidem egregius eſt, qui benè conſiderat. Nullum enim ſignum in eo mihi vtile videbatur: ceruix inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currentes, huc, illucq. directi, & furioſè reſpicientes, pedes inſtabiles, & titubantes, naſus contumeliam, & contemptum ſpirans, vultus lineamenta ridicula idem ſignificantia, riſus petulantes, ac effrenati, conſenſus, ac negatio ſimul, ratio nullâ ratione conſiſtens, interrogatio inordinata, atque reſponſio nullâ congruentiâ ſibi conueniens. Sed quid per vniuerſa diſcurro? talem antè opera conſpicatus ſum, qualē in operibus poſteà cognoui. Quod ſi eſſent mihi præſentes, qui tunc aderant, *Spartanorū mos. Siculus. Conſilium. Cepola. Pythagoras. Plato. Nazianzenus. Sententia.*

Digitized by Google

aderant, teſtarentur, quod, cùm hæc vidiſſem, repentè dixi. Quale malum, Romanorum terra nutrit. Hæc ille excellentiſſimus Phyſiognomus. Neque verò Apollinis oraculum de Ageſilao Spartarũ Rege claudo ab ijs, quæ diximus, diſcrepat, dum conſulenti cecinit.

Oraculum.

Sis inuicta licet, tibi dico Sparta caucbis,
Ne claudo victrix patiare incommoda regno:
Includent ſubitò multo te tempore morbi,
Et ſæuo bellum proſternens omnia fluctu.

Martialis. Quæ omnia profectò, vt Apollo prædixit, contigêre. Martialis itidẽ lib. 12. ex ſimilibus ſignis Zoilum ſuum malum eſſe, ſuſpicatur.

Crine ruber, niger ore, lumine luſcus;
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

Et lib. 2. Epigrammatum extat Palladæ in quempiam hoc elogium.

Pes tibi quòd claudus, quòd clauda per omnia ſit mens:
Interius retegunt extera ſigna malum.

Theocritus. Theocritus porrò hominem Ingenij hebetis, tardi, at ſtupidi ex nimiâ corporis longitudine collegit, Praxinoen Idyl. 15. introducendo ità de viro ſuo cùm ſociâ Gorgo loquentem.

Ille quidem pater, ille forum, quum nuper adeſſet
Empturus nitrumq; recens, fucumq; marinum,
Rettulit inſipidi demortua grana Salilli,
Hic vir inutilis vlnarum quinque, triumq;.

Virgilius. Quamobrem vtilior Tideus, qui etſi corpore puſillus: erat tamen animo magnanimus, & Ingenio præſtans, iuxtà illud Virgilij.

Vtilior Tideus, qui, ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Caſſius. Etenim in paruo corpore, virtus non ità per oblõga membra diſſipatur, ſed magis in vnum contracta, & vnita, fortior exiſtit. Quod cùm Caſſius Medicus Problem. 51. hæc perpenderet, & inueſtigaret, Cur prodigioſæ formæ homines, plerumque etiam emotâ ſint mente, ſapienter reſpondit animam corpori, & animæ corpus conſentire.

Rhab-

Digitized by Google

Rhabdomantia verò alia multiplex quoque extat, de quâ Cœlius Rhodiginus cap.29.ſcripſit,Virgas,in rebus diuinis eximij cuiuſdam vſus veteribus fuiſſe. De hac etiam Herodotus lib.1. & 4. & Strabo lib.15.multa recenſet. Verùm hæc magia continebat etiam explicitam dæmonis inuocationem, quandò uirgula recta,ſpontè ſuâ in orbem,iunctis extremitatibus coibat. At, vlterius procedamus.

Rhabdomantia. Rhodiginus. Herodotus. Strabo.

Superſtitio itaque iuxtà Iſidorum lib.8. Etymologiarum, cap.3. ideò dicitur,quod ſuperflua ſit,& ſecundùm Donatum à ſenibus profluit,quia multis annis ſuperſtites,per ætatem delirant. Nonius autē lib.24. Superſtitioſos vocat eos, qui præ culturâ Deorum, cetera ſuperſedēt; ſed multò melius Lactantius, qui Religionem veri cultus, Superſtitionem falſi vocauit. Atque hinc Philo libro deSpecialibus Legibus, & Origine Magię, Superſtitionē à naturali magiâ vult profluxiſſe. Huius autē ſpecies, eſt Somnificum maleficium quod aliquâ potione,malo carmine,& prælatâ ſuſpendioſi alicuius abſciſſâ manu, efficitur,vt intereà nefandi,vel infantulos rapiant,& enecent, vel furto quid ſubtrahant, vel ſtupris, & adulterijs genialem torum contaminent, de quibus fusè Remigius lib.2. Dæm.cap.4. & Petrus Berisfeldius de confeſſ. malef.part.1.concl.5. ſcripſére. Quibus ſic Ouidius lib.7.Metamorph.cùm de Medeâ ageret,alluſit.

Superſtitio. Iſidorus. Donatus. Nonius. Lactantius. Philo. Somnificū maleficium. Remigius. Berisfeldius. Ouidius.

Peruigilem ſupereſt herbis ſopire Draconem
Qui criſta, linguiſq; tribus præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquàm ſparſit lethei gramine ſucci,
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos:
Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros Aeſonius potitur ——

Sortes porrò teſte D.Thomâ 2.2.quæſt.95.art.8.triplices ſunt, Diuinatoriæ, Conſultoriæ, & Diuiſoriæ. Stoicheimantia verò, fit aperto Homeri, vel Virgilij libro,ità,vt quis verſum primò occurrentem attendat. Dicunt Socratem matris ſuæ diem hoc modo nouiſſe, & Claudium, Macrinam, Gordianum iuniorem, ac alios Imperatores tempus regni,ac vitæ vaticinatos eſſe. Huic impietati, impij quoque Chriſtiani manus dedêre, qui aperto Noui, aut Veteris Teſtamenti Codice, eadem peragebant; inter quos vnus Heraclius Imperator apud Cedrenum, Romanus Diogenes apud Cuſpinianum, Andronicus ſenior apud Gregoram lib.8. & Chrannus Regis Francorum filius apud Gregorium Turonenſem lib.4. Hiſt.cap.16. & 20. extitit. Demum Somnia, ſi Salisberto lib.2. credimus, in Inſomniū, Spectrum, Somnium, Viſum, & Oraculum diuiduntur. Artemidorus

Sortes. Aquinas. Stoicheimātia. Cedrenus. Gregoras. Turonenſis. Somnia. Salisbertus. Artemidorus.

autem

autem lib.1.cap.2.illa ad Inſomnium, & Somnium tãtùm reuocauit, fecitq. vt ſub Inſomnio, Spectrum, ſub Somnio, Viſum, & Oraculum militaret. *Somnium.* Somnium porrò ſomniantes definiunt eſſe motum, & figmentum animę multiforme futurorum bonorum, vel malorum ſignificatiuum, aſſeruntq. hoc experientiâ, & quâdam ſimilitudinis proportione rei ſomniatæ ad euentum conſtare. Hinc veteres, qui Somniorum cauſas nullâ certâ ſcientiâ agnoſcebant, variè ſenſerunt. Siquidem *Sinaſius.* Sinæſius libro de Inſomnijs ſequutus Platonem, animæ Vehiculum *Porphyrius.* denuò ex lignariorum officinâ extraxit, illumq. ſomniorum auctorem creauit; Porphyrius Somniorum architectus partim dęmonas bonos, maloſue, partim notiones quaſdam ex aliâ vitâ in corpus ab animâ adductas *Ariſtoteles.* ex Platonis figmento, confinxit; Ariſtoteles inſipienter *Plato.* nulla à Deo immitti Somnia, negauit; Plato, in ſympoſio, eâdem diſcipuli inſipientiâ, omnia Somnia dęmonibus attribuit, quorum vtrumque & ſacris litteris, & veræ Philoſophiæ repugnat. Melius *Hippocrates.* igitur his Hippocrates lib. de Inſomnijs, qui vera Somnia tum Deo, tum naturalibus cauſis adſcripſit. Optimè verò D.Gregorius *Gregorius.* lib.8.Moralium, cap.13. & lib.4. Dialog.cap.48. tres Somniorum au- *Somniorũ auctores.* ctores, Deum, Naturam, & Dæmonem conſtituit. Ac proindè Deus, mediantibus bonis Angelis, nobis Somnia ſuggetit, vt ad bonum à malo deducamur; quorum obſeruatio tam pia, quàm licita eſt. Natura autem nobis ſomnia naturalia immittit, quæ vel à cauſâ intrinſecâ ſomniantis, vel à cauſâ extrinſecâ proficiſcuntur, iuxtà illud Eccleſiaſtici 5. Multas curas ſequuntur Somnia. *Claudianus.* Vndè prudenter Claudianus lib.3.cecinit.

Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa toro dum membra reponit:
Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, auriga ſomnia currus,
Vanaq; nocturnis meta cauatur aquis.
Gaudet amans furto, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaq; largitur fruſtrà ſitientibus agris
Irriguus gelido pocula fonte ſapor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſiduis ſolicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.

Cete-

Ceterum, Somnia Dæmoniaca ſunt illa, quæ diaboli dormientibus inſidioſè imprimunt, vel ad paſſiones animi eliciendas, vel libidinem incitandam, vel ad deſperationem incutiendam, vel denique ad occultorum, futurorumq. ſignificationem eruendam. Tale profectò fuit Somnium Epithelis Meſſenij, vt ſcribit Pauſanias in Meſſeniâ, de anu liberandâ per humi effoſſionem inter myrtum & Smilacem; tale apud Antonium Bonfinium lib. 3. Hiſt. Hun. deca. 1. matris Attilæ de filio; tale apud Zozimum lib 4. Annalium Neſtorij Athenienſis; tale apud Ammianum lib. 21. Iuliani Apoſtatæ, & talis fuit illa Veneris, Gazæa ſtatua, de quâ Marcus hiſtoricus teſtis oculatus in vitâ ſancti Porphyrij Epiſcopi ſcripſit, quæ in ſomnis dare reſponſa ſolebat ijs, qui matrimonium inire cupiebant, quæ poſteà ad Crucis ſignum deiecta, & dæmon inquilinus fugatus fuit. Verùm cùm Iuuenale concludamus. *Pauſanias. Bonfinius. Zozimus. Ammianus. Marcus. Iuuenalis.*

Qualiacumque voles Iudæi ſomnia vendunt,
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Teſtamentum ingens.

Quod reliquum eſt, perſequamur. Thuriſumia ex thuris fumo adoliti, diuinabat. Vndè Statius. *Thuriſumia. Statius.*

Thurea, nec ſuprà volitante altaria fumo.

Tephramantia autem, ſiuè Spodonomantia, ex ſacrificiorum cineribus vaticinatur, cuius erat vſus in arâ Apollinis Iſmenij, quam Magiã Sophocles, diuinatorium cinerem nominauit. Hodiè adhuc ſpirat, vti nam expiraret ſuperſtitionis huius veſtigium. Nam res de quâ diuinandum eſt, digito cineri inſcribitur, & cinis aëri puro permittitur, eâ intentione, vt cinis æthere agitatus, litteras rei futuræ oſtendat. Tiromantia demùm caſeo perficitur, & Oomantia ex ſignis, quæ in ouis apparebant, quâ vult Suidas Orpheum vſum fuiſſe, & Leoninus lib. 3. Varia hiſt. cap. 13. de hac, multa deſcripſit. *Tephramãtia. Tiromãtia. Oomantia. Leoninus.*

Porrò Venenarium maleficium, Deus interdùm Sagis permittit, vt morbis, vel morte quoſdam afficiant, vt D. Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. Dei, Concilium Conſtantinopolitanum in Trullo, cano. 61. Innocentius VIII. Alexander VI. Hadrianus VI. Leo X. de Malef. & Incant. in 7. Decretalium ſenſere. Quibus Ius Ciuile etiã conſentit, l. multi. C. de Malef. & Mathem. leorũ. C. eod. tit. 6. Et Andreas Teuetus lib. 7. Coſmographiæ, cap. 13. narrat in Africæ opido Guzolâ, Elzarum quemdam, duorum annorum ſpacio malis artibus plus quàm octingentos homines interfeciſſe. Ioannes Niderius autem lib. 5. Fornicarij aſſerit in territorio Bernenſi quoſdam maleficos vtriuſque ſexus *Venenariũ maleficum. Auguſtinus. Concil. Conſt. Innocẽtius. Alexãder. Hadrianus. Leo. Teuetus. Niderius.*

xus ſuos proprios infantes occiſos, deuoraſſe. Hoc autem facinus immane, vel venenis, vel herbarum ſuccis, vel animalium carnibus, vel
Vana Obſeruatio. *Thomas.* venefico carmine perpetrant. Tandem Vana obſeruatio ſecundũ D. Thomam 2. 2. quæſt. 96. eſt magia ſuperſtitioſa ex quâ, nec naturaliter, nec ſupernaturaliter aliquod cõmodũ ſperatur. Inueniuntur tamẽ nonnulli, qui ſolo afflatu, & oſculo atrociſſima etiam vulnera, & morbos perſanant, quam artem alij D. Anſelmo tribuunt; & D. Paulo,
Pomponatius. Itali concedunt, de quibus Pomponatius lib. de Incant. cap. 3. Sicut, ait, in herbis, lapidibus, & animantibus inueniuntur virtutes ſanandi, ſic in humanâ ſpecie, vt in vno homine. At errat ille; quia ſanitati
Paulus. conferendæ, donum eſt a Deo gratis datum, vt D. Paulus 1. Corint. 12. teſtatur. Hinc legimus Angliæ regibus olim hereditario quaſi iure hanc gratiam à Deo conceſſam fuiſſe, vt annulorum quorumdam benedictione, neruorum contractionem, & ſpaſmum ſanarent; & Galliæ Reges crucis ſigno Scrofulas, & Strumas pellerent. Quòd autem
Mirandulanus. de Pyrrho legitur, Antonius Mirandulanus, mendacium cenſuit, quẽ dicebant pollice morbos ſanaſſe, totoq. eius corpore in cineres redacto, illum integrum, & incorruptum remanſiſſe. Illi verò Diuorum
Victoria. *Veracrucius.* *Nauarrus.* Anſelmi, & Pauli Curatores, Victoria relectione de magiâ, Veracrucius lib. 2. de animâ ſpec. & Nauarrus in Manuali cap. 11. num. 36. nec damnant, nec approbant. Vana etiam ſuperſtitio eſt, ſi effectus imaginibus, figuris, characteribus, & verbis magicis tribuatur; ſi certis precibus, & ſententijs ſacris; ſi operibus pijs ad Dei cultum, & honorẽ nõ pertinentibus, vtamur; ſi ad rem optatam conſequendam certis ieiunijs à Pio V. damnatis, delectemur; ſi Reliquias, Euangelia, & Pſalmorũ verſus in vaſe aliquo triquetro, vel rotũdo geſtauerimus; ſi denique imagines pro pluuiâ obtinendâ in aquam immerſerimus. Reliqua aũt ſexcenta Magiæ portenta, & animarum tormenta præterimus, quæ ſi quis exercuerit, infinitis dæmonum laqueis irretietur, & ad æternas Inferni pęnas detrudetur.

Apoſtrophe. At quoniam mortalium curioſitas tanta eſt, tanta acquirendi improba libido, tanta vlciſcendi rabies, & tanta facinorum machinamẽta, ſupplices te obſecramus Optime Maxime Deus, vt illa à mortalium omnium opere, ac mẽte auerrunces, & pro perfidiâ, Fidem, pro pręſtigijs, Pietatem, pro impietate Religionem, pro ſortilegijs, Preces, pro necromantiâ, Miſſarum ſollemnia, & denique pro omnibus diabolicis artibus, ſanam doctrinam, & Pia, & Sancta opera inſeras, vt ſęculo aliquandò defunctĩ, tecum in ętemas æternitates viuamus.

MEM-

MEMBRVM TERTIVM

De Poetica.

POETICA ex Plutarchi ſententiâ, eſt morũ, ac vitarum hominum nõ perfectorum, aut ſincerorum, aut ab omni reprehenſione immunium imitatio. Ex quâ inſinuare diſſimilia Poetarum ſtudia videtur; cum alij honeſtis, alij vtilibus, alij turpibus Muſis ſint deditii. Vndè aliqui voluêre Poeſim eſſe artem hominum actiones effingẽtem, eaſq. ad vitam inſtituendam carminibus explicantem. Quâ de cauſâ, Poeta factor, fictor, & imitator dici poteſt. Is enim, non ſolum res ipſas, quæ ſunt repræſentat, verum etiam quæ non ſunt, ac ſi eſſent, & quo modo eſſe, vel poſſent, vel deberent, oſtendit. Et hinc Plato in Fedro, illuſtria Poetarum carmina non eſſe humanas, ſed diuinas inuentiones aſſeruit. Quod cùm in ſeipſo agnoſceret Ouidius, hæc cecinit.

Poeſis quid ſit. *Poeta quid ſit.* *Plato.* *Ouidius.*

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia Cæli.
Sedibus æthereis Spiritus ille venit.

Poeticæ verò Inuentionem aliqui Apollini, aliqui Olympo tribuêre. At conſtat huius primum auctorem fuiſſe Moiſem, qui poſt eductum trans mare populum incolumem, viſumq. Pharaonis exercitum vndis obrutum, puellos, puellaſq. in orbem quaſi coëgit, & Pæanicum carmen gratus pro tam inſigni diuinitùs reportatâ de hoſtibus victoriâ, Deo cecinit. Quæ autem ſit Poëticæ materies, pulchrè Tullius lib. 1. de Oratore edocet. Eſt enim, inquit finitimus Oratori, Poëta, numeris adſtrictior paulò, verborum autèm licentiâ liberior, multis ornandi generibus ſocius, ac penè par: in hac quidẽ certè propè idẽ, nullis vt terminis circũſcribat, aut definiat ius ſuũ, quo minus ei liceat eâdẽ illi facultate, & copiâ, vagari, quâ velit. Vndè apparet nihil eſſe, vel ſuprà Lunæ orbẽ, & æternũ, vel infrà, & fluxũ, q; non ſub materiã Poëſeos cadat. Cum verò res omnes noſtræ, aut neceſſarij, aut vtilis,

Poeticæ inuentor. *Tullius.* *Poeticæ materia.*

Horatius.

aut delectabilis genere comprehendantur, meritò is erit Poëtæ finis, quem Lyricorum princeps in ſua Poëticâ pronunciauit.

Poetica finis.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poetæ,
Aut ſimul, & iucunda, & idonea dicere vitæ.

Docere ergò, & delectare, Poëtarum ſcopus eſt, quòd Metro, tamquã neceſſariá conditione fieri oportet. Quamobrem tot antiquitùs Poëſis poëmatum genera tamquam variorum colorum gemmas adinuenit.

Carmen Paſtorale.

Inter quæ vetuſtiſſimum fuiſſe carmen Paſtorale arbitramur, teſtibus etiã huiuſce rei Varrone, & Thucydide. Nam prius certè fuére paſtores, qui bruta paſcerent, quã ceteri, qui eis ad diuerſa opera vterẽtur.

Paſtoralis metri ſpecies

Hoc verò ſub ſe Bucolicum, Aratorium, Meſſorium, Feniſeciũ, Vinitorium, Lignatorium, Caprarium, Viatorium, Holitorium, Ouilium, Villicum, & Piſcatorium carmen comprehendit.

Horum argumenta.

Horum argumenta ſunt pecudes, eorum morbi, paſcua, bella paſtoralia, ſiluæ, belluæ, campi, ruſticana inſtrumenta, & alia quamplurima his ſimilia. Ab his porrò natalitium ſuum eduxit Comędia poëſis drammatica,

Comædia quid ſit.

quæ ad efformandam vitæ cõſuetudinem, ciuiles, priuataſq. actiones non ſinè leporibus, & facetijs imitatur, huiuſq. carmen per compita, & vicos apud Siculos primò cantabatur.

Argumẽtũ.

Hæc è pagis ruſticanam turbam, humili ſtylo, initijs turbatiuſculis, exitu hilari euocat; commeſſationes, luſus, nuptias, ſeruorum aſtus, ebrietates, deceptos ſenes, expilatoſq. in theatrum producit.

Tragædia.

Tragædia quid ſit.

Verum Tragędia, quæ apud Theſei ſepulchrum canebatur, non adeò antiquitate cedit Comędiæ, eſtq. poëſis illuſtrium virorum per agentes perſonas infortunia oſtẽdens, vt miſericordiâ, & terrore animos ab ijs calamitatibus vindicet à quibus huiuſmodi tragica facinora emanárunt.

Argumẽtũ.

In hac Imperatores, Reges, Principes, viriſq. illuſtres ex vrbibus, arcibus, & caſtris prodeunt. Huius verò principia fauſta, & ſedata, fines funeſti exiſtunt. Hæc, oratione graui cultu exornatá, & à vulgi dictione auersá, ſentẽtijſq. quaſi columnis fulcitâ vtitur; tota cuius fere facies anxietatibus, metu, exilijs, minis, morte, fletibus, deſperationibus, cædibus, incendijs, ruinis, bellis, epitaphijs, & epicedijs depicta conſpicitur, & pullata.

Tragicomædia.

At ex Comędiá, & Tragędiá, Tragicomędia confuſum quoddam, mixtumq. proficiſcitur, quod de vtroque quædam decerpit, & anguſtiores perſonas contrà legem Comicam introducit. Harum verò partes inter ceteras eſt Protaſis, quá fabulæ, reiq. totius ſumma abſque exitus declaratione proponitur, & narratur.

Protaſis.
Actus.
Scena.

Protaſim ſequitur Actus ſic ab actionibus communibus rerum, ac fabulæ varietate appellatus. Hunc Scena comitatur, actus pars, in quá vna, pluresq. perſonę fabulãtur, eiuſq. initium aliquandò omniũ ingreſſus, aliquandò vnius facit, ſicut, & abitus, finem. Chorus autem eſt pars inter actum, & actum, & qui in fine

fabulæ

fabulæ interdùm cum cantu muſiciſq; inſtrumentis adhibetur, & qui aliquando,cum aufertur,Mimi,qui omnia geſticulatione imitantur, in Scenâ introducuntur. Hic antiquis in Atellanâ Exodion, eò quòd *Exodion.* penitùs extrà fabulam eſſet, dicebatur.

Ceterũ Satyra à Satyris,quia dicaciſſimi,& ſalaciſſimi eſſent,vocata *Satyra.* eſt.Huius materia sũt ſaltationes,cõuiuia,potationes,dicacitates,leno *Argumẽtũ.* cinia,ioci,impoſturæ,fugæ,inſectationes,ignauiæ,parodiæ quibus ſeria imitantur,imitando ſubuertunt,ſentẽtiæ inexſpectatæ,mercaturæ plebeiæ,doli,& exitus varij, & incerti. Rhapſodiaca porrò carmina, Piſiſtratus dum Homeri ſparſa offendiſſet, & in vnum quaſi faſciculum digeſſiſſet,& cantu,& ſuturâ concinnaſſet, fecit vocari. Ac, vt è Comœdiâ, Mimus; è Tragœdiâ, Satyra; ſic Parodia è Rhapſodiâ pro- *Rhapſodia.* fecta eſt.Cum enim Rhapſodi recitationem intermitterent, recrea- *Parodia.* tionis gratiâ Parodi prodibant, qui omnia illa priora inuerterent, & alia ridicula ſubinferrent. Huius perſonæ ſunt temulentę,aut amantes feminæ, ganeones,bona ſua abligurĩẽtes,& ſimiles. Cento autem *Argumẽtũ.* à centone ideò dicitur,quòd ex varijs carminibus cõflatus vnum quaſi *Cento.* corpus efficitur. Sed Epos eſt verſuum opus elegans. Lyricum carmẽ *Epos.* à cantu,& lyrâ ortum habuit. Huius materia ſunt laudes,iurgia,amo *Lyricus verſus.* res,inſectationes,deſideria,locorum, temporũq. deſcriptiones, que- *Argumẽtũ.* relæ, deliberationes,negotiorum ſuſceptiones,& crebræ,ſpiſſæq. ſen *Odæ.* tentiæ.Odæ etiam à cantu nomen traxere.Porrò Epinicium metrum *Epinicia.* eſt,quod in certamine,ac conflictu victori canebatur.Pęane ſunt,qui- *Peanes.* bus Dijs immortalibus pro victoriâ in prœlijs habitâ gratulabantur. Hymni,quorum volunt fuiſſe auctorem Anthem Anthodoniũ, Dijs ad aras dicebãtur. Olympionici verò,Nemeonici,Pythionici,& Epi- *Hymni.* pompeutici verſus, ad pompas,& carmen ſęculare referebantur.Sco- *Olympionici.* lia verò metra in cõuiuijs, in quibus poculum circumferebatur, quòd *Scolia.* abſque cantu, neque propinare, neque excipere liceret, canebantur. *Argumẽtũ.* Horum materies erat virorum fortium laudes, adagia, & ſententiæ ad benè viuendum accommodatæ. Sed heus,iam nos vltrò ſcyphos *Inuectiua.* arripimus;noſtræ menſæ plerumque non laudes,ſed iurgia,ſcommata,& impoſturas reſonant, & obſcœna quæque indignè reboant,& ra rò ad benè viuendum aut loquuntur, aut inflammant. Quò ruimus mortales morti proximi, vtriuſq. ſalutis, & dignitatis immemores! *Dithyrãbi.* At Dithyrambi à Baccho originem traxere,cum in ipſius encomium *Argumẽtũ.* recitarentur. Stylus horum eſt numerorum tarditatis plenus,plenus compoſitarum vocum, ampullarum, ſeſquipedaliumq; verborum. Huic proximum eſt Hyporchema,quamquàm nonnihil ſit laxius, & remiſſius: eſt tamen faſtuoſum, & affectuum valdè plenum. Threni *Hyporch.* eſt carmen lamentabile, quod in ciuitatum euerſionibus, vt plurimũ *Threni.* dicebatur, huiuſq. auctorem vetuſtas, vel Linum poëtam, vel Her-

Ionica. culem arbitrata eſt. Sed Ionica, Sotadica, & Feſcenina poemata ſunt hymenæorum ſocia; cùm omnia in ijs, vel mollia, vel turpia audiantur. *Cinædica.* Quâ de cauſâ à quibuſdam etiam Cinædica dicta ſunt ob turpi- *Hilarodi.* tudinem, & Sotadica à Sotade Mânite eorum auctore. Hilarodi verò verſus minus obſcęni ſunt, in quibus, cùm excelleret Simus, Simodi ſunt appellati. In horum recitatione actores in veſte candidâ virili, *Aulodus.* auro coronati, calceis, aut crepidis induti prodibant. Aulodus his eſt proximus, niſi quòd Hilarodus puero, puellâuè canente, Aulodus ti- *Magodi.* bicine modos faciente canebatur. Porrò Magodi, & Lyſiadi carminis modus diuerſus erat, ſed idem planè argumentum. Nam primus muliebribus perſonis, virilia negotia; ſecundus muliebria virilibus, *Diræ.* ille ad tympanum, hic ad cymbalum agebat. Diræ ſunt etiam poemata, quibus mala ceteris imprecabantur. Hæ ſententijs grauibus, fa- *Palinodia.* bulis, & hiſtorijs induuntur. Palinodia verò, eſt eorum, quæ anteà aliquis ſcripſit, & ſcriptionis pęnituit, recantatio. Huius inuentor exſtitit Steſichorus, qui cum Helenam verſibus laceraſſet, & idcircò ca- *Heroica.* ptus oculis fuiſſet, conuerſo metro eius laudes celebrauit. Heroicum carmen eſt, quo Heroum laudes extollimus, prout quoque Epopæia, quæ Hexametro verſu illuſtrium virorum actiones per narrationem *Panegyris.* imitatur. Panegyris autem, eſt oratio laudatoria carmine exarata, *Apobateriõ* quæ apud multitudinem congregatam dici conſueuit. Apobaterion *Epibateriõ.* carmen eſt, quò diſceſſuri vtebantur valedicendo; & Epibaterion, quo ij poſt diuturnam peregrinationem, & longum poſtliminium in patriam reuerſi Deo gratias agebant, & ciues ſuos, amicosq́. ſaluta- *Propemticõ* bant. Propemticon verò metrum eſt, quo abeuntes votis, bonisq́; *Silua.* omnibus proſequi conſueuêre. Siluæ ſunt poemata quædam varia, rudia, & effuſa, vt in ſiluis arbores, quæ doctæ artificis manus ad- *Epithalamium.* uentu caſtigantur, & poliuntur. Epithalamium, carmen eſt, quo nuptiæ celebrantur. Eius argumentum circà ſponſum, & ſponſam, eo- *Argumẽtũ.* rumq́. curas, ſtudia, caſtitatem, amorem, luſus, genus, patriam, hono- *Oariſtus.* res, pulchritudinem, fortunas, & ſimilia verſatur. Oariſtus eſt carmẽ, *Genethliacum.* quod uiri, vxorisq́. confabulationes deſcribit. Genethliacum liberorum natalitia pandit. Huius materia eſt annus, menſis, dies, hora, *Argumẽtũ.* aſtra, locus, ſtemma, & alia. Proſeucticon eſt, quo omnia fauſta, ac fe- *Proſeucticõ.* licia filijs precabantur. Apeucticon, quo idem, ſed aduerſis quibuſ- *Apeucticõ.* dam ſublatis, petebant. Soteria eſt, quâ de beneficijs acceptis gratias *Soteria.* agebant. *Aeni.* Verum Aeni verſus ſunt inſtar picturæ alicuius, atque rerũ idola, quorũ altera ſpecies à rebus naturalibus, quaſi ab hiſtorijs deſumitur, dũ proindè, atque in ſcenâ, nõ animalia ſolũ, ſed muta quęque, enſes, vrbes, pręlia, & ſimilia loquẽtia introducũtur; altera apertis notis apertos ſenſus oſtendit, huiusq́. binę extant materię; quarũ vna in nudis vocibus verſatur, cũ ꝗs in eodẽ nõie multa ſignificata excogitat

quoquo

quoquo tandẽm modo, ac ordine illud legatur, qui modus ob ambages, Griphos veteres nominárunt; altera in rebus ipſis conſiſtit, ac *Gryphus.* Aenigma vocatur, quod ſenſu fit obſcuriſſimo, & abditiſſimo, qui *Aenigma.* diuerſum omninò videtur innuere ab eo, quòd, vel carmine, vel picturâ tegitur. Epigrammatum verò tot ſunt genera, quot cauſarum, & tot *Epigrama.* verſuum generibus explicantur, quot verſuum genera reperiuntur. Horum Breuitas propria eſt; Argutia eſt anima. Nobis quamquã omnia poëmatum genera ſemper arriſerint, & in ijs conſcribendis dum Academijs olim operã dabamus, exercitatiſſimi fuerimus: nullum tamen magis ingenij, & breuitatis gratiâ placuit Aenigmate, & Epigramate, quorum ſæpiſſimè ſententias per hoc noſtrum Opus hinc illinc deſperſiſſemus, ſi potius noſtra, quam aliena ambire voluiſſemus. Quæ omnia tamẽ cum verſuum omniũ generibus permixta, & Orationum, ſi parum ocij comes fuerit, typis mandare, in duos tomos congeſta, decreuimus. *Auctor pollicetur vnũ tomum Carminum, alterum, Orationum* Verum Cantiones variæ verijs gentibus ſemper fuêre. Paſtores enim, teſte Ariſtophane in Atticis, & Callimacho in Hecate ſuas ad molam canebant. In Theſmophorijs quoq. feminæ dum pinſerent cantiones ſuas cantilabant. Textoribus etiam ſua erat cantilena, & Balnearijs, vt Crates in Tolmis prodidit. At ab his omnibus diuerſam Teleclides in Amphictyonibus deſcribit, quã operæ mercenariæ in agris, dum operarentur, cantare ſolebant. Nautę quoque, vt ex Ariſtophaniorum Acharnenſium Commentarijs apparet, aliá, vel dùm vela contraherent; vel dùm ſecundis ventorũ flabellis veherentur, cantione vtebantur. Elegia porrò funebribus lamẽtis, vt Ouidius in Tibulli obitum inſinuat, dicebatur. *Elegia. Ouidius.*

Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos.
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Sed hæc temporis progreſſu ad alia etiam argumenta conſcribenda translata eſt. Huius inuentor Theocles Naxius extitit. Epicedium verò eſt carmen, quod in demortuorũ exequijs, dum iuſta perſoluerent, *Epicedium.* antequam eſſet humatum corpus, dicebatur. Neniæ autem, Phrygũ *Nenia.* inuentũ, cuius meminit Hipponax, ad rogum cantabantur. Epitaphiũ *Epitaphiũ.* Athenis erat anniuerſarium, hocq. ad tumulum lugubri cãtu dicebat. Et Monodia eſt vnius luctuoſũ metrũ, quo ille è choro prodiẽs egregia defuncti facinora, Lydijs modis ad tibiam celebrabat, huiuſq. in- *Monodia.* uentorem, Olympum tibicinem Ariſtoxenus conſtituit. Inferiarum *Inferiæ.* porrò carmen, idem eſt quod Parentalia. Olophyrmum denique metrum á lugentibus, & variæ fortunæ telis laceratis canebatur. *Olophyrmũ.*

Ceterum Emblema, veteribus erant lapilli colorati, & minutè ſecti, qui rerum diuerſarum effigies, & ſimulachra pauimento, parieti, *Emblema.* vaſculis, & ſimilibus appoſiti, repræſentabant. Vndè extat illud Lucillij apud Tullium de perfecto Oratore. *Lucillius.*

——— Vt teſſerulæ omnes
Endo pauimento, atque Emblemate vermiculato.

Emblematum varietas. *Budæus.* Quæ autem in pauimento erant, Teſſelata; quæ in pariete, Vermiculata; quæ in lignis, Segmentata, teſte etiam Budæo, vocabantur. Nunc autem carmina hos rerum typos habentia, vocamus Emblemata, quæ Epigraphen velut rei totius animam, Picturam, & Poeſim germanas artes ita vincit, vt altera alteri ſit interpres, habeantq. quandam ſimul, vt ita loquamur, idiomatum communicationem, & ſympathiam: Pictura quidem, vt corpus, Poëſis, vt Animus. Emblema autem eſſe debet ſelectum, ſubtile, argutum, & vel à cauſis naturalibus, vel ab hiſtorijs, & mythologijs, vel ab ethicis, adagijs, ſententijs, vel à Pythagoreorum notis, vel denique ab Aegy- *Emblema vnde.* ptiorum hieroglyphicis deſumptum. Et verò, cùm Emblema conſtet iam picturâ, non erit abs re, ſi de eâ, coloribus, & hieroglyphicis *Pictura.* quoque paucula proponemus. Et Picturam quidem, Plinio lib. 35. *Plinius.* affirmante, voluêre Aegyptij ſex millibus annis antequàm Græcia *Picturæ inuentores.* eam noſceret, fabuloſè apud eos floruiſſe. Is verò auctor Gygen Lydium inuentorem extitiſſe prodidit. At huius inuentionem Ariſtoteles Pirrho, Theophraſtus Polignoto conceſsêre. Aratus autem voluit Cleophantem Corinthium Colores, & Apollodorum Athe- *Plinius.* nienſem Penicillum inueniſſe, & Plinius lib. 35. Philodem Aegyptium, aut Cleantem Corinthium Picturæ lineas excogitaſſe. Iſido- *Iſidorus.* rus demùm lib. 19. Aegyptios primos humana corpora lineis circumſcripſiſſe arbitratus eſt. Et verò, quamuis arduum ſit hanc contro- *Verus inuentor picturæ.* uerſiam determinare: credimus tamen Moyſem potiùs in Aegypto gentilibus ſuis primò hanc artem rudi quodam modo, Dei in rubo montis Horeb à ſe viſi idolum depingendo monſtraſſe, & Aegyptios eamdem ab hoc, vel illis didiciſſe. Porrò Pictura eſt ſagax naturæ *Pictura qd ſit.* imitatrix; linearum formatrix, ſuperficierùm magiſtra, diſtinctrix luminum, fictrix vmbrarum, coloris, cutis, ſanguinis, venarum, neruorum, oſſiumq; admirabilis efformatrix, & quaſi totius corporis ſpiritus, ac anima. Quod verum eſſe, docet Martialis catella, quæ ità *Martialis.* ad viuum coloribus depicta, & expreſſa fuit, vt ars cùm naturâ certare videretur.

Ipſam denique pone cùm catella:
Aut vtramque putabis eſſe veram,
Aut vtramque putabis eſſe pictam.

Colorū ſpecies quot. Verùm Color eſt quædam qualitas ex elemētorum mixtione conſurgens, cuius octo præcipuæ ſpecies numerantur, Albus, Niger, Ruber,

Digitized by Google

Ruber, Luteus, Fuluus, Viridis, Cærulæus, & Varius. At hîc nos cõſiſtere cogit Ariſtoteles Met. 10. qui inconcinnè putabat nigrum colorem, tenebrarum fortè ductus èxemplo, eſſe albi priuationem; cùm re verâ, neque niger ſit priuatio albi, neque albus nigri. Sunt enim extremi colores, & ſpeciei diuerſæ, & ab inuicem ſeiunctæ. Si tamen hos alicui priuationi ſubijcere voluerimus, Album potiùs, qui omnes colores recipit, quod Priuationis proprium eſt, ſubijciamus. Albus igitur color erat apud veteres Dei Symbolum, & regenerationis, ac puritatis; vndè recens Baptiſmatis fonte initiati, veſte candidâ induebantur. Et apud Tertullianum erat libertatis etiam nota. Niger verò apud Romanos erat, cùm hominis infamis, tùm etiam doloris, ac conſtantiæ index. Hic alio colore permixtus, Fuſcum progenerat, qui dolorem, luctum, & amici obitum deſignat. Si rubro aût niger temperetur, Pullus color emergit, Amoris ſignũ, quẽ Plautus Morulũ appellauit; ſi purpureũ ater ſuperabit, Ferrugineus generabitur; hyacinthi, & violæ color, ſolitudinis, & animi profunditatis hieroglyphicum. Luteus verò color ex albo, & nigro oritur, qui teſte Iamblicho in Myſterijs, res caducas, & corruptibiles exprimebat; & Pallidus huius comes, Alciatus in ſuis Emblematis, amantum pallorem ſignificare ſcripſit. Cinericeus, animum humilem, qui apud Aegyptios etiam erat infauſtus, denotat. Porrò Ruber color multifariam diuiditur. Alius enim Pyrros dicitur, cùm ardere quaſi videatur, hicq; erat, teſte Plutarcho in Vitis Marcelli, Pompei, & Bruti, apud Romanos iræ, & belli imago; alius Cirros à vini rubri colore nominatur, etſi M. Fronto apud A. Gellium eũ à Rubro, qui iuxta D. Hieronymum, Odium, & iuxta Heſichium afflictionem, & tentationem præſefert, nomen accepiſſe crediderit. Sed ex purpureo violaceo, Amethiſtinus, cui Coccineus ſimilis eſt, prodit, & ex hoc Purpuriſſus generatur, qui rubedine tinctus magis croceus fiet, & virore Aurigeneus euadet. Hunc ſequitur Fuluus, Leonibus à Virgilio attributus, & ab alijs Xantho Achillis equo, cuius eſt penè par Ceruinus, quem in Equis temerè laudauit Palladius. Huic proximus eſt Aeneus color, qui fecit, vt Tranquillus ruffam Domitiani barbam, ænobarbam vocaret. Flauus eſt hoc paulò clarior. Glaucus non eſt huic admodum abſimilis, niſi quod parũ viriditatis habeat, eſtq. Sapientiæ Symbolum. Atque hinc Minerua ab Homero, & Virgilio dicta eſt habere oculos glaucos, atque flauos, viridemq. capillum, quorũ imitatione Scaliger Exer. 325. talem quoque ſuæ Naidi appinxit. At Viridis color lætitiam, & viuacitatem denotat. Cæruleus Cæli, vt ita loquamur colorem; cùm illud colore careat, imitatur, hicq. Neptuno datur; Cæſius hilarior, à cædibus ſic dictus, Mineruæ tribuitur, & Zelotypiæ ſpeciem repræſentat. Denique Varius color eſt quodam ve-

Ariſtoteles
An niger ſit priuatio.
Albi ſignificatio.
Nigri ſignificatio.
Fuſci ſignificatio.
Pulli ſignificatio.
Ferruginei ſignificatio.
Lutei ſignificatio.
Pallidi ſignificatio.
Cinericei ſignificatio.
Rubri coloris diuerſitas.
Pirros.
Iræ ſignificatio.
Cirros.
Amethiſtinus.
Purpuriſſus.
Aurigeneus
Fuluus.
Ceruinus.
Aeneus.
Flauus.
Glaucus.
Sapientiæ Symbolum.
Scaliger.
Viridis ſignificatio.
Cæruleus.
Cæ ij ſignificatio.
Varij coloris ſignificatio.

luti corpus ex multiplici colorum varietate conflatum,& iuuentæ clarus index. Vndè olim in Comędijs iuuenes eo induti in Scenam prodire ſolebant, vt ſapienter Veteres inconſtantiā, & multiformē iuuenum varietatē demonſtrarēt. Origenes verò Ioſephi tunicam talarē, & polymitam verſicolorem, vt Propertius loquitur, variarum virtutū lumina, quæ ex illuſtri puelli indole elucebāt meritò interpretatur.

Hierogly-phica. Ceterum ad Aegyptios ſacrorū antiſtites, vt Tacitus loquitur, properemus. Hi quamquam communes, omnibusq́. vulgares litteras haberent; alias tamen, nè eorū ſacra locum inter profana ſortirentur, quæq́. ſolis Sacerdotibus eſſent perſpectæ, cōmēti ſunt, eaſq́. Hieroglyphica grammata nominabant. Quo in ſcribendi genere per rerū, animaliumq́. figuras Chæremontem fuiſſe inſignem prodidit Suidas. Quicūque enim hiſce rerum imaginibus ſui animi ſenſa alijs reſerare optat, hūc oīum animalium, aliarūq́. rerum naturas, ac qualitates habere exploratas oportet, vt congruè, & appoſitè hiſcè rerū notis, quæ eſſent exprimenda, imitari poſſit. Et hinc illa vetuſtatis monumenta; hinc illæ columnæ in Mineruę, aliorumq́. Deorum tēplis huiuſmodi typis inſignitæ, ac cęlatæ apparebāt, quas Hermetē Triſmegiſtum inſcripſiſſe, Iamblichus libro de Myſterijs teſtatur. Hinc illi Seſoſtridis, *Iamblicus. Plinius.* & Semnoſernei Obeliſci ex Aegypto Romā deuecti, Plinio lib. *36.* c. 8. & ſequētibus, teſte, quorū imagines rerum Vniuerſi naturas, ac architecturā Symbolicis nutibus, tacitoq́. ſermone aperiebāt. Hinc tot idola immanibus inſculpta ſaxis cernuntur, quorū volunt præcipuum auctorē Mercurium Triſmegiſtū, qui gradus quoſdā Anagogicos ad diuina percipiēda hieroglyphicis litteris perſcripſit, quos in Soin Aegypti vrbe Bithis vates īuenit, eoſq́. Ammoni Regi interpretatus eſt, extitiſſe. Hinc denique extat illud Auguſti Cæſaris hieroglyphicum

Auguſti hieroglyphicū. numiſma, cuius alterā parte Auguſti caput, alterā Capricornus in Piſces terminans, & pedibus anterioribus Sphærā cōplectens, cernebatur. Quæ figuræ, Tranquillo teſte, Cęſaris Horoſcopum ſine loquelā

Trāquillus. Theogenes. Caroli V. horoſcopus. Diodorus Siculus. indicabāt; cū ſub illis ſignis, vt Theogenes eſt auctor, ille in hāc mūdi Vniuerſitatē prodierit. Quem etiam Horoſcopū nactus eſt D. Carolus V. Imperator feliciſſimus, ac fortiſſimus, quandò in his mūdi ſubſellijs, ac theatro terreſtre Numē Regibus apparuit. Neque ferè vlla res eſt, quæ nō poſſit hiroglyphicis ſignis repræſentari. Vndè Diodo-

Hierogly-phyca grāmata. rus Siculus lib. 4. Bibliothecę, vult per Accipitrem, Fulgur, ac Sagittas, ſubitā operationē ſignificari; per Crocodillū, Libidinē: cū Magi eius dextrā genā dextro brachio alligatam credant libidinoſam titillationē excitare, quod Plinius, & Dioſcorides etiā affirmārunt. Et per Leonē quoque Aegyptij, animi pręſtantiā; per Clauum, diuinū regimē, & prouidentiā; per oculū, Deum; per clypeū, tutamen, & demū per Pantheræ pellē, ſtēma Styriacū maculis inſignitā, Stellatum Cęlū denotari

ri

Digitized by Google

ri volebant. Quæ omnia, ac penè infinita alia fusè Orus Apollo libro de Sacris, ac myſticis Aegyptiorum Cælaturis, Manethus in Epytome naturalium, Hecâtæus lib. 1. de Philoſophiâ, & Ioannes Pierius Valerianus deſcripſerunt, & alij poſteà his imaginibus hieroglyphicis ſępè parietes, periſtromata, lacunaria, fores, clypeos, & equorum etiam capita, & equitum in Haſtiludijs exornārūt. Accepimus etiam Amphiaraum, Thebano bello, pro inſigni, Draconem depictum in clypeo, teſte Pindaro, geſtaſſe; Statium, Capaneum Hydrum; Polynicem, Sphingem, Pompeiumq́; Magnum enſiferum Leònem pro inſignibus depictum, vt refert Plutarchus, habuiſſe. Narrat quoque Dio Caſſius lib. 43. Iulium Cæſarem, Armatam Venerem; Perſeum, Phalangem; Ariſtomenē, Aquilā Anubis canem tenentem portaſſe. Demùm in quantâ rerum pręſtantiâ, locoq́; habenda ſint hieroglyphica cōmenta, ex illo etiā clariſſimè apparet, quòd Chriſtus Dominus verus Sapientiæ veræ parens, hiſcè in Euangelijs ſemper vſus ſit adeò, vt ipſa hieroglyphicas vites, palmites, ſementa, turres, vineas, ſerpentes, columbas, lucernas, & ſimilia reſonuerint, quæ omnia Xanthus Pagninus in vnum quaſi faſciculum ingenioſè collegit.

Orus. Manethus. Hecatæus. Pierius Valerianus. Stemmata. Dio Caſſius. Hieroglyphicorū dignitas. Pagninus.

O Chriſte, quæſumus, Pagninum imitare; collige nos tua hieroglyphica grammata per Euāgeliorū campos ſparſa, nè extrà illorum limites diſperſa, pereamus; fideles tuos in vnum faſciculum compinge, vt à te compacti, & compuncti, non Dæmoni, ſed tibi, tuę clementiæ gratiâ ſignati, reſeruemur, O quàm pulchrum, ò quam gratum generis humani manipulum offerres Deò Patri ſanguine ſacratiſſimo tuo redemptum! Quid plura? Nonnè optatum finem obtinebis tuæ Incarnationis? Coge ergò, & collige, obtinuiſti.

Apoſtrophe.

MEM-

MEMBRVM QVARTVM.

De Oratoria.

Orator quid Feſtus.

ORATORES, apud veteres Romanos, Feſto referente, cauſarum Actores dicebantur, quorum tres in familiâ Curionum fuiſſe, aſſerit Plinius, hoſq. ſecundùm varia dicendi genera perorare conſueuiſſe. Macrobius certè lib. 5. Saturnalium copioſum dicendi genus Ciceronis fuiſſe prodidit; breue Salluſtij, ſiccũ, & aridũ Frontonis; Plinij ſecundi, & Symmachi floridum. Craſſus verò dictione graui, & maturâ vtebatur; vehementi, turgidâ, & flammis coruſcâ Antonius. Atque hinc Homerus verba ampullata Vlyſſi, ſubtilia Menelao, ſapientiſſima, ſententijſq. refertiſſima tribuit Neſtori. Hinc Rutilius etiam, & Polibius commemorant, tres Oratores illos, qui ab Athenienſibus Romam miſſi fuêre, in admirationem, ob varios dicendi modos, notaſq. Senatum illum vertiſſe. Carneades enim oratione violentâ, ignitâ, & rapidâ; Critholaus ſolidâ, & graui; Diogenes modeſtâ, & ſobriâ vtebatur. Orator porrò à M. Catone deſcribitur, Vir bonus, & dicendi peritus, hancq. deſcriptionẽ Tullius, Quinctilianus, & D. Iſidorus nõ immeritò amplectuntur; cùm viri boni ſit honeſtum, ac iuſtum tueri; Reipublicæ bonum ſecundum Ius, & æquum defendere; iuſtè Clienti patrocinari, & non pro veris falſa, pro honeſtis turpia, pro iuſtis denique iniuſta proponere, ac propugnare. Quamobrem L. Craſſus lib. 3. de Oratore aſſerit quidquid boni de Virtutibus nos diſſerere poſſe, hoc eſſe proprium Oratoris. Verùm, Orator, vt dici poſſit, non ſolùm bonitate præditus; verùm etiam inſigni eloquẽtiâ conſpicuus, & exornatus eſſe debet, & vtrumque quodam quaſi congruo viciſſitudinis nodo coniunctum meritò habere, vt virtutes miris laudibus efferre, earumq. igniculos in Auditorum animos infundere; vitia vituperare, eaq. è mortaliũ mẽtibus radicitùs euellere, iuſta, ac honeſta ſuadere, & perſuadere, & iuſtè, aut accuſare, aut defendere poſſit, vt puniatur nocẽs, vel innocẽs relaxetur. Vt aũt oĩbus numeris abſolutus, & perfectus

Macrobius. Oratorum diuerſitas.

Orator quid ſit.

Tullius.

Oratoris officium.

Oratori ſciẽtia neceſſaria.

fectus euadat, non ſolum oportet eum ex omnium Scientiarum Viridarijs flores delibaſſe, ſed eorum quoque fructus omnes, amœnitate ſuaui refertiſſimos, & deguſtaſſe, & in ſuum ſanguinem, ſuccumq. conuertiſſe. Quâ de re teſtatur Tullius ſe non ſolum Rhetorum Scholis debere, ſed etiam ampliſſimis Academiæ ſpacijs. Quòd, cum anteâ Demoſthenes conſideraſſet; voluit eloquentiam à naturâ ſibi, & arte tributam varijs ſapientiſſimi Platonis diſciplinis exornare, eiuſq; Auditor extare. Neque verò Pericles Praxagoræ auditor, M. Cato, Scæuola, & Seruius Sulpitius ab his degeneraſſe videntur, qui, & in Eloquentiâ, & in Iuriſprudentiâ, & Philoſophiâ excellentes extitêre. Bono quoque Oratori Hiſtoriarum plena cognitio planè neceſſaria eſt, vt rerum præteritarum exemplis, rebusq. geſtis, poſſit res, quas tractat præſentes confirmare.

Philoſophia, & iuriſprudentia.

Pariter, & hiſtoria.

Quòd, vt in hac, & in reliquis Liberis Artibus præſtare poſſit ijs, priuſquam ex eminenti loco dicat, inſtructus eſſe debet, & naturâ, arte, exercitatione, & imitatione expolitus, & ad inueniendum, explicandum, exornandum, & memoriæ facili negotio mandandum accommodatus; firmis lateribus, canorâ, & gratâ voce, ſolutâ, & liberâ linguâ, & oris, ac totius corporis concinnâ conformatione prę ditũ eſſe neceſſe eſt, vt hîc Actionem tranſeamus, quæ eſt rerum ipſarum Anima, & quædam corporis Eloquentia, cui primas, ſecundas, & tertias Demoſthenes meritò conceſſit; cum voce, aures; geſtu, oculi moueantur, per quos duos ſenſus veluti patentes aditus omnis ad animum penetrat affectus. Tacemus etiam verba, quæ ſuaptè ingenio poſtulant, vt ſint terſa, polita, vſitata, arte etiam aliquandò nouata, rebus ipſis congrua, & ex ipſarum naturâ deprompta, interdum quoque vetera, & poëtica, quæ in oratione inſtar ſtellulæ, vt Cicero loquitur, ſplendeſcunt, hancq. varijs tropis exornatã varijs figuris illuſtratã, varijſq. ſententijs, vt auditorum animos iucundâ voluptate afficiant, & in admirationem conuertant inſtructam eſſe, ita conuenit, vt ſuis poſteà quaſi pedibus, numeriſq. perfecta, conſiſtant.

Natura, ars, exercitatio.

Imitatio.

Latera.

Vox.

Lingua.

Corpus.

Actio quid ſit.

Affectus per quos ſenſus ingrediãtur ad animum.

Verba qualia.

Sententiæ, figuræ.

Quibus omnibus, cum vteretur Hippias, Tullio teſte, dicere conſueuerat ſe vitam, necemq. ijs adferre, pro quibus, vel contrà quos perorâret. Quâ etiam linguæ facundiâ, cum præditus eſſet Cineas Pyrrhi Legatus, plures ipſe Ciuitates linguâ Regis Imperio ſubiugauit, quam Magnus ille Alexander armis perdomuerit. Quæ, etſi ita ſint: neceſſe tamen eſt, vt omnes vni Tullio Eloquentiæ parenti, & Latinæ Syreni cedant, & facundiæ lauream concedant, vt etiam Catullus palam confeſſus eſt.

Numeri, pedes.

Eloquentiæ potentia.

Catullus.

Diſer-

Diſertiſſime Romuli nepotum.
Quot ſunt, quotq́; fuere Marce Tulli,
Quotq́; poſt alijs erunt in annis.

Cōcionator qualis. Ceterum, ſi Orator eſſe debet vir bonus, & dicendi peritus, quantò magis Catholicus Concionator, quē non modò admirabili Eloquentiæ venâ, & omnibus Oratoriæ ſatellitijs inſtructū eſſe conuenit, omniumq. ſcientiarū ſplendoribus exornatum, & maximè Theologiæ vtriuſque, & Iuriſprudentiæ, Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, & Conciliorum Conſtitutionibus, & perfectâ, & ſanâ prudentiæ doctrinâ conſpicuum; verum etiam vitæ ſanctimoniâ illuſtrē, & rebus piè geſtis ita ſublimē, vt verus doctor, & ductor populi dici poſſit, & haberi? *Concionatoris officium.* Quocircà talis, neque Auaritiæ ſicco ſpiritu, neque ambitionis tumido, ſe conciones affectare patiatur, vt indè, vel lucrum aliquod, vel auram venetur popularem, ſed ob vnius Dei gloriam, & auditorum ſalutem plenus Religione, plenus zelo concionetur. Nam, qui aurum ſectatur, illiq. famelicus inhiat, is non hominum ſalutem, ſed aurum piſcatur, & D. Petro Apoſtolorum Principi, & hominum piſcatori contrarius efficitur. *Gregorius.* Probè D. Gregorius in ſuis Moralibus. Spiritualis, ait, Prædicator, in cunctis quæ dicit, ſolerti curà ſe inſpiciat, nè in eo, quod rectâ prædicat vitio electionis ſe extollat. *Tullius.* Et Tullius affirmat non decere laudis causâ rectum ſequi, ſi tamen laus conſequitur, congeminari recti appetendi voluntatem. Atque ideò in Tuſculanis, Honos alit artes, protulit, & omnes incenduntur ad ſtudia, gloriâ. Hem, vitia in duobus extremis, virtus in medio conſiſtit. *Chryſoſtom.* Porrò bonus Cōcionator illud D. Ioannis Chryſoſtomi ob oculos velut ſpeculum cryſtallinum ſibi opponat, dum ait: Benè viuendo, & benè docendo populum inſtruis quomodò viuere debeat: benè autem docendo, & malè viuendo Dominum inſtruis quomodò te debeat condemnare. Sapienter enim D. *Gregorius. ſententia.* Gregorius: Cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio condemnetur. *Naẓianz.* Quòd, cum D. Gregorius Nazianzenus in ſuo Apologetico conſideraret, ſcriptum reliquit, Nos prius mundari oportêre, & ſapientes fieri, deindè alios mundare, & ſapientes facere: nos lumen fieri, & ſic alios illuminare; ad Deum accedere, & alios ad Deum adducere. *Clement. Antoninus. Concionatoris materia.* At propria Concionatoris materia, ex quâ cetera dicendi themata eruit, Clementis Pontificis diſt. 37. & D. Antonini 3. par. ſuę Summæ tit. 19. auctoritate, Sacra Scriptura exiſtit. *Concionis tempus.* Quibuſcumque verò de rebus concionetur, in ijs tamen neque adeò moroſus in longum tempus dictionem protrahere debet; *Gregorius.* cum Alimenta, D. Gregorio in quadam Homeliâ teſte, quæ minus ſufficiunt, auidius ſumantur;

neque

neque ità breuis, vt D. Hieronymo aſſerente, auditores non percipiant integrum fructum, & emolumentum; neque nimius, & affecta tus in allegationibus, fabulis, & in rebus, verbiſq; riſum prouocãtibus cum, vt idem D. Hieronymus aſſerit, Bonus Prædicator eſt, qui prouocat propriè ad luctum, & non ad riſum; neque auditores ob commiſſa peccata in deſperationem; neque ob Dei miſericordiam in præſumptionem decet adducere; neque demùm ità proprio ſenſu in diuinis litteris explicandis abundare, & propria commenta oſtentationis causâ adferre, vt poſteà Orthodoxâ, & verâ doctrinâ in regio itinere relictâ, peſtilens, & falſa arripiatur, quæ ſæpius hominibus iſtis ambitione ventoſis arridet, illoſq; aureâ Inferni quaſi catenâ circinat. *Concionis regula.*

Verùm enim verò, cum Legati etiam Oratoris officium obeant, non erit incaſſum de ijs quoque aliquid diſſerere. Et Legati quidem nomen, apud Romanos illos priſcos, Sigonio teſte lib.2. de Antiquo Iure ciuiũ Romanorũ, variè ſumebatur. Horũ porrò geneſis à M. Varrone libro de linguâ Latinâ explicatur. Nam Legatos aſſerit ſic appellatos, quia publicè eligebantur, quorum operâ, & conſilio peregrè Magiſtratus vteretur, quiuè Nuncij Senatus, ac populi extarent. Hos autem Tullius contrà Vatinium, Nuncios pacis, belli Curatores, bellici Conſilij auctores, & muneris prouincialis Miniſtros vocauit. Appianus verò Alexandrinus lib.1. Belli Ciuilis, Legatos ait, Romani appellant, quos Prouinciarum rectoribus addunt, vt vitijs ſint ſubſidio. At Cæſar lib.3. Belli Ciuilis; Aliæ ſunt, inquit, Legati partes, aliæ Imperatoris; alter omnia agere ad præſcriptum; alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet. Ex quibus varia apud eos fuiſſe Legatorum munia apparet, ſed noſtro iudicio fruſtrà; cum vnus dumtaxat ea omnia poterat adimplere. Horum erat auctoritas, vt vel in caſtris iudicia agerent, & militum delicta, vt Marcus lib.1. de Re militari aſſerit, corrigerent; vel in Legationibus apud exteros Reges pro bello, pace, aut fœdere ineundo, vel pro alijs tractandis rebus morarentur, prout, aut occaſio ferebat, aut neceſſitas poſtulabat. Quæ veterum Romanorum laudabilis conſuetudo ad hoc vſque tempus ab omnibus Principibus obſeruatur, qui in huiuſmodi apud exteros Toparchas tractandis, & conficiendis negotijs viros probatæ vitæ, eruditionis, prudentiæ, fidelitatis, & grauitatis mittere conſueuêre. Decet enim, vt qui Principis perſonam ſuſtinet, ac repræſentat, omnium virtutum radios ex ſe tranſmittat. Atque ideò omni fidelitate in partibus ſui Principis tuendis, & promouendis, vti eum oportet; prudentiâ in rebus, & agendis, & conſultandis; ſollicitudine in negociorum aſſiduâ tractatione; vigilantiâ in ſubtili Conſiliorum inueſtigatione, vt hoc modo dici poſſit hic Orator, alterius Principis Explorator;

Legati. Sigonius. Varro. Legati ethymon. Appianus. Cæſar. Legati officium. Marcus. Mos noſtratum. Legatorum munus. Legatus quid ſit.

plorator; circumſpectione in negotij difficultatibus, aut obuiandis, aut opportunitatibus arripiendis; dexteritate demum in ſibi Reges extraneos, eorumq. Aulas beneuolas reddendo inſeruire Legatus tenetur ſuo Principi, vt ſic viâ hac apertâ in plurimarum rerum cognitionem deuenire poſſit, & non è contra, vel ocio torpeſcere, vel crapulâ langueſcere, vel amore, aut muneribus corruptus ſordeſcere ſe patiatur, vel laboribus fractus, negligens, ac tardus meritò iudicetur.

Apoſtrophe. Sed quid nos ipſi poſſumus, niſi tu Deus conatibus noſtris aſpiraueris, niſi tu illos rationis, ac gratiæ permixto freno, in medio detinueris, niſi tu illos denique ſemper rexeris, & comitatus fueris? Mane ergo Domine, & permane nobiſcum, vt te rectore, te duce, poſt functas in hac vitâ, & propalatas tuæ gloriæ, tuæ benignitatis in nos, & promiſſi, apud Gentium Vniuerſitatem Legationes, ad contemplandam tuæ Maieſtatis ſpeciem aduolemus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM QVINTVM.

De Aulicitate.

QVIA veri, probiq; Palatini ſuis ſcientiarum, virtutumq; ornamentis Principum Aulas illuſtrare ſolent, ſi de iiſdem quoque paucula diſſeremus, non erit hæc tractatio ab inſtituto noſtro aliena. Ac principiò, Aulicus eſſe debet nobiliſſimus, & plurimas ſuorum Auorum fumoſas imagines, & Gentilitia Nobilitatis ſtemmata oſtendere. Turpè enim planè eſt, vt humili loco natus cum Principe verſetur, & illi coram inſeruiat. Atque hinc Nobilitas, iuxtà Landulphum in 2. Clem. dicitur illa eſſe dignitas è ſanguinis ſplendore proueniens ab auis demiſſo, & continuà ſucceſſione manante in liberos legitimos. Boëtius autem lib. 3. de Conſolatione aſſerit eſſe laudem quamdam prædeceſſorum ob egregia facta. At Bartholus in Codice affirmat eſſe qualitatem quamdam honoris honeſti, quam Princeps, aut lex tribuere ſolet. Iodocus verò Clitoueus in tractatu de Nobilitate, affirmat illam non eſſe aliud, quàm excellentiam, dignitatemq; ſtirpis. Felinus porrò ſuprà Codicem ternas Nobilitatis differentias ſtatuit, vnam Sanguinis; alteram Virtutis; tertiam Virtutis, & Sanguinis ſimul; quæ certè noſtro iudicio omnibus numeris abſoluta exiſtit. Itaque hanc in ſuis Aulicis requirat Princeps, cuius vnum dumtaxat membrum, Stoici, & Ariſtoteles varijs in locis proſequuti ſunt. Nam lib. 1. Ethicæ, cap. 4. Nihil, inquit, aliud, quàm Virtus, & materia determinat ſeruum, & liberum, Nobiles, & Ignobiles. Huic ſimile eſt, quod D. Chryſoſtomus ſcriptum reliquit. Ille clarus, ait, ille ſublimis, ille nobilis, ille tunc integram ſuam nobilitatem putat, ſi dedignatur ſeruire vitijs, & ab eis ſuperari. Quâ de causâ Baldus in l. 2. C. de commer. & merc. dixit quemcumque virtute præditum, eſſe Nobilem. Ex quo extat illud, quòd vera Nobilitas ſit, clarum eſſe virtutibus. Idem ſenſit Hoſtienſis in ſuâ Summâ, vbi aſſeuerat non

Aulicus nobilis.

Landulphus

Nobilitas quid ſit.

Boetius.

Bartholus.

Clitoueus.

Felinus.

Vera nobilitas.

Chryſoſt.

Baldus.

Hoſtienſis.

genus

Digitized by Google

Penna. genus nobilitare homines, ſed virtutes. Vndè Lucas Penna ſic eam definiuit. Nobilitas nil aliud eſt, quàm habitus, operatioq. virtu-
Mores gentium. tis in homine. Hinc apud Romanos erant tot coronæ egregijs facinoribus deſtinatæ, & tot dona, ac ſtatuæ conceſſæ. Hinc apud Carthaginenſes tot donabantur annulis, quot prœlijs interfuiſſent. Hinc apud Iberos tot circà demortui ſepulchrum obeliſci erigebantur, quot ille ex hoſtibus interemiſſet. Hinc apud Scythas in ſollemni Sympoſio ijs tantum circumlatam pateram accipere licitum erat, qui hoſtem occidiſſent. Hinc apud Macedonas Lex erat, vt qui nullum hoſtem mactaſſet, capiſtro in ignobilitatis opprobrium cingeretur. Et Germanis vxorem ducere non licebat, niſi prius hoſtis occiſi caput Regi detuliſſent. Quæ, cum ita ſint, negare non poſſumus No-
Duplex Nobilitas. bilem quoque illum eſſe, qui virtutum radijs ſplendeſcit: Nobiliſſimum verò, qui Sanguinis, & Virtutis gloriâ ſimul illuſtratur. Pru-
Mantuan. denter Baptiſta Mantuanus. Magnum eſt, ait, virtutis adiumentum
Tullius. claris ortum eſſe parentibus. Et Tullius in Officijs. Optima eſt, inquit, hereditas à patribus tradita liberis, omniq; patrimonio præſtan-
Plato. tior, gloria virtutis rerum geſtarum. Quod idem Plato affirmauit. Gloria parentum, ait, natis eſt præclarus, magnificusq; theſaurus. Quamobrem, vt Aulicus noſter perfectus exiſtat, Stemmatis, & Vir-
Conſilium. tutis nobilitate debet illuſtrari; cum hæc ſit illius propria, illa à parentibus quaſi mutuò accepta. Fugiat idcircò Aulicus Ciceronis Scōma in Salluſtium. Ego, fatur ille, meis maioribus virtute meâ præluxi, tu tuis probro es, & ignominiâ.

Aulici qualitates. Verùm, Aulicus vltrà nobilitatis natalitiæ clara inſignia, ſe omnibus humanum, affabilem, & ſerenâ fronte decoratum debet oſtendere, & formosâ ſtaturâ, ac corporis quadam gratiâ præditum, vt omnes
Statura. ad ſe amandum, & expetēdum tacitè alliciat, & inflammet. Staturâ verò eius nollemus, vt ad extrema, quæ vitioſa, & deformia ſunt, declinaret, vel aſcenderet. Quòd ſi in altero peccandum eſſet, mallemus, vt in corporis paruitate, quàm magnitudine laboraret. Siquidem prægrandes omnibus ferè palatij muneribus exiſtunt inhabiles. Ac, cùm Aulicum robuſtum, agilem, & in omni armorum genere exercitatiſſimum eſſe oporteat, ſi ſtaturâ mediocri forma-
Armorum tractatio. tus erit, excellens euadet. Debet itaque ille omnis generis arma tam equeſtria, quàm pedeſtria non modò cognoſcere, ſed etiam apprimè ſcire tractare, vt, & in bello pro ſuo Principe, & in priuatis diſcordijs pro ſe ipſo vtiliter ijs vti poſſit. Pari ratione,
Equitatio. vt cum arte calleat equitare, equum in gyrum vertere, varioſq; ſaltus menſuratim efformare Aulico conuenit. Huic accedit decere eum cum optimè omnis generis frena, tum equos quoque ipſos, eorumq; craſim cognoſcere. Quorum hi meliores videntur,

qui

Digitized by Google

qui paruo capite, & auribus, fronte latâ, iubâ crebrâ, atque ſpiſſâ, oculis inflammatis, naribus oblongis, collo incuruato, pectore lato, ventre oblongo, & gracili, pedibus, tibijſq; rectis, & vngulis rotundis, altis, atque duris ſunt præditi. Quòd ſi Aulico colorum quoque qualitatis cognitio accedet, ex quâ pilorum varietas, & illorum naturæ cognoſcendæ index enaſcitur, maiori virtutis honore decorabitur. Equidem, Equi, qui terreo humore abundant Melancholici, graues, vileſc; exiſtunt, illorumq; color erit fuligini, ceruo, aut Sorici perſimilis; qui aqueo diffluunt, ſunt tardi, atq; molles, & colore albo colorati. Si iſtis verò plus aëris accedet, cæſij coloris exiſtent, ſanguinei, & agiles; ſi plus ignis, erunt Cholerici, & Saltatores, & Carboni accenſo, colore perſimiles videbuntur. Omnes autem pilorum extremitates, ſiuè aurium ſiuè iubarum, atque pedum illæ ſint, ſi denſæ, & nigræ fuerint, equum vigoroſum denotabunt. Optimum quoque optimi equi ſignum eſt, habere aut frontem ſtellâ inſignitam, aut pedes notis candidis deſignatos. Diodorus porrò lib. 6. equitandi artem Neptuno tribuit, voluitq; Peletronios Lapithas frena inueniſſe, & orbem, gyrumq; equos facere docuiſſe, primoſq; fuiſſe, qui in bello equis catafractis vterentur. Palatinus igitur Eques factus, in omni Haſtiludiorum genere excellentiſſimus euadat, eaq; ità tractet, vt geſtus minimè affectatos, gratia non ingrata comitetur.

Equorum efformatio.

Equorum complexio.

Equi boni ſigna.

Diodorus. Auctor artis equitãdi. Haſtiludia.

Quoniam verò hoc ludicrum certamen interdùm nimis ferum eſt, Aulicum ad iucundiora etiam belli ſimulachra ſeſe conuertere non pigebit. Inter quæ Aucupium nobis occurrit, cuius auctorem volunt Vlyſſem fuiſſe poſt Ilij excidium, quod tamen non ſolùm auibus edoctis, ſed etiam viſco, retibus, alijſq; auicipulis peragitur. Piſcatio quoque iucundiſſima eſt, eaq; apud Romanos in tantâ celebritate habita, vt crederent magnam felicitatis partem in eâ verſari. Atque hinc narrat Suetonius Neronem deaurato rete, purpurâ, & cocco nexis funiculis ſolitum fuiſſe piſcari. Dicitur etiam Octauianus Auguſtus ſæpè hamo piſces extraxiſſe. Et, cùm illorum plurimi piſcinas varij generis piſcibus refertas inſtruxiſſent, factum eſt, vt illorum agnomina ab ipſis piſcibus traherent, vt Murenæ, Licinij, Horatij, Dentati, & reliqui, quorum aliquot Cicero etiam piſcatores nominauit. Irretitur autem iſte aqueus grex retibus, hamo, iaculis, naſſâ, raſtro, & piſcario toxico. Huic perſimilis videtur Venatio, quæ ſubtili indagine, laqueis, pedicis, & canibus adhibitis feris nos potiri facit. Romulus certè Ceruorum venatione, & Meleager Aprorum delectabantur. Iulius Pollux lib. 5. Onomaſticon ſuadet

Aucupij auctor.

Piſcatio.

Venatio

Pollux.

Q Conrado

Conrado Imperatori, vt ſe venationi tamquàm rei heroicæ, corpori vtili, animo iucundæ, & ad audaciam, militiamq; comparandam accommodatæ dedat. Idem ſenſit Philo in libro de Moyſis vitâ, & Tullius lib. 2. de Naturâ Deorum, qui venationem eſſe quamdam belli diſciplinam affirmârunt. Porrò veteres Romani vrbem peroſi, tamquàm ex vinculis liberati, rus ſe conferebant, & hiſcè omnibus delectabantur. Vndè Virgilius lib. 1. Georgicorum cecinit.

Philo. *Tullius.* *Virgilius.*

Nunc captare feras laqueo, nunc fallere uiſco,
Atque etiam magnos canibus circumdare ſaltus,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres.

Agricultura. *Cicero.*

Quòd ſi Aulicus quoque Viridarij amœnitate delectabitur, non erit ab ipſius inſtituto alienum. Xenophon certè apud Ciceronem libro de Senectute, nihil ſibi tàm regale videri aſſerebat, quàm ſtudium agri colendi. Vndè Cyrus Perſarum Rex ingenio clarus, & maximi gloriâ imperij opulentus, agrum ipſe ſibi fecit, arboreſq; ſuâ manu inſeuit, & in ordinem, aciemq; diſpoſuit. Neque verò tranſeundum eſt Aulicum callere etiam debere ad ſcopum ſiuè Baliſtâ, ſiuè Bombardâ, ſiuè Sagittâ collimare ad animi recreationem, & Principi, & ſibi excitandam. Plinius profectò lib. 7. capite 56. aſſerit Scyten Iouis filium, vel Perſen Perſei liberum, Arcum inueniſſe, & Baliſtam Phœnices excogitaſſe. In Arcus iaculatione refert Sidonius peritiſſimos Erithreos Aſiæ populos fuiſſe. Crinitus Scotos laudat, & Paulus Diaconus Gothos celebrat. Angelus Politianus verò Alconem extollit, qui Sagittâ Draconem interfecit ore filium ſuum ferentem, abſque filij læſione Saxo Grammaticus Enarum illuſtrat, qui Sagittâ quæque obuia perfodebat, & Curtius, Catenem militem, qui aues præteruolantes certo ictu tranſfigebat. Si verò Aulicus etiam fundâ iacere didicerit, non poterit non vſui ſæpiùs illi eſſe. Hæc porrò in inſulâ Baleari inuenta fuit. Vndè Statius lib. 1. cecinit.

Plinius. *Auctores arcus, & Baliſtæ.* *Auctor fundæ.* *Statius.*

Roboraq; in granidas fundæ Balearis habenas.

Iſidorus.

Ac, vt illum nil prætereat, ad numerum ſaltare diſcat, cùm hoc nimis ſæpè in Aulis frequentetur; at hoc itâ exerceat cùm arte, vt ſine arte ſaltare videatur. Porrò Choreas, iuxtà Iſidorum lib. 18. Ety-

Etymologiarum, Arcades Salius inuenit, qui in Italiam ab Aneà tranſuectus fuit. Narrat certè Homerus Odyſſeâ 4. in nuptijs cuiuſdam ſocij Menelai, antiquiſſimis illis temporibus, Saltationes, Cantus, Muſicorumq; inſtrumentorum ſonos adhibitos. Quæ res, quàm ſit vetuſta, ex eo licebit argumentari, quòd Homerus, teſte Euſebio in Chronicis ſecundùm Apollodorum Grammaticum, & Euphorbium centum viginti quattuor annis antè Romam conditam, & ſecundùm Cornelium Nepotem centum annis antè primam Olympiadem floruit. Doctiſſimus Pererius verò libro 11. in Danielem, quæſt. 2. probat Homerum annis centum poſt Troianum bellum ex humanis exceſſiſſe, & circà Salomonis tempora vixiſſe. Saltus verò in geſtibus ordinatis, & paſſibus ad numerum, & figuram compoſitis, iuxtà inſtrumentorum ſonum, tonumq; , & nationis conſuetudinem conſiſtit. Saltus certè apud Romanos in honore habitus eſt; cum ij Salios Sacerdotes habuerint, qui in Martis venerationem ſaltitabant. Et Lacedæmonij à Caſtore, & Polluce choreas ducere, didicerunt. Socrates etiam, habitus ab Apollinis oraculo hominum ſapientiſſimus, non fuit rubore perfuſus ſaltus ſenex diſcere, eoſq; inter liberales artes collocare. Plato quòque lib. 2. de Legibus, Saltum Deorum munus vocitat, eumq; ineruditum appellat, qui illius eſt inſcius. Chamaleon verò Græcus aſſerit Ariſtophanem Choreas, honoratiſſimum ſpectaculum nominaſſe. Et Athenæus lib. 4. Cenæ ſapientum, affirmat Antiochum Regem ſaltare ſolitum fuiſſe, & narrat Polypercontem quamuis ſenem, & nulli militari ſcientiâ, & dignitate ſecundum: poſt cenam tamen ſaltare conſueuiſſe. Verùm, Chameleon refert Aeſchylum Choros, variaſq; ſaltuum figuras ordinaſſe. Vndè Ariſtophanes eum in quadam Tragœdiâ loquentem introducit.

Chorearum auctor. *Homerus.* *Chorearum antiquitas.* *Euſebius.* *Homeri vetuſtas.* *Pererius.* *Homeri, & Salomonis ætas.* *Saltus in quo cõſiſtat.* *Salij.* *Plato.* *Athenæus.* *Chori auctor.*

Choris figuras ipſe feci.

At Aulicus ità ſe probis moribus præditum, caſtum, pudicum, & in omnibus prudentem, & à vitijs quibuſcumque abhorrentem verè oſtendere debet, vt nullam prorſus vel leuem ſuſpicionem quis de ipſo concipere meritò poſſit. *Conſilium.*

Choreis verò affinis eſt inter Gymnicos luſus, & Olympicos, Curſus, in quo, cùm illuſtris eſſet Camilla Regina, ſic eam Virgilius lib. 7. Aeneidos laudauit. *Curſus.*

Q 2 *Illa*

Illa, vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras Curſu laſiſſet ariſtas.

Grammaticus. Cœlius. Curtius.

Curſus enim tùm vtilis, tùm neceſſarius interdùm eſt, in quo excellens Haraldus apud Saxonem Grammaticum extitit, qui ex æquo cùm equis currebat, eiſq; anteibat. Cœlius lib. 5. narrat Ipiclum Philacis filium ſuprà tritici ſpicas ſinè ipſarum depreſſione, & Damaratum ſuprà maris vndas cucurriſſe. Et Curtius lib. 7. prodidit Philippum Liſimachi fratrem, poſt Regem ducentis ſtadijs thoracatum curſitaſſe. Sed, cùm Aulicus hæc non ſit ſemper facturus, nec expediat, vt in eodem exercitio ſemper verſetur; ideò interdùm ad pacatiores luſus ſe transferat, qui ex Anacharſis Scythæ ſententiâ adinuenti ſunt, vt animus, corpuſq; poſt curas, & labores recreetur.

Luſus finis. Alea inuentor. Alea natura. Ouidius.

Ludos autem intelligimus eos, qui nullâ lege ſunt vetiti, & ab honeſtorum conſortio excluſi. Nam Alea præcipuè prohibita eſt, quam Theut Dæmon apud Platonem commentus eſt. Ac ea eſt aleæ conditio, vt vbi ſemel illius prurigo, & ſcabies animum alicuius occupauit, ægrè excuti queat. Prudenter Ouidius.

Sperne lucrum, vexat mentes inſana cupido,
Et reuocat trepidas Alea ſæpè manus.

Vida Epiſcopus. Scaccheidæ auctores. Damhuderius. Pilarum luſus. Pilarum inuentores. Homerus.

Admiſſi porrò luſus ſunt plurimi, inter quos inſigniores ſunt luſus globulorum ſuper abacum, & Scaccheidæ à Hieronymo Vida Epiſcopo carmine heroico celebratus, & dignus certè Principe quouis virò. Hunc tradunt Palamedem tempore belli Troiani, vel Aegyptios iuxtà Iodocum Damhuderium inueniſſe. Exerceat ergò ſe iſtis Aulicus, & interdùm quoque Pilâ paruâ, vel Ventoſâ, quas volunt Herodotus Lydios, Hippaſus Lacedæmonios, & Plinius Pythoum excogitaſſe, de quibus hæc Homerus in Odyſſeâ cecinit.

Illa pila dextra miſſurus ad aſtra reflectit.
Terga retrò, rurſuſq; ad magnum prominus ictum
Conſurgens, terram procumbit prorſus ad imam.

Athenæus.

Conſpicui in hoc luſu extitêre apud Athenæum libr. 1. Gymnoſophiſtarum Demetiles Theognidis Chij frater, Cheroſanes,

Creſilius

Cteſilius Chalcidenſis Philoſophus, & Antiochi Regis Aulici. *Conſilium.*
Denique Aulicus ea omnia honeſtè honeſta tractare, & peragere debet, quæ alij ipſius comites exercent, ni velit in ceterorum inuidiam, ac odium incurrere. Suadet hîc verò, & perſuadet honeſtas denuò inculcare Aulico, vt non niſi laudabilia, & honore digna amplectatur, & reliqua omnia honeſtati aduerſantia, tamquàm humani generis peſtes, morteſq; præſentiſſimas euitet. *Conſilium.*

Vt variet autem Palatinus ſuas actiones, eaſq; iucundiores reddat, Muſicam, quæ vel voce, vel ſono, maximè Teſtudinis auditur, perdiſcat. Legimus enim ſenem illum Chironem, Achillem puellum muſicam docuiſſe, & manus illas, quæ tantùm Troiani cruoris fuſuræ erant, in Cytharâ pulſandâ occupari voluiſſe. Ac, vt Aulicum nullæ liberales artes effugiant, Picturæ ſtudeat quoque arti nobiliſſimæ, & tali, vt Græci, nemini præterquàm nobili eâ imbui permiſerint. Nollemus autem Aulicum noſtrum eâ ratione vti picturâ, vt ſeipſum picturet. Audiat is, quæ Aelianus libro vltimo Variæ hiſtoriæ prodidit. Senex quidam Cæus Lacedæmonem profectus eſt, & cùm vanus admodùm, & ſuperbus eſſet, propter ſenectutem erubeſcebat, & idcircò conabatur canos tincturâ occultare. Progreſſus itaque ad Lacedæmonios, tali oſtenſo capite, expoſuit ea, quorum cauſâ venerat. Tunc Archidamus Lacedæmoniorum Rex, quidnam veri, inquit, dicturus eſt hic, qui non ſolùm in animo, ſed in capite etiam mendacium circumfert? Vndè ſapienter dixit Ariſtoteles libr. 4. Ethicorum, capit. 7. mendacium per ſe improbum eſſe, & vituperabile: verum verò probum, & laudabile. Non enim decet quoquo modo Aulicum ſibi genas, aut capillos coloribus tingere. Verùm, ſi picturæ etiam Statuariam Aulicus adiunxerit, quæ Simia quædam naturæ dici poteſt, exiſtet maiori dignus honore. *Muſica.* *Pictura.* *Aelianus.* *Salsè.* *Ariſtoteles.* *Statuaria naturæ Simia.*

Ac, vt Aulicus perfectus omninò ſit, litteris operam quoque nauet, quæ maxima eſſe ſolent nobilitatis, & animi ornamenta. Vndè non malè à Græcis factum, & fictum eſt, ſinè Palladio vrbem minimè duraturam. Profectò Adrianus VI. Pontifex aſſerit D. Carolum V. Cæſarem Cæſaris commentarios lectione quotidianâ triuiſſe; in quo tanta imitatio illuxit, vt Solymanus diceret Iulij Cæſaris animam vnà cùm virtute, & fortunâ in Carolum migraſſe. Certè ambiguum eſt, an Iulius Cæſar armis, vel litteris excellentior fuerit. Omnes autem, qui militari gloriâ claruerunt, litteris quoque decoratos fuiſſe legimus. Alexander enim Magnus Ariſtoteli operâ dedit, ſemperq; ſub ceruicali Homerum habuit, & Scipio Africanus Xeno- *Scientia.* *Palladium.* *Adrian. VI.* *Solymani dictum.*

Q 3 phontis

Digitized by Google

phontis libros continuò tenuit. Equidē Sago indutus, in bello dumtaxat prodeſt; at togâ armatus, ſuo prudenti conſilio, & pacis, & belli tempore vſui ſemper eſſe poteſt. Ex quo fit, vt ſcientiarum peritia longè armis antecellat. Doctus ergò Palatinus datâ occaſione palàm ſuam oſtendet ſapientiam, quæ noſtro quoque iudicio in eo conſiſtet, vt ille veſtes verſicolores amandet, & grauibus, nigriſq; , aut ſubobſcuris vtatur. In Haſtiludijs verò, atque Laruis, ſuademus illi, vt variorum colorum veſtibus vagis, ſplendidis, pompoſiſq; induatur. Et, vt hoc decet; ſic illud maximè dedecet dehoneſtis verbis, gulæ vitijs, moribuſq; minùs politis veſtiri. Et quamuis facetijs vti, & ſalibus aliquando Aulicum oporteat: ab obſcœnis tamen, & iniurioſis abſtinere debet, & pari modo tempus, locum, perſonaſq; reſpicere, nè in alterius offenſionem incurrat, neuè indebito tempore ridendo, imprudens, leuiſq; à prudentioribus iudicetur. Quoniam verò ſæpiùs accidere ſolet, vt odio, vel inuidiâ alter in alterum aut exardeſcat, aut palleat, conſultiſſimum eſt, vt ipſi inter ſeſe indiſſolubili amoris vinculo connectantur, & ab illis omnes fuci, & aſſentationis laruæ procul abſcedant. Meritò Seneca exclamat in Hippolyto.

Scientia armis potior. *Veſtium qualitas.* *Larua.* *Conſilium.* *Conſilium.* *Seneca.*

O vita fallax, abditos ſenſus geris,
Animiſq; pulchram turbidis faciem induis:
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Stimulantq; molles dura.

Quòd ſi Aulicus hiſcè virtutibus, Liberalitatem tàm ergà alios, quàm ſuos agglutinauerit, ab omnibus foris amabitur, & domi fideliter auſcultabitur. Audiat is, quid Strophilus ſeruus apud Plautum in Aulularià occinendo fateatur.

Plautus.

Iniquè domini ſeruis vtuntur ſuis,
Et ſerui iniquè dominis nunc parent ſuis;
Sic fit neutrobi, quod fieret iuſtum foret.
Panum, popinas, cellas promptuarias
Occludunt mille clauibus parci ſenes,
Quæ vix legitimis concedi natis volunt:
Serui furaces, verſipelles, callidi
Occluſa ſibi mille clauibus reſerant,
Furtimq; rapiunt, conſumunt, liguriunt,
Centena numquàm furta dicturi cruce:

Sic

Sic ſeruitutem vlciſcuntur ſerui mali
Riſu, iociſq; : ſic ergò concludo, quòd
Seruos fideles Liberalitas facit.

Ceterùm, quia de Palatinis nobis ſatis dixiſſe videmur, reſtat, vt de Genycæo verba faciamus. Etenim, ut illi; ſic Aulicæ mulieres nobili Stemmate inſignitas eſſe oportet, & iis denique ferè omnia conuenire, quæ uiris quadrare diximus. Enimuerò affectationem fugiant ità, ut tamen in omnibus rebus, ſermonibus, iociſ; gratiam tamquàm comitem aſſiduam detineant. Sint pompoſis, uariorumq; colorum ueſtibus exornatæ; habeant gemmas, torques, inaures, armillas, annulos, & reliqua Semiramidis nugamenta, quæ Pythagoras apud Crotoniates, ut refert Iuſtinus ex Trogo lib. 20. fecit, & effecit, ut feminæ, uelut luxuriæ quædam inſtrumenta deponerent, eaq; omnia in Iunonis ædem inferrent, aſſerens Matronarum uera ornamenta, Pudicitiam eſſe. Nihilominùs tamen in Saltationibus, & muſicis inſtrumentis ſint illæ edoctæ; ſint affabiles, ut ſermonibus honeſtis, gratiſq; , tempori, loco, & perſonis accommodatis, quemcumque detinere poſſint; ſint mente, & corpore pudicæ, non in molli otio, non in luxu, non in lenocinijs, non in aſtu, non in impudentiâ, leuitate, inſolentiâ, procacitate, petulantiâ, & pertinaciâ enutritæ. Euitent mendacia, detractiones, intempeſtiua dicteria, contentiones, & odia. Abhorreant oculos, vultum, atque riſum illecebris compoſitum; nutus, geſtus laſciuiâ imbutos. Deteſtentur fucatos colores, & facies illas perſonatas; non tamen omninò calamiſtra, cincinnos, & Speculum deſerant: Speculum enim inuentum eſt, teſte Senecâ in Quæſtionibus Naturalibus, libro 1. vt homo ſeipſum cognoſcat, vt formoſus uitet infamiam, ut deformis cogitet corporis uitia uirtutibus redimenda, ut iuuenis fluxum ætatis conſideret, & formæ, ac ideò ſibi uiaticum præparet ad Senectam uirtutibus refocillandam, ut ſenex, & rugoſa anus, relictis carnis illecebris, mortem imminentem reuoluat. Speculo itaque non abuti, ſed benè uti opus eſt, ut noſtra uitia corrigere poſſimus cùm Plauto in Epidico.

Sententiâ. Genycæum. Conſilium. Iuſtinus. Sententia. Conſilium. Seneca. Speculi vtilitas. Plautus.

Non oris cauſa modò homines æquum fuit
Sibi habere ſpeculum vbi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſint cor ſapientiæ.
Igitur, vt perſpicere poſſint cordis copiam,
Vbi id inſpexiſſent, cogitarent poſteà
Vitam, vt vixiſſent olim in adoleſcentia.

Plato quoque ſalubri conſilio temulentos adhortatus eſt, vt ſeſe in Speculo identidem ſpectarent, confeſtim à tantâ fœditate receſſuros. Quod ipſum Socrates adoleſcentibus conſulere ſolitus erat, vt, ſi eſſent egregiâ corporis formâ, & facie liberali præditi, nè illam vitijs contaminarent; ſi deformi eſſent ſpecie, & ſtaturâ minùs decorâ, illam Ingenij cultu, morumq; honeſtate penſarent. Igitur Aulicæ Dominæ exiſtant probis, honeſtiſq; moribus, Ingenio, & prudentiâ præditæ, ſintq; animi dotibus, & corporis elegantiâ ſpectandæ, ſcitulæ, nitidæ, & venuſtæ, nè ſub formoſâ cute deformia latitent monſtra, neuè Lucianus, illas Aegyptiacis delubris comparare denuò poſſit, quæ forinſecùs pulcherrima, & variorum colorum marmoribus ſtrata, nobiliſſimo emblemate exornata, & ſumptuoſis picturis conſpicua exiſtunt: intùs verò, ſi quis Deum requiſierit, aut Felem, aut Simiam, aut Hircum reperiet. Certè per ſe, ipſa forma deformis eſt, & fluxa, niſi à virtutibus formetur, & ſtabiliatur. Vndè ſapienter Nemeſianus eclogâ 4. cecinit.

Nemeſianus.

Non hoc ſemper eris, perdunt, & gramina flores,
Perdit ſpina roſas, nec ſemper Lilia candunt,
Nec longum tenet vua comas, nec populus vmbras:
Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat omnis.

Sententia.

Quamobrem Aulica puella in ſuis amoribus, ac delicijs non corporis formam, non fortunæ dotem, ſed animi habeat, audiatq; quod Horatius lib. 3. cantauit.

Dos eſt magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri,
Certo fœdere caſtitas,
Et peccare nefas, aut pretium mori.

At heù, nos modò quò deuenimus, quò nos auaritiæ illecebra deducit, vt iam magis opulentam dotem, quam illuſtrem puellarum famam, & cupiamus, & æſtimemus? Oppidò Plautus in Perſâ.

Plautus.

Tace ſtulta, non tu nunc hominum mores vides.
Quoiuſmodi? Hic cùm mala fama facilè nubitur,
Dum Dos ſit, nullum vitium vitio vortitur.

Verùm, non ſolum Dos quoſdam pellexit, ſed etiam, aut forma, aut verba doloſis illecebris plena, & mirabili arte conficta multos procos ità faſcinauit, vt quodammodò ſui obliti, feminas ab honeſtâ

famâ

famâ quoque ſæpius alienas duxerint. Succubuit profectò harum inſidijs fortiſſimus Sampſon, Dauid ſanctiſſimus deuictus cecidit, Salomon ſapientiſſimus illarum formâ, & blanditijs captus, iugo collũ admouit. Tacebimus nè Herculem animi, & corporis robore inſuperabilem, à muliere tamen ſuperatum? Senecam in Hypolito audiamus.

Natus Alcmena poſuit ſagittas,
Et minax vaſti ſpolium Leonis,
Paſſus aptari digitis ſmaragdos,
Et dari legem rudibus capillis:
Crura diſtincto relegauit auro,
Luteo plantas cohibente ſocco,
Et manu clauam modo qua gerebat,
Fila deduxit properante fuſo.

Quare tu Deus, qui feminarum vafriciem noſti, cui hominum imbecillis animi fragilitas nota eſt, qui ſenſus turbidos fluctus comprimis, rationem ſuam tueri ſtationem imperas, concede clemens vtrique Aulicorum ſexui, vt, & ſuis Principibus, & tibi probè famulentur, & tandem terreſtri Aulâ, & corporis ergaſtulo relictis, ad cæleſtem, cætu Angelorum comitante, extollantur. *Apoſtrophe.*

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM SEXTVM.

De Arithmetica Theorica.

Arithmetica neceſſitas
Boet.
Themiſt.
Cuſa.
Patrit.

ARITHMETICAE Speculatiuę tanta eſt neceſſitas,& præſtantia,vt Boëtius, & Themiſtius Arithmetices 1. aſſeruerint neminē in ampliſſimis Philoſophiæ diſciplinis omnibus numeris abſolutum,& perfectum abſque hac euadere poſſe; quod, & Nicolaus de Cusâ Cardinalis in primo, quē de Doctâ Ignorantiâ ſcripſit libro, fidem facere videtur. Et Franciſcus Patritius lib.2.Inſt.Reip. omnibus tum liberalibus,tum etiam ſeruilibus artibus apprimè neceſſariam eſſe, contendit. Et verò, ex eo etiā eius & neceſſitas, & maieſtas colligitur, quod hæc nullius alterius adminiculo indigeat, ab hac vnâ autem ceterarum omniū ſcientiarum Mathematicarū cohors dependeat, & inter illas principem locum obtineat. Cui Iodocus Clitoueus in Epiſt. Introd. Arithmetices Iacobi Fabri videtur meritò ſententiæ adſtipulari; cum anteà,& Plato in Epimenide huic omnium artium liberaliū, & ſcientiarum Speculatiuarum principem conſeſſum tribuerit, ac ità,vt Neocli reſponderit ſciſcitanti, hominem ideò eſſe animalium ſapientiſſimum, quia numerare calleret,& poſſet.Et Auenzoar Babylonius cum ritè omnia noſſe dixit, qui probè ſciret numerare. Ioannes quoque Grammaticus Phyſ.1. aſſeruit hanc reliquas Matheſeos ſcientias inſtar anteſignanæ alicuius antecellere.Et hinc Pythagoras huius ſcientiæ adiumento, quaſi alis quibuſdam ſubleuatus ad cæleſtium rerum cognitionem aduolauit.

Arithmetica independens.
Clitoueus.
Plato.
Cur hō ſapiens.
Auenzoar.
Grammat.

Arithmetica inuentores.
Purbach.
Iſidor.

Arithmeticam porrò Arabes inueniſſe, Georgius Purbachius in ſuo Algorithmo,teſtatur.Iſidor. autem lib. 3. Etym. affirmat Pythagoram inuentorem in Græciâ extitiſſe, hancq. à Nicomacho fuiſſe amplificatam,donec Apuleius, & Boëtius in Italiâ de eâ ſcripſerint. Sed Cælius Rhodig.lib.10.ca.34.Antiquarum Lectionum, Arithmeticæ inuentionem tribuit Sidonijs.Nos verò Adamum opinamur primum fuiſſe mortalium qui numerare inciperet. Verum Arithmetica,

Arithmetica definitio.

ca,

Digitized by Google

ca, iuxtà Ammonium, & Porphyrium, eſt diſiunctæ per ſe quantitatis cognitio; iuxtà Ioannem Grammaticum, Poſter. 1. cap. 7. eſt de conſonantibus rationibus diſputatio; iuxtà alios, eſt Numerorum per ſe exiſtentium ſpeculatio; ex quibus quodnam ſit eius Obiectum clarè apparet. *Ammon.* *Porphyr.* *Grammat.*

At Numerus, eſt vnitatum collectio, vel quãtitatis aceruus ex vnitatibus profuſus. Et vnitas illa eſt, quâ vnaquæque res dicitur vna, quæ haud eſt numerus, ſed numeri exordium, ſicut lineæ Punctum. Numerus porrò in geminas partes diuiditur, in Parem, videlicet numerum, & Imparem. Et numerus Par, eſt is, qui in duo æqualia, nullâ mediâ vnitate, diuiſibilis eſt; atque hic in ternas ſpecies partitur. Nam, vel eſt numerus Pariter Par, qui in duo paria diuidi, & rurſus horum quodlibet in alia duo paria poteſt ſecari, vſque dum diuiſio partium ad indiuiſibilem naturaliter perueniat vnitatem. Dicitur autem hic numerus Pariter Par; quia eius partes, & nomine, & quantitate pares exiſtunt. Vel etiam eſt numerus Pariter Impar, qui in partes æquales diuiditur, & rurſum hæ partes, cùm ſint numeri imparis, non partiuntur. Is verò hoc nomen ſortitur; quia a ſuis partibus, quę cum nomine ſint pares: quantitate tamen ſunt impares; aut, ſi nomine ſunt impares, quantitate pares euadunt: Vel demum eſt numerus Impariter Par, qui, cum in æquales partes partitur, hæ partes denuò in alias diuiduntur; ſed in iſta partium ſectione non vſque ad vnitatem æqua diuiſio proficiſcitur; cū non in omnibus ſuis partibus par inueniatur. Atque iterum numerus Par, in Superfluum ſecatur, cuius partium ſumma ſummam totius exuperat; in Diminutum, cuius partium ſumma ſummam totius haud pertingit; in Perfectum denique, cuius partium ſumma, ſummam totius nec maiori, nec minori gyro excedit. Sed Impar numerus eſt, qui in duo æqualia nequit diuidi, quin vnitas interueniat. Huius ſpecies eſt numerus Primus, & Incompoſitus; Secundus, & Compoſitus; Per ſe Secundus, & Compoſitus ad alium comparatus Primus, & Incompoſitus. Et numerus quidem Primus, & Incompoſitus eſt, qui nullam aliam habet partem, q̄ eam ipſam, quæ à totius quantitate ſumit denominationem, & hæc pars ſemper eſt totius vnitas; quâ de causâ Primus, & Incompoſitus appellatur; quia à nullo numero priori componitur, & menſuratur. Numerus verò numerum componere, aut metiri dicitur, à quo ipſe multoties præcisè ſumpto, nullo deficiente, aut ſuperfluo, totus conſtituitur. Atque ità numeri, quorum præter vnitatem, nulla pars eſt, metiens Contrà ſe primi vocantur: ex oppoſito numeri Communicantes ſunt, quorum alia ab vnitate pars ambos menſurat. Numerus autem Secundus, & Compoſitus eſt, qui præter vnitatem, in ſe alium numerum cohibet, à quo compoſitus eſt, & nominatur Secūdus; quia habet

Numerus quid ſit. *Vnitas.* *Par.* *Pariter par.* *Pariter impar.* *Impariter par.* *Superfluus* *Diminutus.* *Perfectus.* *Impar.* *Imparis ſpecies.* *Numerus metiens.* *Numerus cōmunicās.*

habet numerum priorem à quo coniungitur, & compoſitus quidem eſt; quoniam in ipſum à quo coniunctus eſt, reſoluitur. At numerus per ſe Secundus, & Compoſitus, & ad alium comparatus, Primus, & Incompoſitus quis ſit, ex dictis facilè cuique conſiderāti, patebit. Numerus Multiplex eſt, qui ad alium comparatus, ipſum plus, quam ſemel coërcet, qui ſi bis contineat, Duplus eſt, ſi ter, Triplus, & ſic de reliquis. Porrò numerus Superparticularis eſt, qui ad alium relatus, ipſum quidem totum, & alteram inſuper eius partem continet, quæ ſi medietas fuerit, Seſquialter; ſi tertia, Seſquitertius appellatur. Numerus verò Superpartiens eſt, qui ad alium comparatus, ipſum totū, & inſuper non vnam ſolam, ſed plures eius partes cōplectitur. Quod ſi numerus alium, & binas eius partes cohibeat, Superbipartiens; ſi ternas eius partes vltra totum in ſe habeat, Supertripartiens vocatur, & ſic ſucceſſiuè. Numerus autē Multiplex Superparticularis eſt, qui ad alium relatus, eumdem plus quam ſemel, & inſuper alteram aliquā eius partem poſſidet; quare geminum hoc adeptus eſt vocabulum. Eo enim ipſo, quod maior minorem pluſquam ſemel contineat, Multiplex; quod verò rurſum aliquam minoris partem complectatur, Particularis dicitur. Si igitur maior minorem bis, & eius medietatē obtineat, Duplexſeſquialter; ſi tertiam eius partem dumtaxat comprehendat, Duplex ſeſquitertius, aut ſi maior minorē ter, & inſuper eius medietatem habeat, Triplexſeſquialter nominatur, & ſic deinceps. At numerus Multiplex Superpartiens eſt, qui ad alium comparatus, ipſum quidem pluſquam ſemel, & inſuper non vnam ſolum, ſed binas, ternas, quaternas, pluresuè eius partes amplectitur; quā de re, quòd maior minores, pluresq. eius partes cōtineat, ſēper aliud, atque aliud nomen ſortiatur. Et hinc dicitur Duplex ſuperbipartiens, ſi minorē bis, & duas eius partes in ſe contineat; vel Duplexſupertripartiens, ſi minorem bis, & tres eius partes comprehendat. Triplexſuperbipartiens verò nuncupatur, ſi minor ter, & inſuper duæ minoris partes in maiori contineantur, & ſic de alijs. Verū Minoris Inæqualitatis ſpecies, tot, & eędem ferè, quæ Maioris Inæqualitatis exiſtunt; cum ſola nomina propter præpoſitionem annexam, diſcrimen progenerant. Vndè illa Submultiplex, Subduple, Subtriple; Superparticularis, Subſeſquialter, Subſeſquitertius; Subſuperpartiens, Subſuperbipartiēs, Subſupertripartiens; Subduplus, Superbipartiens, & Subduplexſupertripartiens prodeunt.

Numerus multiplex.

Numerus ſuperparticularis.

Numerus ſuperpartiēs

Multiplex ſuperparticularis.

Multiplex ſuperpartiēs

Minores inæquales.

Proportio quid ſit.

Porrò hæ numerorum ad inuicem habitudines, Proportiones nominantur. Proportio autem, eſt duarum quantecumque ſint eiuſdem generis quantitatum, certa vnius ad alteram habitudo. Et proportionum ad inuicem habitudines, à Mathematicis Proportionalitates vocantur. Proportionalitas autem, eſt duarum, vel plurium proportionum

num ſimilitudo. Proportionalitas Continua eſt, cùm termini ità diſpoſiti ſunt, vt vtriſque medium, extremis comparetur; & ſi numeri intermedij, ità diſpoſiti erunt, vt alius ad vnum, alius verò ad reliquos referatur, talis proportionalitas Diſiuncta appellatur. Conuerſa Permutata proportionalitas eſt, quæ in quattuor ad vnum, & octo ad duo ſe habere videtur. His annectere poſſumus proportionalitatē Arithmeticam, quæ tribus, aut pluribus terminis poſitis, qualitate proportionum neglectâ, ſolùm differentiarum parilitas ſeruatur; Harmonicam, quæ nec ijſdem differentijs, nec æquis proportionibus conſtituitur, ſed, vt maximus terminus ad minimum ponitur, ſic differentia maximi, & medij contrà differentiam medij, & minimi comparatur, & dicitur Harmonica, quia in hac Symphonia muſica inuenitur; Geometricam, quæ tribus, aut pluribus terminis diſpoſitis numerorum differentia intermittitur, ſolumq. proportionum æqualitas conſideratur. *Proportionalitatis ſpēs.*

Ac vt hoc in apertâ numerorum acie videatur, operæpretium eſt, Geometricas dimenſiones, quaſi militum agmina diſponere. Etenim omnis Geometrici exercitus dimenſio, aut Linealis, aut Superficialis, aut Solida reperitur. Numerus Linealis autem eſt, à duobus inchoans, appoſitâ ſemper vnitate, in vnum, eumdemq. quantitatis ductum, explicata congeries. Numerus verò Superficialis eſt, qui duobus lateribus, Longitudinis ſcilicet, & Latitudinis concluditur. Numerus Triangularis eſt, qui in latitudinē ſecundum vnitates deſcriptus, tribus angulis, lateribus à ſingulis angulis æqualiter diſpoſitis continetur. Numerus porrò Quadrangularis eſt, qui in latitudinem iuxtà vnitates deſcriptus, angulis quattuor lateribus æquali dimenſione ordinatis, coarctatur. Hic autem, etſi Quadrangularis ſit: non ſemper tamen habet æqualia latera, cum longitudine, & latitudine inæquali interdùm non vniformes facies deſcribat. Numerus Penthagonus eſt, qui in latitudinem iuxtà vnitates diſpoſitus, quinque angulis, lateribus æquâ ſectione diſtinctis coarcetur; atque ità Hexagoni, Heptagoni, & ceteri definitione parum variatâ, numeri deſcribuntur. Et verò numerus Solidus, ſiuè Corporalis eſt, qui tribus lateribus ſeptus, arctatur, longitudinis, videlicet, latitudinis, & profunditatis, & ob id in modum corporis, atque in has ſpecies ſecatur. Quarum prima, Pyramidalis numerus eſt, qui in ſuis vnitatibus per modum pyramidis cuiuſdam conſtitutus, à latâ baſi exorditur, & in aſcendendo ſemper diminuitur, doneç ad vnitatē, quæ huiuſcè pyramidis conus eſt, perueniat. Pyramis aūt haud vna eſt, ſed quædā eſt Trilatera, quędā Quadrāgula, quędā Sextangula, & Octangula ex numerorū, & corporū multangulari ſuperficie vario aſpectu efformata, quarū baſes noī ſimiles, & vnitati vni cōformes,

Numerus linealis. *Numerus ſuperficialis* *Numerus triāgularis.* *Numerus quadrangularis.* *Numerus Penthagonus.* *Numerus ſolidus.* *Numerus pyramidalis* *Pyramidis ſpecies.*

Numerus laterculus. *Numerus aſſis.* *Numerus cuneolus.* *Numerus paralellipes.* *Numerus cubus.* *Numerus ſphæricus.*

formes, nomen itidem hoc varium adeptæ ſunt. Laterculi verò numeri ſunt, qui ex æqualium ductu, æqualiter in minus euadunt. Numeri Aſſeres ſunt, qui ex æqualium quoque ductu, in maius exurgũt. Cuneoli, qui ex inæqualibus inæqualiter per inæqualia oriuntur. Paralellipedes numeri ſunt, qui ex æqualium ductu, inæqualiter per æqualia fiunt. Cubi ſunt, qui ex æqualibus per æqualia producuntur. Ciclici, vel Sphærici ſunt, qui ex cuborum ductu ità generantur, vt à quo numero cubicè, quantitatis latus incępit, in eumdem altitudinis extremitas terminetur. Appellantur equidem Ciclici, vel Sphærici; quià ad initium proprium redeunt à quo profecti ſunt. Et quemadmodum ex vnico regreſſu de puncto in pũctum circulus deſcribitur; ſic, & vná numeri multiplicationis fecunditate Cicli generantur; & ſicut ex ſecundá Semicirculi circũductione circá Diametrũ, Sphęra perficitur; ità Cicli numeri per ſuum principiũ multiplicatione quadam, numerus Sphericus procreatur.

Apoſtrophe.

O vtinam ritè noſtrarum actionum omnium circà diametrum, Deum, ſphæricæ lineæ ducerentur; vtinam, ſicut omnes illæ à cẽtro, indiuiſibili puncto, ad circumferentiam procedunt, & ab hac ad illud denuò progrediuntur; ità quoque omnia bona, quæ in nos, veluti in periphæriam quamdam ab ipſo diuino Numine deriuant, rurſus ad illud tamquam ad ſummum, perfectiſſimumq. rerum omnium præclariſſimarum Principiũ, & ad ipſius ſphæricas arces, nobiſcum vnà reuertantur, vt quod theoricè audiuimus, practicè videamus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM SEPTIMVM.

De Arithmetica Myſtica.

Hæc Arithmetica, quibus maximè īſeruiat.

D. Auguſt.

CVM Arithmetica hæc maximè ſit vnicuique docto viro, & Theologo neceſſaria; quippe, quæ myſticas in diuinis oraculis numerorum rationes referat, de hac quoque aliquid exarare iudicauimus. Quod quanti eam fecerit D.Auguſtinus ex lib.2.de Ciuit. Dei, apparet. Etenim, numeri, inquit, ratio contemnenda nequaquam eſt, quæ in multis Sacrarum Scripturarum locis, quàm magni ſit æſtimanda, elucet diligenter intuentibus: nec fruſtrà in laudibus Dei dictum eſt. Omnia in Menſurâ, & Numero, & Pondere diſpoſuiſti. Et lib.2. de Doctrinâ Chriſtianâ, Numerorum, ait, imperitia multa facit non intelligi translatè, & myſticè poſita in Scripturis. Ingenium quippe; vt ità dixerim, non poteſt non moueri, quid ſibi velit, quod, & Moyſes, & Elias, & ipſe Dominus noſter XL. dies ieiunauerunt; cuius actionis figuratus quidem modus, niſi huius numeri cognitione, & conſideratione non ſoluitur. Verum quo dignitatis loco hæc habenda ſit, ex dicēdis, palàm vnicuique patebit, & huius Obiectum eſſe numerū myſticum, perſpiciet. At nè huius Arithmeticæ numeros numerando, in infinitum contrà inſtitutum noſtrum progrediamnr; ſufficiet breuiter vſque ad Denarium peruenire, illumque myſticè explicare.

Vnitas.

Hermes.

Cyrillus.

Dei cognitio vndè.

Mūdus cur vnus.

Philo.

Concil. Lat.

Atque, vt à numeri principio, Vnitate videlicet auſpicemur, accepimus Pythagoricos, & Academicos dixiſſe Deum eſſe Vnitati ſimillimum; imò eſſentialiter, & ſimpliciter Vnum. Quibus adſtipulās Xenophanes Parmenidis præceptor, & Pythagoræ coæuus, idē aſſeuerauit. Et Hermes Triſmegiſtus, ex eiuſq. ſententiâ Cyrillus Alexandrinus lib.1. contrà Iulianum, per Vnitatem, numerorumq. analogiā, ad veram Vnitatem, Deum. ſ. cognoſcendum nos erigit in Pimādro. Porrò tantum eſt Vnitatis Sacramentum, vt cum Vnus ſit Deus, Mūdum itidem vnum ad ſui imaginem creauerit, vt Philo Alexandrinus animaduertit, & Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. celebratum.

Digitized by Google

Virtus vnâ. bratum comprobauit. Ac, cum Virtus quoque ſit quædam res præſtã-
Plato. tiſſima, non plures, ſed vna dumtaxat varijs nominibus expreſſa eſſe
Clemens. videbitur, in quam ſententiam Plato lib. 4. de Legibus, & Clemẽs Ale-
Ambroſ. xandrinus lib. 1. Stromatum iuêre; Neque verò ab his D. Ambroſius
in Lucam diſſentire videtur. Connexæ, inquit, ſibi ſunt, concatenna-
Tullius. tæq. virtutes, vt qui vnam habet, plures habere videatur. Et Tullius
lib. 2. Tuſculanarum Quæſt. Si vnam, ait, virtutem confeſſus es te nõ
habere, nullam neceſſe eſt te habiturum. Et verò quanti momẽti Vni-
Plato. tas etiam ſit in ciuitatibus, vel conſeruandis, vel amplificandis, Plato
Ciuiũ concordia vnde. lib. 5. de Rep. claris verbis aſtruit. Nullum enim, ait pernicioſius ciui-
tati malum, quam quod eam diuidit, & ex Vnâ plures facit, vel me-
Pſeuſippus. lius quidquam eo, quod ipſam vincit ſimul, & Vnam efficit. Siquidem
affirmabat Pſeuſippus, tam diù eſſe quidquid eſt, quamdiù Vnũ eſt;
cum autem deſinit eſſe Vnum, deſinit eſſe id, quod eſt; cum per Vni-
Plato. tatem res quælibet dicatur bona, atque perfecta. Atque hinc Plato in
Mors unde. Georgiâ dicebat Mortem ſibi nil aliud videri, quam rerum duarum
Dualitas. diſſolutionem.

Plato. Hanc verò diſſolutionem, vel Dualitatem, Pythagorici
Iſidem, & Dianam appellare conſueuerunt. Vt enim Diana
ſterilis creditur, teſte Platone in Theæteto; ſic, & prima Dua-
litas, cum exordium ſit diuerſitatis, & interitus. Hinc Duo ex
Matth. Euangelio Matthæi, capite 25. iudicandorum in illo ſupremo di-
Iudiciũ vniuerſale. ſtinctionis die depromuntur ordines, quorum hi ad dexteram, illi
ad ſiniſtram Iudicis ſtatuentur. Hinc Geneſis capite 25. Angelus
hanc Dualitatem Rebeccæ nunciauit. Ait enim Duæ gentes in
Rebecca figura Eccleſiæ. vtero tuo ſunt, & Duo populi de ventre tuo diuidentur, & po-
pulus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Rebecca
enim, figuram gerebat Eccleſiæ, & vir eius Iſaac, Chriſti Do-
mini typum exprimebat. Duæ autem gentes, quæ Rebeccæ vte-
re geſtabantur, Duas partes, factioneſq. diuerſas denotabant; par-
tem ſcilicet Idololatriæ deditam, & partem veræ fidei, boniſq.
operibus conſecratam; hanc gentium fidelium generationem Re-
beccæ vtero, hoc eſt Eccleſiæ gremio fidelem perpetuò perman-
ſuram; illam Infidelium, Iudæorum, & Hæreticorum omnium
in ipsâ quaſi natiuitate à ventre Rebeccæ, Eccleſiæ, impiè diuidi,
Eliſeus. & ſeparari oſtendebant. Neque ſolum Iſaac, ſed etiam Eliſęus
Chriſtum libro 4. Regum, capite 2. præſignauit, in quo Dualis
numerus maximam Iudæorum ſtragem demonſtrauit. Paruuli
namque illi, qui Eliſęo in Bethel aſcendenti ſalutando illudebant;
Iudæorum omnium Iudæi perſonam gerebant, eorumq. qui Chri-
ſtum impijs cachinnis irridebant. Aſcende calue, aſcende calue,
clamabant; quia in Caluariæ loco erat Chriſtus Crucem aſcenſurus.

At

At Eliſeus iuſtâ iræ percitus pueros maledictione [illegible] Vrſi Duo de Sluâ exierunt, puerosq. quadraginta Duos dilaniâ-runt irriſores. Quid, nonnè propemodùm ſic Iudæis contigit in quos Vrſi Duo, Titus, & Veſpaſianus Romani Principes Imperij de Gentium ſiluis, poſt Duos, & X L. annos ab Aſcenſu Domini noſtri in cælum, irruêre, captiſq. Ieroſolymis, tantam Iudæorum cladem edidêre, vt eorum Regnum perenni ſit tempore deletum? Hanc porrò Binarij naturam, nec Romani ignorauêre, qui ſecundũ anni menſem, Februarium appellârunt, & Plutoni, cuius eſt ſeparare animas, & ſeparatas, teſte Marſilio Ficino in Platonis lib.8. de Legibus, iudicare, dicârunt. Huius ſecundi menſis, ſecundâ die vrbem illi luſtrabant, vt vmbrarum ſpectra, terriculamenta laruarum, malorũ ſpirituum nocumenta pellerent, & iuſta Dijs Manibus perſoluerent, ac purgationibus quibuſdam dèmortuis parentarent, de quibus ſic Manfredus in Computi ratione.

[illegible] *Plutonis officium.* *Ficinus.* *Manfredus.*

Nam Februare quidem, dicunt purgare Latini.
Mos viguit talis Romanis ciuibus olim,
Anno ſub quinto, dùm cenſus fertur ad Vrbem:
Mœnia cum muris, templa, & luſtrare Deorum,
Scilicet iſtius menſis ſub luce Secunda,
Vt quaſi purgarent delicti exceſſibus Vrbem,
Et venia, atque ſalus per ſupplicia iſta daretur.
Dicere luſtrare ſic, & purgare ſolemus.
Sic, & multotiens dicitur quinquennia luſtra.

Verùm vnaquæq. ferè natio, & priuati etiam homines aliquod anni, menſis, & diei omen fauſtum, vel infauſtum obſeruare conſueuerũt. Et quidem refert Aelianus, Athenienſes menſe Tergilione, hoc eſt, Februario, inſignes ſemper de hoſtibus victorias reportâſſe. Hoc eodem menſe, & die D. Apoſtolo Matthiæ ſacro, litteris proditum eſt D. Carolum V. Imperatorem inuictiſſimum, auguſtiſſimumq. in hãc lucem prodijſſe; eodem die à Clemente VII. Bononiæ Imperatoriâ corona redimitũ; eodem denique die Franciſcum Galliæ Regẽ bello ſuperâſſe. E contrà verò commemorat Ammianus Marcellinus, Calendas Intercalares Valentiniano Imperatori infauſtas ſemper exortas fuiſſe; & ideò eo die in publicum prodire numquàm voluiſſe. Narrat Valerius quoque Antipatrem Sidonium, Poëtam, quotannis eo die, quo genitus erat, febri laboraſſe. Mulieres verò fetæ annum Biſſextilem, vt ominoſum, & noxium expaueſcunt.

Aelianus. *Carolo Cæſari fauſtus dies.* *Marcellinus.* *Valentiniano īfauſtus.* *Biſſextilis.*

Nunc ſi lubet Ternarij numeri myſteria luſtremus, qui à Pythagoricis, auctore Plutarcho de Pyth. Diſc. Iuſtitia dicebatur. Ariſtoteles etiã lib.1. de Cælo, quo nomine eũ cõpellet, audiamus. Magnitudinis,

Ternarius. *Plutarchus.* *Ariſtoteles.*

R inquit,

MEMBRVM SEXTVM.

De Arithmetica Theorica.

Arithmetica neceſſitas *Boet.* *Themiſt.* *Cuſa.* *Patrit.*

ARITHMETICAE Speculatiuę tanta eſt neceſſitas,& præſtantia,vt Boëtius, & Themiſtius Arithmetices 1. aſſeruerint neminē in amplisſimis Philoſophiæ diſciplinis omnibus numeris abſolutum,& perfectum abſque hac euadere poſſe; quod, & Nicolaus de Cusâ Cardinalis in primo, quē de Doctâ Ignorantiâ ſcripſit libro, fidem facere videtur. Et Franciſcus Patritius lib.2.Inſt.Reip. omnibus tum liberalibus,tum etiam ſeruilibus artibus apprimè neceſſariam eſſe, contendit. Et verò, ex eo etiā eius & neceſſitas, & maieſtas colligitur, quod hæc nullius alterius adminiculo indigeat, ab hac vnâ autem ceterarum omniū ſcientiarum Mathematicarū cohors dependeat, & inter illas principem locum obtineat. Cui Iodocus Clitoueus in Epiſt. Introd. Arithmetices Iacobi Fabri videtur meritò ſententiæ adſtipulari; cum anteà,& Plato in Epimenide huic omnium artium liberaliū, & ſcientiarum Speculatiuarum principem conſeſſum tribuerit, ac ità,vt Neocli reſponderit ſciſcitanti, hominem ideò eſſe animalium ſapientiſſimum, quia numerare calleret,& poſſet.Et Auenzoar Babylonius eum ritè omnia noſſe dixit, qui probè ſciret numerare. Ioannes quoque Grammaticus Phyſ.1. aſſeruit hanc reliquas Matheſeos ſcientias inſtar anteſignanæ alicuius antecellere.Et hinc Pythagoras huius ſcientiæ adiumento, quaſi alis quibuſdam ſubleuatus ad cæleſtium rerum cognitionem aduolauit.

Arithmetica independens. *Clitoueus.* *Plato.* *Cur hō ſapiens.* *Auenzoar.* *Grammat.*

Arithmetica inuentores. *Purbach.* *Iſidor.*

Arithmeticam porrò Arabes inueniſſe, Georgius Purbachius in ſuo Algorithmo,teſtatur.Iſidor. autem lib. 3. Etym. affirmat Pythagoram inuentorem in Græciâ extitiſſe, hancq. à Nicomacho fuiſſe amplificatam,donec Apuleius, & Boëtius in Italiâ de eâ ſcripſerint. Sed Cælius Rhodig.lib.10.ca.34.Antiquarum Lectionum, Arithmeticæ inuentionem tribuit Sidonijs.Nos verò Adamum opinamur primum fuiſſe mortalium qui numerare inciperet. Verum Arithmetica,

Arithmetica definitio.

ca,

ca, iuxtà Ammonium, & Porphyrium, eſt diſiunctæ per ſe quantitatis cognitio; iuxtà Ioannem Grammaticum, Poſter. 1. cap. 7. eſt de conſonantibus rationibus diſputatio; iuxtà alios, eſt Numerorum per ſe exiſtentium ſpeculatio; ex quibus quodnam ſit eius Obiectum clarè apparet. *Ammon.* *Porphyr.* *Grammat.*

At Numerus, eſt vnitatum collectio, vel quãtitatis aceruus ex vnitatibus profuſus. Et vnitas illa eſt, quâ vnaquæque res dicitur vna, quæ haud eſt numerus, ſed numeri exordium, ſicut lineæ Punctum. Numerus porrò in geminas partes diuiditur, in Parem, videlicet numerum, & Imparem. Et numerus Par, eſt is, qui in duo æqualia, nullâ mediâ vnitate, diuiſibilis eſt; atque hic in ternas ſpecies partitur. Nam, vel eſt numerus Pariter Par, qui in duo paria diuidi, & rurſus horum quodlibet in alia duo paria poteſt ſecari, vſque dum diuiſio partium ad indiuiſibilem naturaliter perueniat vnitatem. Dicitur autem hic numerus Pariter Par; quia eius partes, & nomine, & quantitate pares exiſtunt. Vel etiam eſt numerus Pariter Impar, qui in partes æquales diuiditur, & rurſum hæ partes, cùm ſint numeri imparis, non partiuntur. Is verò hoc nomen ſortitur; quia à ſuis partibus, quę cum nomine ſint pares: quantitate tamen ſunt impares; aut, ſi nomine ſunt impares, quantitate pares euadunt: Vel denium eſt numerus Impariter Par, qui, cum in æquales partes partitur, hæ partes denuò in alias diuiduntur; ſed in iſtâ partium ſectione non vſque ad vnitatem æqua diuiſio proficiſcitur; cũ non in omnibus ſuis partibus par inueniatur. Atque iterum numerus Par, in Superfluum ſecatur, cuius partium ſumma ſummam totius exuperat; in Diminutum, cuius partium ſumma ſummam totius haud pertingit; in Perfectum denique, cuius partium ſumma, ſummam totius nec maiori, nec minori gyro excedit. Sed Impar numerus eſt, qui in duo æqualia nequit diuidi, quin vnitas interueniat. Huius ſpecies eſt numerus Primus, & Incompoſitus; Secundus, & Compoſitus; Per ſe Secundus, & Compoſitus ad alium comparatus Primus, & Incompoſitus. Et numerus quidem Primus, & Incompoſitus eſt, qui nullam aliam habet partem, q̃ eam ipſam, quæ à totius quantitate ſumit denominationem, & hæc pars ſemper eſt totius vnitas; quâ de causâ Primus, & Incompoſitus appellatur; quia à nullo numero priori componitur, & menſuratur. Numerus verò numerum componere, aut metiri dicitur, à quo ipſe multoties præciſè ſumpto, nullo deficiente, aut ſuperfluo, totus conſtituitur. Atque ità numeri, quorum præter vnitatem, nulla pars eſt, metiens Contrà ſe primi vocantur: ex oppoſito numeri Communicantes ſunt, quorum alia ab vnitate pars ambos menſurat. Numerus autem Secundus, & Compoſitus eſt, qui præter vnitatem, in ſe alium numerum cohibet, à quo compoſitus eſt, & nominatur Secũdus; quia habet

Numerus quid ſit. *Vnitas.* *Par.* *Pariter par.* *Pariter impar.* *Impariter par.* *Superfluus* *Diminutus.* *Perfectus.* *Impar.* *Imparis ſpecies.* *Numerus metiens.* *Numerus cõmunicãs.*

habet numerum priorem à quo coniungitur, & compoſitus quidem eſt; quoniam in ipſum à quo coniunctus eſt, reſoluitur. At numerus per ſe Secundus,& Compoſitus, & ad alium comparatus, Primus,& Incompoſitus quis ſit,ex dictis facilè cuique conſiderāti,patebit. Numerus Multiplex eſt,qui ad alium comparatus, ipſum plus, quam ſemel coërcet,qui ſi bis contineat,Duplus eſt,ſi ter,Triplus, & ſic de reliquis. Porrò numerus Superparticularis eſt, qui ad alium relatus, ipſum quidem totum,& alteram inſuper eius partem continet, quæ ſi medietas fuerit, Seſquialter; ſi tertia, Seſquitertius appellatur. Numerus verò Superpartiens eſt,qui ad alium comparatus,ipſum totū, & inſuper non vnam ſolam,ſed plures eius partes cōplectitur. Quod ſi numerus alium, & binas eius partes cohibeat, Superbipartiens; ſi ternas eius partes vltra totum in ſe habeat,Supertripartiens vocatur, & ſic ſucceſſiuè. Numerus autē Multiplex Superparticularis eſt, qui ad alium relatus,eumdem plus quam ſemêl,& inſuper alteram aliquā eius partem poſſidet;quare geminum hoc adeptus eſt vocabulum. Eo enim ipſo, quod maior minorem pluſquam ſemel contineat, Multiplex;quod verò rurſum aliquam minoris partem complectatur, Particularis dicitur. Si igitur maior minorem bis, & eius medietatē obtineat, Duplexſeſquialter; ſi tertiam eius partem dumtaxat comprehendat,Duplex ſeſquitertius,aut ſi maior minorē ter, & inſuper eius medietatem habeat,Triplexſeſquialter nominatur, & ſic deinceps. At numerus Multiplex Superpartiens eſt, qui ad alium comparatus, ipſum quidem pluſquam ſemel, & inſuper non vnam ſolum, ſed binas,ternas,quaternas,pluresuè eius partes amplectitur;quā de re, q' maior minores,pluresq. eius partes cōtineat, ſēper aliud, atque aliud nomen ſortiatur. Et hinc dicitur Duplex ſuperbipartiens, ſi minorē bis,& duas eius partes in ſe contineat; vel Duplexſupertripartiens,ſi minorem bis, & tres eius partes comprehendat. Triplexſuperbipartiens verò nuncupatur,ſi minor ter,& inſuper duæ minoris partes in maiori contineantur,& ſic de alijs. Verū Minoris Inæqualitatis ſpecies,tot,& eędem ferè, quæ Maioris Inæqualitatis exiſtunt; cum ſola nomina propter præpoſitionem annexam, diſcrimen progenerant. Vndè illa Submultiplex,Subduple,Subtriple;Superparticularis,Subſeſquialter, Subſeſquitertius; Subſuperpartiens, Subſuperbipartiēs, Subſupertripartiens; Subduplus, Superbipartiens, & Subduplexſupertripartiens prodeunt.

Numerus multiplex. *Numerus ſuperparticularis.* *Numerus ſuperpartiēs* *Multiplex ſuperparticularis.* *Multiplex ſuperpartiēs* *Minores inæquales.*

Proportio quid ſit. Porrò hæ numerorum ad inuicem habitudines, Proportiones nominantur. Proportio autem, eſt duarum quantecumque ſint eiuſdem generis quantitatum,certa vnius ad alteram habitudo. Et proportionum ad inuicem habitudines,à Mathematicis Proportionalitates vocantur. Proportionalitas autem, eſt duarum, vel plurium proportio-

num

num ſimilitudo. Proportionalitas Continua eſt, cùm termini ità diſpoſiti ſint, vt vtriſque medium, extremis comparetur; & ſi numeri intermedij, ità diſpoſiti erunt, vt alius ad vnum, alius verò ad reliquos referatur, talis proportionalitas Diſiuncta appellatur. Conuerſa Permutata proportionalitas eſt, quæ in quattuor ad vnum, & octo ad duo ſe habere videtur. His annectere poſſumus proportionalitatẽ Arithmeticam, quæ tribus, aut pluribus terminis poſitis, qualitate proportionum neglectâ, ſolùm differentiarum parilitas ſeruatur; Harmonicam, quæ nec ijſdem differentijs, nec æquis proportionibus conſtituitur, ſed, vt maximus terminus ad minimum ponitur, ſic differentia maximi, & medij contrà differentiam medij, & minimi comparatur, & dicitur Harmonica, quia in hac Symphonia muſica inuenitur; Geometricam, quæ tribus, aut pluribus terminis diſpoſitis numerorum differentia intermittitur, ſolumq. proportionum æqualitas conſideratur. *Proportionalitatis ſpẽs.*

Ac vt hoc in apertâ numerorum acie videatur, operæpretium eſt, Geometricas dimenſiones, quaſi militum agmina diſponere. Etenim omnis Geometrici exercitus dimenſio, aut Linealis, aut Superficialis, aut Solida reperitur. Numerus Linealis autem eſt, à duobus inchoans, appoſitâ ſemper vnitate, in vnum, eumdemq. quantitatis ductum, explicata congeries. *Numerus linealis.* Numerus verò Superficialis eſt, qui duobus lateribus, Longitudinis ſcilicet, & Latitudinis concluditur. *Numerus ſuperficialis* Numerus Triangularis eſt, qui in latitudinẽ ſecundum vnitates deſcriptus, tribus angulis, lateribus à ſingulis angulis æqualiter diſpoſitis continetur. *Numerus triãgularis.* Numerus porrò Quadrangularis eſt, qui in latitudinem iuxtà vnitates deſcriptus, angulis quattuor lateribus æquali dimenſione ordinatis, coarctatur. *Numerus quadrangularis.* Hic autem, etſi Quadrangularis ſit: non ſemper tamen habet æqualia latera, cum longitudine, & latitudine inæquali interdùm non vniformes facies deſcribat. Numerus Penthagonus eſt, qui in latitudinem iuxtà vnitates diſpoſitus, quinque angulis, lateribus æquâ ſectione diſtinctis coarcetur; atque ità Hexagoni, Heptagoni, & ceteri definitione parum variatâ, numeri deſcribuntur. *Numerus Penthagonus.* Et verò numerus Solidus, ſiuè Corporalis eſt, qui tribus lateribus ſeptus, arctatur, longitudinis, videlicet, latitudinis, & profunditatis, & ob id in modum corporis, atque in has ſpecies ſecatur. *Numerus ſolidus.* Quarum prima, Pyramidalis numerus eſt, qui in ſuis vnitatibus per modum pyramidis cuiuſdam conſtitutus, à latâ baſi exorditur, & in aſcendendo ſemper diminuitur, doneç ad vnitatẽ, quæ huiuſcè pyramidis conus eſt, perueniat. *Numerus pyramidalis* Pyramis aũt haud vna eſt, ſed quædã eſt Trilatera, quędã Quadrãgula, quędã Sextangula, & Octangula ex numerorũ, & corporũ multangulari ſuperficie vario aſpectu efformata, quarũ baſes noñ ſimiles, & vnitati vni cõformes, *Pyramidis ſpecies.*

formes,

Numerus laterculus.
Numerus aſſis.
Numerus cuneolus.
Numerus paralellipes.
Numerus cubus.
Numerus ſphæricus.

formes, nomen itidem hoc varium adeptæ ſunt. Laterculi verò numeri ſunt, qui ex æqualium ductu, æqualiter in minus euadunt. Numeri Aſſeres ſunt, qui ex æqualium quoque ductu, in maius exurgũt. Cuneoli, qui ex inæqualibus inæqualiter per inæqualia oriuntur. Paralellipedes numeri ſunt, qui ex æqualium ductu, inæqualiter per æqualia fiunt. Cubi ſunt, qui ex æqualibus per æqualia producuntur. Ciclici, vel Sphærici ſunt, qui ex cuborum ductu ità generantur, vt à quo numero cubicè, quantitatis latus incępit, in eumdem altitudinis extremitas terminetur. Appellantur equidem Ciclici, vel Sphærici; quià ad initium proprium redeunt à quo profecti ſunt. Et quemadmodum ex vnico regreſſu de puncto in pũctum circulus deſcribitur; ſic, & vnà numeri multiplicationis fecunditate Cicli generantur; & ſicut ex ſecundâ Semicirculi circũductione circâ Diametrũ, Sphęra perficitur; ità Cicli numeri per ſuum principiũ multiplicatione quadam, numerus Sphericus procreatur.

Apoſtrophe.

O vtinam ritè noſtrarum actionum omnium circà diametrum, Deum, ſphæricæ lineæ ducerentur; vtinam, ſicut omnes illæ à cẽtro, indiuiſibili puncto, ad circumferentiam procedunt, & ab hac ad illud denuò progrediuntur; ità quoque omnia bona, quæ in nos, veluti in periphæriam quamdam ab ipſo diuino Numine deriuant, rurſus ad illud tamquam ad ſummum, perfectiſſimumq. rerum omnium præclariſſimarum Principiũ, & ad ipſius ſphæricas arces, nobiſcum vnà reuertantur, vt quod theoricè audiuimus, practicè videamus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM SEPTIMVM.

De Arithmetica Myſtica.

Hæc Arithmetica, quibus maximè īſeruiat. *D. Auguſt.*

CVM Arithmetica hæc maximè ſit vnicuique docto viro, & Theologo neceſſaria; quippe, quæ myſticas in diuinis oraculis numerorum rationes referat, de hac quoque aliquid exarare iudicauimus. Quod quanti eam fecerit D.Auguſtinus ex lib.2.de Ciuit. Dei, apparet. Etenim, numeri, inquit, ratio contemnenda nequaquam eſt, quæ in multis Sacrarum Scripturarum locis, quàm magni ſit æſtimanda, elucet diligenter intuentibus: nec fruſtrà in laudibus Dei dictum eſt. Omnia in Menſurâ, & Numero, & Pondere diſpoſuiſti. Et lib. 2. de Doctrinâ Chriſtianâ, Numerorum, ait, imperitia multa facit non intelligi translatè, & myſticè poſita in Scripturis. Ingenium quippe; vt ità dixerim, non poteſt non moueri, quid ſibi velit, quod, & Moyſes, & Elias, & ipſe Dominus noſter X L. dies ieiunauerunt; cuius actionis figuratus quidem modus, niſi huius numeri cognitione, & conſideratione non ſoluitur. Verum quo dignitatis loco hæc habenda ſit, ex dicēdis, palàm vnicuique patebit, & huius Obiectum eſſe numerū myſticum, perſpiciet. At nè huius Arithmeticæ numeros numerando, in infinitum contrà inſtitutum noſtrum progrediamnr; ſufficiet breuiter vſque ad Denarium peruenire, illumque myſticè explicare.

Vnitas. *Hermes.* *Cyrillus.* *Dei cognitio vndè.* *Mūdus cur vnus.* *Philo.* *Concil. Lat.*

Atque, vt à numeri principio, Vnitate videlicet auſpicemur, accepimus Pythagoricos, & Academicos dixiſſe Deum eſſe Vnitati ſimillimum; imò eſſentialiter, & ſimpliciter Vnum. Quibus adſtipulās Xenophanes Parmenidis præceptor, & Pythagoræ coæuus, idē aſſeuerauit. Et Hermes Triſmegiſtus, ex eiuſq. ſententiâ Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contrà Iulianum, per Vnitatem, numerorumq. analogiā, ad veram Vnitatem, Deum. ſ. cognoſcendum nos erigit in Pimādro. Porrò tantum eſt Vnitatis Sacramentum, vt cum Vnus ſit Deus, Mūdum itidem vnum ad ſui imaginem creauerit, vt Philo Alexandrinus animaduertit, & Concilium Lateranenſe ſub Innocentio I I I. celebratum

Digitized by Google

Virtus vnà. bratum comprobauit. Ac, cum Virtus quoque ſit quædam res præſtãtiſſima, non plures, ſed vna dumtaxat varijs nominibus expreſſa eſſe videbitur, in quam ſententiam Plato lib. 4. de Legibus, & Clemẽs Alexandrinus lib. 1. Stromatum iuêre. Neque verò ab his D. Ambroſius in Lucam diſſentire videtur. Connexæ, inquit, ſibi ſunt, concatenatæq. virtutes, vt qui vnam habet, plures habere videatur. Et Tullius lib. 2. Tuſculanarum Quæſt. Si vnam, ait, virtutem confeſſus es te nõ habere, nullam neceſſe eſt te habiturum. Et verò quanti momẽti Vnitas etiam ſit in ciuitatibus, vel conſeruandis, vel amplificandis, Plato lib. 5. de Rep. claris verbis aſtruit. Nullum enim, ait perniciofius ciuitati malum, quam quod eam diuidit, & ex Vnã plures facit, vel melius quidquam eo, quod ipſam vincit ſimul, & Vnam efficit. Siquidem affirmabat Pſeuſippus, tam diù eſſe quidquid eſt, quamdiù Vnũ eſt; cum autem deſinit eſſe Vnum, deſinit eſſe id, quod eſt; cum per Vnitatem res quælibet dicatur bona, atque perfecta. Atque hinc Plato in Georgiâ dicebat Mortem ſibi nil aliud videri, quam rerum duarum diſſolutionem.

Plato. Clemens. Ambroſ. Tullius. Plato. Ciuiũ concordia vnde Pſeuſippus. Plato. Mors unde. Dualitas.

Hanc verò diſſolutionem, vel Dualitatem, Pythagorici Iſidem, & Dianam appellare conſueuerunt. Vt enim Diana ſterilis creditur, teſte Platone in Theæteto; ſic, & prima Dualitas, cum exordium ſit diuerſitatis, & interitus. Hinc Duo ex Euangelio Matthæi, capite 25. iudicandorum in illo ſupremo diſtinctionis die depromuntur ordines, quorum hi ad dexteram, illi ad ſiniſtram Iudicis ſtatuentur. Hinc Geneſis capite 25. Angelus hanc Duallitatem Rebeccæ nunciauit. Ait enim Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & Duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Rebecca enim, figuram gerebat Eccleſiæ, & vir eius Iſaac, Chriſti Domini typum exprimebat. Duæ autem gentes, quæ Rebeccæ vtere geſtabantur, Duas partes, factioneſq. diuerſas denotabant; partem ſcilicet Idololatriæ deditam, & partem veræ fidei, boniſq. operibus conſecratam; hanc gentium fidelium generationem Rebeccæ vtero, hoc eſt Eccleſiæ gremio fidelem perpetuò permanſuram; illam Infidelium, Iudæorum, & Hæreticorum omnium in ipsâ quaſi natiuitate à ventre Rebeccæ, Eccleſiæ, impiè diuidi, & ſeparari oſtendebant. Neque ſolum Iſaac, ſed etiam Eliſęus Chriſtum libro 4. Regum, capite 2. præſignauit, in quo Dualis numerus maximam Iudæorum ſtragem demonſtrauit. Paruuli namque illi, qui Eliſęo in Bethel aſcendenti ſalutando illudebant; Iudæorum omnium Iudæi perſonam gerebant, eorumq. qui Chriſtum impijs cachinnis irridebant. Aſcende calue, aſcende calue, clamabant; quia in Caluariæ loco erat Chriſtus Crucem aſcenſurus.

Plato. Matth. Iudiciũ vniuerſale. Rebecca figura Eccleſiæ. Eliſeus.

At

At Eliſeus iuſtâ irâ percitus pueros maledictione c[illegible] *Eliſeus [illegible]*
Vrſi Duo de Sluâ exierunt, puerosq. quadraginta Duos dilania- *[illegible]*
runt irriſores. Quid, nonnè propemodùm ſic Iudæis contigit in
quos Vrſi Duo, Titus, & Veſpaſianus Romani Principes Imperij
de Gentium ſiluis, poſt Duos, & X L. annos ab Aſcenſu Domini no-
ſtri in cælum, irruêre, captiſq. Ieroſolymis, tantam Iudæorum cla-
dem edidêre, vt eorum Regnum perenni ſit tempore deletum?
Hanc porrò Binarij naturam, nec Romani ignorauêre, qui ſecundũ
anni menſem, Februarium appellârunt, & Plutoni, cuius eſt ſeparare *Plutonis offi-*
animas, & ſeparatas, teſte Marſilio Ficino in Platonis lib. 8. de Legi- *cium.*
bus, iudicare, dicârunt. Huius ſecundi menſis, ſecundâ die vrbem illi *Ficinus.*
luſtrabant, vt vmbrarum ſpectra, terriculamenta laruarum, malorũ
ſpirituum nocumenta pellerent, & iuſta Dijs Manibus perſoluerent,
ac purgationibus quibuſdam dèmortuis parentarent, de quibus ſic
Manfredus in Computi ratione. *Manfre-dus.*

Nam Februare quidem, dicunt purgare Latini.
Mos viguit talis Romanis ciuibus olim,
Anno ſub quinto, dum cenſus fertur ad Vrbem:
Mœnia cum muris, templa, & luſtrare Deorum,
Scilicet iſtius menſis ſub luce Secunda,
Vt quaſi purgarent delicti exceſſibus Vrbem,
Et venia, atque ſalus per ſupplicia iſta daretur.
Dicere luſtrare ſic, & purgare ſolemus.
Sic, & multotiens dicitur quinquennia luſtra.

Verùm vnaquæq. ferè natio, & priuati etiam homines aliquod anni,
menſis, & diei omen fauſtum, vel infauſtum obſeruare conſueuerũt.
Et quidem refert Aelianus, Athenienſes menſe Tergilione, hoc eſt, *Aelianus.*
Februario, inſignes ſemper de hoſtibus victorias reportâſſe. Hoc eo-
dem menſe, & die D. Apoſtolo Matthiæ ſacro, litteris proditum eſt
D. Carolum V. Imperatorem inuictiſſimum, auguſtiſſimumq. in hãc
lucem prodijſſe; eodem die à Clemente VII. Bononiæ Imperatoriâ *Carolo Cæ-*
corona redimitũ; eodem denique die Franciſcum Galliæ Regẽ bello *ſari fau-*
ſuperâſſe. E contrà verò commemorat Ammianus Marcellinus, Ca- *ſtus dies.*
lendas Intercalares Valentiniano Imperatori infauſtas ſemper exor- *Marcelli-nus.*
tas fuiſſe; & ideò eo die in publicum prodire numquàm voluiſſe. Nar- *Valentinia-*
rat Valerius quoque Antipatrem Sidonium, Poëtam, quotannis eo *no īfauſtus.*
die, quo genitus erat, febri laboraſſe. Mulieres verò fetæ annum Biſ- *Biſſextilis.*
ſextilem, vt ominoſum, & noxium expaueſcunt.

Nunc ſi lubet Ternarij numeri myſteria luſtremus, qui à Pythago- *Ternarius.*
ricis, auctore Plutarcho de Pyth. Diſc. Iuſtitia dicebatur. Ariſtoteles *Plutarchus.*
etiã lib. 1. de Cælo, quo nomine eũ cõpellet, audiamus. Magnitudinis, *Ariſtoteles.*

R inquit,

inquit,ea quidem,quæ ad vnum eſt diuiſibilis, linea eſt; quæ verò ad
Ternarii amplitudo. duo,ſuperficies,& ea,quæ ad Tria,eſt corpus. Atque præter has nulla eſt prorſus magnitudo, propterea, quòd ipſa Tria,omnia ſunt,&
Vſus. ipſum Ter in omnẽ partem ſe fundit. Ternario quoque veteres tum in Sacrificijs, tùm Precationibus, & Imprecationibus religioſè vte-
Oraculum. bantur. Vndè extat illud Apollinis oraculum.

Terna quidem diuis Cæleſtibus hoſtia, & ipſa,
Candida mactanda eſt; Terna, & Terreſtribus, atque
Atra eadem.

Horatius. Et Horatij lib.3. Odarum.

Ter ſi reſurgat murus aheneus
Auctore Phœbo; Ter pereat necis
Exciſus Argiuis; Ter vxor
Capta virum, pueroſq. plores.

Aratus. Et Arati.

Forma ſacrificii perfecti priſca caniſtro
Tres panes offerre iubet.

Herodianus. Porrò,& Herodianus lib.1.recenſet Claudiam Veſtalem,vt ſe ab impudicitiæ ſuſpicione expurgaret, integritatemq. ſuam manifeſto aliquo exemplo comprobaret,nauim in quâ Cybeles vehebatur, cingulo ſuo tenui,poſt effatum Ternarium, quò voluit,pertraxiſſe. Theo-
Theocritus. critus etiam Idyll.6.Damætam ſic canentem introducit.

Tunc ego ne caperer propria ſub imagine forma,
Ter ſecreta ſinus tetigi ſputamine noſtri,
Sicut anus docuit nos iſta Cotyttaris olim.

Scholiaſtes. Scholiaſtes affirmat hunc morem ſuâ etiam ętate in mulieribus perduraſſe,quæ inuidiam abominantes in ſinum expuere ſolebant. Nec
Columella. illud prætereundum eſt, quod Columella lib.10.memoriæ prodidit, beſtiolas illas maleficas, quæ Erucæ nuncupantur, enecari,ſi mulier menſtruoſa, ſolutis crinibus, & nudo pede vnamquamque areolam Ter circumierit.

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem
Dardaniæ veniant artes, nudataq́ plantas
Femina, quæ iuſtis tùm demum operata iuuentæ
Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore:

Sed

Sed reſoluta ſinus, reſoluta mœſta capillo,
Ter circum areolas, & ſepem ducitur horti:
Quæ, cum luſtrauit gradiens, mirabile viſu,
Non aliter quàm decuſſa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel recta cortice glandis,
Voluitur in terram diſtorto corpore campe.

Volunt quoque Ternarium ligationibus aptiſſimum fuiſſe. Vndè extat iſtud eiuſdem Vatis in Pharmaceuticâ.

Ter tibi hæc primùm Triplici diuerſa colore
Licia circumdo, Terq; hæc altaria circùm
Effigiem duco.

Verùm hęc, & ſimilia ſuperſtitioſa planè ſunt, & impia, ab ipſo Dæmone, & Dæmonum aſſeclis ad ſe, alioſq. perdendos, inuenta. Nūc ad Sacra properemus. Et quidem Tertio menſe populus Iſraëliticus, cùm de Aegyptiacâ captiuitate exijſſet, ad montem Synai peruenit, ibiq. ſacrificium Deo obtulit, & die itidem Tertiâ Legem accepit. Elias lib.3.Regum,cap.17.Triplici inſufflatione Viduæ libero vitam inſpirauit,& Ter aquam ſuper tabernacula infudit. Reliqua ſexcenta de Ternario præterimus,nec aliud dicimus, quàm quod in illo etiam pleniſſimo ſtellarum domicilio, Ternarius admirabili modo diſpoſitus in Planetarum Terno curſu,reperiatur.Planeta etenim quãdoque eſt Stationarius, quãdoque Retrogradus, quandoque Directus,quæ ſunt quædam Ternarij Triados expreſſa ſimulachra. Deus enim Pater quaſi Stationarius eſt à nullo procedendo; ſed quaſi Retrogradus eſt Filius Carnem humanam aſſumendo; retroceſſit quippè Sol ad Decimam vſque lineam,vt ex oraculo Iſaiæ cap.38. videre eſt, videlicet,vſque ad humanam naturam, quæ Decima poſt Nouem Angelorum ordines numeratur; quaſi Directus denique eſt Spiritus Sanctus à Patre, Filioq. procedendo, & ad Fidelium directionem ſpirando.

Impia. *Pia.* *Elias.* *Ternarius in cælis.* *Ternarius in diuinis.*

Sed ad Quaternarium accedamus,qui integrum anni circulum explere videtur. Sol enim per Signiferum currens Quadripartitas temporum varietates efficit,& dùm Arietem, Taurum, & Geminos illuſtrat, amœnum, & viride Veris tempus adducit; dùm Cancrum, Leonem, & Virginem illuminat,exuſtam nobis Aeſtatem, & elaboratos in Sole, ac puluere manipulos porrigit; dùm Libram ingreditur,Scorpionem, & Sagittarium,onuſtum vuis,pomiſq. varijs Autũnum depromit; dùm demùm Capricornum, Aquarium, & Piſces circuit, canam, ſquallidam, frigoribuſq. concretam Hiemem nobis adfert, & crepitantem ſibilis Boream. Et orbis quoque in Quattuor

Quaternarius. *Anni tempora.* *Orbis diuiſio.*

partes partitus eſt, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septemtrionem; quæ myſticè D. Petro Actor. 10. iuxtà D. Auguſtinum in Pſalmum 103. ſignificatæ fuerunt per Vas illud magnum linteum, Quattuor initijs de Cęlo in terram demiſſum. Et quia etiam totus terrarum Orbis per Euangelium vocãdus erat ad Fidem, Quattuor Euangelia conſcripta ſunt. Ac, vt Regis Vaticinium Pſalmo 18. de Apoſtolis prolatum, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, adimpleretur, hinc factum diuinitùs eſt, vt Apoſtoli ad concionandum Gentibus Euangelium, & ad ſerendum veræ Religionis ſemen, per totum Orbem, eiuſq. Quattuor partes, Quattuor cęli Trigonis ſubiectas miſſi ſint. Atque hinc Simoni, Bartholomæo, & Matthæo in ſortem contigit Trigonus Orientalis Geminorum, Libræ, & Aquarij, quibus ſubiacet Aegyptus, Bactriana, Armenia, & Aethiopia; hinc obuenit Andreæ, Thadæo, & Thomæ Trigonus Meridionalis Tauri, Virginis, & Capricorni, quibus Gręcia, Thracia, Macedonia, Theſſalia, Bythinia, Propontis vſque ad Danubium, Hircania, Perſia, Meſopotamia, Parthia, Media, & Brachmanum India ſubſidet. Iacobus autem Minor, Ioannes, & Philippus tertij Trigonis Occidentalis, Piſcium, Cancri, & Scorpionis, Syriam, Palæſthinam, Aſiam minorem, Ioniam, Ciliciam, & Pamphiliã peragrárunt. Petro denique Mathiæ, & Iacobo Maiori, Quartus Trigonus Aquilonaris oblatus eſt, qui Iudæam, Italiam, & Hiſpaniam deſpectat. Ex his Prouincijs autẽ, veluti inſignibus, ſonoriſq. Chriſti Domini tubis, non modò Euangelium vſque ad vltimam Thulem, ad Oceanum Deucalionium, ad Sarmatas, ad Venedos, Danos, Noruegios, & Gothos delatum eſt, verùm etiam ad Hyperboreos, Bacaleos, & Indiarum populos ferè vniuerſos.

Auguſtinus. *Apoſtolorũ diuiſio.*

Sed ad Quintum aſcendamus, qui præclarę dignitatis eſt; cũ præcipua, & magis patula Chriſti Domini pro mortalium Redemptione ſuſcepta vulnera præſeferat, quorum ſigna adhuc, & cicatrices, morte triumphatã, rediuiuus in corpore ſuo glorioſo dignatus eſt ad cõprobandam diſcipulorum, reliquorumq. fidem ſuæ Reſurrectionis, cõſeruare. Silemus Quinque lapides quos magnanimus puellus Dauid Regũ 1. cap. 17. de Torrẽte ſumpſit, ſed vno Spuriũ, Goliathem, impudenter, & imprudenter exercitui Dei exprobantem, potenter concuſſit, proſtratumq. Gygantem occidit; uno effecit lapillo; cùm in vno Charitatis præcepto lex perficiatur vniuerſa. Tacemus Caiũ, referentem lib. 34. Digeſtorum Serapim Alexandrinam Quinque liberos vnico partu procreaſſe. Mittimus Ambroſiũ Parcũ memorię mãdantẽ libro de Prodigijs, Bernę apud Heluetios vxorẽ Ioãnis Gelingeri Doctoris, Quinas proles, tres mares, binas femellas vno partu edidiſſe. Nil dicimus de Alberto Magno Ratiſbonẽſi, ſcribente

Quinarius. *Chriſti vulnera.* *Dauid.* *Charitatis vis.* *Caius.* *Parcus.* *Albertus.* *Filiorũ numerus.*

quam-

Digitized by Google

quamdã mulierẽ in Germania L X. filios, quolibet partu quinque peperiſſe. Silẽtio inuoluimus Ariſtotelẽ lib.7. cap.4. de Natura Animalium litteris exarantem mulierem quandam XX. filios quattuor partubus genuiſſe. Pertranſimus Martinum Cromerum lib.9. de rebus Polonorum litteris conſignantem in diſtrictu Cracouienſi Margaretham Virboslai Comitis vxorem XXXVI. puellos viuos vno partu enixam fuiſſe.

Ariſtoteles. *Cromerus.*

At hiſcè portentis relictis, ad Senarium contemplandum gradum faciamus. Senarius equidem à Pythagoricis, referente Clemente Alexandrino, Geneſi, & Nuptijs tribuebatur. Clementi, Martianus Capella aſſentitur, hunc numerum Veneri tribuendo. Sicut enim connubium ex maſculi, & feminę cõgreſſu oritur; pari modo Senarius ex impari ternario, qui maſculus eſt, & ex pari binario, qui femina eſt, procreatur. Et ſummus ille etiam Opifex Deus in mundi, & coniugij quaſi huius creatione vti voluit Senario, vt oſtenderet, ait Hugo Victorinus libro de Sacramentis legis Naturę, & Scripturæ, ſe in his, quæ fecerat Senario, nec ſuperuacaneum aliquid poſuiſſe, nec imperfectũ reliquiſſe. Confirmat hoc ipſum D. Auguſtinus lib.4. de Trinitate, & lib.4. in Geneſim, aſſerens Senarij perfectionem nobis in Sacris litteris commendari, & eò maximè, quò Deus Sex diebus perfecerit opera ſua, hominemq. ad imaginem ſuam creauerit. Quibus Orpheus alludens, iubet hymnos Sextá generatione cantando finiri, eò quòd de rebus creatis non vltrà cantari poſſit; cùm ibi tota ſit terminata perfectio, & perfecta creatio.

Senarius. *Clemens.* *Capella.* *Ortus ſenarii.* *Mundi connubium.* *Victorinus.* *Auguſtinus.* *Orpheus.*

Aetate in Sexta ſtudium finite canendi.

Poſtremò, ante Sex dies Paſchæ profectus Chriſtus eſt Bethaniam, & feriá Sextá, horá Sextá Cruci affigi pro hominum ſalute decreuit; cũ die Sextá, teſte Hugone Victorino in Spec. Eccleſiaſt. creatus fuiſſet homo, horá Sextá peccáſſet, & Paradiſo, deliciarum loco, pulſus, & expulſus fuiſſet.

Senarii ſacramentum. *Hugo.*

Admiratione porrò digna ſunt, quæ de vi Septenarij, Plinius lib. 3. cap. 3. Natur. Hiſt. & Ioſephus lib.7. cap.25. de Bello Iudaico retulère. Dicunt enim quemdam eſſe fluuium, qui quamquàm ingentibus aquis præceps per ſex dies integros decurrat: mox tamen ceù obturatis, & exhauſtis fontibus deficere, & per integrũ Sabbathum, ſiccum per aluei medium præbere tranſitum, rurſumq. ſequentibus diebus, ignotis naturæ cauſis, ad priorem aquarum eluuiem redire, ob quod Sabbathicus ad incolis appellatur. Et illud haud parui ponderis eſt, quod Pomponius Mela, de Orbis ſitu, lib.2. cap.7. ſcribit Euripum eſſe inter Aulidem Boëtiæ portum, & Eubœam inſulam alterno curſu, Septies die, Septies nocte fluctibus inuicem verſis, & contra-

Septennarius. *Plinius.* *Ioſephus.* *Sabbathicus fluuius.* *Mela.* *Euripus Septenarius.*

rijs, eo impetu currere, vt nauigia onuſta, ventis repugnantibus & vela implētibus ſecùm rapiat. Nec minoris admirationis eſt, quod *Bartholus.* Bartholus de Saxoferrato, Tract. de Nurſiæ alueo, narrat flumē quod *Turbido fluuius.* dam eſſe, cui nomen Turbido, hocq. ſeptē annis fluere, totidemq. occultari. Nec illud tacendum eſt, quod *Plinius.* Plinius lib. 31. cap. 2. contendit in Andro inſulá fuiſſe tēplum Baccho ſacrum, in eoq. fontē qui ſtatis *Fons vinaticus.* ſeptennis diebus vinum emittat. O ſi huiuſmodi fons in noſtris prouincijs haberetur, nè illa Metamorphoſis fieret, omnes ferè, relictis *Ludit.* patrijs laribus, eò confluerent, & fontem illum diù, noctuq. obſidendo, curis omnibus liberi, Liberi fonti ſeſe manciparent. At hoc, vel Plinianum fuit inuentum, vel Dæmonis præſtigium.

Octonarius. Octonarium porrò, Plutarchus Baccho conſignauit, eò quòd Octauo *Bacchigeneſis.* menſe in lucem editus eſſet, cuius rei ſempiternum eſt illud elogium Naxos inſulæ mulieres illi dicatæ hanc præ ceteris prærogatiuam *Priuilegiũ.* habere, vt ſolæ Octauo menſe ſalubriter pariant, fetuſq. illarũ, ac ſi ſeptimo, vel nono menſe peperiſſent, longæuam vitam trahant; cum vbique ferè gentium omnes eo menſe geniti intereant, ideoq. il*Octaui menſis dedicatio.*lum veteres Saturno, & Parcis dedicârunt. At ſacris imbuamur. Etenim Græcis, Dei Filius, ΙΗΣΟΥΣ vocatus eſt, cuius nominis non tā etymologia, quàm qui litteris notatur numerus, perpetuæ ſalutis noſtræ myſteria redolet. Siquidem, ſi reſpicimus etymon, Octo abſolutè *Saluatoris myſterium.* continet elementa: SALVATOR enim interpretatur. Si verò Græci nominis numeros ſpectemus, illi nobis futuram hominum Reſurrectionem oſtendunt. Et verò huius numeri ſunt I, 10; H, 8; Σ, 200; O, 70; Y, 400; Σ, 200, qui in vnum reducti, efficiunt 888. Octo, ſcilicet vnitates, Octo decadas, Octo hecatontadas, vt *Sybilla.* Sybilla Cumana his verſibus lib. 1. Oraculorum vaticinata eſt.

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipſis
In terris ſimilis, Natus Patris omnipotentis,
Corpore veſtitus. Vocales quattuor autem
Fert, non Vocaleſq. duas, binum geniorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma, docebo.
Namq. octo Monadas, totidem Decadas ſuperiſta,
Atque Hecatontadas octo, infidis ſignificabit
Humanis nomen: tu verò mente teneto
Aeterni, natum Chriſtum, ſummiq. parentis.

Mundi ætates. Hoc igitur diuinum nomē Octonis abſoluitur litterarum elementis, vt noſtræ Reſurrectionis exemplum apertis notis demonſtraret. Nā poſt ſex huius mundi ætates, & ſeptimam Sabbati in quā anima noſtra à corpore ſegregata, placidè, vel in Empyreo cùm ceteris Diuis beatitudine illā fruetur; vel in Purgatorio ad tempus delictorum

pen-

penſum perſoluet; vel in Lymbo, ob non ſuſceptum Baptiſmum, Dei Viſione priuabitur; vel in Inferno æternis mancipabitur cruciatibus, vt reſolutum in cineres corpus, Octauá ætate, hoc eſt Iudicij extremi tempore illud reſumat, fiatq. æternum animæ domicilium. Huic rei Hermes quoque Armenius apud Platonem lib. 10. de Rep. alluſiſſe videtur; cùm ait animas in quodam prato herbis virentibus, & verſi colore florum genere conſito, dies ſeptem quieſcere, Octauo autem illinc recedere. *Reſurrectionis ætas.* *Plato.*

Verùm ad Nouenarium tàm ſacris, quàm profanis litteris infauſtum numerum, properemus. Nam lib. 2. Regum, cap. 25. anno Nono regis Oſeę, Salmanaſar Aſſyriorum Rex Samariam cepit, populumq. Iſraëliticum captiuum deduxit. Et lib. 4. Regum, cap. 18. die Nonâ menſis Iulij vtrumque templum dirutũm, & euerſum eſt; atque ideò apud Iudæos infauſtus creditus eſt Nouenarius. Homerus porrò, qui ſua ſcripta omni ſcientiarum varietate ſparſit, nè deſiderare videretur ſacratior eruditio, myſticá etiam numerorum obſeruatione, decorauit. Hinc illa Vlyſſ. Rhap. 10. carmina. *Nouenarius.* *Infelicitas.* *Homerus.*

Lucibus hinc Nouem vaſtum trabe currimus æquor,
Nocte, dieq́, ſimul remos lentamus in vndis:
Proxima poſt Nonam, cùm ſeſe Aurora moueret,
Tùm procul à fluctu patria mihi cernitur ora,
Atque Ithaca decima ſe tollunt littora terra.

Iulius quoque Maternus aſſerit Nouenos ætatis annos, ſicut, & ſeptenos eſſe decretorios, & ad vitæ filum ſuccidendum aptiſſimos, vocariq. Enneaticos, atque Hebdomaticos. Quod, cùm animaduerteret Galenus, Criticos illos libros compoſuit. Ex hoc autem fonte aſtruunt ſexageſimum tertium ætatis annum eſſe periculis infamem; quoniam vtriuſque multiplicatam, ac inuicem innodatam ſibi ſummam perficiat. Nouies enim ſeptem, & ſepties Nouem LXIII. efficiunt. Huic rei aſſenſum quoque præbet A. Gellius lib. 15. cap. 7. affirmatq. annum illum maximùm fortunarum, vitæq. periculum adferre. Atque hinc dicebant Pythagorici ſexageſimam tertiam numerorum ſedem, perfecto orbatam eſſe numero, ſicut, & octogeſimam primam; quippè quæ ex Nouem Nouenarijs reſultaret, mortemq. paulatim adduceret; ac ideo illum Climacterium appellabant, quòd veluti per quoſdam annorum gradus, ſcalaſq. ad mortem aſcendatur. Græci verò hunc numerum litterá θ. deſignabant, mortemq. vt Iſidorus lib. 1. Etym. cap. 2. refert, indicare vole- *Maternus.* *Anni critici.* *Enneatici.* *Gellius.* *Anni Climacterici.* *Mortis nota.* *Iſidorus.*

bant. Vndè militari more T. nomini militis appoſitum, ſuperſtitem: *Martialis.* θ. cæſum denotabant. Ad quod olim Martialis alluſit.

Noſti mortiferum Quæſtoris Caſtrice ſignum,
Eſt operæpretium, diſcere Theta nouum.

Pedianus. Notæ Iudiciales. Inuectiua. Seruius. Defunctorũ mos. Horatius.

Ac Aſconius Pedianus prodidit publicis olim in iudicijs, ſortes, quæ in vrnam mittebantur, triplicem notam habuiſſe; nempè θ. Damnationis; A Ampliationis; I Cauſæ Reactionis, & T, Abſolutionis ſigna fuiſſe. Cuius vltimi characteris ſignificationem hi à Iudæis, noſtro iudicio, accepêre; cùm illi iuſſu Dei olim in domorum ianuis hoc ſignũ Agni ſanguine delineabant, nè illorum Primogeniti morerentur. Sed iam mente cæci, neque hoc ſignum Abſolutionis per Crucem, neque ſanguinem Agni, Chriſti Domini, quem Cruci affixerunt, neque hanc eſſe cęli ianuam, poſteſq. nec ſe primogenitos eſſe, volunt agnoſcere. Porrò Seruius Grammaticus narrat veteres olim defunctum, Septem diebus domi ſeruare cõſueuiſſe, Octauo cremaſſe, & Nono ſepelijſſe, quorum demortuorum exuſtorum pulueres Nouendiales vocat Horatius in Epodo.

O nec paternis abſoleta ſordibus,
Nec in ſepulchris pauperum prudens anus
Nouendiales diſſipare pulueres.

Caſſius. Lugubris mos. Priuilegiũ.

Ad hoc etiam facit, quod refert Dion Caſſius, cùm Plotina ſupremũ diem clauſiſſet, per Nouem funeris dies pullatum Adrianum inceſſiſſe. Qui mos dicitur etiam Iuſtiniani Imperatoris æuo viguiſſe, per quem ſancitum fuit, nè heres per illos dies in ius vocaretur, neuè defuncti Creditoribus reſpondere Nouem diebus ab obitu, teneretur, veſte lugubri incedendo. Quod verum eſſe in Auth. Sed neque. C. de ſepul. viol. De quo Gloſ. fin. l. ſi ex re. §. fin. ff. de ſtip. ſeru. clariſſimè apparet.

Denarius. Auguſtinus. Decima vnde. Moyſes. Herodotus.

Ceterùm, Denarium luſtremus, quem D. Auguſtinus, ſermone de Decimis, Decimarum ſignificatiuum nominat. Attende, ait, quòd creatura Decima inter intellectuales creaturas, eſt Homo, quia Angeli in nouem ordinibus conſiſtunt, Decimus verò ordo eſt hominũ, & hominis eſt Decimam ſoluere, vt ruinam Angelorum valeat ſupplere, & Decimum ordinem adimplere. Ad quod reſpexit Moyſes Exodi 22. dum, & animalium, & omnium terræ frugum Decimas Domino conſecrauit, & perſoluit. Sed, & Cyrus à Croeſo monitus, Herodoto lib. 1. referente, omnium Hircorum Ioui Decimas obtulit;

Digitized by Google

lit; & lib.9. Æginetam Decimas ex Perſarum ſpolijs, qui ad Plateas occubuerunt, Dijs quibuſdam dedicâſſe, demonſtrat. Xenophon quoque in Oratione quam de Ageſilai laudibus habuit, commemorat illum biennio centum talenta, & ampliùs Deo apud Delphos, pro Decimis, dediſſe. Plinius denique lib.12.cap.15. narrat apud Sabotam vrbem Tus colligi ab incolis, & per quoddam oſtium deputatum, inferri, & Sacerdoti de illo Decimas dari conſuêſſe. O noſtra infelix ætas, Gentiles illi, qui, etſi neque vnum, verumq. Deum agnoſcerent, neque verum Sacerdotium haberent, & Eccleſias: Decimas tamen Dijs, & Sacerdotibus illorum exhibebant, & nos quibus Conſuetudo, Lex, & Deus ipſe Decimas impoſuit, vel impij Odio in Eccleſiaſticum ordinem agitati, illas nobis reſeruando, non perſoluimus; vel Sacrilegi Auaritiâ obcæcati, illas nobis vſurpando, Chriſti Patrimonium defraudamus?

Xenophon.

Plinius.

Apoſtrophe.

MEMBRVM OCTAVVM.

De Muſica Theorica.

Muſica duplex.

DVPLICEM eſſe Muſicam,aliam Practicam, aliam Speculatiuam, ab omnibus receptum eſt, hancq; Mathematices eſſe ſpeciem,nemo doctus dubitauit.

Muſica quid ſit.

Muſica igitur Theorica,eſt ſcientia concentus contemplatiua.

Concentus quid ſit.

Concentus autem eſt id, quod certum habet ordinem ex ſonis,& interuallis compoſitum.

Muſicæ diuiſio.

Hæc vero Muſica in ſeptem partes,quaſi harmoniæ acies diuiditur; in Sonos, Interualla, Genera, Conſtitutiones,Tonos, Mutationem,& Melopœiam.

Sonus quid ſit. *Interuallũ quid ſit.* *Genus quid ſit.* *Conſtitutio quid ſit.* *Tonus quid ſit.* *Mutatio,et Melopœia quid ſit.*

Et ſonus quidam eſt concinnus vocis caſus ad vnam extenſionem; Interuallum eſt,quod duobus ſonis acumine, & grauitate diſcrepantibus clauditur;Genus eſt certa quattuor Sonorum partitio; Conſtitutio eſt ex interuallis pluribus vno, diſpoſitio; Tonus eſt quoddam vocis receptaculum Syſtematis capax,latitudine carẽs; Mutatio eſt ſimilis alicuius in diſſimilem locum tranſpoſitio: Melopœia denique eſt Muſicæ tractationis,vſuſq; ad decorum,propoſitum argumentum.

Muſices obiectum.

Muſices verò huius Obiectum,eſt Numerus,vti Sonorus,qui quidem non eſt cauſa proxima conſonantiæ,ſed remota; cùm proximum effectum Proportioni adſcribamus.

Diſcrimen.

Nec mirum alicui fortaſſe debet videri,Muſicam hanc non à ſimplicioribus,ſed à compoſitionibus ordiri;cùm inter hanc, & Arithmeticam ſat magnum diſcrimen exiſtat. Illa enim vnitatum multiplicationi ſtudet, ab illâ,ad plura aſcendit; hæc ex conglobatis, & ſimul conſpirantibus ſonis, diminutioni,& vnitati dat operam. Porrò hæc omnia in vocis qualitate conſpiciuntur, cuius duo ſunt Motus; alter quidem Continuus, & Sermocinalis dictus; alter verò interuallis ſegregatus, & ad benè canendum diſpoſitus.

Motus.

Motus vocis continuus intenſiones, & remiſſiones occultas abſque vllâ morâ progenerat. Verùm vocis motus interuallis diſtinctus contrario modo,quàm continuus mouetur. Siquidẽ moras facit,& intermiſſiones inter illas,& moræ alternatim intermiſſionibus interijciuntur.

Motus ſpecies.

Moras itaque Intenſiones appellamus, Intermiſſiones autem, Migrationes à Tenſionibus ad tonſiones. At

inter

Interualla, quę pariunt differentiam Tenſionum, Intenſione conſtăt, & Remiſſione, quarum effectus, Acumen, & Grauitas eſſe perhibetur. Quod enim intenſione fit, ad acumen vergit, quod remiſſione, ad grauitatem tendit; vtriuſque verò communis eſt Tenſio. Quocircà Tenſiones ſimul, & Phthongi; illę quidem ab inſtrumentis ad eas cõparatis attendendo; hi, quòd voce etiam eduntur, hoc nomine appellantur. Sunt autem Phthongi tenſione innumeri; poteſtate verò in quolibet genere Octodecim. Et Genera tria ſunt, Diatonum, Chroma, & Harmonia. Et verò Diatonum canitur per Tonum, tonum, & Semitonium, cùm ab acuto in graue deſcendat; at ſi à graui in acutũ procedat, per Semitonium, tonum, & tonum cõcinitur. Et Chroma, cùm ab acuto in graue pergat, per Seſquitonum, ſemitonium, & ſemitonium cantus peragitur; ſed, cùm à graui in acutum nititur, contrario modo per Semitonium, ſemitonium, & ſeſquitonum cãtatur. Harmonica demùm, cùm ab acuto in graue deſcendit per Ditonum, dieſin, & dieſin; ſin à graui in acutum, contrario modo, per Dieſin, dieſin, & ditonum modulatur. Hæc hactenùs.

Tenſionis effectus. *Phthongi.* *Genera.* *Chroma.* *Harmonica.*

Proſlambomenos autem ideò dictum eſt, quod vocatis tetrachordis, in nullo communicat, ſed aliundè aſſumitur ob Epimeſen conſonantiam, aſpiciens tonicæ rationem ad Hypaten hypaton, quam habet Meſe ad Parameſen. Hypatæ verò hypaton, cùm in primo tetrachordo prima ponitur, primum hypaton veteres vocabant: perhypatæ autem, quæ ipſi proxima eſt; at hypaton diatonus, & chromatico, & enharmonico melodiæ genere exprimitur, quandoquidem varia fit etiam tetrachordorum digeſtio. Atque hæ generaliter perhypatæ vocantur. Hipate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi inter hypaten, & ſynemmenon conſideratur. Perhypatæ autem meſon, quæ huic ſuccedit, & ceteræ ſimiles ijs, quæ ſub hypates ſpeciem cadunt, quæ, & à ſuo genere Lichani dictæ ſunt, eodem nomine, quo digitus chordas articulatim perſonans, cognominatæ ſunt. Quæ porrò iſtas ſubſequitur, Meſe nominatur, cùm diſpoſitis iuxtà ſuum cuiùſque modum ſonis, media interiaceat. Hinc intenſione hemitonij, Trite ſynemmenon à poſtremá conſurgit, quæ poſt netem tetrachordon reperitur. Indè, & Chromatica, & enharmonica, diatonos eaſdē ob cauſas, ſubſequuntur. Hæ verò Paranetæ appellantur; quoniam antè netem collocatæ ſunt, & ſuper his poſtrema ſita eſt. Verùm Synnemmenon, tota conſtitutio, quæ præiacenti perfecto vſque ad meſen coniuncta eſt, & ad meſe tonum intendendo, Chorda nominatur, & huic proximè aſſociata, Parameſe dicitur. Quæ verò hanc ſequuntur, ijſdem nominibus, quibus, & conſtitutio ſynemmenon, ob eãdem rationem, nuncupantur. At conſtitutio hęc, Diazeugmenon vocatur, cùm ad alias partes non ſit ex æquo prioribus conſtitutionibus diſpoſita.

Proſſambomenos. *Hypata.* *Lichani.* *Meſe.* *Paraneta.* *Synnemenon.* *Chorda.* *Parameſe.* *Diazeugmenon.*

Digitized by Google

MEMBRVM OCTAVVM.

De Muſica Theorica.

Muſica duplex. DVPLICEM eſſe Muſicam, aliam Practicam, aliam Speculatiuam, ab omnibus receptum eſt, hancq. Mathematices eſſe ſpeciem, nemo doctus
Muſica quid ſit. dubitauit. Muſica igitur Theorica, eſt ſcientia concentus contemplatiua.
Concentus quid ſit. Concentus autem eſt id, quod certum habet ordinem ex ſonis, & interuallis compoſitum.
Muſica diuiſio. Hæc vero Muſica in ſeptem partes, quaſi harmoniæ acies diuiditur; in Sonos, Interualla, Genera, Conſtitutiones, Tonos, Mutationem, &
Sonus quid ſit. Melopœiam. Et ſonus quidam eſt concinnus vocis caſus ad vnam extenſionem;
Interuallũ quid ſit. Interuallum eſt, quod duobus ſonis acumine, & grauitate diſcrepantibus clauditur;
Genus quid ſit. Genus eſt certa quattuor Sonorum partitio;
Conſtitutio quid ſit. Conſtitutio eſt ex interuallis pluribus vno, diſpoſitio;
Tonus quid ſit. Tonus eſt quoddam vocis receptaculum Syſtematis capax, latitudine carẽs;
Mutatio, et Melopœia quid ſit. Mutatio eſt ſimilis alicuius in diſſimilem locum tranſpoſitio: Melopœia denique eſt Muſicæ tractationis, vſuſq. ad decorum, propoſitum argumentum.
Muſices obiectum. Muſices verò huius Obiectum, eſt Numerus, vti Sonorus, qui quidem non eſt cauſa proxima conſonantiæ, ſed remota; cùm proximum effectum Proportioni adſcribamus. Nec mirum alicui fortaſſe debet videri, Muſicam hanc non à ſimplicioribus, ſed à compoſitionibus ordiri; cùm inter hanc, & Arithmeticam ſat magnum diſcri-
Diſcrimen. men exiſtat. Illa enim vnitatum multiplicationi ſtudet, ab illâ, ad plura aſcendit; hæc ex conglobatis, & ſimul conſpirantibus ſonis, diminutioni, & vnitati dat operam. Porrò hæc omnia in vocis qualitate conſpiciuntur, cuius duo ſunt Motus; alter quidem Continuus, & Sermocinalis dictus; alter verò interuallis ſegregatus, & ad benè ca-
Motus. nendum diſpoſitus. Motus vocis continuus intenſiones, & remiſſiones occultas abſque vllâ morâ progenerat. Verùm vocis motus interuallis diſtinctus contrario modo, quàm continuus mouetur. Siquidẽ moras facit, & intermiſſiones inter illas, & moræ alternatim intermiſ-
Motus ſpecies. ſionibus interijciuntur. Moras itaque Intenſiones appellamus, Intermiſſiones autem, Migrationes à Tenſionibus ad tenſiones. At

inter-

Interualla,quę pariunt differentiam Tenſionum,Intenſione conſtāt,
& Remiſſione, quarum effectus, Acumen, & Grauitas eſſe perhibe-
tur. Quod enim intenſione fit,ad acumen vergit,quod remiſſione,ad *Tenſionis*
grauitatem tendit; vtriuſque verò communis eſt Tenſio. Quocircà *effectus.*
Tenſiones ſimul, & Phthongi; illę quidem ab inſtrumentis ad eas cō-
paratis attendendo; hi, quòd voce etiam eduntur, hoc nomine ap-
pellantur. Sunt autem Phthongi tenſione innumeri; poteſtate verò *Phthongi.*
in quolibet genere Octodecim. Et Genera tria ſunt, Diatonum,Chro *Genera.*
ma,& Harmonia. Et verò Diatonum canitur per Tonum, tonum,&
Semitonium, cùm ab acuto in graue deſcendat; at ſi à graui in acutū
procedat,per Semitonium,tonum,& tonum cōcinitur. Et Chroma, *Chroma.*
cùm ab acuto in graue pergat,per Seſquitonum,ſemitonium,& ſemi
tonium cantus peragitur; ſed,cùm à graui in acutum nititur, contra-
rio modo per Semitonium,ſemitonium,& ſeſquitonum cātatur.Har- *Harmoni-*
monica demùm,cùm ab acuto in graue deſcendit per Ditonum, die *ca.*
ſin,& dieſin; ſin a graui in acutum, contrario modo, per Dieſin,die-
ſin,& ditonum modulatur. Hæc hactenus.

Proſlambomenos autem ideò dictum eſt, quod vocatis tetrachor- *Proſſambo-*
dis, in nullo communicat, ſed aliundè aſſumitur ob Epimeſen conſo- *menos.*
nantiam,aſpiciens tonicæ rationem ad Hypaten hypaton, quam ha- *Hypata.*
bet Meſe ad Parameſen. Hypatæ verò hypaton,cùm in primo tetra-
chordo prima ponitur, primum hypaton veteres vocabant: perhy-
patæ autem, quæ ipſi proxima eſt; at hypaton diatonus, & chroma-
tico,& enharmonico melodiæ genere exprimitur, quandoquidem va-
ria fit etiam tetrachordorum digeſtio. Atque hæ generaliter perhy-
patæ vocantur. Hipate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi
inter hypaten,& ſynemmenon conſideratur. Perhypatæ autem me-
ſon,quæ huic ſuccedit, & ceteræ ſimiles ijs,quæ ſub hypates ſpeciem
cadunt,quæ, & à ſuo genere Lichani dictæ ſunt, eodem nomine,quo *Lichani.*
digitus chordas articulatim perſonans,cognominatæ ſunt.Quæ por- *Meſe.*
rò iſtas ſubſequitur, Meſe nominatur, cùm diſpoſitis iuxtà ſuum cu-
iuſque modum ſonis,media interiaceat. Hinc intenſione hemitonij,
Trite ſynemmenon à poſtremâ conſurgit,quæ poſt netem tetrachor-
don reperitur. Indè,& Chromatica, & enharmonica,diatonos eaſdē
ob cauſas, ſubſequuntur. Hæ verò Paranetæ appellantur; quoniam *Paraneta.*
antè netem collocatæ ſunt,& ſuper his poſtrema ſita eſt. Verùm Syn- *Synnēme-*
nemmenon, tota conſtitutio, quæ præiacenti perfecto vſque ad me- *non.*
ſen coniuncta eſt,& ad meſe tonum intendendo,Chorda nominatur, *Chorda.*
& huic proximè aſſociata, Parameſe dicitur. Quæ verò hanc ſequun- *Parameſe.*
tur,ijdem nominibus,quibus,& conſtitutio ſynemmenon,ob eādem
rationem,nuncupantur. At conſtitutio hęc, Diazeugmenon vocatur, *Diazeug-*
cùm ad alias partes non ſit ex æquo prioribus conſtitutionibus diſp- *menon.*

ſita.

Digitized by Google

MEMBRVM
OCTAVVM.
De Muſica Theorica.

Muſica duplex.

DVPLICEM eſſe Muſicam, aliam Practicam, aliam Speculatiuam, ab omnibus receptum eſt, hancq; Mathematices eſſe ſpeciem, nemo doctus dubitauit. Muſica igitur Theorica, eſt ſcientia concentus contemplatiua. Concentus autem eſt id, quod certum habet ordinem ex ſonis, & interuallis compoſitum. Hæc vero Muſica in ſeptem partes, quaſi harmoniæ acies diuiditur; in Sonos, Interualla, Genera, Conſtitutiones, Tonos, Mutationem, & Melopœiam. Et ſonus quidam eſt concinnus vocis caſus ad vnam extenſionem; Interuallum eſt, quod duobus ſonis acumine, & graui tate diſcrepantibus clauditur; Genus eſt certa quattuor Sonorum par titio; Conſtitutio eſt ex interuallis pluribus vno, diſpoſitio; Tonus eſt quoddam vocis receptaculum Syſtematis capax, latitudine carẽs; Mutatio eſt ſimilis alicuius in diſſimilem locum tranſpoſitio: Melopœia denique eſt Muſicæ tractationis, vſuſq. ad decorum, propoſitum argumentum. Muſices verò huius Obiectum, eſt Numerus, vti Sonorus, qui quidem non eſt cauſa proxima conſonantiæ, ſed remota; cùm proximum effectum Proportioni adſcribamus. Nec mirum alicui for taſſe debet videri, Muſicam hanc non à ſimplicioribus, ſed à compoſitionibus ordiri; cùm inter hanc, & Arithmeticam ſat magnum diſcri men exiſtat. Illa enim vnitatum multiplicationi ſtudet, ab illá, ad plu ra aſcendit; hæc ex conglobatis, & ſimul conſpirantibus ſonis, diminutioni, & vnitati dat operam. Porrò hæc omnia in vocis qualitate conſpiciuntur, cuius duo ſunt Motus; alter quidem Continuus, & Sermocinalis dictus; alter verò interuallis ſegregatus, & ad benè canendum diſpoſitus. Motus vocis continuus intenſiones, & remiſſiones occultas abſque vllá morá progenerat. Verùm vocis motus inter uallis diſtinctus contrario modo, quàm continuus mouetur. Siquidẽ moras facit, & intermiſſiones inter illas, & moræ alternatim intermiſſionibus interijciuntur. Moras itaque Intenſiones appellamus, Inter miſſiones autem, Migrationes à Tenſionibus ad tonſiones. At inter

Muſica quid ſit. *Concentus quid ſit.* *Muſica diuiſio.* *Sonus quid ſit.* *Interuallũ quid ſit.* *Genus quid ſit.* *Conſtitutio quid ſit.* *Tonus quid ſit.* *Mutatio, et Melopœia quid ſit.* *Muſices obiectum.* *Diſcrimen.* *Motus.* *Motus ſpecies.*

Interualla,quę pariunt differentiam Tenſionum,Intenſione conſtāt,
& Remiſſione, quarum effectus, Acumen, & Grauitas eſſe perhibe-
tur. Quod enim intenſione fit,ad acumen vergit,quod remiſſione,ad *Tenſionis*
grauitatem tendit; vtriuſque verò communis eſt Tenſio. Quocircà *effectus.*
Tenſiones ſimul, & Phthongi; illę quidem ab inſtrumentis ad eas cō-
paratis attendendo; hi, quòd voce etiam eduntur, hoc nomine ap-
pellantur. Sunt autem Phthongi tenſione innumeri; poteſtate verò *Phthongi.*
in quolibet genere Octodecim. Et Genera tria ſunt, Diatonum,Chro *Genera.*
ma,& Harmonia. Et verò Diatonum canitur per Tonum, tonum,&
Semitonium, cùm ab acuto in graue deſcendat; at ſi à graui in acutū
procedat,per Semitonium,tonum,& tonum cōcinitur. Et Chroma, *Chroma.*
cùm ab acuto in graue pergat,per Seſquitonum,ſemitonium,& ſemi
tonium cantus peragitur; ſed,cùm à graui in acutum nititur, contra-
rio modo per Semitonium,ſemitonium,& ſeſquitonum cātatur.Har- *Harmoni-*
monica demùm,cùm ab acuto in graue deſcendit per Ditonum, die *ca.*
ſin,& dieſin; ſin à graui in acutum, contrario modo, per Dieſin,die-
ſin,& ditonum modulatur. Hæc hactenùs.

Proſlambomenos autem ideò dictum eſt, quod vocatis tetrachor- *Proſſambo-*
dis, in nullo communicat, ſed aliundè aſſumitur ob Epimeſen conſo- *menos.*
nantiam,aſpiciens tonicæ rationem ad Hypaten hypaton, quam ha- *Hypata.*
bet Meſe ad Parameſen. Hypatæ verò hypaton,cùm in primo tetra-
chordo prima ponitur, primum hypaton veteres vocabant: perhy-
patæ autem, quæ ipſi proxima eſt; at hypaton diatonus, & chroma-
tico,& enharmonico melodiæ genere exprimitur, quandoquidem va-
ria fit etiam tetrachordorum digeſtio. Atque hæ generaliter perhy-
patæ vocantur. Hipate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi
inter hypaten,& ſynemmenon conſideratur. Perhypatæ autem me-
ſon,quæ huic ſuccedit, & ceteræ ſimiles ijs,quæ ſub hypates ſpeciem
cadunt,quæ, & à ſuo genere Lichani dictæ ſunt,eodem nomine,quo *Lichani.*
digitus chordas articulatim perſonans,cognominatæ ſunt.Quæ por- *Meſe.*
rò iſtas ſubſequitur, Meſe nominatur, cùm diſpoſitis iuxtà ſuum cu-
iùſque modum ſonis,media interiaceat. Hinc intenſione hemitonij,
Trite ſynemmenon à poſtremá conſurgit,quæ poſt netem tetrachor-
don reperitur. Indè,& Chromatica, & enharmonica,diatonos eaſdē
ob cauſas, ſubſequuntur. Hæ verò Paranetæ appellantur; quoniam *Paraneta.*
antè netem collocatæ ſunt,& ſuper his poſtrema ſita eſt. Verùm Syn- *Synnemenon.*
nemmenon, tota conſtitutio, quæ præiacenti perfecto vſque ad me-
ſen coniuncta eſt,& ad meſe tonum intendendo,Chorda nominatur, *Chorda.*
& huic proximè aſſociata,Parameſe dicitur. Quæ verò hanc ſequun- *Parameſe.*
tur,ijſdem nominibus,quibus,& conſtitutio ſynemmenon,ob eādem
rationem,nuncupantur. At conſtitutio hęc,Diazeugmenon vocatur, *Diazeug-*
cùm ad alias partes non ſit ex æquo prioribus conſtitutionibus diſp- *menon.*
ſita.

Digitized by Google

MEMBRVM OCTAVVM.

De Muſica Theorica.

Muſica duplex.

Muſica quid ſit.

Concentus quid ſit.

Muſicæ diuiſio.

Sonus quid ſit.

Interuallũ quid ſit.

Genus quid ſit.

Conſtitutio quid ſit.

Tonus quid ſit.

Mutatio, et Melopœia quid ſit.

Muſices obiectum.

Diſcrimen.

DVPLICEM eſſe Muſicam, aliam Practicam, aliam Speculatiuam, ab omnibus receptum eſt, hancq. Mathematices eſſe ſpeciem, nemo doctus dubitauit. Muſica igitur Theorica, eſt ſcientia concentus contemplatiua. Concentus autem eſt id, quod certum habet ordinem ex ſonis, & interuallis compoſitum. Hæc vero Muſica in ſeptem partes, quaſi harmoniæ acies diuiditur; in Sonos, Interualla, Genera, Conſtitutiones, Tonos, Mutationem, & Melopœiam. Et ſonus quidam eſt concinnus vocis caſus ad vnam extenſionem; Interuallum eſt, quod duobus ſonis acumine, & grauitate diſcrepantibus clauditur; Genus eſt certa quattuor Sonorum partitio; Conſtitutio eſt ex interuallis pluribus vno, diſpoſitio; Tonus eſt quoddam vocis receptaculum Syſtematis capax, latitudine carẽs; Mutatio eſt ſimilis alicuius in diſſimilem locum tranſpoſitio: Melopœia denique eſt Muſicæ tractationis, vſuſq. ad decorum, propoſitum argumentum. Muſices verò huius Obiectum, eſt Numerus, vti Sonorus, qui quidem non eſt cauſa proxima conſonantiæ, ſed remota; cùm proximum effectum Proportioni adſcribamus. Nec mirum alicui fortaſſe debet videri, Muſicam hanc non à ſimplicioribus, ſed à compoſitionibus ordiri; cùm inter hanc, & Arithmeticam ſat magnum diſcrimen exiſtat. Illa enim vnitatum multiplicationi ſtudet, ab illâ, ad plura aſcendit; hæc ex conglobatis, & ſimul conſpirantibus ſonis, diminutioni, & vnitati dat operam. Porrò hæc omnia in vocis qualitate conſpiciuntur, cuius duo ſunt Motus; alter quidem Continuus, & Sermocinalis dictus; alter verò interuallis ſegregatus, & ad benè canendum diſpoſitus. Motus vocis continuus intenſiones, & remiſſiones occultas abſque vllâ morâ progenerat. Verùm vocis motus interuallis diſtinctus contrario modo, quàm continuus mouetur. Siquidẽ moras facit, & intermiſſiones inter illas, & moræ alternatim intermiſſionibus interijciuntur. Moras itaque Intenſiones appellamus, Intermiſſiones autem, Migrationes à Tenſionibus ad tenſiones. At

Motus.

Motus ſpecies.

inter

Interualla,quę pariunt differentiam Tenſionum,Intenſione conſtāt,
& Remiſſione, quarum effectus, Acumen, & Grauitas eſſe perhibe-
tur. Quod enim intenſione fit,ad acumen vergit,quod remiſſione,ad *Tenſionis*
grauitatem tendit; vtriuſque verò communis eſt Tenſio. Quocircà *effectus.*
Tenſiones ſimul, & Phthongi; illę quidem ab inſtrumentis ad eas cō-
paratis attendendo; hi, quòd voce etiam eduntur, hoc nomine ap-
pellantur. Sunt autem Phthongi tenſione innumeri; poteſtate verò *Phthongi.*
in quolibet genere Octodecim. Et Genera tria ſunt, Diatonum,Chro *Genera.*
ma,& Harmonia. Et verò Diatonum canitur per Tonum, tonum,&
Semitonium, cùm ab acuto in graue deſcendat; at ſi à graui in acutū
procedat,per Semitonium,tonum,& tonum cōcinitur. Et Chroma, *Chroma.*
cùm ab acuto in graue pergat,per Seſquitonum,ſemitonium,& ſemi
tonium cantus peragitur; ſed,cùm à graui in acutum nititur, contra-
rio modo per Semitonium,ſemitonium,& ſeſquitonum cātatur.Har- *Harmoni-*
monica demùm,cùm ab acuto in graue deſcendit per Ditonum, die *ca.*
ſin,& dieſin; ſin à graui in acutum, contrario modo, per Dieſin,die-
ſin,& ditonum modulatur. Hæc hactenùs.

Proſſambomenos autem ideò dictum eſt, quod vocatis tetrachor- *Proſſambo-*
dis, in nullo communicat, ſed aliundè aſſumitur ob Epimeſen conſo- *menos.*
nantiam,aſpiciens tonicæ rationem ad Hypaten hypaton, quam ha- *Hypata.*
bet Meſe ad Grameſen. Hypatæ verò hypaton,cùm in primo tetra-
chordo prima ponitur, primum hypaton veteres vocabant: perhy-
patæ autem, quæ ipſi proxima eſt; at hypaton diatonus, & chroma-
tico,& enharmonico melodiæ genere exprimitur, quandoquidem va-
ria fit etiam tetrachordorum digeſtio. Atque hæ generaliter perhy-
patæ vocantur. Hipate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi
inter hypaten,& ſynemmenon conſideratur. Perhypatæ autem me-
ſon,quæ huic ſuccedit, & ceteræ ſimiles ijs,quæ ſub hypates ſpeciem
cadunt,quæ, & à ſuo genere Lichani dictæ ſunt,eodem nomine,quo *Lichani.*
digitus chordas articulatim perſonans,cognominatæ ſunt.Quæ por- *Meſe.*
rò iſtas ſubſequitur, Meſe nominatur, cùm diſpoſitis iuxtà ſuum cu-
iuſque modum ſonis,media interiaceat. Hinc intenſione hemitonij,
Trite ſynemmenon à poſtremâ conſurgit,quæ poſt netem tetrachor-
don reperitur. Indè,& Chromatica, & enharmonica,diatonos eaſdē
ob cauſas, ſubſequuntur. Hæ verò Paranetæ appellantur; quoniam *Paranetæ.*
antè netem collocatæ ſunt,& ſuper his poſtrema ſita eſt. Verùm Syn- *Synnēme-*
nemmenon, tota conſtitutio, quæ præiacenti perfecto vſque ad me- *non.*
ſen coniuncta eſt,& ad meſe tonum intendendo,Chorda nominatur, *Chorda.*
& huic proximè aſſociata, Parameſe dicitur. Quæ verò hanc ſequun- *Parameſe.*
tur,ijſdem nominibus,quibus,& conſtitutio ſynemmenon,ob eādem
rationem,nuncupantur. At conſtitutio hęc, Diazeugmenon vocatur, *Diazeug-*
cùm ad alias partes non ſit ex æquo prioribus conſtitutionibus diſpo- *menon.*
ſita.

Digitized by Google

Interualla, quę pariunt differentiam Tenſionum, Intenſione conſtãt, & Remiſſione, quarum effectus, Acumen, & Grauitas eſſe perhibetur. Quod enim intenſione fit, ad acumen vergit, quod remiſſione, ad grauitatem tendit; vtriuſque verò communis eſt Tenſio. Quocircà Tenſiones ſimul, & Phthongi; illę quidem ab inſtrumentis ad eas cõparatis attendendo; hi, quòd voce etiam eduntur, hoc nomine appellantur. Sunt autem Phthongi tenſione innumeri; poteſtate verò in quolibet genere Octodecim. Et Genera tria ſunt, Diatonum, Chroma, & Harmonia. Et verò Diatonum canitur per Tonum, tonum, & Semitonium, cùm ab acuto in graue deſcendat; at ſi à graui in acutũ procedat, per Semitonium, tonum, & tonum cõcinitur. Et Chroma, cùm ab acuto in graue pergat, per Seſquitonum, ſemitonium, & ſemitonium cantus peragitur; ſed, cùm à graui in acutum nititur, contrario modo per Semitonium, ſemitonium, & ſeſquitonum cãtatur. Harmonica demùm, cùm ab acuto in graue deſcendit per Ditonum, dieſin, & dieſin; ſin a graui in acutum, contrario modo, per Dieſin, dieſin, & ditonum modulatur. Hæc hactenùs.

Tenſionis effectus. *Phthongi.* *Genera.* *Chroma.* *Harmonica.*

Proſſambomenos autem ideò dictum eſt, quod vocatis tetrachordis, in nullo communicat, ſed aliundè aſſumitur ob Epimeſen conſonantiam, aſpiciens tonicæ rationem ad Hypaten hypaton, quam habet Meſe ad Perameſen. Hypatæ verò hypaton, cùm in primo tetrachordo prima ponitur, primum hypaton veteres vocabant: perhypatæ autem, quæ ipſi proxima eſt; at hypaton diatonus, & chromatico, & enharmonico melodiæ genere exprimitur, quandoquidem varia fit etiam tetrachordorum digeſtio. Atque hæ generaliter perhypatæ vocantur. Hipate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi inter hypaten, & ſynemmenon conſideratur. Perhypatæ autem meſon, quæ huic ſuccedit, & ceteræ ſimiles ijs, quæ ſub hypates ſpeciem cadunt, quæ, & à ſuo genere Lichani dictæ ſunt, eodem nomine, quo digitus chordas articulatim perſonans, cognominatæ ſunt. Quæ porrò iſtas ſubſequitur, Meſe nominatur, cùm diſpoſitis iuxtà ſuum cuiùſque modum ſonis, media interiaceat. Hinc intenſione hemitonij, Trite ſynemmenon à poſtremá conſurgit, quæ poſt netem tetrachordon reperitur. Indè, & Chromatica, & enharmonica, diatonos eaſdẽ ob cauſas, ſubſequuntur. Hæ verò Paranetæ appellantur; quoniam antè netem collocatæ ſunt, & ſuper his poſtrema ſita eſt. Verùm Synnemmenon, tota conſtitutio, quæ præiacenti perfecto vſque ad meſen coniuncta eſt, & ad meſe tonum intendendo, Chorda nominatur, & huic proximè aſſociata, Parameſe dicitur. Quæ verò hanc ſequuntur, ijſdem nominibus, quibus, & conſtitutio ſynemmenon, ob eãdem rationem, nuncupantur. At conſtitutio hęc, Diazeugmenon vocatur, cùm ad alias partes non ſit ex æquo prioribus conſtitutionibus diſpoſita.

Proſſambomenos. *Hypata.* *Lichani.* *Meſe.* *Paraneta.* *Synnẽmenon.* *Chorda.* *Parameſe.* *Diazeugmenon.*

Digitized by Google

Trithyperbolæon. ſita. Deindè Trithyperbolæon ſuccedit,& quæ deinceps hanc iuxtà & præter eaſdem cauſas ſequitur, eaſdem cùm prædictis ſortientes denominationes. Et harum generica denominatio, eſt Hyperbolæon; *Hyperbolæon.* quoniam in hac humanæ vocis finem facientis, vis conſiſtit. *Sonorũ ſpecies.* At horum ſonorum, alij ſunt Stabiles, qui in generum differentijs non mutantur, ſed in eodem tenore permanent, vt Proſlambanomenos, Hypate hypaton, Hypate meſon, Meſe, Nete Synnemenon, Parameſe, Nete diazeugmenon, & Nete hyperbolæon; alij ſunt Mobiles, hiq. ſemper in generum differentijs variant, nec in eodem tenore perſiſtunt. Sunt autem omnes ij, qui inter Stabiles ſunt interiecti. Ac iterùm Stabilium ſonorum, alij ſunt grauitate denſi, vt Hypate, hypaton, Hypate meſon, Meſe, Parameſe, & Nete diazeugmenon; alij minimè denſi, quippè qui perfectas conſtitutiones comprehendunt, vt Proſlambanomenos, Nete Synnemenon, & Nete hyperbolæon. Mobilium verò alij ſunt Semidenſi, vt Perhypate hypaton, Perhypate meſon, Triteſynnemenon, Trite diazeugmenon, & Trite hyperbolæon; alij ſunt Acuti denſi, qui, & Diatoni dicuntur, & generatim quinque, in Harmonia quidem harmonici, in Chromate, chromatici reperiuntur. Lichanos hypaton enharmonios, Lichanos meſon enharmonios, Paranete ſynnemenō enharmonios, Paranete diazeugmenon enharmonios, & Paranete hyperbolæon enharmonios. In Chromate verò hi exiſtunt, Lichanos hypaton chromaticè, lichanos meſon chromaticè, Paranete hyperboleon chromatice. Et verò, Conſona ſunt Diateſſeron, Diapente, *Conſona.* Diapaſon, & ſimilia. Diſſona autem ſunt ea, quæ minora habentur, *Diſſona.* quam Diateſſeron, Dieſis, Semitonium, Tonus, Seſquitonus, & Ditonus. At inter hæc, & Conſona, medium agmen Tritonus, Tetratonus, *Conſonãtia quid ſit.* Pentatonus, & ſimilia tuentur. Conſonantia verò eſt duorum ſonorum acuti, & grauis concinna temperatio; Sed Diſſonantia *Diſſonãtia quid ſit.* eſt duorum ſonorum diſſidium, & mutuæ temperationis exacerbatio. Iam porrò ſimplicia interualla ſunt, quæ à Phthongis inter quos nullus intermedius eſt, includuntur; vt ab hypate perhypate, Lichano, & hypate meſon, quorum in reliquis interuallis eadē prorſus eſt ratio. Compoſita autem, quæ à Phthongis, inter quos alij intermedij ſunt, continentur, vt à meſe, & perhypate, à meſe, & nete, & à parameſe, & hypate. Et verò interualla quædam communia ſunt ſimplici, & compoſito, vt Hemitonium, & Ditonus, & reliqua inter hæc duo comprehenſa; quippè in harmonico genere ſunt Compoſita, in chromatico, & diatonico, Simplicia; & Tonus in Chromate, compoſitus; in Diatono, ſimplex exurgit. Et Trithemitonium in chromate quidem ſimplex eſt, & compoſitum in Diatonico; & Ditonum interuallum in harmonia ſimplex, in chromate autem, &

diatono,

diatono, compoſitum exauditur. Porrò reliqua interualla Semitonio minora, ſimplicia ſunt omnia, vt reliqua, quæ Ditonum excedūt, Compoſita. Interualla explicabilia ſunt, quorum magnitudines aſſignari poſſunt, ut Tonus, Semitonium, Ditonus, Titonus, & ſimilia. Inexplicabilia ſunt, quæ explicabilibus maiora, minoraue magnitudine aliquá inexplicabili exiſtunt.

Verùm enim verò, cùm tria genera ſint, vt diximus, omne melos per conſequens, aut Diatonicum, aut Chromaticum, aut Enharmonicum, aut Commune, aut etiam ex his Mixtum erit. Diatonicum itaque eſt, quod diatonicá diuiſione conſtat; Chromaticum, quod chromaticá; Enharmonicum denique, quod Enharmonicá ſectione conflatur; Commune, quod ex ſtatis phthongis componitur; Mixtum demùm, vbi duorum, vel trium, Diatoni nempè, & Chromatis, vel Diatoni, & Harmoniæ, vel Diatoni, Chromatis, & Harmoniæ veſtigia apparent. Sed horum generum differentiæ fiunt in phthongis illis, quos Mobiles eſſe ſuperiùs aſſeruimus. Hinc enim Lichanos loco mouetur per Toni interuallum, & Perhypate per Dieſin. Quocircà Lichanos illa acutiſſima eſt, quæ tono diſtat ab acutiore duorum tonorum tetrachordum comprehendentium, & quæ procul abeſt à Semitonio; Grauiſſima, quæ à Ditono abeſt, & Perhypate meſon, & quæ diſtat Dieſi à grauiore duorum phthongorum tetrachordum continentium. Enim verò, Color Muſices eſt ſpecialis partitio generis. Et horum explicabiles Sex eſſe videntur. Nam vnus eſt Harmoniæ, Chromatis tres, & duo generis Diatoni. Ergò Harmoniæ Color eâdem prorſus, quá genus ipſum ſectione diuiditur. Per Dieſin enim, quæ eſt quarta pars toni, & dieſin alteram eidē æqualem, & per Ditonum minimè compoſitum, canitur. Porrò in diuiſione chromaticá vnus Color chroma, alius chroma Seſquialterū, tertius chroma Toniæum appellatur. Et molle quidem chroma per dieſin, quæ eſt tertia toni pars, & dieſin eidem æqualem, & per interuallum ſimplex æquale tono, toniq. ſemiſſæ, & tertiæ parti canitur. Seſquialterum verò chroma per dieſin, & dieſin, quarum vtraque ſigillatim ſeſquialtera fit dieſeos enharmonicæ, & per interuallum ſimplex Septem dieſibus conſtans, quarum quælibet toni quadrans exiſtit, modulatur. Toniæum denique chroma eodem colore veſtitur, quo genus ipſum chromaticū induitur; cū per ſemitoniu, ſemitoniū, & trihemitoniū efferatur. Atque Colores hi in chromatico genere, nomen a denſis phthōgis, qui in ipſis inſunt, ſortiti ſunt. Toniæū nāque chroma à tono, qui in eo eſt, per cōpoſitionē nominatur; Seſquialterū, quòd à dieſibus in eo poſitis, quæ ſeſquialteræ ſunt, dieſium enharmonicarū vocitatur. Molle chroma dicitur, quia dēſum chroma, quod in eo eſt, remittitur, & frangitur. Vltimò tandem Colorum diuiſionis diato-

Mali diuiſio.

Lichani differentia.

Color.

Coloris partitio.

Chroma molle.

Chroma ſeſquialterū.

Tonianm.

Color mollis diatonicus. diatonicæ, alter Mollis diatonicus, alter Syntonus diatonicus appellatur. Et quidem Color Mollis diatonicus per ſemitonium, & per interuallum ſimplex trium dieſium, & per aliud interuallum ſimplex quinque dieſiũ, canitur. At diatonicus Syntonus color eãdem habet proportionem, quàm genus ipſum; cùm per ſemitonium, tonum, & tonum canitur.

Color ſyntonus.

Conſtitutionis differentia. Conſtitutionis autem differentiæ aliæ ſunt communes etiam interuallis, vt Differentia ſecundùm magnitudinem, ſecundùm genus, ſecundùm conſonum, & diſſonum, ſecundùm explicabile, & inexplicabile; aliæ ſunt ipſis conſtitutionibus propriæ, vt differentia continui, & ordine ſequentis ab eo, quod aliquid omittit, nec ordine ſequitur, & differentia coniunctæ, & diſiunctæ conſtitutionis, & differentia denique conſtitutionis immutabilis. Magnitudine etiam differunt conſtitutiones maiores à minoribus, videlicet diapaſon magnitudine à tritono, vel à diapente, vel à diateſſeron, vel à ſimilibus diſcrepat. Genere quoque differunt, vt diatonicæ ab henarmonicis, vel chromaticis; aut chromaticæ, & henarmonicæ à reliquis. Diſcrepant item ſecundùm Cõſonum, & Diſſonum conſtitutiones phthongis conſonis contentæ, à conſtitutionibus, quæ phthongis diſſonis continentur. Exiſtunt etiam conſtitutiones conſonæ aliquot in immutabili conſtitutione, quarum minima Diateſſeron duobus tonis, & ſemiſſe conſtans reperitur, cuiuſmodi conſtitutio eſt ab hypate hypaton, ad hypaten meſon. Altera conſtitutio eſt Diapente tonorum trium, & ſemiſſe, qualis eſt conſtitutio à proſlambanomeno ad hypaten meſon. Alia eſt Diapaſon tonorum ſex, qualis eſt à proſſambanomeno ad meſon. Alia eſt Diapaſon, & Diateſſeron ſimul tonorum octo, & ſemiſſis, qualis eſt à proſſambanomeno ad netem diazeugmenon. Vltima conſtitutio eſt Diapaſon tonorum duodecim, qualis eſt à proſſambanomeno ad netem hyperbolæon. Verùm conſtitutio, quæ Coniuncta dicitur, vſque ad octonariam conſtitutionem conſonam progreditur. Prima enim ipſarum eſt Diateſſeron; altera Diapente; tertia Diapaſon; quarta Diapaſon, & Diateſſeron ſimul; quinta Diapaſon, & Diapente ſimul; ſexta Diſdiapaſon; ſeptima Diſdiapaſon ſimul cùm Diateſſeron; octaua denique Diſdiapaſon ſimul cùm Diapente. At Diſſonæ conſtitutiones ſunt eæ omnes, quæ minores ſunt, quã Diateſſeron, vel inter prædictas conſonas ſedem capeſſunt. Porrò figuræ eiuſdem magnitudinis fiunt ex iiſdem ſimplicibus interuallis concretæ, & numero æqualibus; cùm ipſorum interuallorum ordo diſſimilitudine aliquã variatur.

Diateſſeron ſpecies. Quamobrem tres Diateſſerõ ſpecies numerantur, & harum prima à Barypycnis, ſeù grauiter dẽſis phthongis, vt ab hypate hypaton, ad hypaton meſon comprehenditur; ſecũda à Meſopycnis, ſeù medijs

denſis

denſis phthongis, vt à perhypate hypaton, ad perhypaten meſon cõtinetur, tertia ab Oxypycnis, ſeu acutis denſis phthongis, vt Diateſſeron illud, quod à Lichano hypaton, ad Lichanon meſon concluditur. Ac in harmoniâ quidem, & chromate cõſonorum figuræ, præterquã in diatono ad dẽſi habitudinẽ ſumuntur; cũ hoc genus in ſemitonia, & tonos diſpertiatur; ſuntq. in Diateſſeron conſonantia ſemitonium vnum, & toni duo, & in Diapente ſemitonium vnũ, & toni tres, & in Diapaſon ſemitonia duo, & toni quinque inueniuntur. Indè autẽ fit, vt hæ figuræ, & conſonantiarũ ſpecies pro diuerſã ſemitoniorũ poſitione conſiderentur. Nã prima conſonantiæ ſpecies Diateſſeron eſt, cuius ſemitoniũ ad grauiorẽ partem, quã toni vergit; altera eſt, cuius ſemitoniũ medio loco duorũ tonorum ſatellitio circumdatur; tertia demùm cuius ſemitonium tonis eſt acutius.

Diapente verò conſonantiæ ſpecies quattuor recenſentur. Prima enim à Barypycnis includitur, in quá tonus primum locũ verſus acutam partẽ poſſidet, ſitq. ad hypate meſon vſque ad parameſon; altera à Meſopycnis continetur, in quá tonus penultimum locũ habet, ſi à graui ordiatur, & in acutũ aſcendat, ſitq. à perhypate meſon vſque ad trite diazeugmenon; tertia ab Oxypycnis comprehenditur in quá tonus loco antepenultimo ponitur, ſi à graui ad acutum eleuetur, ſitq. à Lichano meſon ad paranetem diazeugmenon; quarta deniquè à Barapycnis coarctatur, in quá, ſi ab acuto in graue declinet, quartum locum tonus obtinet, ſitq. à meſe ad netem diazeugmenon, aut à proſſambomeno ad hypaton meſon. *Diapente ſpecies.*

In Diatono autẽ prima ſpecies conſonantiæ Diateſſerõ eſt, in quâ ſemitonium primum, & grauiſſimum locum exercet; ſecunda in quâ ſemitoniũ primum locũ ad partem acutiſſimam capeſſit; tertia in quâ ſemitonium penultimum locum, tendendo à graui in acutum, amplectitur; quarta quoque in quâ hemitonium penultimam ſedem, tendendo ab acuto in graue, occupat. *Diatoni ſpecies.*

Ac Conſonantiæ Diapaſon ſpecies ſeptem exiſtunt, quarũ prima à Barypycnis phthongis coarctatur, in quá tonus acutiſſimum locũ implet, eſtq. ab hypate hypaton ad parameſon, hicq. modus à Veteribus Mixolydius vocatus eſt; ſecunda à Meſopycnis clauditur, in quá penultimum locum tonus obtinet, ſi à graui in acutũ ſubleuetur, ſitq. à perhypate hypaton ad triten diazeugmenon, qui modus ab antiquis Lydius dictus eſt; tertia Oxypycnis continetur, in quá tonus locũ antepenultimum tuetur, ſi à graui in acutum euehatur, eſtq; à Lichano hypaten ad paraneten diazeugmenon, hicq. modus olim Phrygius appellatus eſt; quarta Barypycnis phthongis coarctatur, in quá tonus quartũ locum poſſidet, ſi ab acuto in graue declinet, eſtq. inter hypaten meſon, & netem diazeugmenon, & hic olim Dorius nominatus eſt; *Diapaſon ſpecies. Mixolydius modus. Lydius. Phrygius. Dorius.*

eſt; quinta Meſopycnis circumducitur in quâ tonus quintum locum ab acutiſſimo moderatur, hicq. modus olim veteribus Hypolydius erat, quique à perhypate meſon ad tritem hyperbolæon fiebat; ſexta Oxypycnis comprehenditur, & ſexto loco tonum ab acutiſſimo habet, fitq. à Lichano meſon ad paranetem hyperbolæon, dictuſq. eſt hic modus olim Hypophrygius; ſeptima denique Diapaſon ſpecies eſt ea, quam Barypycni phthongi amplectuntur, & in hac tonus grauiſſimum locum exercet, fitq. à meſe ad netem hyperbolæon, aut à proſſambanomeno ad meſen, hicq. olim, & Communis, & Locrus, & Dorius nuncupatus eſt.

Hypolydius.

Hypophrygius.

Et verò in genere Diatonico, prima ſpecies Conſonantiæ Diapaſon eſt, in quâ hemitonium alterum eſt in parte grauiſſimâ, alterum autem in quarto dumtaxat loco, ſi à graui in acutum aſcendas; ſecūda eſt, cuius hemitonium alterum, locum tertium à grauiſſimo occupat, alterum verò, locum ſeptimum, & acutiſſimum; tertia in quâ vtrumque ſemitonium ab altero extremorum vno loco ſeiungitur; quarta in quâ vnum hemitonium grauiſſimo loco, ſed alterum quinto verſus acutas partes collocatur; quinta in quâ vnum hemitonium loco quarto poſt grauiſſimum, alterum ſeptimo, & acutiſſimo ponitur; ſexta in quâ vnum hemitonium tertio loco poſt grauiſſimum, alterum ſecundo ab acutiſſimo, ſeſſionem accipit; ſeptima tādem ſpecies Conſonantiæ Diapaſon eſt, in quâ vnum hemitonium ſecundo poſt grauiſſimum loco, alterum verò quinto vèrſus acutam partem, gradum adipiſcitur. Ac, vt hæ Diapaſon ſpecies ab Harmoniâ, & Chromate in phthongis non differant; itâ quoque in Explicabili, & in Inexplicabili non diſſident.

Locrus.
Conſonātiæ ſpecies.

Coniuncti autem, & Diſiuncti conſtitutiones ex diſiunctis tetrachordis conflatæ in eo diſcrepant, quòd Coniunctio ſit duorum tetrachordorum alterno ordine modulatorum, & ſpecie ſimilium phthōgus communis; & Diſiunctio ſit duorum tetrachordorum conſequēti ordine modulatorum, & ſpecie ſimilium toni interpoſitio. Quorū coniunctiones tres potiſſimùm numerantur, Media, Acutiſſima, & Grauiſſima. Et grauiſſima quidem, eſt duorum tetrachordorū, quorū alterum eſt tetrachordon hypaton; alterum verò tetrachordon meſon, cùm eam phthongus hypate meſon coniungat; Media eſt coniunctio tetrachordi meſon, & tetrachordi ſynnemenon, qui phthongo communi, meſe videlicet, connectuntur; Acutiſſima demùm coniunctio, eſt tetrachordi diazeugmenon, & tetrachordi hyperbolæō, cùm hæc vnus cōmunis phthōgus nete diazeugmenō innodet, & deuinciat. Vltimò, Diſiūctio vnica eſt duorū tetrachordorū diuiſio, quorū alterū eſt tetrachordon Mediarū: alterū verò tetrachordō netarū diſiūctarū, quæ vno cōmuni tono, meſon, & parameſen ſegregantur.

Coniunctio quid ſit.
Diſiunctio quid ſit.
Coniunctio num numerus.

Porrò

Porrò conſtitutiones Perfectæ duæ habentur, quarum altera Maior, altera Minor appellatur. Et Maior quidem fit à Proſſambanomeno per diſtinctionem ad netem hyperbolæon in quâ quattuor tetrachorda exiſtunt, quorum duæ a duobus reliquis ſeparata, ſed ſibi inuicem coniuncta ſunt; nempè tetrachordum grauium, mediarum, diſiunctarum, atque excellentium, prout etiam duo illi toni, quorum alter eſt inter proſſambanomenon, & hypaten hypaton; alter autem inter meſen, & parameſen. Minor verò eſt, quæ fit per coniunctionem à proſſambanomeno ad netem ſynnemenon, ſuntq; in eâ conſtitutione tria tetrachorda coniuncta; tetrachordum videlicet grauium, mediarum, & coniunctarum, & inſuper tonus contentus à proſſambanomeno, & hypate hypaton; quoniam conſtitutio diapaſon, & diateſſeron ſimul, conſonantiæ definitione conſtringitur. Verùm in conſtitutione Immutabili, quæ ex duobus perfectis conſtat, tetrachorda duo reperiuntur, quæ communia ſunt vtrique perfectarum coniunctionum, tetrachordum Grauium, & tetrachordum Mediarum. In Coniunctá verò eſt tetrachordum Netarum coniunctarum; in Diſiunctâ, netarum diſiunctarum, & tetrachordum netarum excellentium. At Simplices conſtitutiones ſunt, quæ ad vnam mediam; Duplices, quæ ad duas; Triplices, quæ ad tres; Multiplices, quæ ad plures diriguntur. Harum eſt media poteſtas phthongi, cui in diſiunctione tonum habere ſimplicem ad partem acutam, ſi conſtitutio ſit immutabilis, aliàs ditonum ſimplicem, vel compoſitum ad partem, ſignumq; grauem, accidit. In coniunctione autem alicui illorum, trium tetrachordorum coniunctorum obtinere, vel acutiſſimum phthongum medij tetrachordi, vel tetrachordi acutiſſimi grauiſſimum contigit. Ex horum verò mediá, quaſi concentus viâ, reliquorum phthongorum vires, & quî quiſque ad mediã ſe habeat, facilè venari poſſumus. Ceterùm, quadruplicis nominis ſignificatione Tonus exprimitur. Vſurpatur enim plerumque pro Phthõgo, pro Interuallo, pro Vocis loco, & pro Tenore. Et Tonum quidem pro phthongo vſurpârunt illi, qui Cytharam Heptatonen vocârunt, quaſi ſeptem tonis, hoc eſt phthongis conſtantem, vt his verſibus Terpander.

Conſtitutiones perfectæ. *Conſtitutio immutabilis.* *Conſtitutio coniuncta, & Diſiuncta.* *Conſtitutio ſimplex, & Multiplex.* *Toni vetes.* *Terpander.*

At nos quadriſonis inſtantes ſæpè camœnis,
Indè nouos Cythara heptatono celebrabimus hymnos.

Et Ion quoque eâdem ratione hoc idem in ſuo Decachordo accepit. Sic enim cecinit. *Ion.*

Semper habes denas gradientes ordine chordas,
Et concordantes harmonias triſonas.
At Græci heptatono, Cythara, diateſſera cantant,
Captantes raro carmine dulce melos.

Pro Interuallo autem Tonus ſuſcipitur, cùm dicimus eſſe à meſe ad parameſem; pro Vocis loco, cùm dicimus vocis tonum Dorium Phrygium, aut Lydium eſſe, & vlteriùs. Ariſtoxenus porrò XIII. Tonos adiuenit; videlicet Hypermixolydium, ſiuè Hyperphrygium; Mixolydios duos, acutiorem, & grauiorem, quorum acutior Hypoiaſtius, grauior Hypodorius dicitur; Lydios item duos, acutiorem nempè, & grauiorem, qui Aeolius nuncupatur; Phrygios quoque duos, alterum acutum, alterum grauem, qui Iaſtius nominatur; Dorium vnum; Hypolydios duos etiam, acutiorem, & grauiorem, qui Hypæolius vocatur; Hypophrygios pariter duos, quorum grauior Hypoiaſtius dicitur. Decimum denique tertium Hypodorium reperit, voluitq. horum acutiſſimum eſſe Dorium. Demùm pro Tenore Tonus accipitur, vt cùm dicimus aliquem acuto, graui, aut mediocri tono cantare.

Tonorũ numerus.

Iam verò Mutatio quattuor modis accidere ſolet, in Genere ſcilicet, in Conſtitutione, Tono, & Melopoeiâ. Et in Genere quidem, cùm ex diatono in chroma, vel harmoniam, aut cùm ab harmoniâ, vel chromate in aliquod reliquorum generum fit migratio; in Conſtitutione, cùm à coniunctione ad diſiunctionem, aut contrà proficiſcitur; in Tono, cùm à Dorio in Phrygium, aut ab hoc in Lydium, aut ab his in ceteros fit tranſitus, iſq. erit concinnus, ſi phthongi erunt in mutatione ſimiles, ſi diſſimiles, inconcinnus; in Melopoeiâ denique mutatio fit, cùm ex affectu interuallari in Contractum, vel Quietum, vel ex hoc in Interuallarem, & Contractum variatur. Interuallaris autem Melopoeiæ affectus eſt, quo ſpeciem Magnificentiæ, Magnaminitatis, rerumq. heroicarum, atque his affinium affectionum exhibemus, quibus maximè Tragœdia delectatur, & ea, quæ tragicum ſtylum imitantur Contractus verò affectus eſt, quo animus in humilitatem, abiectionem, & in cetera minùs virilia contrahitur, iſq. amatorijs ægritudinibus, lamẽtationibus, & fletibus accommodatur. Quietus tandem affectus eſt, quo in pacatam, tranquillamq. diſpoſitionem animus pertrahitur, iſq. hymnis, encomijs, pæanibus, & ſimilibus gaudere videtur, de quibus fuſiùs inferiùs dicemus. Ceterum Melopoeiâ quattuor perficitur, & abſoluitur; Ductu nimirum, qui eſt meli progreſſio per phthongos deinceps conſequentes; Plexu, qui eſt alterna interuallorum poſitio; Luſu, qui eſt percuſſio in eodem tono ſæpiùs iterata; firmitudine vltimò, quæ eſt immoratio diù continuata ſecundum vnam, eamdemq. vocis pronunciationem.

Mutatio quot modis accidat.

Melopoeia affectus.

Melopoeia qui perficiatur.

O nos beatos ter, & ampliùs, ſi debellatis vitijs, quæ corpus, mentemq. noſtram, vallo quaſi quodam multiplicium ærumnarum ſpinis obſident, & lancinant, quietum Melopoeiæ affectum ſumeremus,

Apoſtrophe.

remus, vt Deo tranquilla pæana, hymnoſq. pacatos canere poſſimus. At cum ab eiulatu, & planctu vitam exordiamur, non melos vllum in hac vitá, ſed ſolùm lamenta, & querulas voces lachrymis temperatas edere valemus. Fac igitur optimè Deus, vt tibi ſtridulá, & compunctá cordis noſtri lyrâ, firmitudine quâdam ſecundùm vnam, eamdemq. Virtutem omnium ſemitam perpetuò reſonemus, vt Melopoeiá in hac vitá ſic vlulatibus abſolutá, tibi poſteà in cælis, beatis ſpiritibus permixti immortales panegyres canamus.

MEMBRVM NONVM.

De Geometria.

Geometriæ origo. Proclus. Alpharab. Cælius. Geometriæ laudes. Patritius. Beſſario. Geometriæ vtilitas. Ficino.

HAEC Mathematices nobiliſſima ſpecies apud veteres in tantá honoris exiſtimatione ſemper habita eſt, vt Plato antè ſui Gymnaſij fores ſcribi curauerit, neminem Geometriæ ignarum pedem introferret. Porrò hæc apud Aegyptios, nè ab Adamo, eiuſq. poſteris, quos rerum omnium cognitione præſtantiſſimos fuiſſe conſtat, eam repetamus, ex agrorum dimenſione, vt huius notio præſefert, originem dicitur habuiſſe. Nè enim anniuerſarijs Nili inundationum incrementis, limo cooperti agrorum termini confunderentur, vt Proclus libro 2. capite 4. in Euclidem teſtatur, cęperunt illi illorum terras metiri, & quaſdam metas deſignare. Ab Aegyptijs autem Thales edoctus, eam in Græciam magnâ omnium primò admiratione, Alpharabio aſſerente, tranſportauit. Hanc verò Philo Iudæus omnium ſcientiarum Principem, Matremq. appellat, & á Cælio lib. 4. Antiquit. Lect. Principium, & Metropolis omnium ſcientiarum Mathematicarum vocitatur, & à Franciſco Patritio lib. 2. de Regn. Auxilium, & Fulcrum omnium artium nominatur. Neque ab his alienus Cardinalis Beſſario in Platonis Calumniatorem apparet, dùm neminem pro docto poſſe abſque huius cognitione haberi, contendit. Patritius quoq. lib. 2. de Regno, c. 14. vult Duces, Regeſq. hâc non mediocriter imbutos eſſe debere. Etenim hæc vrbes, vrbiumq. propugnacula, quibus munitę, hoſtium viribus reſiſtere, eoſq. propulſare poſſunt, exſtruxit; varia belli inſtrumenta, & tormentorum plurima machinamenta ignes, globoſq. explodentia adinuenit; montium ambitus, & altitudines, locorumq. ſitus, & profunditates nobis aperuit; dimetiendorum, & terrâ, & mari itinerum, modum demonſtrauit; trutinas, ſtateras, & reliqua Iuſtitiæ Diſtributiuę pondera, quibus exacta actionū æqualitas in Ciuitate ſeruatur, teſte Ficino l. 3. Aenead. 3. Plotini, cōpoſuit; fabricādarū nauiū, triremiū, pontiū, cęterorūq. rōnem præſcri-

Digitized by Google

præſcripſit, & quæcunque aut pondere, aut aquâ, aut ſpiritu, aut neruis, funiculiſq. conſtant, mouenturq. nobis indicauit. Hinc tot Horologia tàm affabrè, & ingenioſè effecta prodeunt, vt Ars cum Naturâ, vel Natura cum Arte contendere videatur, quorum inuentionem Erfordienſis, Geberto, qui poſteà fuit Syluester Secundus, quiq. tempore Otthonis Tertij ſub anno Domini Nongenteſimo Nonageſimooctauo vixit, adſcripſit. *Horologij inuentor.* Deſinat igitur Antiquitas Sphæram illam Archimedis Geometricis rationibus exſtructam, iactitare; taceat Architæ ligneam Columbam Geometricis ponderibus volitantem; ſileat tybicinas, æneoſq. ſerpentes, quos huius artis adminiculo fabricauit Boëtius, qui ventorum flatibus perculſi reſonabant; nil dicat de Alberti capite æneo Geometricis modis voces articulatas proferente; prætereat Pilas ſuâ ſponte ſaltitantes, æneaſq. Virgines ſuper abacum choreas menſuratim ducentes, & hanc vnam tanti Geberti inuentionem miris laudibus extollat poſteritas. Equidem Viualdus libro de Perſequutionibus *Viualdus.* Eccleſiæ, Perſequutione 10. affirmat Geometriam, & ceteris, & Theologis maximè eſſe neceſſariam, cùm in diuinis litteris ſæpius de eâ mentio habeatur. Nàm Iſaiæ capite 40. Ipſe ſolus, ait, men- *Iſaias.* ſus eſt pugillo aquas, & cibos patino ponderauit, qui appendit tribus digitis molem terræ, & librauit pondere montes, & colles in ſtaterâ. Et Sapientiæ 11. Omnia diſpoſuit Deus in numero, pondere, & menſurâ. Ac, licet Leges Ciuiles multas alias aſpernen- *Sapientia.* tur: hanc tamen C. de Malefic. & Mathem. L. Artem Geometriæ, amplexæ ſunt. Immò Lucas Penna Iuriſconſultus C. de Excuſat. *Penna.* Artific. libro 10. homines ad hanc addiſcendam exiſtimat cogi poſſe.

Verum Geometria bifariam diuiditur, cuius altera pars planas *Geometria diuiſio.* figuras, quæ ſolam latitudinem longitudini annexam habet, contemplatur; altera verò ſolidas conſiderat, quę ad duplex illud interuallum, craſſitudinem adſciſcunt. Et illam quidem generali Geometriæ *Stereometria.* nomine veteres appellàrunt, hanc propriè Stereometriam nominàrunt; & Geometriam cùm Opticâ, & Stereometriam cùm Mechanicâ non raro comparauit Ariſtoteles. Eſt autem Geometria, vt *Geometria quid ſit.* eam Proclus deſcripſit, Scientia, quæ verſatur in cognitione magnitudinum, figurarum, & quibus hę continentur extremorum: item rationũ, & affectionũ, quę in illis cernũtur, ac inhęrent, ipſa quidẽ ꝓgrediẽs à pũcto indiuiduo per lineas, & ſuperficies dũ ad ſolida cõſcẽdat, variaſq. ipſorũ differẽtias patefaciat. Cũq. oĩs ſciẽtia Demõſtratiua, in quarũ cętu, & Lycęo hęc ẽt reſidet, vt placuit Ariſt. tribus quaſi colũnis fulciatur, Genere, & Subiecto, cuius ꝓprietates ſciẽtia ipſa vena

tur, & conſiderat; Cauſis, & Principijs, ex quibus baſibus Demonſtrationes emergunt; Proprietatibus demùm, quæ de genere, & ſubiecto per ſe proferuntur; Geometriæ quidem Subiectum in Lineis, Triangulis, Quadrangulis, Circulis, Planis, Solidis figuris, & Magnitudinibus, earumq. extremitatibus conſiſtit. *Geometriæ obiectum.* Hiſcè verò inhærent Diuiſiones, Rationes, Tactus, Aequalitates, & huiuſmodi propè infinita, ad quæ etiam Poſtulata, & Axiomata, ex quibus hæc ineſſe demonſtrantur, reducuntur. At, nè hæc immenſa Geometricarum figurarum ſilua, nos in itineris progreſſu reddat implicatos, operæpretium erit, ceteris miſſis, ſelectiora ſeligere, & in vnum quaſi manipulum compingere.

Punctum. Linea. Linearũ varietas. Superficies. Plana ſuperficies. Planus angulus. Rectilineus angulus. Perpendicularis linea. Obtuſus angulus. Terminus. Figura. Circulus. Diameter.

Itaque Punctum eſt, cuius pars nulla eſt; Linea eſt longitudo, latitudinis expers, cuius termini ſunt Puncta. Linea verò alia eſt Recta, quæ ex æquo ſua interiacet puncta; alia Curua, quæ orbiculatim ducitur. Superficies autem eſt, quæ longitudinem, latitudinemq. tantum habet; Superficiei extrema ſunt lineæ. Plana ſuperficies eſt, quæ ex equo ſuas interiacet lineas. Planus Angulus eſt duarum linearum in plano ſe mutuò tangentium, & non in directo iacentium alterius ad alteram inclinatio. Cùm autem quæ angulum continent, lineæ rectæ fuerint, Rectilineus ille angulus appellatur; & cum recta linea ſuper rectam conſiſtens lineam, eos, qui ſunt deinceps angulis æquales inter ſe fecerit, rectus eſt vterque æqualium angulorum, quæ inſiſtit recta linea, Perpendicularis dicitur eius cui inſiſtit. Obtuſus verò angulus eſt, qui recto maior eſt. Et Terminus eſt alicuius extremum. Figura eſt, quæ ſub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur. Circulus autem eſt figura plana ſub lineâ comprehenſa, quæ Periphæria nominatur ad quam ab vno eorum puncto, quæ intrà figuram ſunt poſita, cadentes omnes rectæ lineæ, inter ſe ſunt æquales. At Diameter circuli eſt recta quædam linea per centrum ducta, & ex vtrâque parte in circuli circumferentiam, quæ circulum bifariàm ſecat, terminata.

Semicirculus. Segmentũ. Rectilinea. Trilatera. Quadrilatera. Multilatera. Iſoſceles. Scalenum.

Semicirculus eſt figura, quæ ſub diametro, & ſub eâ lineâ, quæ de circuli periphæriâ aufertur, continetur. Segmentum circuli eſt figura, quæ ſub rectâ lineâ, & circuli circumferentiâ clauditur. Rectilineę verò figuræ ſunt, quæ ſub rectis lineis coercentur; Trilateræ, quæ ſub tribus; Quadrilateræ, quæ ſub quattuor; Multilateræ, quæ ſub pluribus, quàm quattuor rectis lineis continentur. Trilaterarum porrò figurarum, æquilaterum eſt triangulum, quod tribus lateribus gaudet æqualibus. Iſoſceles autem eſt, quod duo tantum æqualia habet latera; Scalenum, quod tria inæqualia. Et hæc Trilaterarum figurarum, rectangulum quidem triangulum eſt, quod habet

rectan-

Digitized by Google

rectangulum. Verùm Amblygonium eſt illud, quod obtuſum habet *Amblygonium.*
angulum; Oxygonium, quod tres habet acutos angulos. At Qua- *Oxygoniũ.*
drilaterarum figurarum, Quadratum quidem eſt, quod, & æquila- *Quadratũ.*
terum, & rectangulum eſt. Sed alterâ parte longior figura eſt, quæ *Rhombus.*
rectangula quidem, æquilatera autem nullo modo eſt. Rhombus *Rhõboides.*
verò eſt æquilaterum, & rectangulum; ſed Rhomboides eſt, quæ
aduerſa, & latera, & angulos habens inter ſe æqualia, neque æqui-
latera, neque rectangula eſt. His itaque exceptis, reliquæ Quadri-
lateræ figuræ, Trapezia vocitantur. Iam Parallelæ recti lineæ ſunt, *Trapezia.*
quæ etſi in eodem ſint plano, & ex vtraque in infinitũ produci poſ- *Parallela.*
ſint: in neutram ſibi tamen mutuò coincidunt. Nunc verò Solidum *Solidum.*
eſt, quod habet longitudinem, craſſitudinem, & latitudinem. *Pyramis.*
Pyramis eſt figura ſolida, quæ planis continetur ab vno plano ad
vnum punctum collecta. Et Priſma figura eſt ſolida, quæ planis in- *Priſma.*
cluditur, quorum aduerſa duo ſunt, & æqualia, ſimilia, & paralle- *Sphæra.*
la; alia autem parallelogramma. Sphæra quoque eſt, quæ conuer-
ſo circà quieſcentem diametrum, ſemicirculo continetur, cum in
eumdem rurſus locum reſtitutus fuerit, vndè moueri cęperat. Axis *Axis.*
verò Sphæræ eſt quieſcens illa linea circà quam ſemicirculus con-
uertitur. Et Sphæræ centrum, eſt idem, quod ſemicirculi; Et Dia-
meter Sphæræ, eſt recta quædam linea per centrum ducta, & vtrin-
que à Sphæræ ſuperficie terminata. Equidem Conus eſt figura, quæ *Conus.*
verſo circà quieſcens alterum latus eorum, quæ rectum angulum
continent, Orthogonio triangulo clauditur, cum in eumdem rurſus
locum illud triangulum reſtitutum fuerit, vndè moueri cęperat. Et
ſi quieſcens, recta linea æqualis ſit alteri, quæ circà rectum angulum
conuertitur, Conus erit rectangulus; ſi minor, Amblygonius; ſi ma-
ior Oxygonius. Hinc Cylindrus figura eſt, quæ conuerſo circà *Cylindrus.*
quieſcens alterum latus eorum, quæ rectum angulum continent,
parallelogrammo Orthogonio circumdatur, cum in eumdem rur-
ſus locum reſtitutum fuerit illud parallelogrammum, vndè moueri
cęperat. Et Cubus eſt figura ſolida, quæ ſex quadratis æqualibus *Cubus.*
conſiſtit; Tetraedum eſt figura, quę triangulis quattuor æqualibus, *Tetraedũ.*
& ęquilateris cõtinetur; Octoedrum figura eſt ſolida, quæ octo trian *Octoedrum.*
gulis æqualibus, & æquilateris copulatur, Dedecaedrum eſt figura *Dedecadrũ.*
item ſolida, quæ duodecim pentagonis æqualibus, & æquilateris, & *Eiſcoaedrũ.*
æquiangulis conſtipatur; Eicoſaedrum figura ſolida eſt, quæ trian-
gulis viginti æqualibus, & æquilateris ſepta continetur. Denique
Altitudo cuiuſque figuræ, eſt linea Perpendicularis à vertice ad ba- *Altitudo.*
ſim vſque deducta.

Ecquid aliud hcc eſt, quàm Deus ipſe, qui noſtræ figuræ Altitudo
quædam,

quædam eſt, & cuius nos imaginem quandam referimus; ac ideò il-
le in nobis à capitis vertice vſque ad pedum baſim, lineam perpendi-
cularem per omnes Animę noſtrę potentias, cordiſq. centrum deli-
neat, ac imprimit, vt tali lineâ transfixi diuinitùs, & ſignati, nos ſuos
Apoſtrophe eſſe, & ſubiectos, lubenti animo agnoſcamus. Verùm nè linea illa
tua in nobis impreſſa, generis humani hoſtis, deleat, & abradat, pre-
camur Domine, vt nos contrà illum munias, & inte-
rius, exteriuſq. cuſtodias, vt ſic gratiâ po-
tentiæ tuæ ſepti, & protecti, per
eamdem lineam recto
itinere, & per-
pen-
diculari ad te conſcen-
damus.

MEM-

MEMBRVM DECIMVM.

De Architectura.

HVIVS princeps, & origo cùm Geometria ſit, & ab illius principijs, lineis, figuris, angulis, menſuris, & reliquis proficiſcatur, meritò ſapientes viri inter Mathematicarum ordinem collocárunt. Inuentorem verò huius autumat Diodorus lib. 6. Palladem fuiſſe; alij Agatarchum Athenienſem, quem poſteà volunt, & Democritum, & Anaxagoram ſequutos. Verùm, cùm Adamo diuinum Numen rerum omnium ſpecies, & ſimulachra in animo, quaſi in promptuario conſignaſſet, & cùm poſt è Paradiſo abitum tot annis vixiſſet, & liberos procreaſſet, credimus eum, ſi non è marmoribus palatia, ſaltem è ceſpitibus caſas exſtruxiſſe, & ad culmen, atque faſtigium perduxiſſe, quibus ſe, ſuaq; à Cæli iniurijs, & fortunæ telis protegeret, & ſeruaret, & ſic Architecturæ principem, & inuentorem exſtitiſſe. Architectura autem iuxta Vitruuium, eſt Ars benè ædificandi, ſub cuius vexillo in campum prodeunt fabri Lignarij, Ferrarij, Cementarij, alijq;, qui Architecto duci inſeruiunt. Sed quoniam Vitruuius Architecturam dumtaxat Practicam, quæ eſt Ars definiuit, noſq; de Theoricâ agimus, quæ ſcientia eſt; ideò ipſius definitio, cùm ad inſtitutum noſtrum non faciat, vel repellitur, vel hunc in modum conuertitur. Architectura igitur eſt ſcientia Aedificiorum fabricandorum contemplatiua. Hanc porrò noſtram tuetur ſententiam Leo Baptiſta in prooemio de Re Aedificatoriâ, vbi fabricam, inquit, vſus manus exequitur, ratiocinatio demonſtrat proportiones, & qui cognoſcit materiam quâ vtitur, Architectus quodam modò eſt. Et Ariſtoteles 1. Moral. & Phyſ. 2. c. 2. differentiam inter Architectum, & fabrum conſtituit, atque affirmat Architectum intelligere ea, quæ facit, fabrum verò non ſemper. Quamobrem Plato aſſeruit libro de Rep. nullum Architectum manibus operari, ſed duntaxat ijs imperare, qui manibus ad opus conficiendum, vtuntur. Et hinc in Clitiphone ab Architecto duo fieri dixit, Architecturam videlicet, & ædificium, illamq; quidem doctri-

Architectura vndè.

Diodorus.

Architectura auctor.

Architectura quid ſit.

Architectura duplex.

Definitio.

Leo Baptiſta.

Ariſtoteles.

Plato.

Digitized by Google

doctrinam, hoc verò opus eſſe. Vndè etiam ipſius Obiectum colligitur, quod non eſt aliud, quàm huius Architecturæ Architectura.

Obiectum.

Architectura diuiſio. Et verò hæc in ſex quaſi partes diuiditur; in Ordinationem, quæ eſt ſummaria rerum faciendarum comprehenſio; Diſpoſitionem, quæ eſt concinna, & elegans partium futuri ædificij diſtinctio; quæ tripartita eſt. Alia enim Ienographia, quæ eſt rudis, & indigeſta futuræ rei figura; alia Orthographia, quæ quamuis perfectior, & politior primâ ſit: tamen non eſt adhuc ſuis numeris abſoluta; alia Scenographia, quæ eſt perfectiſſima, & abſolutiſſima futuri ædificij idea. Ac iterum Architectura in Eurithmiam diſpertitur, quæ eſt operis expolitio, & gracilitas; in Symmetriam, quæ eſt partium inter ſeſe proportio; in Decorum, quod eſt operis ornamentum; in Diſtributionem deniq; , quæ eſt conueniens tùm operi, tùm Architecto diſpenſatio. Etenim aliter ruri, aliter in vrbe domus exſtruitur, & aliter in eâdem palatium, & aliter, atque aliter ipſa, eademq; domus. Hæc enim Ionico, illa Dorico, tertia Corinthio opere magnifico, & pompoſo, & etiam his permixtis, ædificata conſpicitur. Quâ etiam de cauſâ baſes, parietes, ſtrata, porticus, laquearia, iſidomi, pſeudiſidomi, & reliqua vario, diuerſoq; modo, & ordine cùm in priuatorum domibus, tùm Regum palatijs exſtruuntur.

Ienographia. Orthographia. Scenographia. Eurithmia. Symmetria. Decorum. Diſtributio.

Aedificia Priuata, & Publica. Aedificia porrò, aut publico, aut priuato nomine ædificantur; priuato vniuſcuiuſque domus; publico autem vel ob Religionē, vt Templa, Sacella, Altaria, & ſimilia; vel ob tutamen, vt Arces, Propugnacula, Turres, & reliqua; vel denique ob commoditatem, vt Porticus, Fora, Theatra, Aquæductus, Pontes, & cetera oriuntur. At his miſſis Architecturę miracula in particulari magis ſuſpiciamus. Equidem occurrunt nobis primò admiranda illa vetuſtatis ædificia, Semiramidis in Aegypto Obeliſcus ex vno lapide integro ex Armeniæ montibus exciſus, cuius altitudo C X X. craſſitudo X X I V. latitudo V I. cubitorum exſtabat. Pyramis etiam Aegyptiaca inter Babyloniam, & Deltam tantæ fuit magnitudinis, vt trecenta ſexagintà hominum millia viginti annis eam conſtruxiſſe dicatur. Huius baſis L X. circiter ſoli iugera obſidebat, vnumquodque latus D C C C X I I. pedes continebat, altitudo eius erat M. pedum, & tota ex marmore confecta. His non eſt adeò inferior Solis Coloſſus apud Rhodios C X L I I I. pedum altitudinis, quem X I I. annis, trecentis talentis ferunt Charem Indum, Lyſippi diſcipulum fieri curaſſe. Admirabilis etiam fuit Labyrinthus illa in Aegypto, cuius altitudo M. pedum exſtabat, & tam in inferiori, quàm ſuperiori parte tria millia, & quingenta cubicula continebat. Amphitheatrum vero, quod M. Aemilius Scaurus Syllæ Priuignus Romæ ædifi-

Obeliſcus Semiramidis. Pyramis Aegyptiaca. Solis Coloſſus. Labyrinthus Aegyptiaca. Amphythea trum Romanum.

ædificauit, erat CCCLX. pedum altitudine, eiuſq; Cauea LXX. hominum millia capiebat. Ingens profectò quoque fuit Dianæ Epheſiæ Templum ab Aſiâ vniuerſâ CCXX. annis fabricatum, cuius longitudo, Plinio teſte, erat CCCCXXV. & latitudo CCXX. Sed horum omnium monumenta longè ſuperaſſet, vel Steſicrates ille, vt refert Plutarchus, vel Dinocrates, vt placuit Vitruuio, qui ex Athos monte, Alexandri ſtatuam ſe facturum pollicebatur, in cuius manu, Ciuitas decem millium hominum capax aſſideret. Equid dicemus de Turri illa, quam Nemrod exſtruere cogitabat, nè Diluuij inundatio illius ſummitatem pertingeret? Siquidem refert Beroſus Annianus lib. 4. Nemrod, quem ille Saturnum Primum appellat, in Campo Sennaar turrim illam vſque ad montium magnitudinem, & altitudinem deduxiſſe. Et D. Hieronymus lib. 5. Comment. in Iſaiam teſtatur, ſe accepiſſe ab ijs, qui turrim illam proprijs oculis curioſè ſpectârunt, altitudinem eius adhuc eâ tempeſtate, ad quattuor millia paſſuum tenuiſſe. Atque hinc ob maximam huius turris altitudinem, aſſerit Diodorus lib. 3. cap. 4. Chaldæos occaſionem nactos ex tantâ eminentiâ quoquò verſus ſpectandi ſidera, ideoq; excellentes in Aſtrologiâ euaſiſſe. Reliqua vetera ſilentio inuoluimus, & ex recentioribus vnum, vel alterum in medium adducemus. Nam admiranda planè etiam Architecturæ opera paſſim ferè in Europâ viſuntur, ſiuè palatia ornatiſſima, ſiuè templa magnificentiſſima quis ſpectare voluerit, vt turrim Cremonenſem altiſſimam taceamus, Argentinenſem, & Viennenſem quoque artificioſo, & regio opere admodùm elaboratam tranſeamus; cum magnificum, ingens, ſumptuoſum, artificioſum, & verè regium opus D. Philippi II. Hiſpaniarũ Regis tàm antiquis, quã recentioribus operibus omnibus lõgè antecellat, vt non immeritò inter Mundi miracula primus ei locus debeatur. Is enim Regum potentiſſimus, Monaſterium D. Laurentio dicatum, in Eſcoriali, & a Monachis D. Hieronymi inhabitatum, V. milliaribus Madrito ità conſtrui in formam Cratis, in memoriam ipſius ſancti in Crate aſſati, fecit, vt potiùs diuinum, quàm humanum commentum eſſe videatur.

Dianæ templum. *Babylonica turris.* *Beroſus.* *Hieron.* *Diodorus.* *Monaſterium Eſcoriale.*

O Rex regum Hiſpaniarum, & totius Vniuerſi ſupreme, fabrica in nobis quoque monaſterium Craticulatum, vt à mundi, carniſq; illecebris abſtracti, & religioſè viuendo, in hoc mundo potiùs ob commiſſa delicta aſſemur, vt in altero poſteà gloriam tuam puri conſequamur.

Apoſtrophe.

MEM-

MEMBRVM VNDECIMVM.

De Optica.

Gellius. GEOMETRIAM proximè ſequitur Perſpectiua inſtar ipſius affinis; cùm hæc etiam in lineis, etſi viſualibus, conſiſtat, vt inter reliquos A. Gellius lib. 16. affirmauit, aſſerens inſuper hanc, tamquàm præſtigiatricem quamdam varias technas, doloſq; viſui decipiendo obijcere. *Obiectum. Lineæ viſuales variæ.* Huius verò ſcientiæ Obiectum lineæ ſunt Viſuales, quarum duę ſunt ſpecies; altera per quam radij recti, quibus mediantibus actus viſionis fit rectus, emanant; altera per quam radij reflexi, & refracti, quibus medijs, viſio fit curua, & obliqua, procedunt. Ex his autem ortæ ſunt binæ partes huius ſcientiæ, prout hanc linearum viſualium diuerſitatem contemplatur. Nam ea pars, quæ lineas rectas ſpeculatur, Optica; quæ obliquas conſiderat, Catoptrix nominatur. *Optica, Catoptrix. Viſio vndè.* Porrò Optica potiſſimùm Viſum, Rem viſibilem, Medium, Modumq; videndi intuetur. Viſio autem ab inſtrumentis organicis oculorum, & à neruis Opticis à cerebro vſque ad oculorum pupillam, centrumq; deſcendentes, ſecumq; humorem puriſſimum ex cerebro ferentes, proficiſcitur. *Ariſtoteles.* Quá de cauſa Ariſtoteles lib. 5. de Generat. Animal. voluit viſum humori aqueo tribui debere, qui dùm humido caret, exſiccatur, vt *Hippocrates.* Hippocrates libro de Victus ratione aſſeruit. *Galenus.* Idem ſenſit Galenus libro de Inſtrumento Odoratus, dùm viſum ab humore cryſtallino fieri profeſſus eſt. *Quomodo fiat Viſio.* Quî autem fiat Viſio variæ, & diuerſæ ſunt Philoſophorum ſententiæ. *Lucretius.* Democritus enim, Epicurus, & Lucretius lib. 6. Viſionem à ſimulachris fieri, & rerum imaginibus, eaſq; in oculos ingredi, arbitrabantur, *Macrobius* quam opinionem abſurdam Macrobius lib. 7. Saturnalium, c. 14. refutauit. Hipparchus verò fieri mediante vtriuſque oculi tutamine ad rem viſibilem cùm quadam palpitatione porrecto, quâ rem quaſi manu viſibilem ſtringeret, arbitratus eſt. *Plato.* Plato autem in Timæo Viſionem fieri propter luminis nitorem putabat, fluendo quædam ab oculis lux inſtar ignis in aërem extrinſecum delata, quæ denuò à corporibus viſibilibus, quę obuiam veniunt, in oculos deferretur; *Galenus.* quam etiam opinionem Galenus lib. 7. de Placitis Hippocratis, &

tis, & Platonis, & lib.10. de Viſu Partium, Alchindus libro de Aſpe- *Alchindus.*
ctibus, Ptolomæus in Catoptrico, Chalcidius in Timæum, Seneca *Ptolomæus.*
lib.1. Natur. Quæſt. & Aphrodiſæus lib. 1. Problematum, quæſt.75. *Chalcidius.*
amplectuntur. At Stoici cauſam Viſus contendebant eſſe emiſſio- *Seneca,*
nem radiorum ab oculis in res viſibiles,aëremq; medium. Euclides *Aphrodi-ſienſis.*
libro de Perſpectiuá,volebat ab oculis fluere quandam virtutem,vel *Euclides:*
ſpiritus, vel radios luminoſos, qui veluti rectæ lineæ à centro ad cir-
cumferentiam procederent, & vſque ad Obiecta viſibilia pertinge-
rent. Sed contra hos omnes Ariſtoteles lib.2. de Animá, c.7. & 12. *Ariſtoteles.*
& lib.3.c.1.2.& 3.& libro de Senſu,& Senſili,c.2.multis contendit Vi
ſionem fieri per Intuſuſceptionem ſpecierum. Hanc ſententiam
quamuis plurimi amplexi ſint: nos tamen huic cõtrariam ſuſcipimus
defendendam, quam quoque Porphyrius, Raphael Miran Hebræus *Raphael*
libro de Speculariá,c.7. & Lactantius libro de Opificio Dei,c.8.natu- *Miran.*
rá duce,& ratione propugnant.Nam,cùm hominis Anima ſit tota in *Lactantius.*
toto,& in qualibet totius parte tota,& vnũquodque organum ad has, *Vera ſententia.*
vel illas functiones edendas, habeat accommodatum, cur nõ poterit
in oculo,tamquàm in Viſus domicilio,& per pupillam tamquam pel-
lucidam feneſtram actum videndi exercere, & quæcumque voluerit
abſque his ſuperſtitioſis,& cõfictis ſpeciebus intueri? Ablegemus igi-
tur innumerabilium penè rerum idola, quæ Peripatetici vno ictu
oculos ingredi arbitrantur, & tàm puſillam oculi pupillam tantas pe-
netrantium ſimulachrorum copias, Viſum, ſi quod aſtruunt verum
eſſet, perturbantium, & impedientium, amandemus, nè obiecta
etiam exuuijs demiſſis, & in mortalium oculos influentibus expolia-
ta remaneant, & detecta. Sed heus,quâ, cuiuſuè attritione, & con- *Ludit:*
uulſu magnæ corporis imagines accedunt paruæ, vt oculi pupillam
penetrent. Et ſint illæ,aut magnæ,aut paruæ,nonnè tranſuerſis,vel
aduerſis ventis aliò ferentur, nè ad oculos perueniant? Flantibus er-
gò illis Viſio tolletur? Ità, ſi Fracaſtorij libro de Sympathiá,& alio-
rum hoc commentantium vera exſtaret opinio. Res Viſibilis porrò *Fracaſtorius.*
iuxtà Ariſtotelem lib.2. Animal. & lib.2. de Animá, cap.10.eſt quod- *Ariſtoteles.*
cumq; Obiectum aptum natum, vt videatur, quod tamen mediante
lumine,& colore,vt ait Theophraſtus in librum 2.de Animâ,videtur. *Theophraſtus.*
Medium verò eſt illud ſpatium diuiſibile per quod Anima vſque ad
obiecta exercet viſionem.

Vltimò, videndi modus triplex eſt. Viſio enim, vel Directa, vel *Viſiones uaria.*
Reflexa, vel Refracta exiſtit. Et Directa quidem,cùm Anima per-
pendiculariter intuetur, quod ſurſum, deorſum,dextrorſum, & ſini-
ſtrorſum reſpectu oculi motu, accidere poteſt. Reflexa autem fit in
corporibus,aut naturá terſis,aut arte politis,ut ſunt gemmæ,ſpecula,
atque his ſimilia, ex quibus illicò radius ab oculo emiſſus, in oculum

denuò

denuò videtur reflecti. Refracta tandem Viſio mediante radio luminoſo fit, qui, interdùm, cùm in corpus diaphanum, & luminis incapax impingit, eò magis ſuas vires, tunc exerit, vt illud angulis rectis penetrare queat. Quòd ſi id efficere nequeat, relicto quaſi priori redit, vt illud altero angulo nonità recto, cùm priori tamen connexo, lancinet. Ac, cùm Viſio ſemper Lumen, & Colorem, quaſi indiuiduos comites amplectatur, aſſerimus lumen in ternas partes diuidi, ſcilicet in Primam, quæ totum aliquod Muſeum illuminat; in Secundam, quæ ipſius dumtaxat angulos illuſtrat; in Minimam denique, quæ cum ſubdiuidatur, vix lucis actum retinere videtur. Color verò ex Themiſtij ſententiâ lib. 2. de Animâ, & Platonis in Timæo, eſt flamma quædam, vel ſplendor, qui ab vnoquoque corpore emicat. At his melius Ariſtoteles, qui eum definiuit eſſe Motum actus perſpicui.

Luminis diuiſio. *Themiſtius.* *Color quid ſit.*

Apoſtrophe. Quid ni? Imbue nos Domine tuo colore, vt ad te pluribus actibus moti, & permoti, talem habitum induamus, vt poſteà te in illâ celſiſſimâ cælorum luce, tenebris hiſcè noſtratibus aboletis perſpicuè intueri valeamus.

MEM-

MEMBRVM DVODECIMVM,

De Coſmographia.

Coſmographia efficiũ.

COSMOGRAPHIA illuſtris Mathematicæ ſpecies Mundum vniuerſum, hoc eſt globum Terræ, & Aquæ ſimul connexum iuxtà tùm vniuſcuiuſque ſitum, tum ad cæli quoque habitudinem deſcribit. Huius autem ternæ partes ſub ipſâ veluti immenſâ Vniuerſi imagine comprehenſæ exiſtunt. Alia enim Geographia eſt, quæ dumtaxat Terram vmbrat; altera Hydrographia, quæ Aquam; tertia Chorographia, vel Topographia, quæ locorum particularium ſitus, ordineſq́; delineat. Huius porrò Obiectum, Mundus eſt, videlicet terrarum, aquarumq́; vniuerſitas ad cęli circulos, Zonaſq́; relata. Coſmographiæ inuentorem Adamum fuiſſe, & Moyſem excoluiſſe ex ſacrâ hiſtoriâ erudimur. Coſmographia verò quantum ſplendoris, & vtilitatis omnibus ſcientijs importet, uel ex eo apparet, quòd niſi Hiſtoria alicuius rei geſtæ ſucceſſum, locumq́; narraret, mutila eſſe uideretur; niſi Theologia Aegyptum, Rubrum mare, Arabiæ deſertum, Iudæam, Idumæam, & ſexcenta alia Aſiæ, Africæ, & Europæ loca, hac mediante cognoſceret, quæ paſſim in ueteri, & nouo Teſtamento habentur, in multarum rerum ignoratione uerſaretur; niſi Philoſophia hâc imbuta eſſet, multorum locorum qualitates, naturas, hominumq́; temperamenta ex ſitu dependentia ignoraret; niſi Medicina huius cognitionem haberet, neque Climatum diſtinctionem, neque Stirpium, Animaliumq́; varietates, & complexiones calleret; niſi Iuriſprudentia huius adminiculo maria, regiones, & alia Principum, & priuatorum hominũ Status, & loca terminaret, illicò lites, iurgia, & bella orirentur; niſi Aſtronomia huius auxilio fulcita eſſet, neque cęleſtes apparentias iuxtà variam Sphæræ poſitionem, neque ortus, & occaſus ſiderum differentias, neque Zonas, & dierum, noctiumq́; inæqualitatem comprehenderet; niſi Nauigatio denique, & Militia hanc imbibiſſent, inermes forent, tùm ad locorum, portuumq́; opportunitatem inter vndarum uolumina abſconditorum inueniendam, tùm etiam ad regni, prouinciæq́; controuerſias determinandas. Et hinc eſt, quòd Coſmo-

Geographia Hydrographia, Chorographia, Topographia.

Obiectum.

Coſmographia auctor.

Vtilitas.

Coſmographia vniuerſum Mundum deſcribit, limites prouinciarum declarat, inſularum ſitum, & magnitudinem oſtendit, Oceani amplitudinem, marium, & fluminum originem, eorumq; curſum patefacit, lacuum, & ſtagnorum ambitum, & vrbium, aliorumq; locorum congruam, & inter ſeſe, & cęli reſpectu poſitionem demonſtrat.

Quæ, vt facilius intelligantur, lubet quædam magis in particulari
Oceanus. perquirere, & exponere. Oceanus igitur eſt ingens illud pelagus,
ſeu totius aquæ præcipuum corpus, quod vniuerſam terram ambit,
eamq. veluti in partes diuidit, ſic ob eius velocitatem appellatus,
Mare. quia fluminibus per interiora maria fluit ocius. Mare autem eſt
membrum tantummodò, ſeu brachium vniuerſi iſtius corporis
Lacus. aquei. Litus verò eſt illa terræ pars, quæ aquarum fluctibus pulſa-
Sinus. tur. Sed Sinus eſt litus curuum, quod quaſi brachijs partem Ocea-
Fretum. ni, aut cuiuſuis maris, fluminiſq, amplectitur. Fretum porrò eſt angu-
ſtum maris brachium inter duas terras comprehenſum, ità ab unda-
Inſula. rum fremitu vocatum. At Inſula eſt terræ pars vndiq; aquis cir-
Peninſula. cumdata; & Peninſula eſt quaſi inſula, quæ non omni ex parte aquis
Iſthmus. alluitur, ſed aliquo terræ ſolidæ brachio annectitur. Iſthmus eſt ar-
Portus. cta terra inter duos aquarum ſinus proiecta. Portus eſt locus maris,
aut magni fluminis tutus, & à naturà, vel arte ità factus, vt multa
nauigia capere poſſit, ac illa contra vndarum tonitrua, & vento-
Promontorium. rum flabra tueri. Promontorium verò, quòd conſpicuà altitudi-
ne, & longitudine in mari prominet, & protenditur, nomen acce-
Caput. pit; quod ſi reſtringitur, & in ſublime eleuatur, Caput dicitur. Ve-
Fons. rùm Fons eſt perennis aquæ ſcaturigo. Et Fluuius eſt aqua perpe-
Fluuius. tuò ab aliquo fonte, vel lacu defluens. Torrens eſt facta vel a pluuia-
Torrens. tili aquâ, vel niuium liquefactione, aquarum congeries, quæ ſuo
Stagnum. tempore decurrere ſolet. Stagnum eſt, quòd aquam ſtagnantem
Palus. poſſideat hieme vberem, æſtate nullam. Palus eſt aquæ quantitas
Lacus. quaſi mortua, quæ non fluit, ſed plerumque exſiccatur. Lacus eſt lo-
cus profundus aquis perpetuis abundans ibidem erumpentibus, quæ
Oſtium. aliquandò riuos efficiunt, & flumina. Oſtium eſt fluuiorum, vt cu-
Puteus. biculi patens aditus, & acceſſus. Puteus eſt locus qui æternis exun-
dat aquis, ſic dictus, quòd ſæpè dùm cauatur ex alumine, & ſulphure
Continens. puteat. Continens autem, ſeù Continuum eſt omnis terra, quæ
Regio. ſibi tota copulatur, & cohæret. Regio eſt terræ pars, quæ à Re-
Prouincia. ge regitur. Prouincia verò dicitur omnis regio bello aquiſi-
Vrbs. ta, quòd eam Rex prouicerit. At Vrbs eſt plurium domorum
illuſtrium congregatio, quæ muris cincta validis, reliqua opi-
Opidum. da amplitudine, & magnificentiá exſuperat. Et Opidum olim,
vnaquæque vrbs dicebatur, Romá exceptá, quæ ob excellentiam
Vrbs ſola vocabatur. Sed iam ferè omnes volunt tantùm eas

eſſe

Digitized by Google

eſſe Vrbis nomine dignas, quæ proprio Patriarchâ, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo decoratæ fulgeant. Vrbium porrò aliæ ſunt Metropolitanæ, quæ ceù parentes alias ex ſe vrbes pariunt; aliæ regionis principes; aliæ Coloniæ, quòd ad eas inhabitandas, & colendas coloni mittantur. At Ciuitas eſt conflata ciuium multitudo, ſocietasq́; iiſdem moribus, legibus, & inſtitutis gubernata. Et Emporium eſt maxima ciuitas Nundinaria, ad quam ex varijs, ac remotis terræ locis gentes mercaturæ causâ confluunt. Vicus eſt intra vrbem via domorum ſeriem complectens. Caſtellum eſt paruus vicus muro circumdatus. Pagus eſt ruſticanarum domorum, aut caſarum nullis mœnibus, muriſq; ſeptarum aggregatio. Villa autem propriè, domus extrà vrbem dicitur. Et Tugurium eſt ruſtica habitatio, aut ex palude, aut virgultis, aut etiam arborum ramis, paleiſq; congeſta, & contecta. Mons eſt terræ altiſſimus tumor; Collis minor, & quaſi monticulus. Vallis eſt terræ planicias inter duos montes concluſa; & Conuallis eſt planicies omni ex parte à montibus, collibusq́; circumdata. Campus eſt amplum, atque magnum terræ planæ ſpacium. Sed Territorium eſt terræ ſpacium circà vrbem, ad illamq́; ſpectans, quod colonis bobus, & aratro terendum, excolendumq; relinquitur. Ager denique eſt quædam ipſius territorij pars, quæ priuatim ab aliquo poſſidetur.

Vrbes quæ. *Vrbium diuerſitas.* *Ciuitas.* *Emporium.* *Vicus.* *Caſtellum.* *Pagus.* *Villa.* *Tugurium.* *Mons.* *Collis.* *Vallis.* *Conuallis.* *Campus.* *Territoriũ.* *Ager.*

Hiſcè peractis ad Orbis vniuerſi partitionem faciendam propius accedamus. Et quidem refert Oroſius priſcos illos Oceanum terras vniuerſas triangulares quodammodò efficere credidiſſe, & in Africam, Aſiam, & Europam diuiſiſſe. Verùm, cum diuini Numinis aura mortales per altiſſima, ampliſſimáq; maria ad nouas, & anteà inuiſas regiones luſtrandas, capeſſendasq; duxerit, hinc factum eſt, vt terrarum orbis, quattuor partibus alijs, Americâ nimirùm Septentrionali, vel, vt Sanuto placet, Atlanticâ Septentrionali, & Americâ Auſtrali, vel Atlanticâ Meridionali, quæ alio nomine Peruuiana paſſim vocitatur, ſit amplificatus. His Continens Auſtralis ſexta orbis pars accedit, cuius quidem litora, etſi penitus circumluſtrata aliquoties: interius tamen nondum benè perſpecta, & cognita fuêre. Septima autem pars eſt terra Borealis, quæ omnium minima eſt, & non amplius quàm quattuor inſulas Polo ipſi Arctico ſubiectas circumſepit, feruntq; ibi eſſe rupem nigram, & altiſſimam XXXIII. circiter Leucarum ambitu, & circà hanc illas eſſe inſulas inter quas Oceanus XIX. oſtijs erumpens, quattuor Euripos procreat quibus indeſinenter ſub Aquilonem fertur, atque ibi in viſcera cauernoſa terræ abſorbetur. Sed ad alia.

America duplex. *Continens.* *Borealis terra.* *Nigra rupes.*

Equidem Africa nobis ſeſe primum offert; quæ ſic, vel ab Africo Arabiæ Felicis Rege, qui eam primus omnium incoluiſſe dicitur,

Africa.

vel ab Afro quodam ex Abrahæ poſteris, vt Ioſepho placuit, vel à quodam alio Afro Herculis Lybici filio, nominata eſt, prout etiam Lybia à Græcis, quia à Lybe Mauritaniæ Rege olim perdomita fuit, apud quos etiam Heſperia dicitur, de quâ, alijsq; mundi partibus, ex profeſſo inferius diſſeremus. *Africæ termini.* Africa igitur reliquis Mundi partibus, & Europá, mari Mediterraneo; ab Aſiâ, Rubro, vel, ſinu Perſico, diuiditur, & triangularis quadam ratione redditur; ab Occaſu ſuprà lineam Aequinoctialem Oceano Atlantico, quem Ptolomæus Occiduum, & Dionyſius Heſperium nuncupant, alluitur, & infrà ipſam lineam Oceano Aethiopico terminatur; ab Ortu, mari Rubro, & Aſiæ Iſthmo inter Mediterraneum, & Rubrum æquor definitur; à Septentrione mari Mediterraneo, ac freto Herculeo terminatur; poſtremo á Meridie, vbi Caput Bonæ Spei in acutiorem partem vergit, immenſo Oceano, quem Aethiopicum ex parte vocant, abluitur. Africa porrò habet montes maximos, ſed inter omnes principem tenet locum *Atlas.* Atlas, qui immanibus iugis è mediâ arenarum vaſtitate conſurgit, & ſuprà nubes dorſum extollit, ſubq; Tropico Capricorni incredibili altitudine *Lunæ montes.* Lunæ etiam montes eleuati conſpiciuntur. Et quamuis Africa duplo fermè Europam magnitudine excedat, habeatq; in Latitudinem LXX. & Europa XXXV. tantum: nihilominus nec tàm frequens, nec tàm commoda exiſtit. Nam huius tellus pluribus in locis ob aquarum inopiam inhabitabilis eſt, & ſolum ipſum, aut ſterilibus arenis, & inani puluere obductum, aut nimijs Solis ardoribus exuſtum conſpicitur. Accedit ad hoc periculoſæ arenarum moles, quæ dum ventis agitantur, omnia inuoluunt, & obruũt, animaliumq; venenoſorum tantus prouentus, vt nullibi tutò, vel ager coli, vel domus ædificari poſſit.

Aſia. Aſia autem creditur, vel ab Aſiâ Oceani, & Thetyos filiâ, vel ab Aſio Manæi Lydi filio nuncupata. *Aſiæ termini.* Hæc ab Oriente Oceanum Eolium; ab Auſtro Indicum; ab Aquilone Scythicum; ab Occidente Tanaim, Pontum Euxinum, maris Mediterranei partem, & Iſthmum quoque, qui Aſiam ab Africâ, & mare Rubrum ſeparat à Mediterraneo, obtinet. *Taurus.* Aſiam quaſi mediam Taurus mons ab Occaſu in Ortum extenſus latitudine ſtadiorum trium millium ſeiungere dicitur. Huius longitudo eſt eadem, quæ totius Aſiæ a tranſmarinâ nimirum Rhodi orâ vſque ad Indiæ, & Scythiæ extremos terminos Orientem verſus, quá ſtadia circiter 58060. complectitur. Porrò tam lata, ac patens eſt Aſia, vt Europam, Africamq; connexas vaſtitate ſuá longe excedat. Hæc autem cælo ſat temperato, & fertili ſolo gaudet. & ob id omni animantum genere feraciſſima ſtipatur. Sed quamquam talis, ac tanta ſit: cum ipsâ tamen Europâ, nec gentium frequentiâ, nec agrorũ cultu, nec morum, litterarumq; expolitura, nec

omnis

omnis generis metallorum terræ puerperij ſecunditate, nec vrbium numero, magnitudine,& artificio poteſt comparari; quippè quæ par tim præruptis, & aſperis montibus; partim in immenſum vaſtis ſoli tudinibus, arenis, & mari obſeſſa, & præpedita, partim etiam immanium ferarum, atrociſſimarumq; belluarum, ac ſerpentum gregibus infeſta, aut nullius pluribus in locis, aut difficilis admodum eſt habitationis.

Europa vero etſi circuitu minima ſit: reliquas tamen omnes Orbis partes, rerum omnium, frugumq; copia,& pretioſorum, variorumq; liquorum qualitate,& numeroſiſſimis animantum ſilueſtriū, & cicuratorum gregibus, & agrorum fertilitate, & hominum moribus, litteris, diſciplinisq; illuſtrium frequentiâ, & ampliſſimarum vrbium, florentiſſimorumq; regnorum numero, & cæli clementiâ lōgiſſimè antecellit,vt meritò totius Orbis flos pulcherrimus,& ferè niſſimus ocellus eſſe videatur. Hæc igitur ab Europâ Agenoris Phœnicum Regis filiâ, quæ à Ioue ſub nitidi Tauri formâ, ſi fabulis creditur, ex Sidonio litore per æquor in Cretam delata fuit, nomen accepiſſe videtur, & ab Oriente Tanai; ab Occidente, mari Atlantico; ab Auſtro, Mediterraneo; ab Aquilone, Britanico æquore clauditur. Europa habet in longitudinem à maritimis Luſitaniæ oris, & Vlyſſibonâ Conſtantinopolim ad extrema vſque Græciæ milliaria Germanica CCCCCC. ac tot ferè in latitudinem, ſi Septentrionis tractus corpori Virgineo à Siciliâ Schriefinniam vſque ad extremitatem totius continui Europæ Borealis adiungatur. *Europa.* *Europæ termini.*

Nunc cum Chriſtophoro Columbo ad Indias properemus verè felicis, & anteà inauditi nuncij candidâ columbâ, quæ veluti ex Arcâ Noe, ex hoc noſtrate Mundo peregrè per Diluuij inundationes, per vaſtiſſima, altiſſimaq; maria abſcedens Oliuæ ramum virentibus folijs, bacciſq; ore, Nouum, recens detectum, & viridem Orbem à noſtro penitus remotum,& anteà incognitum vir æternâ digniſſimus memoriâ retulit,poſtquam à Gadibus verſus Inſulas Fortunatas anno MCCCCXCIX. ſoluiſſet,quo inuēto,Hiſpani interim ex vnâ parte in Occidente,nouas, & priſcis inuiſas terrarum oras penetrabant, & ex aliâ parte Luſitani in Oriente ampliſſimos illius tractus perluſtrabant. Ac, nè alter alteri eſſet impedimento, auctoritate Alexandri VI. Summi Pontificis,inter ſe terrarum orbem in binas, æqualesq; partes, hoc pacto inito, diuiſère, vt quidquid Hiſpani ab Inſulis Heſperidum vſque in Occidentem præternauigarent, hoc illis in ſortem cederet, & quidquid Luſitani ab Auſtro vſque in Orientem incognitæ telluris inueſtigarent, hoc illorum obtemperaret imperio. Verùm India Meridionalis, Peruuia nuncupatur, quæ vno gyro tria millia, tercenta, & ſeptuagintaquinque, & amplius milliaria Ger- *Columbus.* *Columba.* *India quando inuenta.* *Alex. Papa. Indiarum diuiſio.* *Peruuia magnitudo.*

T 2 manica

manica complectitur, & tota ferè intrà Aequatorem, & Tropicum Capricorni ſe inſinuat. India verò Septemtrionalis, America nominatur, quæ ſuo complexu Nouem millia, Tercenta, & vltra milliaria coercet. Quarum Indiarum, aliorumq; locorum, cùm, & Coſmographi, & Hieronymus Oſorius Epiſcopus Siluenſis eleganti, & florido ſtylo, & Petrus Maffeius è Societate IESV graui admodum, & accurato dictionis filo eas deſcribant, nos conſultò omittimus Deum totius Vniuerſitatis Architectum flexo poplite deprecando, vt nobis tribuat benignus, hunc terrarum orbem ex altiſſimo orbe Empyreo præteritæ, ac bene institutæ vitæ noſtræ ſtylo deſcribere, illumq; Summo Conditori offerre, vt generis humani miſertus, orbem interius, exteriusq; peccatum reddat, & aliquando ad ſe pertrahat.

America magnitudo. Oſorius Epiſcopus. Maffeius. Apoſtrophe.

MEM-

MEMBRVM
TERTIVM DECIMVM,
De Aſtrologia.

QVAMVIS hæc naturâ ſit Arithmeticâ poſterior, & ab illâ quodammodò dependeat: illam *Aſtrologiæ dignitas.* longè tamen dignitate, & præſtanti nobilitate exuperat, primamq́; inter Mathematicas ſcientias ſedem meritò adipiſcitur. Hæc enim, cùm corpus Cæleſte pro Obiecto habeat, ſi eius ſoliditatem *Obiectum.* ſuſpicere voluerimus, nihil firmius; ſi motuum ordinem, nihil certius; ſi pulchritudinem, nihil elegantius; ſi nobilitatem, nihil illuſtrius; ſi ſplendorem, nihil ſplendidius eſſe intuebimur, *Cæli laudes.* & hunc puſillum Terræ globum magnâ ex parte aquis, mariq́; coopertum, & tot viciſſitudinum caſibus obnoxium, deſpiciemus, & pauimenta pario lapide, gemmiſq́; ſtrata, & laquearia ebore, auroq́; rutilantia contemnemus, & nil aliud quaſi, quàm fulgentes ſiderum acies, & cæruleum Cæli ſplendorem contemplabimur.

Verùm, cum Aſtrologia ſit Matheſeos ſpecies, non erit abs re, ſi de hâc aliquid in medium proferemus. Etenim Mathematicæ nomen iuxtà Iſidorum nil aliud denotare videtur, quàm ſcientiam Doctrinalem. *Mathematica quid ſit.* Et ideò Anatolius hoc nomine inſignitas fuiſſe exiſtimat, quia *Anatolius.* hæ ſine doctore addiſci minimè poſſint; cum eæ circà res obſcuras, ſubtiles, & vt Tullius lib. 1. de Oratore ait, ab arte reconditas verſentur. *Tullius.* Pythagoras porrò, teſte Cælio lib. 4. Antiquarum Lect. aſſerebat *Cælius.* neminem ad Philoſophię viridarium peruenire poſſe, Mathematicis deſtitutum. Et Alcinous Platonicus dicebat hominem Mathematicis *Alcinous.* haud imbutum, eſſe nudiorem Liberide, paupererioremq́; Ciriclo. Plato etiam in Epimenide non ſolum ad Philoſophiam, ſed etiam *Plato.* lib. 7. de Repub. ad diſciplinam Militarem conſequendam, neceſſarias eſſe affirmauit, miratuſq́; ſemper eſt Franciſcus Patritius libro *Patritius.* ſecundo, de Regn. eos homines, ea quæ ſingulis propemodùm horis contingunt, Mathematicas non addiſcendo, velle ignorare. At Ioannes Grammaticus lib. primo, de Animâ, vult Mathematicas *Grammaticus.* plurimùm ad diuinas ſubſtantias cõtemplandas, conferre; quod idem *Proclus.* Proclus etiã in primum Euclidis, & Ludouicus Viualdus libro de Per *Viualdus.*

Hermes. *Hipparchus* *Albumaſar* *Thomas.* *Scotus.* *Hippocrat.* *Heſiodus.*

ſectione Eccleſiæ Dei, Perſ.10. palàm profeſſi ſunt. Matheſis etiã, quàm neceſſaria ſit Medicinæ, Hermes libro de Speculis,& Luce,teſtatur. Et Hipparchus libro de Vinculo Spiritus, cap.2.fatetur Medicum ſine Aſtrologià, eſſe quaſi oculum lumine carentem. Albumaſar verò in ſuo Introductorio,contendit aſtrorum peritiam Medicinæ principium eſſe. Quod neque D.Thomas in ſuâ Summâ contrà Gentes, cap.82. negare viſus eſt,dum corpora Cæleſtia cauſas eſſe omnis alterationis, & omnis motus in hoc infimo mundo conſtituit; neque Scotus in 2.Sent.diſt.14.quæſt.3.ab his diſſentire videtur, qui Stellis actionem, & imperium in Elementa, & Miſta, in Animata, Inanimata, & Senſitiua conceſſit. Quâ ratione commotus Hippocrates in Aphoriſmis,voluit morbos ob Stellarum variationem,& mutationem procreari. Neque verò ſolum his, ſed etiam Agriculturæ ſunt vſui Mathematicæ, vt tempus ſerendi, arbores cędendi, & huiuſmodi ſexcenta ad hominum vſum inuenta, ſcire valeamus.Vnde Heſiodus iſtorum operum tempus demonſtrauit.

Vnam poſt decimam felix incidere vites,
Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem:
Tertia poſt decimam plantantibus optima ſurgit.

Virgilius. Ac, vt ventos, vel pluuias præſtolari, vel euitare poſſimus, ex ſignis collegit Virgilius.

Atque hæc, vt certis poſſimus diſcere ſignis,
Aeſtusq́, pluuiasq́, & agentes frigora ventos:
Ipſe Pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moueret,
Sol quoque, & exoriens, & cum ſe condit in vndas
Signa dabit, Solem certiſſima ſigna ſequentur.

Mathematicæ inuentores. *Ariſtot.* *Auguſt.* *Plinius.* *Lucianus.* *Diodorus.* *Philo.* *Ioſephus.* *Inuentores veri.*

Verùm Mathematicarum inuentionem multis multi tribuêre. Nam Ariſtoteles Metaph.1.Aegyptios inueniſſe arbitratur,eodemq́; loco, eiuſdem opinionis eſt Alexander Aphrodiſæus. Græci Atlantem conſtituunt inuentorem, finguntq. Poetæ, vt aſſerit D.Auguſtinus lib.18.de Ciuit. Dei eum humeris Olympum ſuſtentare. Et Plinius lib.5.cap.12.& lib.6.cap.26. Belum, Phœnicesq́; auctores fuiſſe exiſtimat. Lucianus autem libro de Aſtrologiâ, Aethiopes inuentores fuiſſe,caſq́; Aegyptijs poſteá tradidiſſe cõmemorat. Porrò Diodorus Siculus lib.3.Babylonios, Chaldæosq́;, & vnà cum ipſo Philo Hebræus libro de Tranſmigratione Abrahami, Mathematicarum inuentores aſtruere videntur. At nos, vt Adamum Aſtrologiæ peritiſſimum tranſeamus, dicimus cum Ioſepho lib. 1. Antiquitatum,

Seth

Seth liberos, Adami nepotes Mathematicas ſcientias inueniſſe.

Mathematica porrò generatim ſumpta ternis partibus ſibi ſubiectis imperat, Gnomicæ, quæ in Horarum dimenſione, poſituq; Gnomonum exercetur; Meteoroſcopiæ, quæ eleuationum differentias, & Stellarum interualla metitur; Diopticæ, quæ Planetarum, aliorumq; ſiderum diſtantias diopticis inſtrumentis contemplatur. Ceterùm, lubet in particulari magis de Aſtronomiâ aliquid recenſêre, & à Sphærâ exordiri, quam Theodoſius lib. 1. Sphæricorum deſcripſit, eſſe ſolidum quoddā vnâ ſuperficie contentum, in cuius medio punctus ſit, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales. Sphæra autem hæc in Septem Planetarum orbes; in Cælum Stellatum, ſiue Firmamentum; in Nonum; in Decimum Cælum; in Primum Mobile, & in Cælum Empyreum, beatorum domicilium, diuinamq; regiam diuiditur, quam Quadratam eſſe, eſt a veritate alienum. Nam, cum Primi Mobilis circum circa conuexam, rotundamq; ſuperficiem ambiat, tangatq;, neceſſariò concluditur, vel ſphæricæ figurę eſſe oportere, vel a quattuor Empyrei angulis vſque ad conuexam Primi Mobilis ſuperficiem, vacuum ineſſe debere. Neque verò poteſt dici verſus partem ſuperiorem dumtaxat eſſe quadratum, & verſus inferiorem rotundum; cum hæc figura eſſet planè inconcinna, incongrua, & inuerſa. Hac enim ratione, vbi pauimentum quaſi conſtituere deberemus ad recipienda diſtinctis ſedibus poſt reſurrectionem glorioſa corpora, ibi tectum globôſum, & ſi licet dicere, lubricum collocaremus. Sed ad inſtitutum redeamus. Et verò, Sphæra, cum multis Zonis, Circuliſq; quaſi componatur, primus nobis ſeſe offert Polus, qui eſt quidam Cardo cui Sphæra innititur, & circà quem circumfertur. Polus autem alter Arcticus ab Vrsâ, alter Antarcticus ab oppoſitione vocatur. Aequinoctialis verò circulus eſt, qui Sphæram in partes æquales partitur, & æquis ſpacijs ab vtroque Polo ſeiungitur, hocq; nomen a Sole bis in anno per illum in principijs Arietis, & Libræ tranſeunte, quibus Aequinoctium per orbem vniuerſum emergit, adeptus eſt. Signifer verò eſt circulus maximus, cuius poli a mundi polis, ſiuè Aequatoris, gradibus XXIII. & ſemis ferè recedunt, vt hoc noſtro æuo compertum eſt, iſq; XII. ſigna his verſibus à Manilio lib. 1. Aſtronomiæ expreſſa, complectitur.

Mathematicæ ſpecies.

Theodoſius. Sphæra.

Sphæra diuiſio.

An Empyreū ſit quadratum.

Polus.

Aequinoctialis.

Zodiacus.

Manilius.

Aurato princeps Aries in vellere fulgens
Reſpicit, & mirans aduerſum ſurgere Taurum
Submiſſo vultu Geminos, & fronte vocantem,
Quos ſequitur Cancer, cancrum Leo, Virgo Leonem,
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum

Zodiaci ſigna.

Digitized by Google

Mixtus equo volucrem, miſſurus iamq; Sagittam
Tum velut anguſto Capricornus ſidere flexus,
Poſt hunc inflexam diffundit Aquarius vrnam,
Piſcibus aſſuetas auidè ſubeuntibus vndas,
Quos Aries tangit claudentibus vltima ſigna.

Signorum diſſectio. Horum autem vnumquodque ſignum in XXX. gradus, & quilibet gradus in LX. minuta, & quodlibet minutum in LX. ſecunda, in LX. tertia, & ſic gradatim vſque ad decem diuiditur, & ſimili ratione reliqui omnes Sphæræ circuli, diſpertiuntur. Vt autem ingreſſum Solis in XII. Zodiaci ſigna, eiuſdemq; locum, ſigniq; gradum quolibet menſe, & die reperire valeamus, hæc Ingenioſa, & pia carmina demonſtrabunt.

Ingenioſa inuentio. *Inclita Laus Iuſtis Impenditur: Hæreſis Horret*
Garrula: Grex Gratus Fauſtus Gratatur Honores.

Quorum ſignificatio, & vſus eſt, vt prima dictio Ianuario, ſecunda Februario, & ordine aliæ dictiones, alijs menſibus tribuantur. Quo facto, memoriç inſuper conſignare oportet, XII. ſignorum ordine nomina ſuperioribus verſibus cõtenta, & callere primum ſignum, Arietem, ſcilicet, ingredi Solem menſe Martio, ſecundum Aprili, & ſic de reliquis, hocq; comperto, priorum duorum Carminum dictio dato menſi reſpondens accipiatur. Quotum enim locum in Alphabeto prima littera illius dictionis occupabit, tot Vnitates ex XXX. auferrendæ erunt, vt dies, quo Sol illius menſis ingreditur, relinquatur. Vt autem præterea, quem gradũ Eclipticæ quolibet anni die Sol teneat, cognoſcatur, ad diem mẽſis propoſitum, tot vnitates, quotum locum in Alphabeto prima littera dictionis propoſito menſi reſpondenti occupat, addentur. Et ſi numerus conflatus minor fuerit, quàm XXX. indicabit is gradum ſigni menſis antecedentis: Si verò maior, quàm XXX. fuerit, abiectis XXX. reſiduus numerus gradum Signi menſis propoſiti oſtendet; ſi denique numerus ille inuentus rectè XXX. fecerit, Sol in fine ſigni menſis præcedentis, & in initio menſis propoſiti exſiſtet. In annis porrò Biſſextilibus, ad locum Solis inuẽtum poſt feſtum D. Matthiæ, vnus gradus adijciendus eſt, vt magis accuratè locus Solis habeatur.

Ecliptica. Verùm, vt alios Sphæræ circulos proſequamur, in Zodiaco quędã linea reperitur, quæ ex vnâ ſui parte ſex gradus, & ex aliâ alios ſex relinquit, hæcq; Ecliptica nominatur, cum ſub illâ eclipſes Solis, *Eclipſes quando fiant.* & Lunæ contingant, quandò ſub illâ directo filo exiſtũt. Et Solis quidẽ, cũ Nouiluniũ emergit, & rectè inter aſpectũ noſtrũ, & corpus Solare Luna interponitur: Lunç verò, cũ Plenilunium exſurgit, & per *Draconis Caput, & Cauda.* diametrum Sol, & Luna ſibi opponuntur. Porrò has eclipſes ſemper, vel in Capite, vel Caudâ Draconis contingere neceſſe eſt. Iã duo *Coluri.* circuli maiores, quos Coluros vocãt, ſequũtur, hiq; Solſtitia, & Aequi

noctia

noctia dirimũt. Et Colurus quidẽ, qui ſolſtitia diſcriminat, p polos Mũdi, & Zodiaci, & per maximas Solis Declinationes, nẽpè p gradus Cãcri, & Capricorni permeat. Vndè primũ pũctum Cancri, vbi Colurus iſte Zodiacum diuidit, punctus Solſtitij Aeſtiualis dicitur; quia cum Sol in eo degit, ſolſtitium Aeſtiuale procreatur, ſolq. nequit propiùs ad Zenith noſtri capitis accedere. Primus verò punctus Capricorni, vbi idem Colurus ex aliá parte Zodiacum interſecat, punctus ſolſtitij Hiemalis appellatur. At Colurus alter dum per Mundi polos, & prima Arietis, & Libræ puncta circumagitur, duo Aequinoctia generantur. Tropici verò duo ſunt, alter Cancri, quem circulum Sol in primo puncto Cancri exiſtens, Firmamẽti raptu deſcribit, & ſeſe ad inferius hemiſphærium à nobis recedendo conuertit; alter Capricorni, qui eâdem fit ratione, quandò nimirùm Sol ad nos reuertendo propiùs accedit. Meridianus autem eſt circulus, qui per polos mundi, & noſtri capitis verticem ita tranſit, vt vbicumque locorum, & gentium, & quocumque anni tempore fuerimus, cùm Sol eum contigerit, meridies nobis, æquinoctium fit Antipodibus. Demùm Horizon, ſiuè Terminator, eſt circulus, qui ab inferiore, ſuperius hemiſphærium diſtinguit, ſolumq. nobis dimidium Cæli intuendum concedit. Cælorum porrò figura qualis veteribus fuerit, inter alios Theodoretus libro de Materia, & Mundo, & Plutarchus lib. 2. de Placitis Philoſophorum, cap. 2. recenſent. Nam alij Cælum oui figuræ, alij nucis pineæ, alij teſtudini conformârunt; nec etiam defuerunt, qui eis quamlibet figuram commodè apponi poſſe, contenderint. Sed his ſapientius Thales Mileſius, qui primus in Ioniâ, & Pythagoras in Italiâ cælos globoſos eſſe docuêre, quorum ſententiam Babylonij, Chaldæi, Aegyptij, Græci, & Itali amplexi ſunt, eamq. multis rationibus partim ab Aſtronomiâ, partim à Philoſophiâ erutis, Plato in Timæo, Ariſtoteles libris de cælo, Ptolomæus lib. 1. cap. 3. Edit. Mag. Alphagranus Diff. 2. & Tullius lib. 2. de Natura Deorum, confirmârunt. Quorum ſententiæ etiam Manilius lib. 1. Aſtronomicon cantando conſentit.

Solſtitium æſtiuale. *Solſtitium hiemale.* *Aequinoctia.* *Tropici.* *Meridian.* *Horizon.* *Theodoret.* *Plutarchus.* *Cælo qua figura.* *Plato.* *Ariſtoteles.* *Ptolomæus.* *Alphagranus.* *Tullius.* *Manilius.*

Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam
Aeris, & toto pariter ſublata profundo:
Nec patulas diſtenta plagas, ſed condita in orbem
Vndiq. ſurgentem pariter, pariterq. cadentem.
Hæc eſt naturæ facies: ſic Mundus, & ipſe
In conuexa volans, teretes facit eſſe figuras
Stellarum, Soliſq. orbem, Lunæq. rotundum.

Cum autem priſci illi cernerent cælos moueri, eos animatos eſſe, credidêre, ex quorum acie erant Chaldæi, Græci, Aegyptij, & aliqui Latini

An cælũ ſit animatum.

Plato. tini,eorumq́. anteſignanus Plato in Cratilo,& Epinomide exſtitit. At *Mundus animal.* horum alij Mundum maximum quoddam animal eſſe, omneſq́. eius *Origenes.* partes vnâ,eademq́. animâ præditas exiſtimabant, vt Origenes lib. 7. *Boetius.* Periarchon, & Boëtius lib. 3. de Conſol. aſſeruit Deum per mundi Animam motus corporibus cæleſtibus tribuere.

Tu triplici mediam natura cuncta mouentem
Connectens Animam per conſona membra reſoluis:
Quæ cum ſecta duos motu glomerauit in orbes,
In ſemet reditura meat, mentemq́; profundam.
Circuit, & ſimili conuertit imagine cælum.

Alij ſingulis orbibus ſingulas animas concedebant, quorum alij Altricem, alij Intelligentem conſtituêre, & credidêre cæleſtem mundum liquantibus Oceani humoribus in ſublimè eleuatis, depaſci. At *Ariſtoteles.* horum opinio, cùm ridicula ſit, meritò eam Ariſtoteles Metaph. 1. c. 2. & 3. exploſit. Nam neque aër, neque aqua, neque terra vniuerſa in vapores redacta, & conuerſa, ſufficerent cælis tam immenſis pro modica refocillatione. Quis autem mortalium, cælorum ora, & reliqua organa ad nutritionē accommodata conſpexit? At neque anima Senſitiua cælis ineſſe poteſt, cum primis qualitatibus, quæ ad tactum ne- *Ludit.* ceſſariæ ſunt, careant; neque Intellectiua, cùm hæc vtrumq́. ſupponat, & vel beatitudinem ſperat, vel cruciatum formidet. O quàm pulchrum eſſet intueri cælos ob motum, influxus, & cetera regulatiſſimè ſeruata Empyreum ingredi; vel ob hæc, aut prætermiſſa, aut ad amuſſim non exequuta, ad Infernum detrudi. Ridiculè: tamen Origenem non puduit aſſerere tomo 1. Comment. in Ioann. Chriſtum Dominum non tantum pro hominum peccatis, ſed etiam aſtorum eſſe mortuum. Ac ideò fortè Aureolus apud Capreolum in 2. ſententiarum, & Scotus ibidem diſt. 14. quæſt. 1. aſtra eſſe animata putârunt. Porrò horum ſomniantium, potiùs, quam philoſophātium ſententiam, probè D. Damaſcenus lib. 2. Fidei Orth. cap. 6. Cyrillus lib. 2. contra Iulianum, Ambroſius lib. 2. Hexameron, cap. 4. Baſilius Hom. 3. Lactantius lib. 2. cap. 5. Auguſtinus libro de Duabus animis, cap. 4. *Ocham.* Aquinas par. 1. q. 70. art. 3. Alenſis par. 2. quæſt. 87. memb. 3. art. 4. Al- *Aegydius.* bertus tractatu de Coæuis, quæſt. 4. art. 25. Bonauentura par. 2. diſt. 14. *Ariſtoteles.* quæſt. 2. nu. 30. Durandus ibidem, quæſt. 2. Ochamus, quæſt. 12. Aegy- *Plato.* dius, quæſt. 3. & alij philoſophico ratiocinio confutârunt. Verùm hi *Thomas.* vnà cùm Ariſtotele lib. 8. Phy. Meta. 12. cap. 8. Platone lib. 1. de Legi- *Bonauentura.* bus, D. Thomâ Opuſc. 10. art. 3. D. Bonauenturâ in 2. diſt. 14. art. 3. *Dionyſius.* quæſt. 2. D. Dionyſio Cæleſt. Hierar. cap. 5. & de Diuinis Nomin. cap. *Gregorius.* 8. D. Gregorio lib. 4. Dialogorum, D. Auguſtino lib. 3. de Trinitate, *Auguſtinus.* cap. 4. & alijs, opinati ſunt cælos ab Intelligentijs moueri; immò Aureolus

reolus,apud Capreolum in 2. diſt.9.art.2.q.1.& Mirandulanus lib.24. de Euerſio.ſingu. Certam.ſect.6.falſò credebant Angelos formas eſſe ſui orbis motrices. *Capriolus. Mirandulanus.*

Nos verò, neque vllam, Animam cæleſtibus globis ineſſe, neque vllam Intelligentiam illis præeſſe, neque vllam quoquo modo formam illorum Motricem exſtare, arbitramur. Quoniam, excluſis ſupra animabus illis, fruſtrà ſit fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora; profectò, ſi volũtate Angelus cælos mouet, eccur voluntate eãdem non poterit Deus hoc idem efficere? Etenim Dei Velle, eſt Poſſe, & cùm voluit Vniuerſitatem rerum ex nihilo creare, creauit. Cum igitur hoc fiat, quod Deus vult, neceſſe neutiquàm fuit, vt vlla Intelligentia à Deo in Cęlis collocaretur, vt eos circumageret; cùm Omnipotens ità eos in illo creationis initio ordinauit, & ſuſpendit, vt ſuis quaſi ponderibus librati mouerentur. Huic noſtræ opinioni Boëtius, lib. 3. de Conſolatione fauere videtur. *A nullis eã lũ mouebor. Boetius.*

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum, Cælíq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabilisq; manens das cuncta moueri.

Idem etiam Ariſtoteles, ſibiipſi contrarius, ſenſiſſe videtur, quandò in octauâ Sphærâ primum Motorem immobilem, vt reliquos inferiores cælos circumuolueret, conſtituit. Et verò Boetius denuò lib. 1. non modò omnium globorum motus Deo motori attribuit, ſed etiã totius anni varietates adſcripſit, dum olim cecinit. *Boetius.*

O ſtelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nexus ſolio,
Rapido cælum turbine verſas,
Legemq; pati ſidera cogis.
Tu frondiflua frigora brumæ
Stringis lucem breuiore mora:
Tu cum feruida venerit æſtas,
Agiles noctis diuidis horas:
Tua vis varium temperat annum,
Vt quas Boreæ ſpiritus aufert,
Reuehat mitis Zephyrus frondes:
Quæq; Arcturus ſemina vidit,
Syrius altas vrat ſegetes:
Nihil antiqua lege ſolutum
Linquis propriæ ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernas.

Sapien-

Sapienter equidem. Nam cum Deus voluntate ſtellatas ſphæras moueat, per conſequens has varias anni viciſſitudines in hoc infimo mundo procreat. Seneca quoque in Hippolyto Deum cæleſtia voluere, credidit.

Seneca.

O magna parens natura Deum,
Tuq; ignifer i rector Olympi,
Qui ſparſa cito ſidera mundo,
Curſu q; vagos rapis aſtrorum,
Celeriq; polos cardine verſas.
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare vias ætheris alti?

Claudian. Atqui his omnibus aſſenſit Claudianus, dum eleganter, & prudenter ſic ſecum cantillat.

Nam, cum diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptosq; mari fines, anniq; meatus,
Et Lucis, noctiſq; vices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, Solemq; ſuo: porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.

Et verò, cùm Verbo Domini Cæli firmati ſint, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum, & Ordinatione tuâ perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi, vt ex Pſalmo 32. & 118. habemus, & D. Paulus Qui portat omnia verbo virtutis ſuæ, cur velimus ipſis commentitias illas Ariſtotelis Intelligentias affigere; cùm in initio illorum creationis, Deo ſic volente, & iubente, ſeſe mutuò rotare cœperint abſque vllo alio extrinſeco Motore? Quod ſi Deus terrarum Orbem Angelis non ſuppoſuit, quantò minus cæleſtem, qui loco proximiori Deo, materiæ præſtantiâ, naturæ dignitate, & eximiâ nobilitate longiſſimè hæc infima, & ſordida exſuperat? Etenim ex contrariâ Philoſophorum opinione videmus propemodùm infinita abſurda profluere. Auicennas enim lib. 7. Metaph. cap. 9. & Auicembron lib. Fontis Vitę ſomniârunt, res corporales nonniſi ab aliquâ cauſâ ſpirituali, & immateriali immediatè produci. Vndè arbitrabatur Auicennas, quamdam Intelligentiam, ſupremi cæli Animam produxiſſe, & intelligendo id, quod de potentiâ habebat, ipſum ſupremum cælum effeciſſe. Ac rurſus Tertia intelligendo Secundam à quâ producta fuit, Quartam creaſſe, & intelligendo, quod de actu obtinebat, Animam ſecundi

Auicennas. *Auicẽbron.*

Ridiculum commentũ.

Digitized by Google

di cæli condidiſſe, & intelligendo quod de potentiâ poſſidebat, ip-
ſum Secundum Cælum eſſormaſſe. Et ſic gradatim procedendo vſ-
que ad illam Intelligentiam deſcendit, quæ infimum Lunæ Cælum
produxit. Hem, quid eſſe poteſt hoc dogmate abſurdius ex illâ opi-
nione, quæ Cælis Intelligentias motrices affixit, profectò? Verùm
alij etiam, qui hanc opinionem ſequuti ſunt, crediderunt Intelligen-
tias illas Cælorum motrices, eſſe cŏrporeas. Ita enim ſenſêre Plato
teſte D. Auguſtino lib. 8, de Ciuit. Dei, cap. 14. 15. & 16. & Platonici, *Falſum in-*
teſte Apuleio in libro de Deo Socratis. Neque verò ab his diſcrepa- *uentum.*
uit Origenes lib. 2. Periarchon, cap. 2. 3. & 8. Tertullianus libro de *Plato.*
Carne Chriſti, Lactantius lib. 2. Inſtitutionum, cap. 15. Caſſianus col- *Auguſtinus*
latione 7. cap. 13. Ioannes Epiſcopus Theſſalonice in 7. Synodo, actio- *Apuleius.*
ne 5. Rupertus Abbas lib. 1. de Operibus Trinitatis, cap. 11. Auguſti- *Origenes.*
nus lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 23. & lib. 2. ſuper Geneſim ad litteram, *Tertullian.*
cap. 17. Caietanus in caput 4. Ioannis, & in caput 1. ad Epheſeos, *Lactantius.*
Auerroes lib. 2. de Anima, Auguſtinus Niphus Tractatu 3. de Dęmo- *Caſſianus.*
nibus, cap. 34. & Bodinus in ſuo Theatro Naturæ ſimiliter materiæ *Ioannes.*
immerſas eſſe autumauit. Quamobrem tutius multò eſt, & rationi *Rupertus.*
ipſi conſentaneum, Intelligentias illas à perenni illo motu abſtrahe- *Caietanus.*
re, cęliſq. ipſis quod propriũ, & peculiare eſt, concedere. At audiamus *Auerroes.*
adhuc Ioannem Trithemium Abbatem huius opinionis ſectatorem, *Niphus.*
& motus Cælorum Intelligentijs illis tribuentem, quid in quodam *Bodinus.*
libello de Intelligentijs cæleſtibus orbem poſt Deum gubernanti- *Trithemius*
bus, Maximiliano Cæſari, anni MDXLV. dicato fabuloſè ſcriptũ re-
liquerit. Hic porrò commentus eſt Deum Intelligentijs quibuſdam
in principio creationis Mundum gubernandum tradidiſſe, & quid-
quid ſpacio CCCLIV. annorum, menſiumq. IV euenit, quòd ſingu-
larum regiminis tempus eſt, id totam Intelligentiæ illi adſcribere
non dubitauit. Contendit autem Saturni ſpiritum Orifiel appellari, *Saturni ſpi-*
huncq. bellum Punicum inter Romanos, & Carthaginenſes effeciſ- *ritus.*
ſe; Romam igni, & aquâ quaſi per re voluiſſe; excidium Hieroſoly- *Bellum Pu-*
mæ, & Templi per Antiochum, & Epiphanem cauſaſſe, & Chriſtum *nicum.*
Dominum Oriſiale ſic mouente natum fuiſſe. Ecquis in Cymmerijs *Hieroſoly-*
etiam tenebris conſtitutus non videt hanc opinionem baſim ſuam, *mæ excidiũ.*
& fulcrum ex alterâ accepiſſe, quæ Intelligentias cælis add cauit? *Chriſti na-*
Scribit idem quoque Iouis ſpiritum eſſe Zacharielem, ipſiusq. pro- *tiuitas.*
priũ eſſe Imperia, & Regna mutare, & hoc in Clodouęo Francorum *Iouis ſpiri-*
Rege effeciſſe, & Raphaeli Mercurij Angelo ſucceſſori ſuo, vt idem *tus.*
in Gotthorum, Vandalorum, Longobardorum, Germanorum, alio- *Regnorum*
rumq. regnis ageret, ordinaſſe. De Samuele verò Martis ſpiritu hæc *mutatio.*
prodidit, & omnia, quæ ſpacio CCCLIV. annorum, menſiumq. IV. *Martis ſpi-*
euenêre, illi cõceſſit. Sic enim ille. Anno Caſtianorũ MCCLXXIII. *ritus.*

Rudol-

Rudolphus Imperator. Rudolphus de Habſpurg electione Principum Imperator conſtituitur, & imperauit annis XVIII. Vir per omnia prudens, & optimus, de quo Duces Auſtriæ omnes poſteà deſcenderunt. Et paulò poſt. *Huſſitarum hæreſis.* Sub Venceſlao Bohemorũ Rege, & Imperatore dogma Huſſitarum initium ſumpſit; *Rupertus Imperator.* quo depoſito Rupertus Comes Palatinus Rheni, Bauariæq́. Dux fuit electus, & imperauit annis X. Et poſt. *Albertus Imperator.* Sigiſmundo vitâ defuncto, Albertus Dux Auſtriæ gener eius ſucceſſit anno Chriſtianorum MCCCCXXXVIII. regnauitq́. annis dumtaxat duobus, Vir optimus, & imperio dignus. *Fridericus Imperator.* Quo mortuo, Fridericus III. Dux Auſtriæ Erneſti filius, electione Principum Imperator conſtitutus fuit, & annis LVI. imperauit, Vir ingenio diuinus, & animo pacificus, anno Domini MCCCCXL. cępit regnare. *Solis ſpiritus.* Et verò ſpiritum Solis affirmat ille eſſe Michaelē ſub cuius regimine aſſerit Euil *Merodach.* Merodach Regem Babylonis libertatem, & Regem populo Hebræorũ ad Michaelis directionem reddidiſſe. *Veneris ſpiritus.* Quod autē de Anaele Veneris ſpiritu diſſerit, in medium proferamus. Et notandum, ait, quòd penè toto tempore iſtius regiminis Angeli Veneris Chriſtianorum Eccleſia in perſequutionibus floruit, & præualuit infinitis hominũ millibus prò fide Chriſti occiſis. *Artium inuentio.* Et infrà. Artes variæ ſubtilitatis his tēporibus auctæ ſunt, & per conuenientia naturæ Veneris ornatum ſumpſerũt, & incrementum. *Mercurij ſpiritus.* Vlteriùs pergit ille, & ſcribit Mercurij ſpiritũ eſſe Raphaelem, huncq́. *Hungarorũ conuerſio.* Hungaros Otthone I. Imperatore ad fidem pertraxiſſe. *Lunæ ſpiritus.* Denique conſtituit ſpiritum Lunæ Gabrielem, de quo hæc comminiſcitur. *Roma fundatio.* Vrbs, inquit, Roma ſub imperio huius ſpiritus conſtruitur, anno MCCCCLXXXIV. qui fuit regiminis ipſius Gabrielis in ordine CCXXXIX. defecitq́. regnum Syluiorũ Italiæ, & Romanorum incepit. Et inferiùs. Circà finem, ait, gubernationis huius ſpiritus Lunę, Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ Hieruſalem cępit, & deſtruxit, Sedechiam Regem, & omnem populum abduxit captiuũ. Nonnè hæc ſunt dormientium ſomnia, & illius contrariæ opinionis ludicra inuenta? Quaſi verò, quod hæc ab Aſtris, & Intelligentijs illis in Cælo commentitijs proueniant, & non potius ab hominum, vel malitiâ, vel bonitate promanent? Quã de causâ omninò illâ ſententia, quæ cælis Intelligentias agglutinat, explodenda eſt.

Farra. Ac, vt magis appareat huius ſententiæ inconcinna veritas, abſurdis ſuperiùs allatis, abſurdiora addemus. Refert enim Alexander Farra in ſuo Septenario, *Muſæ qu'd ſint.* Muſas, nil aliud eſſe ex Orphei ſententiâ, quàm Sphærarum cæleſtium Animas, *Bacchi quid ſint.* Bacchosq́. ipſarum Intellectus particulares exiſtere. Atque hinc omnibus Muſis datum eſſe Bacchũ vnũ aſſeuerat, Animasq́. has, Muſas vocatas, quæ Cælos harmonicè monendo, mirabilem parturiant cõcentum. *Lunæ anima.* Itaque volunt Lunæ animã habere Bacchum Lychintum, & Thaliam; *Mercurij anima.* Mercurij, Silenum, & Euterpen;

terpen;

Digitized by Google

terpen; Veneris, Lyſium, & Eratum; Solis, Triaterichum, & Melpomenem: Martis, Beſſarcum, & Clium, Iouis, Sebaſium, & Terpſicore; Saturni, Amphiaraum, & Polyhimmiam; Octauæ Sphæræ, Peritonium, & Vraniam; Mundi deniq. Eubromium, & Callyopem. Quis quæſo inficias ibit Ariſtotelis ſententiam non eſſe ex Poetarum Fabellis deſumptam? Verùm, vt rem magis Alexander ille cachinnis exponat, ex Hebræorum doctrinâ narrat Deum mediante Intelligentiâ Metraton Serapanim, ſcilicet Aſpectuum principe, Moiſis Angelo, in Primum Mobile influere; mediante Razielle Adami genio, in cælum Stellatum; mediante ZaphKielle, Angelo Noe, in orbem Saturni, mediante ZaKielle, Abrahami Angelo, in Sphæram Iouis; mediante Camaelle Sampſonis Angelo, in Martis globum; mediante Raphaelle Iſaaci Intelligentiâ, in cælum Solis; mediante Ceruielle Dauidis ſpiritu, in ſphæram Veneris: mediãte Michaele Salomonis Angelo, in cælum Mercurij; & demum mediante Gabriele Danielis Angelo, influere in orbem Lunæ contendunt, & affirmant hiſcè mediantibus, Elementa, Animantes, & reliqua omnia fuiſſe producta. At heis nonnè hæc ſunt delirantium Hebræorum ſomnia? nonnè ſomniantium figmenta? nonnè fingentium ſtatuæ Dædalicæ? Quocirca nil ſupereſt, niſi, vt hæc omnia, quæ de Intelligentijs cælis aſſiſtentibus dicta ſunt, potiùs ſilentio, quàm alijs argumentis reijciamus.

Solis, & Martis aĩa Iouis, & Saturni anima.

Octauæ ſphæræ et mundi anima.

Influxus fabuloſus.

Moiſis Angelus.

Adami.

Noe Angelus.

Abrahami, & Sampſonis Angeli.

Iſaaci Angelus.

Dauidis, & Salomonis Angeli.

Danielis Angelus.

Verum, vt eò reuertamur, vndè noſtra digreſſa eſt oratio, dicimus in cælis duos principes, & perfectos, duoſq. minùs principes, & perfectos cælorum motus ſuſpici, quorũ primus proprius eſt Vndecimæ ſphæræ, quæ idcircò etiã Primum Mobile appellatur, mouetur q. ſimpliciſſimo, & regulatiſſimo motu ab Oriente per Meridiem, in Occidentem, & hinc rurſus per Mediam noctem, in Oriẽtem ſuper Polos mundi per circulum Aequinoctialem XXIV. horarum ſpacio reuertitur, ſecumq. reliquos ſubiacentes globos omnes ab Oriente in Occidentem ſemel diebus ſingulis rapit. Huic autem contrarius eſt motus proprius Octaui orbis, qui etiam motus ſeptem Planetarum dirigit; cùm is ab Occidente in Orientem ita permeet, vt etiã ſi à Primo Mobili ab Ortu in Occaſum rapiatur: illicò tamẽ ab Occaſu per Meridiem ſuper polos Zodiaci per Signiferum reuoluatur. Porrò præter hos duos præcipuos in cælis motus, ſunt alij duo Decimæ, & Nonæ Sphærę minùs principales; quia integras reuolutiones non conficiũt, ſed tantum intrà certos cãcellos hinc indè remeant, quã de causâ Librationis nomen ſortiti ſunt; quia videntur hi cæli quaſi immenſo põdere grauati iter deſtinatum in vtraſq. partes trepidando, conficere. Et quidem Decima ſphæra Librationis motũ proprium habet à Septemtrione in Meridiem, & è contrà ab Auſtro in Arcton, hocq. motu Librat Octauum orbem, qui Stellatus nominatur, & reliquas inferiores

Primi Mobilis motus.

Octaui orbis motus.

Decimæ, & Nonæ ſphæræ motus.

Librationis motus.

riores ſphæras, à Media nocte in Meridiem, & vice verſâ per 24. minuta ſub Coluro Solſtitiorum primi Mobilis, ità, vt poli Zodiaci huius Decimæ ſphæræ, à polis Zodiaci Primi Mobilis ſub Coluro Solſtitiorũ vltrò, citroq́. cant, redeãtq́. duodecim dumtaxat minutis. Nona verò ſphæra præter motum diurnũ Primi Mobilis, & Librationis Decimæ ſphærę, motum Librationis proprium ſub Eclipticâ Decimi orbis, & ſuper Polos eiuſdẽ ab Ortu in Occaſum, & è conuerſo per gradus duos, & minuta XX. obtinet. Verùm, vt Planetarũ motus poſſint cognoſci, ſciendũ eſt eorũ ſphærã præter totalem, & mundo concentricũ orbẽ, alios intrà ſe particulares, iuxtà cuiuſque varietatẽ diſtributos habere. Et quidem hi orbes reſpectu centrorũ ſuorũ à mundi centro diſſidentium diuerſis nominibus efferuntur. Nam alij Homocentrici, ſiue Concentrici appellantur, quorum centra nempè eadem cùm Vniuerſi centro exiſtunt; alij Excẽtrici, quorũ centra extrà Mundi mediũ inueniuntur: alij abſolutè Excentrici, quorũ conuexa, & concaua ſuperficies circulo, cuius centrũ eſt extrà Mundi medium, delineantur. Horum verò alij ſunt, quorum ambæ ſuperficies habent idem centrũ, ſuntq́. æqualis vndique magnitudinis; alij quorũ diuerſa ſe mutuò cẽtra reſpiciunt. Excentrici aũt ſecundum quid, ſunt ij, qui iuxtà vnam dumtaxat ſuperficiem, diuerſum à Mundo cẽtrum occupant, ſed ſecundum alterã eidem Concentrici exiſtunt. At orbes Homocentrici, & ſimpliciter Excentrici, vel ſuá anguſtiá excludunt, vel ſuá latitudine includunt Epicyclos, & iſti ratione ſuorum Epicyclorũ ipſis annexorum, Homocentrici, vel Excentrici Epicycli nominãtur. Epicycli autẽ ſunt quidem parui orbes, quibus immediatè affixi ſunt Planetæ, & hoc nomine vocitãtur, quia circà globum terræ, & aquæ, ſicut ceteri orbes non apparent, ſed ſunt intra aliorum craſſitiem immerſi. At punctum Excentrici, vel Epicycli, à terrâ remotiſſimum, Apogæum, & proximum terris, Perigæum Græcis dicitur. Linea autem recta per centrum terræ, & Excentrici ducta, hæc duo puncta connectens, Augis linea vocatur, & duo puncta in ipſo Excentrico ab Auge, & eius oppoſito intermedia, Longitudinis mediæ diſtantia nuncupatur. Quilibet igitur Planeta, præter Solem, ternos arculos poſſidet, Aequantem, Deferentem, & Epicyclum. Et quidem Lunæ Aequans, eſt circulus terrę concentricus in ſuperficie Eclipticæ exiſtens; Deferens eſt circulus excentricus, cuius medietas vna verſus ſeptemtrionem, altera verſus Auſtrum declinat, & Aequantem in duobus locis interſecat, illaq́. Interſectionis nota, Draco nominatur, cùm lata in medio, & anguſta in fine videatur. Et interſectio illa per quam Luna ab Auſtro verſus Aquilonem, Caput Draconis, & per quam à Septemtrione in Meridiem mouetur, Cauda Draconis appellatur.

Trepidationis motus.

Planetarũ orbes.

Homocentrici.

Excentrici.

Concentrici

Epicycli.

Apogæum.

Perigæum.

Augis linea

Longitudinis media.

Circulus Aequans.

Deferens.

Epicyclus.

Draco.

Caput Draconis, & Cauda.

Et

Et quoniam vnuſquiſque Planeta, Sole excepto, ſuos habet Epicyclos, ſi duæ lineæ à terræ centrō, ità quod includant Epicyclum alicuius Planetæ,& vna ex parte Oriētis, altera ex parte Occidentis ducatur,punctus ex parte Orientis cōtactus, Statio Planetæ prima, & punctus ex parte Occidentis contactus, Statio ſecūda nuncupatur,& Planeta in altera harum exſiſtens, Stationarius appellatur. Arcus verò Epicycli ſuperior inter duas Stationes interceptus, Directio, & Planeta Directus nominatur; & Arcus inferior inter duas Stationes poſitus, Retrogradatio,& Planeta ibi degens Retrogradus vocatur. *Statio Planetæ.* *Directio Planetæ.* *Retrogradatio Planetæ.*

Verū,cū Signū,vel Stella ſuper Horizontē ex Oriētis parte, inter diù aſcēdit, Coſmicus ortus dicitur,& occaſus, quādò Sol reſpectu oppoſitionis oritur cū aliquo Signo, cuius Signi Signū oppoſitū Coſmicè deſcēdit. Chronicus aūt ortus eſt, quando Signum poſt Solis occaſum ſuprà Horizontē ex parte Orientis, noctu emergit,& occaſus quandò cōtrariū accidit. Heliacus verò ortus eſt, quandò Signū, vel Sidus ob diſtantiam Solis ab illo,quod priùs videri non poterat, poſteà videtur;& illius occaſus eſt,cùm ob Solis præſentiam Signum videri non permittit. *Coſmicus ortus.* *Chronicus ortus.* *Heliacus ortus.*

Ceterùm,Stellas, Plinius lib.2.c.41.MDC. viſu inſignes recenſēt, ſed nos credimus in illo Cęleſti mūdo eſſe multò plures, etſi non tam facilè diſcerni queant, quod Ariſtoteles etiā lib.1. Meteo.c.8. D. Auguſtinus lib.16.de Ciuit.Dei, c.23. D. Thomas in caput 15. Geneſeos,& Abulenſis in 1. caput Deuteronomij,q.6.affirmarunt. Hæc verò ſidera Aſtronomi, in XLVIII. Conſtellationes, non autem in LXXII. vt voluit Plinius lib. 2.c.21.digeſſere. Quæ imagines nil aliud ſunt, quàm certus aliquis ſtellarum numerus alicuius animalis, vel alterius rei effigiem repræſentans. Et harum ſtellarum cùm errantium, tum fixarum magnitudinem varij variè expreſſerunt. Nam Stoici, vt Plutarchus lib.2.de Placitis,c.21.refert, Lunam terra maiorem fecere; Parmenides Soli æqualem; Anaximander decies, & nouies tellure ampliorem; Heraclitus Solem humani pedis magnitudinem non excedere pronunciauit; Empedocles terræ prorſus æqualem conſtituit; Epicurus, aut tantulum, quantulus apparet, aut paulò maiorem eſſe aſſeruit. *Plinius.* *Stellarū numerus.* *Ariſtoteles.* *Auguſtinus.* *Aquinas.* *Abulenſis.* *Conſtellationes.* *Plinius.* *Stellarū magnitudo.* *Plutarchus.*

At hæc imperitorum errata, peritiores Aſtronomi, tum ratio nibus, tum Ingenioſis inſtrumentis correxere. Vndè inueſtigarunt Semidiametrum concaui Lunæ continere ſemidiametros Terræ $33\frac{7}{16}$ vel milliaria $120630\frac{15}{22}$ Semidiametrum conuexi Lunæ, & Concaui Mercurij continere Semidiametros terræ $64\frac{1}{6}$ vel milliaria $229687\frac{1}{2}$ Semideametrũ Cõuexi Mercurij & cõcaui Veneris cõtinere Semidiametros terræ $167\frac{2}{3}$. vel milliaria $600167\frac{24}{33}$ Semidiametrũ Conuexi Veneris, vel Concaui Solis continere Semidiametros terræ $1121\frac{7}{20}$. vel milliaria $4013923\frac{7}{22}$. Semidiametrũ Cõuexi Solis, vel Cõcaui Martis cõtinere Semidiametros terræ $1216\frac{1}{12}$. vel milliaria $4353025\frac{25}{44}$. Semidiametrũ Conuexi Martis, vel Concaui Iouis continere Semidiametros terræ $8853\frac{3}{4}$ vel milliaria $31692400\frac{25}{41}$ Semidiametrum Conuexi Iouis, vel Concaui Saturni continere ſemidiametros terræ $14378\frac{1}{4}$. vel milliaria $51467897\frac{8}{11}$. Semidiametrum conuexi Saturni, vel concaui Firmamenti cõtinere Diametros terræ $22612\frac{1}{2}$. vel milliaria $80942471\frac{13}{22}$. & Semidiametrum Cõuexi Firmamenti continere Semidiametros terræ 45225. vel milliaria $161884945\frac{2}{11}$.

Semidiametri Planetarum magnitudo.

Atque hi ſublimius aſcendendo cognouerunt Craſſitudinẽ cęli Lunæ continere Semidiametros terræ $31\frac{7}{11}$. vel milliaria $19056\frac{9}{11}$. Craſſitudinem cæli Mercurij continere Semidiametros terræ $103\frac{1}{2}$ Craſſitudinem Veneris continere ſemidiametros terræ $953\frac{41}{60}$. vel milliaria $3413755\frac{29}{66}$. Craſſitudinem Solis continere Semidiametros terræ $94\frac{14}{15}$. vel milliaria $339102\frac{1}{4}$. Craſſitudinem Martis continere Semidiametros terræ $7637\frac{2}{3}$. vel milliaria 27339375. Craſſitudinem Iouis continere Semidiametros terræ $5524\frac{7}{12}$. vel milliaria $19775497\frac{7}{41}$. Craſſitudinẽ Saturni cõtinere Semidiametros terræ $8234\frac{1}{6}$. vel milliaria $29474573\frac{19}{22}$. Craſſitudinem Firmamenti continere Semidiametros terræ $22612\frac{1}{2}$. vel milliaria $80942471\frac{13}{22}$.

Craſſitudines Planetarum.

Vt hæc autem lucidiora euadant, ſciendum eſt Diametrum Terræ continere milliaria Italica $7159\frac{1}{11}$. vel Germanica $1789\frac{3}{4}$. Ambitum terræ ſecundum longitudinem Continere milliaria Italica 22500. Germanica 5625. Superficiem conuexam terrę continere milliaria Italica $161079545\frac{5}{11}$. Germa-

Terræ magnitudo.

nica paulò plùs, quàm 40269886. Et denique ſoliditatem totam terræ continere milliaria Cubica vnius milliarij longitudinis pro vnoquoque latere, Italica $192197184917\frac{471}{1331}$. & Germanica ferè 148049296229.

At Ambitus cócaui Lunæ deprehenſus eſt continere milliaria 758250. Ambitus Cóuexi Lunæ, vel Cócaui Mercurij continere milliaria 1443750. Ambitus Conuexi Mercurij, vel Cócaui Veneris continere milliaria 3772500. Ambitus Conuexi Veneris, vel Concaui Solis continere milliaria 25230375. Ambitus Conuexi Solis, vel Concaui Martis continere milliaria 27361875. Ambitus Conuexi Martis, vel Concaui Iouis continere milliaria 199209375. Ambitus Conuexi Iouis, vel Concaui Saturni continere milliaria 3235125oo. Ambitus Conuexi Saturni, vel Concaui Firmamenti continere milliaria 508781250. Et Ambitus Conuexi Firmamenti continere milliaria 1017562500. Ac etiam quæuis Stella Primæ magnitudinis in ſe continet terræ magnitudinem $107\frac{1}{8}$. Secundæ magnitudinis $50\frac{1}{8}$. Tertiæ $72\frac{1}{3}$. Quartæ $54\frac{11}{12}$. Quintæ $36\frac{1}{8}$. Sextæ $18\frac{1}{10}$. Saturnus verò in ſe continet terræ magnitudinẽ $91\frac{1}{8}$. Iupiter $95\frac{1}{2}$. Mars $1\frac{3}{8}$. Sol $166\frac{3}{8}$. Terra in ſe continet Veneris magnitudinem $37\frac{1}{57}$ Mercurij 219–52. Lunæ $39\frac{1}{9}$. Et Sol demùm in ſe continet Lunæ magnitudiuem $6539\frac{1}{5}$.

Ambitus Planetarū.

Terra, & Planetarū comparatio.

Negabis nè tibi anguſtum fore cælum, quod tam immanibus ſpacijs circumcircà ſeſe protendit? Anguſtum equidem, ſi cæleſtem callem non didiceris, edoctus non ſeruaueris, vt illo mediante, rectà ad cælum beatus pergere poſſis. Suſpice an in tota hac ſpectabili machina corporibus cæleſtibus aliquid, vel ad ordinem pulchrius, vel ad pulchritudinem certius, vel ad certitudinem ſplendidius, vel ad ſplendorem ornatius poſſit inueniri, vt meritò Boetius lib. 4. de Conſolatione cantauerit.

Cælum quibus anguſtū.

Cælorū pulchritudo.

Boetius.

Si vis ſummi Iura Tonantis
Pura ſoleri cernere mente,
Aſpice celſi culmina cæli,
Illic iuſto fædere rerum
Veterem ſeruans ſidera pacem:

V 2 Non

Non Sol rutilo conſitus igne
Gelidum Phœbes impedit axem,
Nec quæ ſummo vertice Mundi
Flectit rapidos Vrſa meatus;
Numquàm occiduo lata profundo
Cætera cernens ſidera mergi,
Cupit Oceano tingere flammas.
Semper vicibus temporis æquis,
Veſper ſeras nunciat vmbras,
Redditq́; diem Lucifer almum.
Sic æternos reficit curſus
Alternus amor: ſic aſtriferis
Bellum diſcors exulat oris.

Apoſtrophe. Ergò, vt in cælis nullum diſſidium eſt, nullæ res inordinatæ, nulla opprobria; tu quoque vt cæleſtia, imitando, conſequêre, tolle rixas, res corporis, animiq. inordinatas compeſce, comprime ea omnia, quæ tibi opprobrium aliquod, ſiuè in cæleſti, ſiuè terreſtri mundo mu rere queunt, vt demùm omnibus vitijs reciſis, ad cæleſtia liber conſcendas.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM DECIMVMQVARTVM.

De Medicina Practica.

VBI Adamus mortalium omnium parens Dei præcepto obtemperare, vel ſpreuit, vel neglexit; ibi illicò, non ſolùm morbi, & ſenectus, ſed mortes ipſæ ipſum, & hominum genus inceperunt aggredi vniuerſum. Vndè factum eſt, vt quidam prudentes viri ex diuturnâ rerum experientiâ hanc inuenerint, quæ tũ in morbis mortalium cognoſcendis, tùm iiſdem ſingulorum hominum curandis, tota occupatur. Peſtes autèm humanorum corporum multiplices ſunt, neque eſt vlla in toto orbe infirmitas, quæ non mortales aliquandò inuadat. *Mors vndè, & morbi.*

Atque hinc Febris caloris natiui conuerſio, quę à corde ad arterias, venaſq. & in totum corpus ſeſe diffundens, eius actiones lædit, & impedit. Hinc Ephimera diem vnum corpus excrucians. Hinc Putrida, quæ ex calore in humoribus ſuccenſo, eos putrefaciendo, oritur. Hinc Hectica in ſolidis membris, quandò calor præter naturam accenditur, exſurgit, quæ ſi itâ excreuerit, omnia membra paulatim colliquat, & conſumit, Maraſmuſq. appellatur, & ſanari nullo mõ poteſt. Hinc Continua, & Synochus ex ſanguine putrefacto nata. Hinc Ardens febris à flauâ bile ſanguini per venas immixtâ, efferueſcit. Hinc Quotidiana ex pituitæ extrà vaſa putredine factâ, militat. Hinc Tertiana ex bile flauâ extrà venas putreſcente prodit, quæ vnum diẽ intermittendo, tertio redit. Hinc Quartana ab atrâ bile ęxtrà vaſa putreſcente exſilit, & duos dies intermittendo, poſteà inuadit. Hinc Epialus ex pituitâ vitreâ erumpens ſimul algere, & ardere totum corpus facit. Hinc Lipyria, quæ intùs calorem, extrà frigus magnum excitat. Hinc Errabunda, quæ nullum, vel tempus, vel ordinem ſeruando, hominum corpora, cùm placuerit inclementer obſidet. Hinc Peſtilentialis, quæ pauculis horis hominem è medio tollit. Hinc Typice certis periodis mortalium artus contorquet. *Feb. ſpecies.*

Etenim, cùm ſinguli propemodùm morbi ſuos habeant circuitus, certaſq. periodos, cur Pituita, ſingulis; Bilis, tertijs; Melancholia, *Febriũ circuitus undè.*

 quartis

Auerroes. Quartis diebus moueatur, eſt ſubtilis inquiſitio. Verùm omittimus hîc Auerroem coll.4. cap.27. has peridos à naturâ, & calido innato pendere arbitrantem; relinquimus Conciliatorem Differ.88. à Lunę motu,& humorum formá proficiſci ſentientem; tacemus Fernelium lib.4.de Feb.c.11.harum periodorum cauſam, eſſe qualitatem quamdam inſitam,& propriam credentem; prætcrimus Gentilem, & Herculanum in Auicennæ Com.has periodos à qualitatibus occultis pro dire iudicantes; ſilemus Capiuacceũ lib.6. de Feb.cap.12. harum periodorum cauſam humoris naturam eſſe affirmantem; deſerimus Valeſium lib.5.cap.25.Controuer. harum periodorum cauſam humoris copiæ tribuentem; cùm iſtorum nemo enucleatè,ſed confusè tantùm pronunciet. Credimus enim periodorum cauſam,eſſe diſtãtiam illam viſcerum, quæ ſunt humorum domicilia, locorumq. affectorũ, tàm ab ore ventriculi,quam cordis ſitu. Et quamuis Pituita, quotidiè inuadat,bilisq. celerius moueatur:hoc tamen non ab aliá causâ quàm à phlegmatis lentore procedit, cuius ratione portio putreſcentis pituitæ, neceſſariò cùm eâ,quæ, iàm putreſcit, contigua eſt; quo fit,vt portione vnicá abſumptá, illicò putredo aliam fomiti contiguam inuadat, quòd in bile non euenit lentore ſpoliatâ; neque in Melancholiâ, & ſanguine ob à ſeſe diſtantiam, & humoris ad reſiſtendum magis,naturam, & putrefacti abſumpti à nõ putrefacto intercapedinẽ. Sed quidquid ſit,hę totum tamen corpus emarceſcere faciunt, aut frigoribus,aut caloribus.

Cociliator. *Fernelius.* *Gentilis.* *Herculanus.* *Capiuacceus.* *Valeſius.*

Capitis morbi. At præter has, aliæ ſunt, quæ ſingula hominis membra corripere ſolent. Nam Alopecia, à Vulpis pilorum defluuio dicta, ſæpiùs hoc capitis ornamentum eripit. Ophiaſis deformat comam,Serpentumq. coloribus depingit,& relictis quaſi anguium tortuoſis, ſinuoſiſq. ſpacijs,deglabrat. Tineæ verò tenuiſſimis foraminibus cutẽ capitis perforant è quibus glutinoſa ſanies excernitur, hocq. morbi genus Saphatum Auicẽnas nominauit. Fauus autem maioribus foraminibus caput terebrat,&mellis inſtar humorem continet.Porrigo ex illis, furfuraceis ſquamulis è capitis ſuperficie decidentibus nullâ relictâ vlceratione oboritur. Pſydracia ſunt exiles puſtulæ ignis fauillas imitantes,quæ in ſummâ capitis ſuperficie erumpunt. Ficus porrò,eſt vlcus rotundum, acuminatum, ſubdurum,& ſubrufum,quod magnos dolores parere ſolet. Sed Syriaſis, eſt partium circà cerebrum, & eius membranas inflammatio. Et Cephalæa eſt capitis dolor vehemens, & diuturnus. Hemicrania eſt dolor quidèm huiuſmodi, ſed in alterâ tantùm capitis parte conſiſtit. Vertigo eſt quandò oculis denſæ tenebræ obuerſantur, & omnia circumagi, & rotari videntur. Ephialtes eſt humorum grauitas, & oppreſſio. Epilepſia,Comitialis,Sacer, vel Herculeus morbus, eſt totius corporis cùm læſione ſenſus, &

motus

Digitized by Google

motus conuulſio. At Apoplexia eſt neruorum læſio, & motus, atque ſenſus amiſſio. Paralyſis autèm eſt alterius dumtaxat partis, eiuſq. functionis motus, ſenſuſq. perditio. Phrenitis, eſt cerebri inflammatio, cui ſi mentis alienatio acceſſerit, Paraphroſyne, & delirium exurgit. Lethargus huic ſe opponit profundiſſimus ſopor, & inexpugnabilis. Catochos, ſeu Catalepſis eſt morbus hominem corripiens, eumdemq. in eodem ſitu, & figurâ, cùm inuaſit, conſeruans. Melancholia eſt atræ bilis ſinè febri agitatio cùm mentis quadam, ac animi profundâ triſtitiâ. Mania eſt tumultuoſa, præceps, audax, & contumelioſa inſania. Lycanthropia eſt mentis deceptio, quâ correpti, ſeſe lupos eſſe imaginantur. Spaſmus eſt neruorum, muſculorumq. inſignis, & acerba conuulſio, cuius tres ſunt ſpecies, Emproſthotonus, cùm pectus, caput, ceruix, & reliquum corpus contrahitur; Opiſthotonus, quandò caput ſcapulis annectitur, & Tremor, cum membrum, vel grauitate repit, vel facultate ſurſum fertur. Catarrhus eſt humoris a capite in ſubiectas partes deſtillatio, qui ſi ad nares fluat, Grauedinem; ſi ad aſperam arteriam, Raucedinem inducit. Ophthalmia eſt morbus partem oculi candidam rubedine inficiens, ciliorum exaltatio, & palpebrarum ab inuicem ob humoris repletionem diſiunctio. Tarazis eſt ex ſole, vento, puluere, fumo, & ſimilibus oculorum extrinſeca perturbatio. Sed Epiphora eſt inflammatio oculi maxima. Chemoſis verò ex oculi inflammatione vehementiori vtraſque palpebras diſtorquet. Emphyſema eſt quædam palpebrarum tumori ſimilis excreſcentia. Pſorophthalmia eſt pruriginoſa palpebrarum ſcabies. Sclerophthalmia eſt dura oculi lippitudo, palpebrarumq. pigrior commotio. Grando eſt album, mobile, rotundumq. in palpebris tuberculum. Hordeolum eſt palpebrarum pili depilatio. Fiſtula angulorum lachrymalium, vt vocant, eſt carnis abſceſſus inter maiorem oculi angulum, nareſq. Hypopion eſt oculi liuor in eius cauis ex ictu, vel contuſione exortus. Albugo eſt craſſa, atque alba in iride cicatrix; Et Vnguis eſt neruoſus circà tuniculam corneam tuber. Nyctilopa eſt uiſus in nocte priuatio. Suffuſio eſt humor inter corneam oculi, & cryſtallinam concretus tunicam quem quidam Cataractam nominant. Strabones, vel Luſcedo eſt aſpectus oculorum obliquus ex muſculorum, aut ſolutione, aut torſione profectus. Clauus eſt calloſum in nigrâ oculi parte tuberculum. Otalgia eſt totius auris dolor. Chophoſis eſt auditus grauitas, & Surditas eſt eiuſdem auditus ablatio. Phirea ſunt oblongæ in auribus eminentiæ. Vermiculantes aures, eſt aurium morbus vermiculis ſcatens. Chyphelides ſunt aurium ſordes auditum grauiorem efficientes. Ozaina eſt vlcus narium profundum, putridumq. Polypus eſt tuberculum carnem Polypi referens. Sarchoma eſt carnis in naribus incrementum. Hemorrhagia

eſt carnis in naribus incrementum. Hemorrhagia eſt copioſa inſtar iaculi ſanguinis proſilientis effuſio. Lenticula eſt faciei ferruginea macula ab aſſiduo Sole contracta. Vari, ſunt exiles in facie tumores. Odaziſmos eſt dentium prodeuntium pruritus. Hemodia, eſt dentium ex aliquà acerbitate contractus ſtupor. Prulides, ſunt iuxtà dentes in gingiuis orta tubercula. Ramula eſt inflammatus ſub linguâ tumor. Tonſillæ eſt faucium inflammatio. Columnella eſt eiuſdem tumor oblongus. Angina eſt in interioribus muſculis faucium inflãmatio. Oris tortura, eſt eiuſdem à muſculis, vel calore, vel humiditate infectis diſtentio. Blæſitas eſt linguę balbuties.

Pectoris morbi. Lateralis morbus, eſt membranæ coſtas ſuccingentis inflammatio. Peripychimonia eſt pulmonis inflammatio. Dimaphthis eſt ſanguinis exſpuitio. Tabes eſt corporis vniuerſi extenuatio. Haſma eſt vehemens, & ſonora ſpirandi difficultas. Palmos eſt cordis palpitatio. Cardiaca, eſt ſtomachi punctura. Hanorezia eſt ciborum auerſio, & inapetentia. Bulimos eſt prægrandis, vehemenſq. fames, orta, vel ex penuriâ, vel ventriculi refrigeratione. Atrophia eſt quoque immodica fames, quæ omnibus etiam comeſtis, & abſorptis ſatiari non poteſt ob acidi humoris copiam ventriculum mordicus infeſtantis. Bradipexia eſt imbecillis ciborum decoctio. Dippexia eſt ciborum in alienam qualitatem permutatio. Apexia, eſt eorumdem inconcoctio. Nauſea, eſt ciborum quædam reſpuentia, & vomitationis appetitus. Singultus eſt ventriculi motus, & conuulſio à retentrice, & expultrice facultate factus. Hepatici ſunt quibus debile, & infirmum eſt iecur. Ophalexia eſt malus corporis habitus in quo alimenta ferè omnia corrumpuntur. Icterus ſiue Regius morbus Aurigo & Arquatus eſt bilis per vniuerſum corpus in ſummam cutem diffuſio. Hydropiſis eſt vniuerſi corporis tumor aqueus.

Ventris morbi. Dyſenteria, eſt inteſtinorum dolor, & cùm inflammatione exulceratio. Thineſmos eſt crebra, & inanis excrementa excernendi cupiditas. Heileos eſt implacabilis, grauiſſimuſq. inteſtinorum dolor propter tranſitus obſtructionem cauſatus, quo fit, vt fęces per os eijci interdùm ſit neceſſe. Nephritici ſunt renum dolores. Lithiaſis eſt calculorum morbus. Hixuria eſt vrinæ ſuppreſſio, & retentio. Straguria eſt vrinæ ſtillicidium. Diabythis, eſt vrinæ pernix profluuium.

Corporis morbi. Arthritis eſt humor redundans, & omnes corporis articulos debilitans; quòd ſi ad manus tantùm vergit, Chiragra dicitur, ſi ad pedes declinat, Podagra nominatur. Ixias, eſt acutiſſimus coxarum dolor. Perniones eſt clauus in orbem circinatus inſtar calli durus, in pedum plantis hieme maximè exoriens. Cancer eſt liuidus, peſtilenſq. tumor doloribus, & ſanie plenus; ſed Elephantiaſis eſt cancer quoque totum corpus oberrat. Lepra eſt morbus, qui circularibus, profun-

diſq.

diſq. eroſionibus corporis cuticulam depaſcit, & ſquammeam cutem efficit. Pſora, ſeu ſcabies ſuperficiem tantùm cutis eroſionibus, & ſanie infeſtat, & cruentat. Papulæ ſunt pituitæ eruptiones, & quæ ſunt craſſiores Variolæ; quę tenuiores, Morbilli appellantur, Formica, eſt caro calloſa, & rotunda inſtar formicæ mordentis in baſi. Herpes eſt bilis puræ in aliquá corporis parte ſeſſio: & Herpeſeſthiomenos, eſt morbus, qui ex calidá materiá exiguas puſtulas milij ſeminibus ſimiles in ſuperficie cutis excitat. Eryſipela, eſt ſanguinis inflammatio. Vlcus eſt tumor cùm ſanie, & craſſis humoribus in carnoſis plerumque partibus conſiſtens. Carbunculus, eſt tumor in corpore colore nigro rotundus, & oblongus. Apoſtema eſt humorum, ſub cute, muſculis, vel membranis collectio. Struma eſt inflata, turgidaq. colli cutis. Fiſtula denique eſt vlcus profundum, & oblongum. Hæc de morbis dixiſſe ſit ſatis; nunc morboſorum Vrinas inſpiciamus.

Vrina quid ſit.

Vrina ergò eſt ſanguinis, humorum, potus, & cibi in magná vená delata per renes, & vaſa vrinaria in veſicam, aquea ſuperfluitas. Optima Vrina eſt ſubſtantiæ mediocris, quantitate cibis, potuiq; æquabilis, colore ſubruffa, & ſubflaua, hypoſtaſi alba, leni, & ęquabili. Tenuis Vrina autem, & alba inſtar aquæ, eſt magnæ imbecillitatis indicium, & denotat obſtructionem in membris internis, & renibus, & in acutis febribus Phrenitim inſinuat; quia humor, qui ipſam tingere debebat, ad cerebrum aſcenderit. Tenuis verò pallida maiorem coctionem indicat; tenuis aurea, bonam coctionem ſignificat; tenuis, crocea, curam, vigilias, ſolis æſtum, & labores denotat. Sed craſſa Vrina, & alba crudum humorem per corpus redundantem arguit, hæcq. aliquandò ab abſceſſu liberat; Craſſa, & lactea in fine veniens, calculos in veſicá, vel renibus oſtendit; Craſſa, & turbida, dolorem capitis portendit; Craſſa, & ſubrubra cùm ſimili hypoſtaſi, longos morbos vaticinatur; Craſſa, & rubra ſanguinis copiam demonſtrat; Craſſa, & nigra melancholici humoris euacuationem, maximè in fine Quartanarum oſtendit. Viridis vrinæ color exceſſum prauiſſimæ bilis quantitate, & qualitate exauctæ demonſtrat. Vinea vrina ſanguineum humorem aſſari, & vel in rubram, vel in nigram bilem tranſmutari ſignificat. Oleacea pinguis vrina, liquefactionem corporis denotat. Cærulea, & ſubtenuis, melancholicum, & frigidum ſuccum indicat. Liuida, plagas, verberaq. homini inflicta præſefert. Nigra denique, ſi viridis, & liuida præceſſerit, caloris natiui fermè extincti, & hominis quoque moribundi, indicium eſt. Porrò id, quod in Vrinæ fundò cõſpicitur, Hypoſtaſis dicitur, & quod ad medium illius aſcendit, Sublime nominatur; quod autem vſque ad ſuperficiem peruenit, Nubes appellatur. Sunt, & alia, quæ ſemper

matulæ

matulę fundum petunt, Orobea colore vitello oui ſimilis, quæ cùm apparet, notat pingui iam abſumpto, carnem conſumi incepiſſe. Furfurea febrem infixam eſſe, & duras corporis partes attigiſſe indicat. Laminea hypoſtaſis gignitur, cùm febris procedens ſolidas corporis partes attingit. Similacea, quæ febrim ad conciſionem partium amplarum perueniſſe inſinuat. At Bullæ ſunt adulterini vrinæ ſpiritus innatantis ſigna, & ſemper aliquem capitis dolorem adeſſe aperiunt.

Corona. Corona eſt circulus per ſuperficiei ambitum vrinæ circumcurrens, qui ſi in vrinis aureis, rubris, vineis, & ſimilibus albus fuerit, ſignificat naturam morbo dominari incepiſſe; ſi in viridi, & paſſeá eumdem colorem, vel nigrum habuerit, denotat morbum naturam oppreſſam detinere. Araneæ tela, vel velamen quoddam interdùm in vrinis viſitur, & quædam quaſi puncta ex oleo iniecta cernuntur; hæc, aut totius corporis, aut renum dumtaxat colliquationem oſtendunt. Et Capilli ſimiliter in vrinis aliquandò videntur, ſignum renes malè affectas eſſe, cùm hi conſpiciuntur. Ceterùm ex Vrinarum quoque odore, grato, aut tetro, corporis, vel integritas, atque ſanitas, vel putredo, & infirmitas deprehenditur. At nunc his miſſis, ad Pulſuum varietatem deſcribendam properemus.

Pulſus quid ſit. Pulſus enim, eſt cordis, & arteriarum motus, qui ſe eleuando, contrahendo, & conſidendo palpantibus oſtendit. Et Diaſtole quidem aer frigidus attrahitur, qui vitale robur vndè ſpiritus quoque animalis gignitur, exuſcitat: Syſtole autem, quòd ex humorum deuſtione in toto animali contractum, veluti fumida ſuperfluitas eſt, expellitur.

Pulſuum genera. Pulſuum verò genera ſunt Decem. Primum, quod ſecundùm motus tempus, aut quantitatem, tàm in Eleuatione, quàm in Contractione conſideratur; & hoc tres habet pulſuum differentias Velocem, qui breui temporis ſpatio multo mouetur interuallo præter virtutis robur; Tardum, qui longo admodùm tempore, modico mouetur interuallo; Mediocrem, qui medium motum obtinet. Secundum genus quantitatem Diaſtoles obſeruat, & huius tres ſunt quoque differentiæ; Latus, qui latitudine à naturali pulſu maior exiſtit ob humoris abundantiam; Longus, qui longitudine ob carnium circumiacentiũ ariditatem; Altus, qui profunditate. Tertium pulſuum genus à virtutis robore deſumitur, & huius etiam tres differentias obſeruat, Vehementem, qui tangentis manum eleuat, feritq. Debilem, qui inualidè, & languidè percutit, imbecillis virtutis index; Medium, qui mediam quamdam proportionem ad vtrumque ſeruat. Quartum genus fit ſecundùm arteriæ, & corporis ſubſtantiam, & conſtitutionem, & huius ſunt etiam tres differentiæ. Durus, cùm durior, quàm natura ferat arteria ſentitur, vel frigiditatem, vel ariditatem indicat; Mollis mollior; Moderatus, qui inter vtrumque extremum conſiſtit. Quin-

tum

Digitized by Google

tum genus quantitatem repletionis arteriæ intuetur, & huius quoque tres apparent differentiæ, Plenus, qui diſtentam oſtendit arteriã humoribus; Vacuus, qui bullæ ſimilem arteriæ eleuationem efficit, vt ſecundùm digitorum impreſſionem, quaſi vacua quædam, pulſu ſub tactu cadente, inambulatio contingat, & inanitionem oſtendat; Medius, qui medio ſe habet modo. Sextum genus Pulſuum à caloris qualitate, qui ſecundùm arteriam euidenter apparet, deſumitur: & hic, vel eſt Calidus, vel Frigidus, vel Mediocris. Septimum genus, ſecundùm quietis tempus conſideratur, & hoc tres oſtendit differentias, Crebrum, ſeù denſum, cui breue tempus quietis eſt ob ipſius caliditatem; Rarum, cui longum ob ipſius frigiditatem; Medium, cui mediocre. Octauum genus ſecundùm Rhythmum eſt. Eſt autem rhythmus temporis ad tempus proportio, & huius duæ ſeſe oſtendunt differentiæ. Equidem Eurithmus,& Arithmus, conſonus ſcilicet, & concinnus; diſſonus, & inconcinnus. Arithonos etiam ſunt tres differentiæ, Pararhythmus, qui mediocrem conſonantiæ,& concinnitati habet vicinitatẽ; Hetherirhythmus, qui magnâ ex parte à concinnitate digreditur; Ecrhythmus, qui longiſſimè à pulſus ſcopo aberrat, omnemq. concinnitatem peruertit. Nonum genus eſt, quod ſecundùm æqualitatem, & inæqualitatem deprehenditur. Et ſecundum Aequalitatem quidem, cùm magnitudo, vehementia, & crebritas omninò pares exiſtunt, quæ temperiem caloris optimam portendit; Secundum Inæqualitatem verò, cùm alius pulſus magnitudine eſt inæqualis, vel celeritate, vel vehementiâ,& crebritate, in quo genere pulſus Deficiens inuenitur, in quo nõ ad duas modò, ſed ad tres, vel plures percuſſiones immobilis arteria permanet, & extremam virtutis declarat ruinam; Intercidens, qui in medio expectatæ quietis, percuſſio quædam, veluti in vniuerſum ſuperflua intercidit; Caprizans, qui aliquantulum interciſus videtur, deinceps multò velocior apparet; Fluctuoſus in quo arteria non tota eodem tempore attollitur; ſed alia quidem eius pars prima, alia autem ſecunda, alia item tertia, atque quarta motu continuo permanente inſtar fluctuum, vndarumq. ſeſe eleuat. Quod ſi cùm Diaſtoles paruitate accidat, ac perreptantis arteriam, vermis ſpecies repræſentetur, tunc Vermicularis nuncupatur; & hic, ſi extremam debilitatem, frequentiam, & paruitatem incidat, tunc Formícans nominatur. Huic pulſus Hecticus adhæret, qui nullam magnam mutationem ſubire, ſed ſemper ſui ſimilis manere conſueuit. Pulſus Conuulſiuus eſt, qui vtrinque ex finibus extremitatum protractus, & protenſus, conuulſusq. ità videtur, vt inſtar funis alicuius extenſi ſenſum præbeat, cùm ſcilicet neruis aliquis ex inflammatione extenditur.

Digitized by Google

tur. Ramoſus autem, vel Turbulentus eſt in quo inſignis quædam eleuatio apparet, & arteriæ partes partim ſurſum, partim deorſum ſecundùm vnum, idemq. tempus feruntur, & magnam Diaſtolen expoſcit, vt vitalis vigor functione ſuá defungi poſſit. Pulſus Secans, eſt, cùm arteria quodammodò laxata, & tactui molliuſcula apparet, quæ inflammationis neruoſarum partium nota eſt. Decimum denique Pulſuum genus ex inæqualitate ordinis, & inordinationis naſcitur. Atque hinc Inordinatus pulſus eſt, in quo nullus ſeruatur incolumis circuitus. Vltimò Recurrens pulſus eſt quidem virtutis imbecillis nota: ſed tamen talis, quæ malo repugnare, ac reſiſtere poteſt.

Pondera medica. Verùm hæc omnia Medici exactiſſimè callere debent, vt cognitâ, perſpectâq. infirmitate, eiuſq. ex Vrinis, ac Pulſibus morbi naturâ, & qualitate, opportuna Infirmis pharmaca adhibere quamprimùm valeant. Sed antequàm ea delineemus, operæpretium iudicamus Ponderum notas, quibus Pharmacopolæ quotidiè vtuntur, deſcribere. Minimum igitur Pharmacopolæ Pondus, eſt Granum hordei; quorum XX. Scrupulum efficiunt; Scrupuli tres, Drachmam; Drachmæ octo, Vnciam; Vnciæ XII. Libram Medicam conſtituunt. Pondus verò eſt quarta libræ pars.

Medicamina. Nunc verò Medicamenta Compoſita, vel extrà, vel intrà corpus aſſumuntur, & quæ intus accipiuntur, ſunt ſequentia. Electuarium, quod eſt liquidum ex ſaccharo, aut melle, & ſpecierum conflatum medicamentum. Confectio, eſt diuerſarum rerum ſimul contuſarum facta actio, quorum alia ab orbe, Rotula; alia à longitudine Morſuli dicuntur. Somnifera, ſunt medicamenta ſomnum excitantia. Mixtura, eſt vbi Electuaria, Confectionis, & Conſeruæ additis ſpeciebus, cùm aliquo liquore commiſcentur. Trageæ ex Electuariorũ confortantium, aliarumq. rerum pulueribus, atque ſaccharo conficiuntur. Bolus fit, vel ex Electuarijs purgantibus adiectis conſeruis, ſimplicium floribus, & Saccharo; vel ex confectionibus additis ſimplicium medicamentorũ ſpeciebus cùm Serapio, aut alio liquore ad Coli formam redactis. Conſeruæ, & Condita fiunt liquida, & cùm Serapijs commiſcentur. Loch eſt medicamen, quod in ore detentum paulatim liqueſcit. Iuleb, eſt ex aquà, & Saccharo confectio. Rob, eſt ſuccus, Solis, & ignis calore denſatus. Serapiũ, aut parum aquei in ſe habet, aut multum. Decocta ex Radicibus, Fructibus, Herbis, Seminibus, & Floribus fiunt. Infuſio eſt medicamen rei conciſæ, tritæ, & in puluerem redactæ, & in aquâ, vino, aceto, aut alio liquore citrà decoctionem immerſæ, & certo aliquo tempore maceratæ. Trochiſcus eſt rotunda, & plana confectio ad rotæ ſimilitudinem formata.

Digitized by Google

formicta. Pilulę ſunt quaſi paruę medicamenti alicuius pilæ, formanturq. cùm aquis, & Sirupis. Sieff eſt confectio inſtar pyramidis ſolida. Collyrium verò eſt medicamentum liquidum, cùm ſcilicet Sieff in aquâ, ſucco, aut alio liquore diſſoluitur. Glans fit ex radice Bliti melle perunctâ, ficu inuersâ, Sale conſpersâ. Clyſteria fiunt ex iuſculis: Gargariſmus ex aquis diſtillatis, vel decocto aliquo. Dentrifricia fiunt ad abſtergendos, dealbandos, & confirmandos dentes. Sternutamenta fiunt ex puluéribus quorũdam medicamentorũ ſimplicium naribus admotis, aut attractis. Apophlegmatiſmus, eſt medicamen, quod in ore retentum, & demorſum, pituitam, reliquoſq. noxios humores à capite deorſum trahit, purgatq. Purgatio capitis fit liquoribus, ſucciſq. qui reclinato capite, naribus inſtillantur. Sed de his ſatis, quæ intùs aſſumuntur; nunc, quæ extrà applicantur pharmaca, enarremus.

Ac principiò nobis corpora Vnguentis delibuta occurrũt. Vnguentum vero fit Oleo, Exungiâ, Butyro, Speciebus; Cerâ, vel Gummi. Linimentum ex ijſdem ferè rebus, cerâ exceptâ, paratur. Emplaſtra ex herbis, floribus, radicibus, pulueribuſq. craſſioribus cùm liquoribus ſimul mixtis, vel decoctis conficiuntur. Cataplaſma ex herbis viridibus contuſis, vel ſiccioribus ad mollitiem redactis formatur; Cerotum ex oleis, cerâ, vel Reſinâ, & Speciebus præparatur. Dropax eſt vnguenti genus ad corporis partes depilandas accommodatum. Sinapiſmus fit ex oleo Coſtini, ex Caſtoreo, aceto, & Sinapi pulueribus, hocq. parti applicato cutem exulcerat, & cruento colore ſuffundit. Epithema, eſt ex ſuccis, vel aquis diſtillatis, & diuerſarum ſpecierum pulueribus confectio. Embrocha eſt ſublime ad membrum infirmum ſtillicidium. Fomentum eſt quaſi Embrocha quod ſuâ caliditate, & humiditate membrum, cui applicatur fouet, fitq; herbarũ aquarumq; copiâ. Sacculus, ex radicibus, herbis, ſeminibus, floribus, & alijs quibuſdã formatur. Eneathiſma demùm, eſt decoctum ex herbis, radicibus, alijſq. rebus quibus ægrotus inſidere debet. *Vnguenta.*

Reliqua, quæ de Morbis, Vrinis, Pulſibus, & alijs ſcribi poſſunt, *Apoſtrophe* conſultò, nè modum nobis præfixum excedamus, tranſcurrimus, Deum interim humillimè deprecando, vt quemadmodum primi mortalium, noſtrâq. propriâ culpâ facti ſumus tàm multiplicibus ærumnarum malis obnoxij, & in hac vitâ, mundoq. Viatores, poſt hanc vitam, mundumq. clementer nobis adſpirando, dignetur nos facere Comprehenſores.

MEM-

MEMBRVM
DECIMVM QVINTVM,
De Militia.

Sequentis membri propoſitio.

QVIBVS virtutum ſplendoribus Princeps fulgere,
quâ ratione Metropolim ſuam inſtituere, quibus
modis Principatum ſuum florentem reddere, qui-
bus moribus, inſtitutis, legibus, eumdem tempera-
re debeat, inferiori Membro ſatisfacere propoſui
mus, modò, cùm ad ipſius, tùm reliquorũ tutamen,
de Militiâ paucula differemus. Siquidem Militari
prudentiâ ſublatâ, aut non probè intellectâ, quid aliud eſt, niſi Solem
Militiæ neceſſitas. ipſum è mundo auferre, & ſolidiſſimam Principatus columnam tol-
lere, vt vacillando tandem aliquandò corruat, omneſq. liberales artes
ſecum in exitium deducat? Nam, cum bello aliquo ciuitas occupatur,
ingenuas diſciplinas latere, quaſi metu perculſas, & inter tubarum
clangorem, tympanorumq. ſtrepitum illas ſilere, nullumq. ſui vſum
Militiæ effectus. præbere, neceſſe eſt. Et cum hoſtium copiæ etiam longè abſunt, nul-
laq. irruptio adhuc facta eſt, paſcua tamen deſeruntur, agricultura re-
linquitur, mercatorum negotia conquieſcunt, & omnia formido ſola
occupat. Florens enim Principatus, ac opimus exterorum inuidiam
acuere, ac ad ſe inuadendum tacitè hoſtium animos excitare ſolet,
qui niſi valdè naturâ, & arte munitus, & diſciplinâ Militari optimè
inſtructus, ac armatus fuerit, facilè eſt, vt hoſtium pateat incurſibus,
ab ijſdemq. miſerrimè diripiatur, & ſubuertatur. Miramur certè
quoſdam ità fuiſſe temerarios, vt nec ſe, nec ſuos ciues voluerint arci-
bus, ac propugnaculis tueri, ſed hoſtium dumtaxat furori peruios re-
Propugnaculorũ neceſſitas. linquere. Certum enim eſt, vrbes mœnibus nudatas, hoſtium direptio-
nibus; ciuium vitas, latrocinijs; vxorum honorem, libidini ſemper pa-
tuiſſe. Hinc Romani optimi Militaris diſciplinæ duces, non modò
vrbes, ſed etiã exercitus ipſorũ vallo, ac foſſã muniebant, nec ſinè Ca
ſtris munitis pręlia gerebãt. Vndè Paulus Aemilius apud Liuiũ li. 35.
Liuius. ità ad ſuos milites diſſeruit. Maiores noſtri, inquit, caſtra munita, por-
tum

Digitized by Google

tum ad omnes caſus exercitus ducebant eſſe, vndè ad pugnam exirent, quò iactati pugnæ receptum haberent; & qui caſtris exutus erat, etiamſi pugnando aciem viciſſet, pro victo habebatur. Quæ enim oppida firmis propugnaculis obuallata non ſunt, illicò improborum ciuium coniurationes, ac ſeditioſorum cœtus exſurgunt, & bellis ciuilibus nos implicant. Quod, nè fieret, etiam Romani non modò vtile, ſed neceſſarium quoque duxerunt bellum externum contra Ciuilia bella eſſe ſalutare. Vndè Cato Cenſorinus dicere ſolebat ab nullo genere non ſummum periculum eſſe, ſi cœtus, & conſilia, & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Et Hannibal quoque affirmabat, quòd nulla magna ciuitas diù quieſcere poteſt, ſi foris hoſtem non habet, domi inuenit, vt præualida corpora quæ ab externis cauſis tuta videntur, ſed ſuis ipſá viribus onerantur. Nullum igitur remedium maius eſſe poteſt, quàm eiuſmodi homines, qui propter deſidiam in otio viuunt, & in ſuâ turpi inertiá voluptatibus diffluunt, è ciuitate ad bellum emittere, & veluti prauis, corruptiſq. humoribus plenum corpus euacuare. Si verò fuerint refractarij, Manlij Capitolini Conſilium ſequi oportebit. Oſtendite, ait, modò bellum, pacem habebitis, videāt vos armatos ad vim, ipſi ius remittent. Meritò igitur D. Auguſtinus ex Ciuitatum Diuturnitate prudens regimen collegit. Nullum illuſtrius, inquit, eſt argumentum rectè, & ſapienter patriæ adminiſtrandæ, quàm ipſa Diuturnitas, & firmitudo principatus infrà hanc Lunam ſe, ſuaq. omnia mutantem, ſub quâ nihil eſt ſtabile, perpetuum, ſed nec quidem diuturnum. Verùm, vt ad rem propoſitam reuertamur, cùm Arx, vt affirmat Varro lib. 4. de linguá Latinâ, ab arcendo dicta ſit, prudentis erit Principis Arces munitiſſimas, fortiſſimaſq. ad hoſtes arcendos, propulſandoſq. commodis locis, ac ſitu ædificare, atque in ijs Armamentaria pro omni armorum genere, tormentis, machinis, omniq. apparatu bellico ampliſſima, tàm pro Terreſtri, quā Nauali exercitu conſeruandis, extruere, ac in hoc etiam veteres Romanos imitari, teſte Tullio pro C. Rabirio, qui ſolebant ex ædificijs, Armamentarijſq. publicis arma populo Romano per Conſulem diſtribuere.

Aperti oppidi incommoda

Bellum externum vtile contra bella ciuilia.

Inertes è Ciuitate eijciendi.

Vis oſtendēda.

Prudens regimen vnde cognoſcatur.

Varro.

Arces extruende.

Armamentaria ædificanda.

Tullius.

Platonis lex

Atque hinc dicebat Plato lib. 12. de Legibus, ſi quis Conſilio ſuo abſque auctoritate communi pacem iniuit, aut bellum mouit, vltimo ſupplicio condemnetur. Iſta enim propria eſt Principis auctoritas, & poteſtas, cui contrauenirì prǫter Maieſtatis læſæ crimen, nullo modo poteſt. Ex quo per conſequens concludimus nemini ex priuatá voluntate, licere ad hoſtes ſiuè Religionis, ſiuè Patriæ quoſcumque cuiuſcumque generis arma, aut facta, aut infecta transferre, niſi proditionis notam velit ſubire, vt l. 2. C. quæ res export. neque. affirmauit.

Prohibitio.

Deple.

At

Inuētor bombardæ. *Herburtus.*

At heu iam non modò priuati homines abſque Principum conſenſu pacem ineunt, aut bellum mouent, ſed etiam Bombardas hoſtibus deferunt. Quod ſubtilitatis, & operis admirandi inuentum anno MCCCLXXX. à Bertholdo Schuuart, vt ſcribit Herburtus libro 12. Polon. cap. 6. in lucem prodijt.

Principum facinus. *Bellū debet eſſe iuſtum.* *Cauſa iuſti belli.*

Porrò, Principes, vt magis ſua ſtabiliant, vt leges iniquas euellant, vt populum reluctantem comprimant, vt ipſius priuilegia, quæ contra iura Maieſtatis pugnare videntur, obliterent, indicto bello, hæc omnia temperare, & pro prudentum arbitrio quaſdam nouas condere leges, vel veteres Prouinciæ partim auferre ſolent, partim etiam in ſuo robore ſubſiſtere patiuntur. Princeps autem antequàm alteri Principi bellum indicat, & inferat, clariſſimè an iuſtum, vel iniuſtum ſit, cognoſcere debet: cùm ex iuſtâ, vel iniuſtâ cauſa, aut Victoria ſæpè, aut Principatus Ruina ſequatur. Itaque bellum iuſtum illud eſt, quod ex iniuriâ illatâ proficiſcitur, vt illam iuſtè, bello aut vindicemus, aut arceamus, ſitq. bellum tunc quidam Iuſtitiæ Vindicatiuæ actus, qui in propulſanda iniuriâ, tamquàm in proprio obiecto verſatur. Iniuriæ porrò multiplices exſtant, ob quas iuſtum bellum inferre poſſumus, vt Alphonſus à Caſtro libro 2. de lege Pœnali, capit. 14. & Didacus Couaruuias Relectione in capit. peccatum. de regul. iur. parte 2. §. 9. annotárunt. Cùm enim innoxius tranſitus alteri prohibetur, qui iure gentium, & humanæ ſocietatis debetur; cùm noſtra iniuſtè ablata, & ab hoſtibus detenta, bello recuperamus; cùm contrà hoſtes patriam inuadere cupientes, inſurgimus; cùm aduerſus eos, qui inimicis ſuppetias, & arma deferunt, bellum mouemus; cùm Principi contumeliam inflictam vlciſcimur; cùm rebelles, eorumq. fautores deprimimus; cùm vindictam de eis ſumimus; qui improbos tuentur, nè promeritis ſupplicijs afficiantur; cùm denique pacta, & fœdera violantur, poſſumus bello hæc illorum facinora corrigere.

Alphonſus à Caſtro. *Couaruuias.* *Iniuria multiplex.*

Ius dubium.

Quòd ſi partium ius dubium eſt, tunc alter alterum debellare nequit, ſed prudentum iudicio ſtandum eſt.

Infideles nō debent bello moleſtari. *Conditiones iuſti belli.* *Auguſtinus.* *Aquinas.* *Alenſis.* *Gandauēſis.* *Gabriel.* *Alphonſus à Caſtro.* *Victoria.*

Bello autem non poſſunt impeti à noſtrâ Religione alieni Infideles ob illorum infidelitatem, vel ſcelera, etiam contrà naturæ leges commiſſa, cum illi extrà Eccleſiæ gremium poſiti ſint, niſi iniuriâ noſtros laceſſiuerint. Conditiones autem Iuſti belli, ſunt legitima auctoritas; Principis indicentis Iuſta cauſa, & Intentio recta. Quibus, ſi bellum caruerit, iniuſtum eſſe neceſſe eſt, vt præclarè D. Auguſtinus libro 22. contra Fauſtum, cap. 74. D. Thomas 2. 2. q. 40. artic. 1. Alexander Alenſis parte 3. q. 76. memb. 3. Henricus Gandauenſis Quodlibeto 15. q. 16. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 4. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de Iuſtâ Hæreticorum punitione, c. 14. Franciſcus Victoria in Relectione de iure belli, & Canoniſtæ 29. q. 1. 2.

23. q. 1. 2. & 3. docuerunt. Fines autem iuſti belli, tres præcipuè numerantur, Iuſta rei ablatæ recuperatio; Iniuriæ iuxtà culpæ proportionem vindicatio; Pacis ineundæ, & ſtabiliendæ proba intentio. Etenim, quicumque has iuſti belli conditiones, fineſq; ob oculos habuerit, bellum legitimè gerere, illiq; intereſſe poterit.

Fines belli.

Ex quibus inferimus non ſolùm Principes, ſed etiam Epiſcopos, qui temporali dominio ſplendeſcunt, bellum indicere poſſe. Hoc nobis Silueſter, verbo, bellum 3. quæſt. 1. Innocentius in c. quod in dubijs, de pœn. affirmant; vbi quoque aſſerit Epiſcopum non fieri Irregularem, ſi in bello per ipſum indictò homicidia committantur, niſi ipſe ea perpetrauerit, vt Baldus in Marg. verſ. Epiſcopus, quæſt. 5. de occidendis, & glo. 23. q. 3. di. c. Maximianus, oſtendit. Si verò hi ex Summi Pontificis licẽtiâ bello intererint, hoſteſq; mactauerint, nullam Irregularitatem incurrent. Siquidem vnuſquiſque ex naturæ legibus tenetur ſua, ac Patriam in maximâ neceſſitate conſtitutam tueri, & hæc facta Eccleſiaſticis prohibitio, à iure dumtaxat Poſitiuo enaſcitur. Quamobrem non ſatis mirari poſſumus quoſdam Theologos affirmaſse, Eccleſiaſticis de iure Naturæ bellum gerere illicitum eſſe; cùm à Naturâ nulla talis lex profecta eſt, & ſi talis exſtaret, nec à Chriſto Domino, nec ab eius in terris Vicario ſuper eâ diſpenſari potuiſſe, & tamen contrarium accidiſſe, compertum eſt.

Epiſcopi poſſunt bellum gerere.
Silueſter, Innocẽtius, Epiſcopi nõ Irregulares Baldus.
Vnuſquiſq; tenetur ſuos tueri.
Theologi quidam refelluntur.

Ceterùm Principes, qui publicis, ac neceſſarijs de cauſis, vt diximus, iuſta bella ſuſceperunt, Cælites illis auxilio diuinitùs ſæpiſſimè fuerunt. Narrat Euſebius Cæſarienſis Conſtantinum Magnum Epiſcopatus Petinenſis fundatorem munificentiſſimum, cùm aduerſus Maxẽtium acie inſtructa pergeret, in aëre Crucem vidiſſe, in quâ erat inſcriptum, In hoc ſigno vinces, ipſumq; illicò Imperatorium Labarum in Crucis modum conformaſſe, eoq; vexillo numquàm non victorem exſtitiſſe. Refert Theodoretus lib. 5. capite 24. Theodoſium Cæſarem, cùm contrà Eugenium propè Aquileiam pugnaret, neque ſatis ſuis viribus fideret, totam noctem in precibus tranſegiſſe, & ſub cantum galli ſomno correptum, duos viros candido amictu veſtitos, equis albis inſidentes vidiſſe, qui eum bono animo eſſe, timoremq; deponere iuſſerunt, & ſe ipſi Anteſignanos fore polliciti ſunt, alterumq; Ioannem Euangeliſtam, alterum Philippum Apoſtolum eſſe. Primâ igitur luce prœlium committitur, ſigniſq; collatis, ventus illicò ità vehemens excitatus eſt, vt tela, & iacula ab ipſis contorta, in eoſdem retorſerit, inſignemq; victoriam Theodoſio pepererit. Scribit quoque Theodoretus, quòd, cùm Roilas Scytharum dux aduerſus Theodoſium iu-

Cælitum auxilia.
Euſebius.
Conſtantinus fundator Epiſcopatus Pitinenſis.
Crux aerea.
Miraculũ.
Theodoretus.
Ioannes Euangeliſta, Philippus Apoſtolus.
Miraculũ.

niorem cùm maximo exercitu pergeret, & iam Conſtantinopolim appropinquaret, Deum immiſſis fulminibus, ac facibus è cælo, cunctas eius copias Chriſtiano, pioq; Imperatori inimicas, diſſipaſſe. *Miraculũ.* At, cùm eiuſdem Theodoſij dux Ardaburius contra Perſas pugnaret, Angeli quidam nonnullis è Bythiniá Conſtantinopolim pergentibus apparuêre, & ſe à Deo miſſos, vt Romanis opem ferrent, affirmabant, accidítq;, vt commiſſo prœlio, Saraceni, quorum viribus Perſæ imprimis fidebant, timore ſint eiuſmodi correpti, vt ſe vndique à Romanis concludi videre viderentur, & in fugam *Miraculũ.* coniecti, in Euphratem ſe præcipites dedêre, ibique Centum millia virorum periêre. *Luitprãdus.* Prodidit Luitprandus lib. 2. cap. 14. anno 915. Ioannem X. exercitum in Apuliam contra Saracenos miſiſſe, ibiq; Apoſtolos Petrum, & Paulum à cunctis in aëre conſpectos *Miraculũ.* fuiſſe, victoriamq; noſtris maximam peperiſſe. Ex his profectò palàm fit omnibus licita eſſe Chriſtianis Principibus bella, eiſq;, dum iuſta exiſtunt, à Deo ſuppetias mitti ſolere, vt noſtri victoriam naciſcantur; cùm abſque diuino ipſius auxilio, & præſidio incaſſum omnia moliamur.

Precationes inſtituendæ. Quare ſeruandum omninò eſt, vt bello iuſtè indicto, extemplò per dies aliquot preces, & publicæ ſupplicationes, cùm ad Dei iram placandam, tùm etiam ad ipſius auxilium implorandum humili voce, cordiſq; candido affectu, poſt elotas peccatorum ſordes, poſtq; acceptum ſacratiſſimum Viaticum, ſuſcipiantur, vt Deus benignè è cælorum altiſſimo domicilio deſpiciens, progreſſum, & regreſſum Principis, & exercitus ſui fortunare dignetur. Verùm, quod reliquum eſt, antequàm proſequamur, quædam pio Principi ſcitu digna, & pro diſciplinâ Militari neceſſaria, quæ tamquàm ſtellulę hanc prudentiam irradiabunt, edicere oportet.

Bellum nũquam gerendum contra Sedem Apoſtolicam. Equidem in primis illud nobis occurrit Principis pij, ac prudentis eſſe, bellum nunquàm contrà Sedem Apoſtolicam, Chriſtiq; Domini Patrimonium ſuſcipere. Tale enim nequaquàm iuſtum eſſe poteſt, & qui contrà Pontificem bella geſſerunt, ij maxima ſemper ſunt damna perpeſſi. *Bellum contra potentiores nõ eſt ſumendum.* Pari ratione ſapientis Principis eſt contrà potentiores ſe, nec bellum inire, nec ſi fieri poteſt permittere ſe à pluribus eodem tempore bello aggredi; atque tutiùs eſſe iniurias perpeſſas conniuere, & delicta, quæ modò corrigi non poſſunt, in aliud tempus transferre. Philippus certè Macedonum Rex initio ſui Imperij à pluribus hoſtibus fuit adortus; cùm potentioribus rem non ſinè eius detrimento compoſuit; cùm infirmioribus autem bella ità geſſit, vt ſuis præliandi animus excreſceret, & inimicos perterreſaceret. *Prudentis non eſt ſe fortunæ dare. Plato.* Nullo quoque pacto prudentis eſt, ſe fortunæ ar-

Digitized by Google

næ arbitrio, & caſui exponere; cùm, teſte Platone in Alcybiade, prudentem dicemus ſibi, & Reipublicæ conſulere potentem, ac validum. Menander dicere ſolebat quòd

Menander.

Famulatur omne quidquid eſt Prudentiæ.

Prudentiæ omnia ſubſunt.

Hinc Tacitus de Tiberio Cæſare ſcriptum reliquit immotum adversùs eos ſermones, fixumq; Tiberio fuiſſe non amittere caput rerum, neque ſe in caſum dare. Si verò res prudenter diſpoſitæ fuerint, omnibuſq; numeris abſolutæ, tunc procraſtinandum non eſt; cùm ſemper differre nocuerit paratis; quia hoſtes arcana noſtra penetrant magis, & ad offenſionem pariter, ac defenſionem ſe muniunt, vireſq; validiores colligunt, & inſidias vbique tendunt, ſtruuntq;. Ac, vt differre bellum, nocere; ità etiam illud cùm vicinis perennare, non exiguum damnum adferre ſolet: quippè quòd prœliandi exercitatione, vicini hoſtes bellicoſi admodùm euadunt, nobiſq; ſæpiùs ſuperiores. Turcarum Principes diuturnum bellum nullum gerunt, ſed modò iſtum, modò illum impetunt, & prouinciâ, vel arce inſigni aliquâ ſubactâ, fœdera ineunt, vt alterum laceſſant, variaſq; pugnandi artes pro vario populorum Ingenio condiſcant. Vndè noſtri milites ſemper ferè inexpertes, nouiq;, & illorum ſtrenui, ac veterani exiſtunt. Quòd ſi cùm vicinis bellum neutiquàm continuandum eſt, multò minùs certè cùm ſubditis, nè excuſſo omnis fidelitatis iugo, & lacerato reuerentiæ ergà Principem velo, omnia infidelitatis machinamenta ſuſq;, deq; moueant, & bellicoſi euadant. At veriſſimum nihilominùs eſt Principem numquam paci, aut fœderi ità fidem habere debere, vt arma deponat, hoſtibuſq; nimiùm credat, tribuatq;. Etenim nimis verè Manilius lib. 2. Aſtronomicorum cantauit.

Rebus paratis non eſt procraſtinandum.
Dilatio nociua.
Bellum contra vicinos non ineundum.
Turcarum calliditas.
Bellum contra ſubditos raro faciendum.
Hoſti fidere dedecet.
Manilius.

Perq; tot ætates hominum, tot tempora, & annos,
Tot bella, & varios etiam ſub pace labores,
Cùm fortuna fidem quærat, vix inuenit vſquàm.
At quanta eſt ſcelerum moles per ſæcula cuncta?
Quantum onus inuidiæ non excuſabile terris?
Venales ad fata patres, matrumq; ſepulchra
Impoſuit: Phœbus noctem, terraſq; reliquit.
Quid loquar euerſas vrbes, & prodita templa,
Et varias pacis clades, & mixta venena,
Inſidiaſq; fori, cædes in mœnibus ipſis,
Et ſub amicitiæ graſſantem nomine turbam?
Et fas, atque nefas mixtum, legeq; per ipſas
Sæuit nequities, pœnas iam noxia vincit,

X 2 *Sci.*

Scilicet in multis, quoniam diſcordia vincit.
Corpora naſcuntur pars, & ſublata per orbem,
Et fidei rarum fœdus, Paciſq; Tributum.

Celeritas optima, ac rei ſumma. Neque verò contrarium credat Princeps, quàm in expeditionibus celeritatem eſſe totius negotij ſummam, eamq; longiſſimè vires ipſas exercituum ſuperare ſolere. Nam Iulius Cæſar ſemper celeritate vtebatur, hoſteſq; ex improuiſo adoriebatur, vt ſæpiùs illos fregerit, & rariſſimè militem conſcribendi tempus conceſſerit, totamq; Italiam L X. dierum ſpatio occupauerit.

Occaſio non relinquẽda. Opportunitas quid ſit. Momentũ tẽporis maximi momenti. Auſonius. Quamobrem Princeps diligentiſſimè in id incumbat, vt expeditionum occaſiones opportunè amplectatur, quæ opportunitas, eſt quædam temporis periodus, & circumſtantiarum concurſus, quo tranſacto, vel non debito tempore apprehenſo, negotium difficillimè noſtrum euadit. Sapienter Liuius dicebat puncto ſæpè temporis maximarum rerum momenta verti. Appoſitè Auſonius Occaſionem deſcripſit.

Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados eius;
Quique Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea, quæ rara, & paucis Occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum Mercurius, quæ
Fortunare ſoleo tardè ego, cùm uolui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo: ſed heus tu
Occipiti caluo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ ſis.
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas,
Nempè, ut pœniteat ſic Metanoea uocor.
Tu modò dic, quid agat tecum? Si quando volaui,
Hæc manet, hanc retinent, quos ego præterij.
Tu quoque dùm rogitas, dùm percunctando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Polybius. Vegetius. Liuius. Occaſionis emolumentum. Lucanus. Prudenter Polybius lib. 9. Valet verò in omnibus, ait, humanis rebus, & pollet Occaſio, ſed maximè in bellicis. Quamobrem dixit Vegetius lib. 3. cap. 26. quòd Occaſio in bello ſoleat ampliùs iuuare, quàm virtus. Itaque dixit Liuius lib. 22. vnumquemque intentum eſſe, vt neque Occaſioni deſit, neque ſuam hoſti det. Scitè de Iulio Cæſare Lucanus lib. 1. Pharſaliæ cecinit.

Dùm

Dum trepidant nullo firmata robore partes,
Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis.

Ecquis ignorat Occaſionem eſſe auro, gemmiſq; pretioſiorem,& abſque illâ nullas res ſecundas, proſperaſq; nobis euenire poſſe? Princeps igitur Occaſionem nullam intermittat,& prætereat, ſi ſe, ſuaq; felicitare exoptat. *Occaſio auro pretioſior.*

Sed illud nunc videndum eſt,quinam Principatus, Magninè, Medij, vel Infimi ſint diuturniores futuri. Etenim Magnos magis durabiles arbitramur,ſiuè quia ſunt ceteris potentiores,ac validiores, & non tam facilè aliorum iniurijs,vi,& libidini expoſiti,vt alij,qui frontem corrugare, & ſupercilia oſtendere nō queunt inimicis ob eorum imbecillitatem, exiguum ærarium, & paruas militum, ciuiumq; copias, ac manipulos; ſiuè quia ampli Principatus contrà quoſcumque conglobatos hoſtes ob legionum multitudinem,prudentum virorum conſilia, commeatuum ingentes aceruos, armorum maximas phalanges, & pecuniarum ampliſſimos cumulos honorificè ſe tueri poſſunt. Neque verò tamen cenſendum eſt Principatum, ob ipſius amplitudinem,& diuitias ità proprijs viribus fidere debere,vt externos, ſubditoſq; ſpernat, & ex hoc rerum omnium neglectum, ex hoc otium, ex otio libidinem, ex hac luxum, ex luxu ſuperbiam, auaritiam,& reliqua vitia, generis humani peſtes, & Imperij labes exoriri patiatur, & tandem, niſi hæc ad vltimas terrarum oras demandauerit,ipſe in excidium abeat. *Qui principatus magis diuturni.* *Nullus ſpernendus.*

Porrò, vt Principatum grandem, diuturniorem fore exiſtimamus;ità quoque, ac magis, ſi inter ſeipſum vnitus exiſtet. Nam illa regna quæ à ſe inuicem diſſita ſunt, ea debiliora apparent, nec commodè ſuccurrere ſibi mutuò poſſunt,vel ob ampliſſima terrarũ ſpacia inter vtrũque interiecta, vel ob alios Principatus aut hoſtiles,aut ſuſpectos in medio conſtitutos; quæ res facit,vt potiùs vnita, quàm diſtracta imperia eligamus. Accedit ad hoc, quod qui magnum, vnitumq; regnum inuadere cupit, is numquàm intentionis ſuæ metam aſſequitur.Quoniam ad illud obſidendum,opus eſt ampliſſimâ annonæ, & pecuniarum copiâ, & pluribus circùm circà exercitibus hinc indè diſpoſitis onerari. Ad hoc verò pręſtandum vnus Princeps ſufficiens non erit,& plures raro poſſunt ſimul vniri,& compingi. Vndè eueniet, ut hoſtes eodem tempore omnes eius partes nequeant obſidere,& ſic facili negotio, aliæ Principatus partes, quæ hoſtili impetu uacabunt, poterunt obſeſſis ſuccurrere, illiſq; auxilio præſtò eſſe. Quòd ſi Principatus ipſe membratim diuiſus erit, longiſq; interuallis ſepoſitus, antequàm auxilia eò peruenient, iam ab hoſtibus direptus, *Qui Principatus magis laudabiles.*

ptus,& occupatus erit: quamquàm imperium diſiunctum, & ubique penes mare ſitum,aliquantiſper commodiùs iuuari poſſet,ſi terrá copijs, mariq́; claſſibus non obſideretur. Hoc quoque commodi coniunctum regnum obtinet, & amplum, quòd in eo nullæ rebelliones vniuerſales exardeſcunt,& ſingulorum clientelę,affinitates,amicitię, & factiones vnius loci,aut prouinciæ,non vbique ſeſe diffundunt;atque ideò poſſe Principem vnâ fideli prouinciâ alteram contumacem corrigere. Et quamuis potentiſſimus Hiſpaniarum Rex Auſtriacus, qui infinita propemodùm, & ampliſſima regna poſſidet, habeat ea à ſe inuicem diſiunctiſſima: tamen quia vnumquodque illorum per ſe potens, ac validum eſt,milite, pecuniâ, & armis contrà quoſcumque ſe tueri, per conſequens dicendum eſt ea diſiuncta, coniuncta dici ferè poſſe, & eò magis, quò mari mediante omnibus illis breui tempore ſuppetiæ, etiam vſque ad Indos tranſmitti poſſunt.

Quæ maior potentia.

Quia verò de imperio tùm penes mare poſito, tùm in terris longè à mari collocato mentionem fecimus, non erit noſtræ methodo diſſonum, ſi quæ maior ſit potentia Terreſtris, vel Maritima, libraucrimus. Etenim plurimi in hanc opinionem iuêre, potentiam Naualem Terreſtri multò ſuperiorem eſſe. Sed hallucinantur illi, & à rationis, & experientiæ ſcopo quamplurimùm aberrant. Nam naturâ ità comparatum eſt, vt Terreſtribus viribus, Maritimæ ſummè ſemper indigeant; cùm tellus arma, commeatus, ligna, funes, militeſq́; illis ſubminiſtret, quibus omnibus mare vacuum eſt, raræq́; Inſulæ huiuſmodi reperiuntur, quæ à terrâ ſuppetias expoſcere non cogantur. Vndè apertè quibuſcumque conſtat, quod ij, qui ſolis Maritimis viribus freti erant, nunquam imperium dilatârunt, ſed vndarum dumtaxat littoribus coarctabantur. Narrat Paulus Paruta in ſuâ eleganti Politicâ Rempublicam Venetam nunquàm caput ex vndis extuliſſe, potentioremq́; factam eſſe, niſi cùm Franciſcus Foſcarus Dux omnes Reipublicæ vires in vicina Opida exercere conſuluerit, affirmans Rempublicam creſcere nullatenus poſſe ſolis viribus Maritimis nixam. Ex quo ſequitur, quòd Maritimæ vires ſint Terreſtribus multò inferiores, & Terreſtribus, qui pollent poſſint vtraſq́; capeſſere, & imperium maris etiam obtinere. Veteres Romani, qui Terreſtre dominium occupabant, X L. dierum ſpatio potentiſſimam claſſem in mare iecerunt, & maris iura Carthaginenſibus eripuerunt, Venetoſq́; funditus debellârunt. Quæ, etſi ita conſtituta ſint: nihilominùs tamen vires Maritimæ plurimi adiumenti Terreſtribus adferre ſolent. Quò enim ſpacioſius, & ſpecioſius imperium eſt, eò magis lentum, & ad motum tardum ſeſe oſtendit; nec ibi tàm facilè milites ſimul

Paulus Paruta.

con-

Digitized by Google

congregantur, nec commeatus aduehuntur, nec reliqua bello neceſſaria vnum in locum transferantur. Equi etiam in longo itinere, vel emoriuntur, vel ita defatigantur, vt vel claudi, vel enerues fiant, & ad prœlium inhabiles exiſtant. Milites hic ſilentio inuoluimus, qui ex itineris diuturni labore, aut è vita diſcedunt, aut morbis infeſtantur. Denique intolerabiles expenſæ pro rebus bello, & exercitui neceſſarijs exportandis, numerantur. Hoc igitur emolumentum nobis præſtat mare, vt multò commodiùs, & citiùs, non tamen tutiùs, ob uentorum, tempeſtatumq; procellas, itinere Maritimo, quàm Terreſtri, res propè immenſæ, ingentes exercitus, & impedimentorum agmina paruulis expenſis, & morâ vehi, ac reuehi poſſint. Huic accedit, quòd in remotiſſimis regionibus ex improuiſo hoſtes nil huiuſmodi ſuſpicantes ſæpiſſimè aggredi valeamus. Atque hinc Cæſar Germanicus mille naues onerarias mari commiſit, de quibus ſic Tacitus. Bellum maturiùs incipit, Legioneſq;, & Commeatus pariter vehi; integrum equitem, equoſq; per ora, & alueos fluminum mediâ in Germaniâ ferè. At de Terreſtri itinere idem Cornelius has incommoditates recenſet. Militem, ait, haud perindè vulneribus, quàm ſpatijs itinerum damno armorum affici. Feſſas Gallias miniſtrandis equis, longum impedimentorum agmen opportunum ad inſidias, defenſionibus iniquum. Reſtat ergò omnes neruos belli è terrâ proficiſci, militum delicias è mari exundare. At hæc ità viciſſim coniuncta, & conglobata ſunt, vt alterum alterius auxilio ſemper indigere videatur.

Nunc autem inſpiciamus, quænam in bello agmina Peditum, vel Equitum maioris momenti exiſtant. Equidem arbitramur illa eſſe maioris emolumenti, honoris, & commodi, quorum beneficio plura conſequimur. At Peditum agmina non modò in patentiſſimis campis; verùm etiam in vrbibus, ac arcibus, & nobis, & equitibus ipſis præſidio, & hoſtibus offenſioni eſſe ſolent. Illa enim in claſſibus, illa in vrbium oppugnationibus, illa in vinetis, illa in locis alpeſtribus, ac ſilueſtribus commodiſſima ſemper ſe exhibent. Veterum hiſtorias repetenti, occurret illicò eos, qui Equeſtribus copijs maximis abundabant, in ampliſſimis planiciebus victores extitiſſe, & immanes inimicorum ſtrages in illis edidiſſe, & meritò camporum principem poſſe Equeſtrem ordinem appellari. Si Equitatu audemus, ait Vegetius lib. 3. cap. 9. Campos debemus optare; ſi Peditatu, loca eligere anguſta, foſſis, paludibus, vel arboribus impedita. Si verò ad montes oculos quis conijciet, arces, & maria, ex templò videbit totum dominium, & laudem militarem, ſibi Peditum

Qui maioris momenti Milites.

Vegetius.

ditum agmen vbique vindicare. Siquidem nationes plurimæ, quæ ingentibus Equitum phalangis in campis pollebant, etſi in illis victoriam obtinuerint, hosteſq; cæciderint: nullam tamen arcem, ob Peditum abſentiam, niſi diuturnâ obſidione occupârunt. Tacitus affirmat Equeſtrium ſanè virium proprium eſſe, citò parare victoriam, citò cedere. Iudicamus ergò maioris ponderis Pedites eſſe, qui ad omnes militares actiones ſeſe diffundunt, quàm Equites.

Vegetius. Appoſitè Vegetius lib. 2. cap. 2. Ex quo intelligitur, inquit, magis neceſſarios Reipublicæ Pedites, qui poſſunt vbique prodeſſe. Et *Tacitus.* Tacitus de Moribus Germanorum dixit in Pedite omne robur exiſtere. *Vegetius.* Porrò idem Vegetius lib. 2. cap. 1. affirmat numerum Peditum ſumptu, & impenſâ minore nutriri.

Quid maioris virtutis ſit aquirere, aut conſeruare.

Ceterùm videamus an maioris virtutis ſit armis, & ferro aquirere, quàm aquiſita, conſilio, & prudentiâ conſeruare Imperia. Ariſtoteles certè in Policitis maiorem virtutem in conſeruandis, quàm in aquirendis principatibus elucere iudicauit. Ea eſt enim humanarum rerum viciſſitudo, vt quodam naturæ fato, inſtar Lunæ, cui ſubijciuntur, modò veluti quadam accretione luminis, nitidiùs fulgeant, modò ſplendoris diminutione obſcurentur, & quodammodò exſtinctæ interitum ſubire videantur, vſque adeò, vt hæc omnia fluxa, & per ſe labentia Regum Imperia, niſi ſingulari quadam, ac propè humanâ maiori virtute fulciantur, breui, aut temporis diuturnitate ſuâ mole fatiſcenti ſubſidere, aut humanæ ſortis varietate aliò migrare velle videantur. Addimus quòd Imperiorum aquiſitionem, militum induſtria, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, pecunia, claſſes, & commeatus plurimùm ſubſidij ferre, & maximam iſtorum partem ſuo quaſi iure fortuna ſibi vindicare videatur. Quod in eorumdem conſeruatione, quæ olim adipiſcuntur, nihil ex iſtâ laude rei benè gerendæ fortuna, nihil inſperata occaſio, nihil doli, & aſtus, nihil inimicorum incuria ſibi decerpſit, ſed totum quidquid eſt, illud virtuti Regnorum conſeruatrici tribuitur, quæ, cùm fortunæ temeritate non miſcetur. Et hoc veteres non obſcurè ſignificaſſe videntur, cùm Romani olim Fabium Maximum, Reipublicæ Scutum, & Marcellum, Gladium nominare conſueuerant; ac tanto præſtantiorem artem conſeruandi Rempublicam, quantò Fabius Marcello ſuperior eſſet, iudicârunt. Thebani etiam, vt oſtenderent multò nobilius eſſe conſeruare ſua, quàm rapere aliena, eos afficere ſupplicio conſueuêre, qui Scutum in prœlio, non qui Enſem amiſiſſent. Vndè Epaminondas, cùm haſta traiectus, ſanguine, & ſpiritu deficeret, circumſtantes ſe, an Scutum illæſum eſſet interrogauit;

Digitized by Google

rogauit; quòd poſtquàm ex animi ſententiâ ſeruatum eſſe, comperit, lætus occubuit. Apud Germanos certè Scutum reliquiſſe, præcipuũ flagitium, nec, aut ſacris intereſſe, aut Concilium inire tali ignominioſo fas erat. Et quamuis nationum omnium communis conſenſus, & conſpiratio, maximis laudum encomiis celebret eos, qui egregio quodam corporis, & animi robore ſepti nouos gentium ſinus, & regionum oras ſuis Imperijs ferro, & vi adiungere ſtuduerunt, quàm eos, qui à maioribus imperia parta, in pace, & otio nullis nouæ gloriæ inſignibus nobilitàrunt, quia iſtorum effectus magis conſpicui ſunt, & ſenſus mouent, maior quoque rumor, & fama excipit: tamen quia conſeruationis, paciſq. artes, à tumultibus, rebuſq. nouandis ſunt remotiores, maius quoque Ingenium iſtius, quã illius arguere videntur. Prudenter Florus aſſerit, quòd difficilius ſit prouincias obtinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinentur. Et Liuius, excellentibus, inquit, Ingenijs citiùs defuerit ars, quâ ciuem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent. Præclarè Heraclides parari ſingula acquirendo faciliùs potuiſſe, quàm vniuerſa teneri poſſe, docuit. Certè enim in turbas, & diſcordias, peſſimo cuique maxima uis; pax, & quies bonis artibus indigent. Quamobrem concludimus, Imperia vi, ac robore acquiri, & ſapientiâ conſeruari. Ac quantò ſapientia viribus, mens corpori præſtat, tantò Imperiorum conſeruandorum ratio, quàm acquirendorum màioris exiſtit virtutis.

Regnũ viribus paratur, iure retinetur.

Pax bonis artibus indiget.

Verùm, cum ſapientiâ conſeruantur Imperia, illaq. ex Studijs præcipuè eruatur, operæpretium eſt videre, an præſtet viro bellicoſo bonarum litterarum ſtudijs ſeſe occupare. Etenim videntur homines, qui ſtudijs ſedulò operam nauant, reliqua omnia flocci pendere, & in ea ſolùm incumbere. Teſtis huius rei eſt Archimedes ille, qui in ſuis delineandis figuris itá intentus erat, vt Romani priùs Syracuſas occupauerint, & ferro, ac flammis deripuerint, ipſumq. è vitâ ſuſtulerint, quàm ſciret vrbem in hoſtium poteſtatem deueniſſe. Præterea, ſolent ſtudia hominem melancholicum, & tetricum reddere, vitium viuacitati contrarium, quæ in viro militari requiritur. Epaminondas profectò, teſte Cornelio Nepote, & Aemilio Probo in eodem, diſſuadenti Meneclidi Thebanis bellum, & pacem, vt bello anteponerent, ſuadenti; fallis, inquit, ciues tuos, quod eos à bello auocas. Otij enim nomine ſeruitutem imponis. Nàm paratur pax bello, & qui eâ diutinâ volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare, ſi Principes Græciæ eſſe vultis, Caſtris eſt vobis vtendum, non Paleſtrâ. Et Cato dicere ſolebat, Romanos tunc Imperium amiſſuros, cùm litteris Græcis operam dare inciperent, inſtillauitq.

Quid maioris virtutis littera, an arma.

Cornelius Nepos.

Sena-

Digitized by Google

Senatui, vt ternos illos Græcos oratores quamprimùm Romano Imperio excedere permitteret, nè litterarum Græcarum deſiderio accenſi iuuenes, a Militiâ auocarentur. Gothi porrò, cum viderent ſuos nimiùm Græca ſtudia amplecti, omnes libros exuri iuſſerunt. Certiſſimum nihilominùs eſt litteras mirabiliter Ingenia hominum illuſtrare, & infinitis documentis imbuere, & ea oſtendere ſolere vnâ horâ, quæ viginti luſtris vix, nec diſcere, nec videre fas eſſet. Nàm litteræ, tamquàm in aperto theatro omnia vno propemodùm intuitu oſtendunt; ex præteritis ſucceſſibus erudiunt duces, vt hæc, aut amplectantur, aut effugiant; prudentiam acuunt, & ad gloriam vnumquemque inflammant. Et quamquam hæc ità ſe habeant: negamus tamen neceſſarium eſſe militi priuato magnam eruditionem, cùm illius non ſit conſulere, & præeſſe, ſed potiùs conſulta exequi, & ſubeſſe. Atque hinc dicebat Ottho Imperator ſuis militibus, vobis arma, & animus ſit, mihi conſilium, & virtutis veſtræ regimen relinquite: fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui antè diſcrimen quietiſſimus. Et Antonius I. Diuiſa, inquit, inter exercitum, duceſq. munera: militibus cupidinem pugnandi conuenire; duces prouidendo, conſultando, cunctatione ſæpiùs, quàm temeritate prodeſſe.

Militis officium.

Qui milites præferendi.

Illùd etiam quæri poteſt, num Exteri ſint Domeſticis militibus præferendi. Aliqui annuunt, prudentes reſpuunt. Nam tametſi Hannibal exercitum ex Mauris, Numidis, Hiſpanis, Gallis, Carthaginenſibus, Italis, Græcis conſcripſiſſet, clariſſimaſq. victorias adeptus eſſet, nec totos quindecim annos, quibus exercitui præfuit, ſeditio vlla militum exorta eſſet: tamen illud apprimè cauendum eſt, nè Princeps ſociorum copias maiores, quàm Domeſticas eſſe patiatur, nec tantam in alienâ ope ſpem collocet, vt ijs obſiſtere poſteà non poſſit; cùm vnicuique planum ſit penes eos ſummam imperij, ac rerum omnium eſſe, qui opibus, ac militum legionibus præponderant; & cùm voluntas acquirendi, & imperandi numquàm quibuſdam deſit, facilè credemus huiuſmodi homines aliena, ex oblatâ occaſione inuaſuros. Quòd ſi prouidendum eſt, nè Socialis exercitus Domeſticis copijs robuſtior ſit, quantò magis cauendum ab exercitu peregrinorum quibuſcum nulla nobis ſocietas, nullum fœdus, nullæ rationes, niſi mercede contractæ? Neque enim dubium eſt, quin ſuæ potiùs, & vtilitati, & ſaluti, quàm alienæ inſeruiant, & premente hoſtium metu, aut victoriæ laudem, prædamq. ſibi tribuant, aut certè fugæ latebras conquirant, & alienis ſtipendijs parent opes, quibus alienum imperium adipiſcantur. Teſtis ſit Caradinus pyratarum maximus, ab Algerenſibus

Copiæ externæ nō debēt eſſe domeſticis maiores.

Volūtas imperandi, & acquirendi paucis deſit.

ſibus accerſitus, vt eos ab Hiſpanorum imperio liberaret; partâ victoriâ, Selymum regem cùm reliquis occidit, & regnum Ariademo fratri dereliquit. Teſtis Saladinus Tartarus, quem Aegypti Princeps acciuerat, vt Chriſtianos ex Syriâ expelleret; venit ille longis itineribus, & pulſis Chriſtianis, imperium Aegypti occupauit. Teſtis denique Solymanus, qui contrà Ferdinandum Regem ab Hungariæ Reginâ vocatus, regnum illud in miſeram ſeruitutem redegit. Verè Lucanus lib. 10. belli Ciuilis cecinit. *Lucanus.*

Nulla fides, pietaſq. viris, qui caſtra ſequuntur.

Venaleſq. manus: ibi fas, vbi maxima merces. *Ibi fas, vbi merces.*

Aduenas enim videmus, vt Tacitus libro 3. Hiſtor. & 1. Annalium memorat, ſeditiosè agere, ſinè pudore flagitij, ſinè cura ducum abire, fugere; cum non fide, non affectu teneantur, fiantq. teſte Curtio libro 3. populatores terræ, quàm à populationibus vindicare debebant. At in Domeſtico milite hæc non ſunt ità timenda; cùm ille, aſſerente Q. Curtio libro 10. non fortitudinem magis, quàm fidem colat, & illius obſequium, & patientiâ imperij longè præſtantior, quam exteris. Aſſerit Seneca libro 1. de Clementiâ, quòd noſtras miles in primâ frontè concurret, & aduerſa vulneribus pectora feret, nè Imperatoris ſui ſigna vertantur. Igitur cùm Curtio libro 10. dicamus, tutiùs eſſe genitos nobis milites, quàm aſcitos aſſumere. Dicet verò aliquis cum Liuio libro 27. quòd ſi Princeps eos armauerit, non in fide, non in officio manſuros, & aduerſus ſummi Imperij maieſtatem auſuros. At hæc non ſunt omittenda, vt hoc à noſtratibus fieri credamus. Audiat is Scipionem Maiorem apud Valerium Maximum, qui ſciſcitanti quâ re fretus claſſem educere pararet in Africam, viros armatos ſeſe exercentes, & turrim excelſam mari imminentem oſtendit, dixitq. nullum eorum eſſe, qui non conſcensâ turri ſemet in mare præcipitaturus ſit, ſi iuſſerit. Nàm verum eſt, quod Seneca libro 1. de Clementiâ ſcriptum reliquit. Obijcient ſe, inquit, mucronibus inſidiantium, & ſe, ſuaq. iactabunt, quocumque deſiderauerit imperantis ſalus. Vndè veriſſima eſt illa Vegetij libro 1. capite 28. ſententia, vilius conſtare erudire armis ſuos, quàm alienos mercede conducere. Ergò concludimus eſſe Principi omninò neceſſarium ſuos in armis exercere, & plus Domeſticis, quàm Exteris fidendum, ac iſtorum vires, alterius eſſe; illorum proprias, illius exiſtere.

Tacitus. *Curt.* *Seneca.* *Curtius.* *Liuius.* *Dubium.* *Seneca.* *Vegetius.* *Viliu cōſtāt domeſtici, quā alieni.*

Digitized by Google

Valerius.
Quis auctor digladiationis.

exiſtere. Nonnè Romani ſuos in armis tractandis, & digladiationibus exercebant? Proditum eſt à Valerio Maximo libro 2. armorum tractandorum meditationem P. Rutilium Coſ. inueniſſe, & vitandi, atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingeneraſſe, virtutemq. arti, & artem rursùs virtuti miſcuiſſe, vt illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientiâ cautior fieret. Audiatur Liuius, cùm de excidio duorum Scipionum egit. Id quidem, ait, cauendum ſemper Romanis ducibus erit, exemplaq. hæc vetera pro documentis habenda, nè ità Externis credant auxilijs, vt non plùs ſui roboris, ſuarumq. propriè virium in caſtris habeant.

Delectus militum.
Liuius.
Curtius.
Liuius.
Salluſtius.
Bibuli ſunt promptiores lingua, quã manu.

Verùm, omnis militum copia ſi ſinè Delectu, & Diſciplinâ accipiatur, vt ſub ſignis militet, inutilis erit. Præclarè idem Vegetius in omni prœlio, ait, non tàm multitudo, & virtus indocta, quàm ars, & exercitium ſolent præſtare victoriam. Satis enim non eſt, vt tympanum boet, & coeant milites, vt Liuius libro 21. aſſerit, ignoti inter ſe, ignorantesq. & vt Curtius libro 9. fatur, purgamenta vrbium ſuarum, & qui, teſte Tacito libro 2. Hiſtor. habeant omnia indiſpoſita, temulenta, peruigilijs, & bacchanalibus, quàm diſciplinæ, & caſtris propiora. Circumferri merum, teſtatur Curtius libro 7. largiùs iubent, debellaturi ſuper menſâ Alexandrum: ſuas vires extollere, hoſtium paucitatem contemnere. At vidimus cum Liuio libro 9. viros natos militiæ factis magnos, ad verborum linguæq. certamina rudes eſſe. Heù iſti ſunt vini progreſſus, cuius niſi plurima vaſa adſint, ad bellum hic exercitus nòn egreditur, qui apud Salluſtium in Iugurthâ, eſt linguâ, quàm manu promptior, prædatur è ſocijs, & præda hoſtium. O quot exempla nobis ob oculos verſantur, quæ conſultò præterimus!

Ex caſtris feminæ exulent.
Heſiod.

Sed hoc prætereundum non eſt duces permittere ſolere, vt milites integram feminarum phalangem ad exercitum traducant. Harum enim odor Deo fætidus eſt, probis inhoneſtus, & moleſtus vniuerſis. Exiſtit hic grex imbellis omnibus in bellis impedimento, & quibus milites veſci deberent, ipſe priùs abſumit, illoſq. etiàm effeminatos reddit, & fugaces. Probè Heſiodus in Thegoniâ è congreſſu Martis, & Veneris, aſſerit Pallorem, & Timorem natos eſſe.

—— Marti clypeos, atque arma ſecanti,
Alma Venus peperit Pallorem, vnaq. Timorem,
Qui dare terga virum armatas iuſſere phalanges
In bello triſti.

Nam

Nàm qui luxuriæ dediti ſunt, pallent, atque timent. Libido enim eſt omnium ſanè voluptatum maxima, & teterrima. Hæc opes dilapidat, obeſt memoriæ, vim oculorum labefactat, & ſtomachum frigidiorem, & imbecilliorem efficit; cum ſemen genitale calorem ſecum extrahat, quo cibus in ſtomacho concoquitur, ex quo plurima malorum humorum redundantia in eodem procreantur. Huic rei dediti, facie ſunt decorâ, corpore debili, & bellicis rebus minimè accommodati. Quare Ouidius in Epiſt. ad Helenam, ſic Paridem irriſiſſe videtur.

Libidinis damna.

Ouidius.

Apta magis Veneri, quàm ſint tua corpora Marti:
Bella gerant fortes, tu Pari ſemper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto.

Amori porrò, veteres Poetæ adiunxerunt comites multas peſtes, quæ hoc Ingenioſo Maruli Epigrammate dialogiſtico ſunt delineatæ.

Marulus.

Quis puer hic? Veneris. Plena, quæ cauſa pharetræ?
Non bene prouiſus certa, quòd arma mouet.
Cur ſine veſte Deus? Simplex puer odit opertum.
Vndè puer? Pueros, quod facit ille ſenes.
Quis pennas humeris dedit? Inconſtantia. Quare
Nulla Deo frons eſt? Signa inimica facit.
Quæ ſors eripuit lucem? Immoderata libido.
Cur macies? Vigiles curæ, dolorq. facit.
Quis cæcum præit? Ebrietas, Sopor, Ocia, Luxus.
Qui Comites? Rixæ, Bella, Odium, Opprobrium.
Quis cælo dignati? Homines. Quæ cauſa coegit?
Mitior auctore eſt credita culpa Deo.

Amor.

Agat ergò Princeps, vt imposterum feminarum imbelle vulgus domi colum ducat, & numquàm ad bellum proficiſci patiatur, ſi cupit caſtra caſta ſeruari. Nàm teſte Tacito libro 2. Hiſtor. degenerat â robore, & virtute miles aſſuetudine voluptatum; & ſi quid ardoris, & ferociæ habuit, popinis, & commeſſationibus deteritur.

Conſilium. Tacitus. Animoſitas popinis ſubmergitur.

necæa pertinens, longè arbitror repellendos à caſtris. Pari ratione,
teſte Liuio lib. 19. Opificum vulgus, & Sellularij, minimè Militiæ *Improbi milites.*
idoneum genus.

Quod reliquum eſt, veniamus cùm Valerio lib. 2. cap. 7. ad præ- *Liuius.*
cipuum decus, & ſtabilimentum Imperij, Militaris diſciplinæ te-
naciſſimum vinculum, ex cuius ſinu omnes triumphi manârunt, &
quâ ſublatâ, vel minùs accuratè obſeruatâ, præceps labitur Impe- *Militaris diſciplinæ neceſſitas.*
rium. Appoſitè profectò Alexander Seuerus apud Lampridium.
Diſciplina, inquit, maiorum, Rempublicam tenet, quæ ſi dilabatur, *Lampridius*
& nomen Romanum, & Imperium amittemus. Affirmat Valerius *Valerius.*
lib. 2. cap. 3. quòd hac Militari Diſciplinâ ſolâ acriter retentâ, princi-
patum terrarum Romano Imperio pepererit. Quâ de causâ Princeps *Militaris*
omnibus Imperij neruis ad reuocandam priſtinæ diſciplinam Mi- *diſciplina*
litię debet conniti. Nàm teſte Varrone lib. 4. de Linguâ Latinâ, Exer- *reuocanda.*
citus dicitur, quòd melior fit exercitando. Quocircà ſedulò curet *Varro.*
Princeps ex Vegetij doctrinâ lib. 2. cap. 23. lib. 23. lib. 1. c. 4. 9. & 1. 20. *Vndè exercitus.*
& 22. vt ſiuè Legio, ſiuè Auxilia fuerint, exerceâtur aſſiduè, vt miſſile,
& deſtinato ictu, & magnis viribus iaciant; vt norint tractare Scu- *Armorum exercitia*
tum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere; vt militari gradu *tractanda.*
ambulare celeriter, & æqualiter diſcant; ſic nè locum deſerant, nè *Vegetius.*
ordines turbent, ac, vt quæcumque euenire in acie, atque prelijs *Militum*
poſſunt, omnia in Campeſtri meditatione prænoſcant. Itaque aſſue- *exercitia.*
ſcere debent laborare, decurrere, portare pondus, & Solem, pulue-
remq; ferre, foſſam ducere, & ſudes ſcienter figere; in itinere, vel in *Ordo*
acie, vt omnes milites incedendi ordinem ſeruent; vt æquali, legi- *ſarius.*
timoq; ſpacio miles diſtet à milite, nec vltrà quàm expedit, aut con- *Xenop.*
globent agmen, aut laxent. Nihil enim tàm vtile, aut decorum homi- *Curtius.*
nibus eſt, quàm Ordo, vt Xenophon in Oeconomiâ docuit. Idcircò
cùm Vegetio lib. 3. cap. 8. addendum eſt, vt prò gradu, legionibus, au-
xilijs, equitibus, ea peditibus loca vbi papiliones tendāt, deputentur,
ibiq; milites ſint ex conſilio Curtij lib. 3. intenti ad ducis non ſignum
modò, ſed nutum. Nàm qui argutuli, & refractarij ſunt, Tacito *Tacitus.*
lib. 2. Hiſt. aſſerente, iuſſa ducum interpretari malunt, quàm exequi. *Liuius.*
Hinc apud Liuium lib. 44. Paulus Aemilius dicebat militem tria
curare debere, Corpus, vt quàm validiſſimum, & perniciſſimum *Tria militi*
habeat; Arma apta; Animum paratum ad ſubita imperia; cetera *neceſſaria.*
Dijs immortalibus, & Imperatori curæ eſſe. Et Braſides ſuis apud
Thucydidem 5. dicebat, hæc eſſe bonæ Militiæ, Velle, Vereri, Obe- *Thucydides.*
dire. Qui enim obedientes ſunt, ità viuunt, vt teſte Vopiſco in *Vopiſcus.*
Aurelio, nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vuam *Obedientiæ*
nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exi- *effectus.*
gat,

Digitized by Google

gat, annonâ ſuâ contentus ſit. Nec cuiquàm mira videantur, cùm apud veteres hæc tàm religioſè obſeruabantur, vt memoriæ tradiderit Scaurus apud Frontinum lib.4.Strategematum, cap.3. pomiferam arborē quā in pede caſtrorū fuerat cōplexa metatio, poſtero die, abeūte exercitu, intactis fructibus relictā. At nunc, pudor, nihil intactū relinquitur, & domus ēt ipſæ oībus ornamētis, & ſupellectile exuūtur.

Frontinus.

Deteſtatio.

Igitur ad illos coërcendos pœnā, & præmio opus eſt, hoc vtile, illa neceſſaria. Veteres Romani præmijs afficiebant eos, qui obedientes, egregij, & fideles erant, vt quoque amarentur; pœnis eos, qui hęc omnia ſpernebant, vt auſcultarentur. Scribit Liuius M. Marcellum, hordeum pro tritico dediſſe ijs, qui pugnæ ſe ſubtraxerant, ducesq. cingulo priuaſſe, Semproniumq. Gracchum milites ſtantes comedere iuſſiſſe, Romanoſq., qui apud Cannas fugēre, exules factos, & ad certa loca deportatos fuiſſe. Nolebant etiam Romani, vt qui captus fuiſſet, & ſe in pugnā malè geſſiſſet, redimi potuerit, ſed perpetuò mancipium maneret, quod actum fuit cum illis, qui bello Carthaginenſi interfuēre. Sed hic non ſubſiſtebant; cùm pro maiori delicto Decimationem induxerint, fecerintq. decimum quemque emori. Et quamuis omnes non obirent: timor tamen erat omnium. Nàm verè Clearchus apud Valerium lib. 2. cap. 7. à militibus Imperatorem potiùs, quàm hoſtem metui debere. Solebant verò illi præmijs decorare eos è conuerſo, qui gnauiter, & promptè bellabant, ducisq. mandata exequebantur. Illos pro concione miris laudibus illuſtrabant, & coronis, vt factio, & facinus egregiè commiſſum poſtulabat, exornare conſueuerant; quin immo, & ſtatuas illis erigebant. Nàm verè Liuius lib.4. eò impendi laborem, & periculum, vndè emolumentum, & honos ſperetur. Finiamus ergò cum Vegetio lib.1. cap.8. Diſciplinam Militarem populi Romani debes inquirere, qui ex paruiſsimis finibus, Imperium ſuum penè Solis regionibus, & Mundi ipſius fine diſtendit.

Pœna.

Decimatio.

Valerius.

Dux metui debet.

Præmia.

Liuius.

Honos præmiū laboris.

Vegetius.

Quæ, cū ità ſint: tamen hoc etiàm ad diſciplinam, & militarē prudentiam pertinet, vt militū copias non in noſtræ prouinciæ meditullio, ſed in finibus ipſis detineamus, vel alio demandemus, vt inimicis circumſeſſæ, ſtrenuè rem gerant, & bellicoſæ euadant. Hannibal, cū in Italiam tranſire decreuiſſet, priùs Hiſpanias, & Africam præſidijs firmauit, & Africanos in Hiſpanijs, & Hiſpanos in Africā ad præſidia quidem collocauit, vt omnem defectionem, turbaſq. hoc pacto remoueret, & reciprocā æmulatione bellicoſiores euaderent. Vtile namque eſt æmulationem inter milites, pedites, equiteſq. inter vnum, ac alterum cornu, inter vnam, alteramq. legionem enutrire. P. enim Antonius vallum, portaſq. legionibus attri-

Milites procul detinēdi.

Militaris Prudentia.

Aemulatio nutrienda.

attribuit, vt diſcretus labor fortes, ignauoſq. diſtingueret, atque ipſâ contentione decoris, accenderentur.

Ac, vt æmulatio viros efficit; ſic propè Neceſſitatis vis. Hæc autem inuicta vis Neceſſitatis, tanta eſt prementibus armis, vt quæ iniuſta etiam ſunt, quaſi iuſtiſſima videantur. Iuſtum eſt bellum, ait, ille ad Samnites, quibus neceſſarium, & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Hinc aſſerebat Hannibal, quòd nullum incitamentum ad vincendum homini à Dijs immortalibus acrius datum eſt, quàm ipſa Neceſſitas. Et idem, dum in ipſo Italiæ corde conſtitutus eſſet, & hoſtibus vndique circũfuſus, tali Neceſſitatis oratione milites ſuos ad prælium exhortatus eſt. Nihil vſquam nobis relictum eſt, niſi quod armis vindicauerimus: illis timidis, & ignauis licet eſſe, qui receptum habent, quos ſuus ager, ſua terra pertuta, pacata itinera fugientes accipient. Vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, & omnibus inter victoriam, mortemq. certâ diſperatione obrutis, aut vincere, aut ſi fortuna dubitabit, in prælio potiùs, quàm in fugam mortem oppetere. Et Cato Maior, vt ſuos ad egregiè dimicandum contrà Hiſpanos animaret, longè à mari, & claſſe illos deduxit, & in hoſtium medio ſiſtitit. Porrò neceſſitati huic, affine eſt Iuſiurandum, militumq. execratio, quibus Romani, aliæq. nationes bellicoſæ prudenter ſunt vſæ. Legimus Arcarnos auditâ Aetolorum famâ, qui ad eorum excidium celeri gradu properabant, vxores, pueros, ſeneſq. ad loca tuta demandaſſe, reliquoſq; omnes Iuramẽto ſollemni ſe obſtrinxiſſe illorum neminem, niſi victorem ad patrios lares reuerſurum. Quæ fama ad Aetolos perlata, fecit illos illicò re infectâ ad patrios focos reuerti. Tantum enim potuit illa promptiſſimorum animorum deliberatio terrorem hoſtibus incutere. At hoc Militare Sacramentum haud coactum, ſed voluntarium, & promptum eſſe debet, & ab animo deliberato proficiſci. Quòd ſi violentum eſt, vix bonum effectum ſortietur. Nam, cùm Samnitum dux eos ad iurandum ſuper Arâ pepuliſſet, Centurioneſq. exertis gladijs coronam circà milites feciſſent, factum eſt, vt ipſi animo ſuſpenſo, perplexoq. remanſerint, & L. Papirio de ſe inſignem victoriam conceſſerint.

Neceſſitatis vis.

Sacramentũ militare.

Militare Sacramẽtũ debet eſſe voluntarium.

Hoc etiam ſæpiùs ijs accidere ſolet, qui inimicorum vires, arma, veſtes, oris formam, illorumq. in belli apparatu belluas ignorant. Etenim, cùm Romani ſæpiùs à Cimbris gente feroci, mactati fuerint, vt ſe pugnare potiùs contrà Deos, quàm homines crederent, Marius prælium inire tàm diù detrectauit, quamdiù Romanus exercitus ad barbaræ linguæ ſonum aſſueſceret, & ex aſſiduo aſpectu Cimbrorum minùs paueret, videretq. illos eſſe ſibi

Digitized by Google

Cæſaris prudentia. perſimiles. Iulius verò Cæſar, cùm ſe ad bellum Africanum accingeret, & calleret gentem illam numeroſo Elephantum exercitu pollere, nè ſui milites illarum immanium belluarum aſpectum, & nouæ rei quaſi monſtrum formidarent, Romam aliquot duci imperauit, vt militibus inopinatus non eſſet illorum aſpectus, & ex diuturno viſu, & contrectatione, terrorem depellerent, & quânam in *Conſilium.* parte certo ictu vulnerari poſſent, condiſcerent. Maximi ſiquidem momenti eſt, ſcire quid vnicuique proſit, nè infeliciter ſuccumbat, & noſtrati militi nouo inuiſum antea hoſtem oſtendere. Proditum eſt Carthaginenſes ſæpiùs in Africâ à M. Regulo ſuperatos fuiſſe, eò quòd non animaduerterent illi quibus in rebus Romani ſuperio- *Xãtippi prudentia.* res euaderent. At poſtquàm ex Græcia Xantippus Lacedæmonius eò aduenit, viditq. locum vbi Carthaginenſes cęſi fuerant, qui amplo equitatu, Elephantumq. cateruis valebant, ſecurè dixit non à Romanorum virtute Carthaginenſes, ſed ab ipſorum imprudentiâ occiſos fuiſſe, cùm ij grandibus Equitum, & Elephantum copijs, non in loco Campeſtri, & ſpacioſo, ſed in anguſtis, arduiſq. locis contrà agiles Romanorum pedites dimicaſſent. Is ergò à montuoſis locis ad planiciem certamen deduxit, victorq. exſtitit.

Prudentes ſanè belli duces non modò hoc, verum etiam ventum, puluerem, ſolem, armorumq. ſplendorem, vt oculorum aduerſantium acies perſtringantur, notare ſedulò conſueuêre. Ac, quemadmodũ illud eſt prudentis; ſic ſapientis inimicos præuenire, illoſq. vel *Præuentio vtilis.* paruâ manu, aut ex inſidijs, aut ex aperto aggredi. Si quis enim hac ratione in hoſtẽ ex improuiſo, vel incõſulto clam, vel palã inſurgit, animoſos ſuos reddit, terrefacit hoſtes, ſuſpicantur nè maior inimicorũ numerus in inſidijs deliteſcat, & demùm extrà ordines abeunt, & ſe in fugam conijciunt. Exſtant de hiſce rebus quamplurima exempla, ſed hoc vnum nobis erit inſtar omnium. Iulius Cæſar, cùm in Helleſpontum transfretaret, eſſetq. in vnâ ſolummodò triremi, factus eſt illi obuiam cùm X. triremibus Caſſius factionis contrariæ dux, quem Cæſar non modò declinauit, verùm etiam ſpumoſis remorum ictibus obuiam celerrimè illi proceſſit, atque ità illum perterruit, vt ſe Cæſari extemplo redderet. Audeamus, dicebat L. Mar- *Quod difficile facile.* tius, quod credi non poteſt auſuros nos; eo ipſo, quòd difficillimum videtur, facillimum erit. Scio audax videri conſilium, ſed in rebus aſperis, & tenuibus, fortiſſima quæque conſilia, tutiſſima ſunt. Præclarè hoc modo Romani, non ſolum ſuos animabant, verum etiam *Cæſaris prudentia.* de hoſtibus illuſtres reportabant triumphos. Præterea Cæſar, vt ſuis vigorem maiorem inderet, non imprudenter, vt aliqui belli duces, copias hoſtium extenuabat, quin magis magnificè eas extendebat, vt

poſteâ

Digitized by Google

poſteà, cùm ad conſpectum minor multò inimicorum numerus accederet, ſui maiores ſpiritus ſumerent, hoſteſq. vilipenderent; ſic cùm Iubæ, aliorumq. Regum exercitibus egit. Nam militibus ad cōcionem vocatis, dixit, Iubam cùm centum millibus equitum, CCC. Elephantis, & cùm innumero Peditum numero aduersùs ſuos contendere.

Animoſos quoque milites reddere ſolet tubarum clangor, tympanorum ſtrepitus, buccinarum ſonitus, cornuum, aliorumq. Muſicorum inſtrumentorum applauſus. Naires Indi certè quædam affabrè lamina facta, enſium manubrijs adaptant, quorum tintinnabulis mirum in modum ad pugnam excitantur. Et Turcæ, quoddam furioſum potiùs, quàm bellicoſum nectar imbibunt, quo ad inſaniam vſque perducuntur. Itaque ex his conſpicitur quantum in prudente, ac ſapiente duce ſitum ſit. Qui ſi talis eſt, & bellicoſus, profectò feminas etiam tales efficiet; ſi imprudens, & ignauus, fortiſſimos quoſque tales ſibi efformabit. Vnde benè Homerus aſſeruit meliorem eſſe Ceruorum exercitum, cui Leo præſit, quàm Leonum, cui Ceruus anteeat. Numantini certè ſæpius Romanos internecioni mandârunt, antequàm P. Scipio illius belli prouinciam capeſſeret, à quo poſteà ſæpius in fugam verſi, ſæpiùs etiam cæſi fuêre. Qui à ſenioribus interrogati, quænam eſſet continui dedecoris, & ſtragis cauſa, vbi nam eſſet priſtina illorum virtus, vbi tot de Romanis reportatæ victoriæ; reſponderunt illi, Oues quidem eaſdem eſſe, ſed Paſtorem mutatū. Omnia, inquit, Liuius de Camillo mutauerat Imperator mutatus; alia ſpes, alius animus hominum, fortuna quoque alia vrbis videri. Affirmat Probus de Xerxe, quòd victus ſit magis conſilio Themiſtoclis, quàm armis Græciæ; & de Epaminondâ, quod vnus homo pluris fuerit, quàm vniuerſa ciuitas. Etenim ducis boni prudens vigor, conſilium, & exemplum ſeſe in exercitum diffundit vniuerſum. Dicitur de Iulio Cæſare, quod cùm ipſius copiæ in fugam eſſent verſæ, ipſum antè omnes præceſſiſſe, eaſq. nè diffugerent, detinuiſſe. Georgius Caſtrius antè ſigna ſemper proceſſit, primuſq. fuit qui in Turcas irrueret, quorum pluſquàm duo millia propriâ manu proſtrauit. Germani, ait, Tacitus, Reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumunt; nec Regibus infinita, aut libera poteſtas, & duces Exemplo potiùs, quàm imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi antè aciem agant, admiratione præſunt. Facta, dicebat ille apud Liuium lib. 7. non dicta meâ vos milites ſequi volo; nec diſciplinam modò, ſed exemplum etiam à me petere. Appoſitè Claudianus in 4. Honorij Conſulatum admonet.

Quæ faciāt animoſum.

Homeri dictum.

Paſtor ouiū animus.

Mutationis mutatio.

Exēpla ducum.

Liuius.

Claudian.

Si longa moratur
Obſidio, tum vota caue ſecura remittas,
Incluſumq́; putes, multis damnoſa fuere
Gaudia, diſperſi pereunt, ſomnoq́; ſoluti,
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Non tibi regificis tentoria longa redundent
Ducis inſtructio. *Delicijs, non imbelles ad ſigna miniſtros*
Luxuries armata trahat, neù flantibus Auſtris,
Neù pluuijs cedas, neù defenſura calorem
Aurea ſubmoueant rapidos vmbracula ſoles.
Inuentis vtere cibis, ſolabere partes
Aequali ſudore tuas. Si collis iniquus,
Primus ini; ſiluam ſi cadere prouocat vſus,
Nè pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni:
Calcatur ſi pigra palus, tuus antè profundum
Prætentet ſonipes, fluuios tu protere curru
Hærentes glacie, liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas;
Nunc pedes aſſiſtas pediti, tum promptius ibunt
Te ſocio; tùm conſpicuus, gratusq́; geretur
Sub te teſte labor.

Verumtamen non ſuademus Principi, vt ipſe in primâ acie ſe collocet, manusq́. conſerat cùm hoſtibus; cum ipſius munus non ſit dimicare, (*Ducis munus.*) ſed legiones regere, ordinare, & ex loco ſublimi, ſi fieri poteſt deſpicere exercitum, & ab illo ſuſpici, vt ſtrenuis præmia, atque laudes, ignauis pęnas, & opprobria decernat, & ſi opus eſt animet milites, fugam prohibeat, & denique ea omnia peragat, videat, prouideat, quæ prudentis, & generoſi ducis partes ſuadere poſſunt; inter quas hæc etiam vna eſt, vt ille ſe militibus ſuis ſemper hilari vultu oſtendat, cui lætitiæ ſemper videtur annexa victoria. (*Dux ſemper lætus eſſe debet.*) Ità Hannibal in conflictu apud Cannas cùm Guiſcone; ità Scipio in Africâ cùm Carthaginenſibus; ità Gracchus in Hiſpaniâ cùm Celtiberis ſe geſſere. Verè dixit Plato in Epiſt.4. ad Dionem, ab eo, quòd placeas hominibus, actionũ efficacia eſt. (*Plato.*) Quòd ſi etiam in Principe aliæ virtutes militares elucebunt, maximã ſibi, & populi, & exercitus beneuolentiam conciliabit. Nam teſte Tullio in Oratore, virtutes ſpecie diſpares, Prudentiâ iunguntur. (*Tullius. Potentia nõ eſt ſemper vtendum.*) Et Dio lib.43. aſſerit, quòd qui imprudenter, & paſſim in omnibus potentiâ abutitur, is neque veram beneuolentiam, neque firmam ſecuritatem inuenit. Quarè ſapienter Seneca libro de Breuitate vitæ, Melius, aſſeruit, beneficijs imperium, quàm armis cuſtodiri. (*Seneca. Regni munimen, beneficia.*) Auguſtus huius doctrinam imbibit, qui apud Tacitum libro 1. Annalium, militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otij pellexit. (*Auguſti prudentia.*) Qui ſic faciet amabi-

amabitur,& ab vtroq. milite interno, & externo æſtimabitur. Quoniam verò tanta eſt morum colluuies,& hominum, vt perpes lenitas contemptum inducat, non erit interdùm Principis prudentiæ contrarium,ſi fecerit cùm Cicerone Epiſt. 2. ad Brutum, vt ſalutaris ſeueritas vincat inanem ſpeciem clementiæ. Nam Ariſtoteles Polit. 5.cap.10.aſſerit,quòd è contemptu plurimæ fiant euerſiones. Ità profectò,vel cum contemnitur Princeps,vel cum contemnit. *Seueritas iterdũ vtilis.* *Cicero.* *Ariſtoteles.* *Tacitus.* *Ducis notitia.*

Prudens enim Princeps debet noſſe cùm Tacito lib. 3. Annal. quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo, trahendouè bello modus ſit habendus, vt cum Cicerone pro lege Maniliâ adſit labor in negotio, fortitudo in periculo, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo; ita tamen, vt nec temerè, nec incautè hæc exſequatur. Nam Auguſtus apud Suetonium, cap.25. nihil minus aiebat in perfecto duce,quàm feſtinationem, temeritatemq. conuenire. Huic rei Claudianus de bello Getico alluſit. *Cicero.* *Omnia prudenter facienda.* *Suetonius.* *Claudian.*

Ductorq. placebat
Non qui præcipiti traheret ſimul omnia caſu,
Sed qui maturo, vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta gerens, nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpaciumq. morandi,
Vincendiq. modum mutatis noſcet habenis.

Et Liuius comprobat lib.22. duces nullo loco, niſi quantum neceſſitas cogat, commiſſuros ſe fortunæ. Temeritas enim, præterquàm,quòd ſtulta eſt, etiam infelix exiſtit. Et Curtius lib.4. Temeritas, ait, vbi primum impetum effudit, ſicut quædam animalia, amiſſo aculeo, torpet. *Liuius.* *Curtius.* *Temeritatis natura.*

E contra is, qui ſua prudenter agit, Auctoritatem apud omnes acquirit, vt Tullius pro lege Maniliâ affirmat. Vehementer enim, inquit, pertinet ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocij de Imperatoribus exiſtiment. *Tullius.*

Vndè Veſpaſianus,cùm hæc omnia perpenderet, dixit Imperatorem ſtantem mori oportere. Stare profectò illi oportet,& ſtare conſtanter,ac ſapienter,vt in ſe,regnumq. ſuum Inſidias, ac Proditiones detegat,& vindicet. Quâ de causâ ſapienter Ariſtoteles lib.5. Polit. cap. 11. admonet,vt Princeps conetur, nè lateat quid quiſque ſubditorum faciat, aut dicat. Quòd ſi à magnis viris inſidiæ conceptæ fuerint,ſuadet Tacitus lib.11.Annal.vt ſecuritati conſulat antequàm vindictæ. Plerumque enim, teſte Salluſtio in Catilinâ, intrà mœnia, atque in ſinu vrbis ſunt hoſtes. Proditio certè eſt occultum, & *Mors Imperatoris qualis.* *Ariſtoteles.* *Principi nil debet eſſe occultum.* *Tacitus.* *Salluſtius.* *Proditio qd ſit.*

 inſidio-

inſidioſum malum, quod ipſis quoque hoſtibus inuiſum eſt; tametſi apud Plutarchum in Apophtegmatibus Auguſtus diceret ſe proditionem amare proditores non approbare. Et Philippus Rex apud Stobæum ſermone 52. amare ſe prodituros, non proditores aſſerebat. Amarè hoc facinus Claudianus lib. 2. in Ruffinum deplorat.

Stobæus.

Claudian.

> *Heu, heu quàm breuibus pereunt ingentia cauſis,*
> *Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto*
> *Seruatum, quod mille ducum peperere labores,*
> *Quod tantis Romana manus contexuit annis.*
> *Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.*

Belli circũſtantia conſideranda. *Salluſtius.* *Liuius.*

Verùm antequàm Princeps bello etiam iuſto alium laceſſat, diù, multumq. conſideret omnes illius circumſtantias. Poteſt enim, vt Salluſtius in bello Iugurthino prodidit, omne bellum ſumè facili, ceterum ægerrimè deſinere, nec in eiuſdem poteſtate initium, & finem eſſe. Perpendat ergò Princeps futura omnia maturè, antequam bellum ordiatur. Hoc idem Liuius lib. 3. docet. Cum tuas vires, ait, tùm vim fortunæ, Marteműq. belli communem, propone animo; vtrimq. ferrum, & corpora humana erunt: nuſquàm minùs, quàm in bello euentus reſpondent. Idcircò, vt ſecunda captemus, aduerſa arceamus, conſilio ſapientiſſimorum virorum, ac ducum opus eſt. Videmus enim tales apud Tacitum lib. 2. Annal: plura conſilio, quàm vi perfeciſſe. Et non minùs dicebat Cæſar lib. 1. de bello Ciuili, eſſe Imperatoris conſilio ſuperare, quàm gladio. Vndè Carthaginenſes apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 7. duces bella prauo conſilio gerentes, etiamſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet: cruci tamen ſuffigebant, & quod benè geſſerant Deorum immortalium adiutorio, quod malè commiſerant ipſorum culpæ imputabant.

Martis alea incerta. *Sententia.* *Cæſar.* *Valerius.* *Carthaginẽſium mos.*

Ità pęnè, & ijs accidere deberet, qui Securitate potius, quàm vllis alijs rebus nutriuntur. Frequentiſſimum initium, inquit, Velleius lib. 2. calamitatis Securitas: nemo celerius opprimitur, quàm qui nihil timet. Sæpè inquit Liuius lib. 21. contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & incliti populi, regesq. perleui momento victi ſunt.

Reprehẽſio. *Velleius.* *Impauidus opprimitur.* *Liuius.*

Illud etiam præſtat apud Liuium lib. 22. hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturamq. regionis noſcere. Pulchrum de Hannibale elogium Liuius prodidit. Omnia, ait, hoſtium haud ſecùs, quàm ſua nota erant. Nam probè Vegetius lib. 3. cap. 26. dixit difficilè vinci, qui de ſuis, & aduerſarij copijs verè poteſt iudicare. At vincitur tamen is, qui in aciem educere milites contrà hoſtes tremiſcit, & ſeden-

Liuius. *Vegetius.* *Mora detrimenta.* *Tacitus.*

Digitized by Google

ſedendo, & vota colligendo, cunctatur. Sapienter Tacitus lib. 2. Hiſtor. Multa bella, inquit, impetu valida, per tædia, ac moras euanuêre. Xenophon certè libro 7. Cyropædiæ teſtatur, quòd, & in tardando, ſæpè ducibus, etiam optimi apparatus pars aliqua perit. *Xenophon.*

Ergo tandem in hoſtes procedendum eſt, ſed antequàm acies diſponatur, Vegetius lib. 3. cap. 14. eſt audiendus. Si ſapienter diſponitur, inquit, plurimum iuuat; ſi imperiti, quamuis optimi bellatores, mala diſpoſitione franguntur. Non oportet autem omnium catervas in aciem ingerere. Vegetius enim lib. 3. c. 17. ait ad victoriam plurimum conferre, vt lectiſſimos de peditibus, & equitibus habeat dux poſt aciem in ſubſidijs præparatos. Addimus nos quoque in inſidijs. Nam qui ex Thucydide 5. ſuperueniunt, terribiliores ſunt hoſti ijs, qui in manibus ſunt, & pugnant. Igitur princeps fortis ſit, atque prudens. Siquidem teſtatur Salluſtius in bello Iugurthino, ſemper in prælio his maxime periculum eſſe, qui maximè timent. Audacia pro muro habetur. Quocirca ſapienter D. CAROLVS Archidux hoc Symbolum, fortes fortuna iuuat, ſibi applicuit. Tacitus verò lib. 14. quamquàm inquit, v[i]rtuti confidas: tamen exhortationes, & preces miſcebis, vt nullum [...]t, 3. Annal. in tali trepidatione conſtantis ducis, aut fortiſſimi mili[tis] officium omittas. Occurſa pauentibus, retine cedentes, vbi plurim[u]s labor, vbi aliqua ſpes, conſilio, manu, voce, inſignis hoſti, conſpi[c]uus tuis. *Aciei diſpoſitio.* *Inſidiarum vtilitas.* *Audacia murus.* *Symbolum Archiducis Caroli.* *Tacitus.* *Ducis officium.*

Extat, & aliud ſalubre monitum ex Vegetio lib. 3. cap. 25. quandò milites etiam victorioſi, vel labuntur, vel prædæ incumbunt, nè ſcilicet dilapſa acies, reparatis viribus, noſtros diſperſos, paſſimq́. ſequentes, interimat. Quamobrem præclarè Tacitus lib. 2. Hiſtor. Satis citò, inquit, incipis victoriam vbi prouiſum fuerit, nè vincare. Præteritis enim annis dum Turcarum Tyrannus Agriam pluſquàm CCC. millibus obſideret, noſter exercitus magnanimè illum caſtris priuauit, & in fugam adegit, dumq́; in tentorijs precioſiſſimæ ſuppellectili auarus miles incumberet, factum eſt, vt reintegratis viribus, & remiſſo in ordinem milite, noſtros partim prædæ intentos, partim illâ onuſtos miſerè ceciderit, & ſua recuperauerit. Oportet enim apprimè proſpicere nè noſter miles prædator exiſtat, & prædando ſit præda hoſtium, neuè hoſtis in fugam verſus, & extra aciem dilapſus, denuò ad ordinem reuertatur, & cum ſuis vniatur. Siquidem hæc vnio vigorem ſuorum acuit, ad victoriam aſſequendam incitat, alios exanimat, & demum ad exterminium propulſat. *Vegetius.* *Miles non debet elabi.* *Tacitus.* *Victor eſt, qui ſibi benè proſpicit.* *Agrienſis obſidio.* *Prædator præda exiſtit.* *Concordia bona.*

Veteres prudenter ſolebant hoſtium vnionem lacerare, vt illorum maximè res, Diſcordia dilaberētur, & ſuæ paruę, Cōcordia creſcerēt.

Digitized by Google

Exploratores alendi. Atque ideò prouidebant etiam maximè nè affinitatibus, amicitijs, iure hoſpitij, commerciorum, alijsq; arcanis practicis ſeſe vnirent. Solebant illi, cùm in proprijs regnis, tùm in hoſtium prouincijs tacitos, diligentesq; rerum omnium inueſtigatores alere, vt omnia referrent. Apud pontes quoque, hoſpitia, & anguſta viarum loca cuſtodes detinebant, vt omnia reſcirent. *Sinarum mos.* Sinarum populi profectò ſub capitis pœnâ, niſi facultate impetratâ, è regno non egrediuntur. Sed ad alia procedamus.

Erat etiam apud bellicoſas nationes frequens, loca apud fines circum circà horrida, & denſiſſimis ſiluis imperuia, aut efficere arte, aut naturâ effecta, relinquere, vt hoſtis locorum aſperitate, & annonæ difficultate à finibus regni inuadendis, & vlterius penetrandis arceretur. *Confinium deſertatio.* Sic Tammas Perſarum Rex in confinijs ſui imperij cum Turcico peregit, & Moſcouita cum Polonico. Equidem hoc præſtare poſſunt Principes ſolummodò ij, qui ampliſſima terrarum ſpacia, & imperia poſſident. Nam qui anguſtis terminis includuntur, ob victus penuriam, agrorumq; paucitatem, non queunt metas Regni, vel deſerere, vel deſertare, ſed his ſufficiet, locis opportunis arces munitas circà Principatum diſponere.

Eſt, & alius inſignis quoque modus inimicum fallendi; cum illum ſcilicet, qui nos bello infeſtare optat, præuenimus, illiq; bellum in proprio Regno inferimus. Qui enim res ſuas in arcto poſitas eſſe conſpicit, facili negotio alterius pacatas, quietasq; relinquit, vt ſuis melius proſpiciat. Næ Romani prudentiſſimè, cum intellexerunt Philippum Macedoniæ Regem cum Hannibale fœdus percuſſiſſe, nil conſultius decreuerunt, quam Philippum bello præuenire. *Præuentionis commoda.* Præuentio namque terrefacit hoſtẽ, turbat, & à ſuſcepto conſilio detorquet, adigitq; eum ſata, commeatus, & reliqua huiuſmodi, vel ferro, & flammâ deterere, ac in cineres reſoluere, vel hoſtibus certè diripienda, & abſumenda relinquere. Quòd ſi is tantarum virium non exiſtat, vt hoſtem præuenire poſſit, ſecretò tractet cum potentiori Principe, vt ab eo occupetur; ac interim ipſe circum circà ſe muniat, ſuiſq; rebus conſulat. *Quid ſit Præoccupatio, quid Diuerſio.* Ac, vt Præuentio, eſt hoſtis Præoccupatio; ſic Diuerſio, eſt eiuſdem à noſtro Regno in ſuum Regreſſio. Nam, cum hoſtis iam regnum noſtrum inuaſit, vt illum procul abigamus, optimum conſilium eſt, illum bello in propriâ ditione infeſtare. *Qui nos infeſtat, infeſtandus eſt.* Agatocles certè, cum diuturnâ, ac feroci obſidione Syracuſis à Carthaginenſibus premeretur, nec eam diutiùs ſufferre poſſet, militum ſuorum parte in nauibus impoſitâ, transfretauit in Africam, ac ità hoſtes ibidem exagitauit, vt illi impulſi neceſſitate fuerint ex Siciliâ ſuos in Africam denuò reuocare.

Plurimum etiam prodeſt ad euertenda hoſtium conſilia, ad demo-

liendos

liendos eorum conatus,& ad quæq; expiſcanda,ſi in ipſorum regno, nobis fidos habuerimus illius Principis conſiliarios, aut belli duces, qui vel arma à nobis, ipſorum conſilijs auertant, & aliò potius conuertant,vel in dies magis differēdo belli exequutionem ea obtundāt, & inualida reddant, vel certè nos de quibuſuis ſimilibus rebus, quæ imperium noſtrum concernunt, ſecretò commoneant. *Amicorum vtilitas.*

Neque verò minoris eſt momenti ad hoſtium impetus effringendos, quàm ſi cum pluribus fędera inierimus. Quoniam fęderis vinculum tam Sacratum eſt, & commune, vt qui vni fęderatorum iniuriā infert, omnibus intuliſſe videatur. Atque hinc formidant omnes, nè ex illatā vni, tametſi minimo illorum, iniuriā, omnes in eundem inſurgant, & potentibus, varijsq; bellis facinus vlciſcantur. Si verò hoſtis tam potens eſt, vt hiſcè ſpretis, nihilominùs noſtra inuadat, tunc oportet illi, aut omnem commeatus commoditatem ſubtrahere; aut cum ipſo paciſci, & pecuniā oblatā, quæ armis fortior eſt, auertere; aut ſe in extremo libertatis, ac Principatus caſu, alicuius potentis Principis patrocinio ſubmittere, & commendare; ità tamen, vt Protector vicinus ſit, & abſque itinerum magnis difficultatibus clientes iuuare poſſit. Qui enim immanibus itineribus diſtant, & inter ſe, ſuoſq; habent hoſtilia interpoſita, vix vſui, & emolumento eſſe poſſunt. *Fœderum vtilitas.* *Hoſti commoda auferenda.*

Pleriq; verò, dum circumuicini bellorum incendijs inuoluuntur, vt ſua tutò, & pacatè conſeruent, ſeſe vndique opportunè muniunt, & obſerant, nè altero, aut debellato, aut poſtmodum pace coniunćto, totum belli pondus, communi conſilio, ad illos deferatur. Facit ad hoc propoſitum, quod Horatius libro primo, Epiſt. ſcripſit ad Lollium: *Bellum dū gerunt vicini munimine eſt opus.* *Horatius.*

Et quid
Ad te poſt paulò ventura pericula ſentis?
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

Nè præſtoletur ergò Princeps, qui nulli iſtorum coniunctus fuit, nec ſuppetias miſit, vt ſinè valido munimine exiſtat, illiq; inter ſe bellum componant, ſi optat ſua ſarta tecta conſeruari, alias dicetur illi, quod Virgilius lib.11.Aeneidos cecinit. *Virgilius.*

Antè

Ante quidem ſumma de re ſtatuiſſe Latini,
Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali
Cogere Concilium, cum muros obſidet hoſtis.

Cæſar.

Vndè præclarè Cæſar libro quinto, Timet, inquit, atque eum deficere omnia videntur, qui in ipſo negocio conſilium capere cogitur. Cum igitur hoſtis Principatum inuadit, ſolet à pleriſque ambigi an Principi ad bellum procedere, & prædio intereſſe, conſultum ſit. Ac, cum in Principe ſumma ſit imperij poteſtas, ſalusq; collocata, negant aliqui, eoq; minus, ſi hoſtes in intimos Principatus receſſus penetrauerint. Ita quidem, ſi Princeps ignauus, & abiecti animi fuerit; ſi magnanimus, ac ſtrennus omninò eat obuiam hoſtibus. Incredibilem enim Principis præſentia animum militibus addit, vireſq; duplicat. Nam, cum Eumenes Imperator, teſte Plutarcho in eodem, ægrotaret, exercitus pugnam detractauit, fecitq; illum lecticâ aduehi in Campum, vt eius auſpicijs, ac ductu prælium inirent. Ità quoque poſt Philippi Argei Regis Macedoniæ obitum, in regno ſuccedente Europæ filio admodum paruulo, Illyrij Macedones aggreſſi ſunt, illoſq; in primo conflictu fugârunt; in alterâ autem pugnâ, Regem in cunis adhuc exiſtentem, arte primam aciem collocârunt, & confecto prælio, magnâ cede Illyrios vicerunt, & oſtenderunt Regis numen Macedonibus, non virtutem defuiſſe, vt Iuſtinus libro ſeptimo, commemorat. Verum nihilominus eſt, Principem numquam ſuam Regiam deſerere debere, niſi vel maximâ neceſſitate impulſus, vel certâ ſpe regna ampliſſima acquirendi adactus. Rebus ita poſitis, ſi Princeps ipſe ad bellum proceſſerit, illicò illum inſignis nobilium virorum comitatus comitabitur, & fortiſſimi quique e plebe, & agris milites vltrò cum illo lubenteſq; volenteſq; ibunt, & egregiè prorſus pro Regni, Regiſq; præſentis ſalute decertabunt. Accedit ad hoc, tutamen, & conſeruationem Regni tanti eſſe momenti, & honoris, vt Princeps nulli alteri, niſi ſibiipſi ſoli hoc permittere, & tribuere deberet, & agere, vt omnes à nemine, præterquam ab ipſo Principe ſalutem, libertatemq; patriæ, vxorum, liberorum, aræ, ac foci recognoſcant, ſed omnia ipſius conſilio, vigilantiâ, iudicio, magnanimitate, Ingenio, & fortitudine conſeruata fuiſſe. Curtius verè lib. 10. Militarem, ait, ſine duce turbam, eſt corpus ſine ſpiritu. Vnum verò Supremum, Summumq;, non plures in vno bello eſſe debere exiſtimamus, cui reliqui duces auſcultent. Nam certum eſt, quod Thucydides lib. 6. protulit, plurimum nocere, & multitudinem imperantium, & regimen nullum, aut incertum.

Principis præſentia vtilis.

Plutarchus.

Nimis. *Iuſtinus.*

Princeps quando debeat ire ad bellum.

Vrget præſentia Turni.

Curtius. *Dux vnus tantum ſupremus.*

Thucidides

Digitized by Google

Quæ bello neceſſaria. *Vegetius.* *Incurius per ſe corruit.* *Lāpridius.*

Princeps igitud ad bellum iturus, neceſſariò Pecuniam, Commeatus, Milites, Arma, & Conſilia habere debet; cùm prius parandum ſit bellum, quàm exercendum. Antequam, inquit, Vegetius lib. 3. cap. 3. & 23. inchoetur bellum, de copijs, expenſiſq́; ſollicitus debet eſſe tractatus. Nam qui frumentum, neceſſariumq́; commeatum non præparat, vincitur ſine ferro. Etenim, ait Lampridius in Alexandrum libro tertio. Nemo prouocare audet, aut facere iniuriam ei Regno, aut populo quem intelligit expeditum, atque promptum ad uindicandum. Si Princeps autem in loco tuto, ac pacato Cuſtodes corporis adhibere debet, quantò magis contra hoſtes proceſſurus? Somnum, inquit Seneca libro primo, de Clementiá, eius nocturnis excubijs muniāt, latera obiecti, circumfuſiq́; defendant, incurrentibus periculis ſe opponant. Et Tacitus de Tiberio. Miles, ait, in forum, miles in Curiam comitabatur.

Sententia. *Princeps indiget cuſtodia.* *Seneca.*

Stratagema. *Tacitus.* *Vegetius.* *Inſidiæ meliores.*

In bellis porro, nullum Conſilium eſt magis neceſſarium, magis vtile, ac glorioſum, quàm id, quod callidum, & Stratagema à Græcis nominatur, cuius uis propriè, ait Frontinus in Præfatione, in arte, ſolertiáq́; poſita proficit tàm vbi cauendus, quàm vbi opprimendus eſt hoſtis. Atque hinc Tacitus libro duodecimo Annalium. Necte moras, ait, muta locos, & miſſis corruptoribus exuendam ad fidem hoſtes, emercare. Et de Moribus Germanorum docet eos eſſe à ſe inuicem diuellendos. Nihil præſtare, ait, maius fortuna poteſt, quàm hoſtium diſcordiam. Nulla enim, ait Vegetius libro tertio, cap. nono, quamuis minima natio poteſt ab aduerſarijs perdeleri, niſi proprijs ſimultatibus ſe ipſa conſumpſerit. Et idem, boni duces non aperto Marte, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto ſemper attentant. Atque hinc docet ipſe eodem libro, cap. vigeſimoſecundo, vt imparatis, cibum capientibus, ſuperueniamus. Ecquis neget verum eſſe illud, quod Virgilius libro ſecundo, Aeneidos cecinit?

Mutemus clypeos, Danaumq́; inſignia nobis
Aptemus; Dolus, an virtus quis in hoſte requiret?

Auguſtinus

Sapienter profectò Braſides apud Thucydidem quinto. Illa belli, inquit, furta pulcherrimam laudem habent per quæ hoſtes maximè decipiuntur, & amici plurimùm iuuantur. Verè enim Diuus Auguſtinus quæſtione decima, ſuper Ioſue. Cum iuſtum bellum, ait, ſuſcipitur, vt apertè pugnet quis, aut ex inſidijs, nihil

ad Iu-

Digitized by Google

Polyænus. ad Iuſtitiam intereſt. Accepimus ex Polyæno lib. 5. Stratagematum, Theoclem, cùm Megarenſes ex vrbe eijcere cogitaret, finxiſſe ſe belli tempore votum nuncupaſſe, ſi ciuitate potiretur, duodecim Dijs ſacrificia peracturum, pompamq. armis ornatam celebraturum. Megarenſes certè nil tale ſuſpicantes, arma lubenter dedêre; at poſtquàm illi armati in foro conſtitêre, Megarenſes inermes antè Solis occaſum diſcedere impulerunt. *Stratagema.*

Ceterum, Princeps hiſcè rebus omnibus vallatus, ad bellum tutò proficiſcatur. Ac, nè longas texemus hiſtorias, exemplis veterum, & noſtrorum relictis, rem dumtaxat ipſam more noſtro breuiter perſtringemus. Antè omnia autem deſideramus Principem vigilantiſſimum omnibus in rebus, ac mentis oculis Argum longiſſimè ſuperare. Sapienter omninò Plautus in Rudente. *Plautus.*

Vigilare decet hominem
Qui vult ſua tempori conficere officia;
Nam qui dormiunt libenter ſine lucro, & commodo quieſcunt.

Plutarchus. Quieſcebat etiam ille ſocordiâ ſopitus, & inquirendi ſuſpectos negligentiâ, vt Plutarchus in Pelopidâ recenſet. Nam, cùm Acchæ Thebanorum tyranno allata de coniuratione, inter conuiuium fuiſſet epiſtola, & nuncius admonuiſſet, vt ſtatim eam legeret de rebus ſerijs ſcriptam, dixit in craſtinum ſe velle ſeria relegare, & eâ nocte fuiſſe à Pelopidâ cæſum. Eodem modo Nicephorus Phocas Orientis Imperator, vt Zonaras refert, coniuratione Theophaniæ, & Ioannis Zimicis in lecto dormiens occiſus ideò fuit, quia libellum ſibi traditum in quo coniuratorum nomina deſcripta erant, non legiſſet. Sic accidit Iulio Cæſari, ex Suetonio in eius vitâ, vt die quâ necatus eſt libellum, in quo nomina inſidiantium exarata erant, ab obuio quodam porrectum, cùm alijs, quos ſiniſtrâ manu tenebat, commiſcuerit, nec legerit, & ideò ſibi cauere non potuerit. Quare Princeps vigilantiſſimus, & diligentiſſimus vbique ſemperq. exiſtat, vt, & in vrbe, & in caſtris incolumis perſeueret. *Zonaras.* *Suetonius.* *Multũ circumſpectio neceſſaria.*

Ergò Princeps in caſtris poſitus, & bellum aggreſſurus, in id incumbat, vt reſcire certò poſſit quo in loco hoſtis caſtrametatus ſit, quanto militum numero ſtipetur, & quibus pecuniæ, ac commeatus viribus polleat: deindè circumſpiciat an queat partem aliquam à reliquo exercitus corpore ſeiunctam adoriri, & ſimiliter acceſſus, atque regreſſus militum, & impedimentorum inuadere, vt rebus pedetentim diſtractis, viriſq. interfectis, infirmior reddatur exercitus, & facilius ſuperentur. Quod ſi exercitus adhuc erit in itinere, haud difficile exiſtet illum ex inſidioſis ſiluis, ac ſaltibus circumuenire; itâ *Hoſtiũ res ſcire oportet* *Hoſtis in itinere aggrediendus.*

quoque

quoque dum ſe ad iter accingit, dum equos, curruſq; rebus onuſtat, dum papiliones complicat, vt ſic rebus iſtis implicitus commodiùs deleri poſſit.

Hoſtis in viarum anguſtijs adoriendus.

Pari ratione opportunum erit illum in viarum anguſtijs dum impedimenta vehuntur, militeſq; tranſeunt, ex improuiſo ex vtrâque parte laceſſere.

Solis, & uenti in conflictu utilitas.

Præſtolari etiam commoditatem, vt Ventus vehemens ſpiret, & ſe in vultus inimici exercitus rotet, & Sol ſuis radijs illius oculos perſtringat, ex re erit, & eò maximè, ſi ollas pice illitas, flamiuomas, & nebuloſas, ſimileſq; iaculentur.

Hoſtis quando inuadendus.

Prudentis ducis quoque eſt expectare, vt poſt longinquas, & diuturnas equitum curſitationes, uelitationeſq; exercitum defatigatum, & prædâ onuſtum, & tunc ad ſui defenſionem minus habilem inuadat.

Nox apta inſidijs.

Præſtat admodùm quoque, ſi ex ſitus conditione iudicauerimus quo in loco hoſtilis exercitus pernoctaturus ſit, vt cum quamprimùm eò aduentauerit ex longo itinere ſitibundus, & defatigatus, ad ſua accommodanda intentus, & ex ordine hinc indè ad varia dilapſus, & ad cœnam præparandam anxius, ex varijs partibus vigoroſo milite oppugnemus.

Ductores hoſtilis exercitus corrumpendi.

Solent verò aliqui etiam aureâ manu viarũ ductores hoſtilis exercitus corrumpere, qui ad noſtra inuadenda è longinquis regionibus properat, vt à recto itinere ad loca inuia, & ſterilia ab illis deducatur, vt inædiâ, & viri, & equi macerentur, & tandem etiam ab illis deſeratur, vt oberrans, & egeſtatem patiens cōmodius expugnetur. Quod facilius adhuc accidet, ſi ſingulorum ſarcinis prægrauabitur, & ſi extrà acies progredietur. Porrò, ſi ordinem ſuum obſeruat, tunc à tergo, & latere feriendus eſt equitatu, peditatu interim in frondoſis latebris deliteſcente, vt in fugam fallacem equitatus conuerſus, & ad ſe inſequendum hoſtis pellectus, in retia inſidiantium incurrat.

Hoſtis, vt feriendus.

Quoniam verò, ſolent plerique magni exercitus impedimenta omnia, & demolitorum vulgus inerme inter duo agmina diuiſa, & ad plura milliaria extenſa, medio loco ducere, opportunum erit tunc alterā protenſam aciem inuadere; cùm altera huic, propter media impedimenta ſuccurrere nequeat. Nec eſt minoris momenti conſilium eodem tempore aggredi hoſtem, quo ipſe ex caſtris excedit, vt diuiſo exercitu, tum ex Caſtris ipſius occupatis, tum ex patenti campo, ſcilicet à tergo, & fronte oppugnetur. At ſi hoſtilis exercitus viribus multò ſuperior exiſtet, agat Princeps, vt ſui opportunis locis hinc, indè occulti morentur, & circà Solis occaſum bellum accendat, vt ſi noſtri amiſerint, aut noctis tenebris operiantur, aut illi incidant in inſidias.

Agmen q̃d prius opprimendum.

Hoſtis caſtris excedēs inuadatur.

Illud

Hoſtis ſi pollet equitatu, quid agendum.

Illud quoque animaduerſione dignũ eſt, vt quandò hoſtis equitatu excellit, nos ad colles, monteſq; conſcendamus, & peditum cuneos ſparſim debitis locis collocemus, nè in campo aperto equitatu circumdati, pereamus, & è contrà in arduis locis noſtro peditatu circumueniamus hoſtem nos delere conantem.

Hoſtis ſi abundat bõbardis, quid faciendum.

Neque verò prætereundum eſt hoc conſilium in hoſtem bombardis, arcubuſq; pollentem, vt eum pluuio, ac imbrifero dumtaxat tempore aggrediamur, nè nitratus puluis ignem concipiat, nobiſq; detrimentum glandulis faceſſat, & arcuum nerui madefacti, & molles, incerti omninò ad ictum efficiantur. Iuuat quoque multum ad

Locorũ conflagratio iuuat.

hoſtium vires eneruandas, ſi procul ab ipſorum exercitu, opida, pagoſq; ignibus immiſſis, conflagrauerimus, vt illi tum iſtorum præſidio deſtituantur, tum exercitus parte ad auxilium illis locis ferendum dimiſſa, faciliùs altera pars impeti poſſit. Pari modo etiam, ſi

Fluminis opportunitas quid faciat.

penes fluuium vadoſum, vbi hoſtis caſtrametatus eſt, noſtros quoque papiliones in eodem litore locauerimus, & in alterâ fluminis orâ ex aduerſo, alteram exercitus partem poſuerimus, hoc Ingenio, vt non ſolum altera pars alteri ſuccurrere; verum etiam, vt vtraque pars hoſtem ab occipitio, & ſincipitè tutò aggredi poſſit, & ille plures in partes ſe ipſum diuidere cogatur.

Auxilijs, vt vtendum.

Extat etiam aliud callidum conſilium, quo inimicum terremus, ſcilicet, cum nobis auxiliares copiæ mittuntur, nè permittamus eas ſeſe nobis coniungere, ſed tam diù debiteſcere, donec pugnam inimus, vt illæ ex latebris in cõflictus ardore hoſti ſuperueniant, eumq;

Pontis vſus, & cõmodũ.

hac ratione, vel cædant, vel in fugam agant. Quòd ſi ab hoſtium tergo flumen ſit, atque pons, oportet liberum tranſitum illis permittere, & tranſmiſſã vnâ illius exercitus parte, in aliam illicò omni impetu inſurgere, vt ſeſe aut ex ponte, aut ripis in flumen præcipitent,

Hoſtis in monte poſitus, vt inuadendus.

vt Haſſen Baſſæ nuper in Illyrio contigit. Si autem per alicuius montis cacumen exercites tranſiturus ſit, conſultum eſt cuneatim illum inuadere, ac montis faſtigium præoccupare, vt hoſtilis exercitus in medio poſitus, & impedimentis in locis arctis irretitus, facilè ſuperari poſſit.

Auro ferrũ debellare.

Equidem maximi quoque ponderis eſt Auro ferrum debellare, vt aliquo belli duce corrupto, ex pugnâ ſe recipiat, & aliquod inſigne opidum vicinum ingrediatur, vt partâ victoriâ, in poteſtatem noſtram illud tradat. Et quià glorioſum ſemper eſt hoſtem fraudibus

Fuga fallax.

circumuenire vbi datur occaſio, fingat Princeps fallacem timorem, & ſi pedite, vel equite ipſum ſuperat, vel ad patentem campum conijciat ſe in fugam, vt equitatu pedites hoſtiles circumdet, & proterat; vel ad anguſtam vallem, vt ſuo peditatu hoſtium equites eminus,

nus, cominusq; perdeleat. Poteſt eſſe hoc quoque vſui ad hoſtem decipiendum, ſi præmiſerimus aliquot milites nobis fidos ad hoſtium caſtra, vel tamquam fugitiuos, vel tamquam futuros illorum ſtipendiarios, vt datâ quacumque occaſione, nobis poſtea inimicorum conſilia, vireſq; referent. Proderit ſimiliter plurimum, ſi boum armenta, gregeſq; ampliſſimos ouium in apertis paſcuis penes aliquam frondoſam ſiluam, & opacam conſtituerimus, militeſq; in illâ poſuerimus, vt hoſtes prædâ inuitati, & ad damnum nobis inferendum adducti, irruant in inſidias.

Stipendiarius explorator.

Grex ſtratagematicus.

Conducet etiam valdè, ſi hoſtem in vrbis expugnatione prædæ inhiantem, & ad quæque diripienda, ſiuè in tentorijs, ſiuè in domibus intentum, minutis aciebus inuadamus hinc indè ſegregatum. Nam tanta eſt hominum auiditas, vt quamplurimi potius vitam, quàm prædam deſerere malint, & tanta tunc illorum confuſio exiſtet, vt nullæ præconũ creperæ buccæ, nulla tympana illos adigere poterunt, vt in vnum cocant; atque ita occupatis opidi vicis, domibuſq; omnes ſuccumbent. Quòd ſi exercitus ille multis partibus noſtro maior exiſtat, & locum campeſtrem occupet, ſuademus, vt illum noctis ſolùm ſilentio, ac circumfuſis tenebris aggrediamur, hoc ſcilicet inſtituto. Imbelle vulgus omne, & omnia belli ſonora inſtrumenta ad alteram exercitus hoſtilis partem tranſmittenda ſunt, vt credulus ille totum exercitum ibi conſtitutum eſſe ad ſe inuadendum arbitretur, omnia ſunt clamoribus implenda, vt montium concauitates reboent: dux verò ex hac parte ſummo ſilentio, & impetu in hoſtem prorumpat, qui tenebris circumfuſus, nec noſtrum militem videre opportunè, nec noſtri illius magnitudinem, quæ terrorem perſæpè incutere ſolet, cernere poterunt.

Hoſtis vt tractandus in vrbis expugnatione.

Inuaſio callida.

Etenim, nec illud intermitti debet ad hoſtium oppreſſionem, vt ſi ille in loco aprico penes fluuium aliquem pernoctauerit, aggeres illius diruamus, vt aquarum exundatione exercitus inimicus obruatur. Si verò alio in loco ille victoriam conſequetur, milites ſuperſtites omnes ſimul congregare oportet, vt vniti, & refocillati, hoſtem ex certamine defatigatum, & nil tale ſuſpicantem, & ſomno, vinoq; ſepultum, mediâ nocte inuadere tutò valeamus. Verum, cum tanta ſeſe nobis interdùm pugnandi extrema neceſſitas offerat, vt nullo modo illam declinare noſtræ ſit poteſtatis; tunc in fronte noſtri exercitus acies nobis quoquo modo ſuſpectas conſtituere debemus; & ſic ordine alias phalanges, & demùm vltimo loco equitum agmina collocare, hac conditione proclamatâ, vt quicumque extrà ordinem iuerit, & ſe ſubtraxerit, ab equitatu minarum pleniſſimo trucidetur.

Aggerum deſtructio.

Hoſtis, vt cadendus poſt victoriam.

Neceſſitas pugnandi, vt arripienda.

Collocare

Campeſtre munimentū

Collocare etiam ab vtroque exercitus noſtri latere currus, & reliqua impedimenta, & foſſam, vallumq; latum, profundumq; vſque ad cornua circumducere, & bombardis vndique obſidere, tam ad hoſtium acceſſionem impediendam, quam ad noſtros, nè dilabantur, inter metas detinendos, vtile erit.

Exercitus coordinatio.

Sic quoque ad obuiandum fugæ, claudere vrbis portas; ſecundo flumine, vel aduerſo naues procul ſubtrahere; à tergo amplum fluuium relinquere, eiusq; pontis caput abſcindere; equos procul abigere; abiectos, animo increpare; ad victoriam obtinendam inflammare valebit, vt deſperatio in fortitudinem, fuga in conſtantiam, timor in vigorem, terror mortis in victoriam conuertatur.

Sed neceſſe eſt prouidere etiam, nè noſter puſillus exercitus ab immenſo hoſtili circumdetur; quod fiet, ſi ille montium apices, & collium amplexus fuerit, & circum circa bellica tormenta diſpoſuerit, & ad hoſtium aduentum quoque exploſerit, & ſi ſitum commodum hoſti præripuerit. Vt verò talis exigua militum manus coordinanda ſit, tacere haud oportet. Itaque circumducere aliquá acie orbiculari vniuerſum exercitum oportet, bombardis armatos, & cataphractos in cornibus cõſtituere, & bellica tormenta à lateribus locis probis diſponere; vel exercitum in quattuor phalanges oblongas diuidere, quæ ſeſe mutuò proſpectant, & quoquò verſus ſe vertere, & frontem inimicis oſtendere; vel denique quadratum agmen ad angulos fractum ordinare, vt id, & ſe validius tueri, & demortuorum, ac ſauciorum loca ſupplere poſſit. Accedit ad iſtorum tutamen quoque curruum longę acies à lateribus minutis bombardis onuſtorum, & ſpiculis, quæ à generoſo peditum ordine explodentur. Ac, vt magis munitus adhuc exercitus reddatur, inter equitem, & equitem in primâ fronte ſubſiſtentem, peditem oblongâ lanceâ munitum, eáq; in ſolo defixâ, & alterum bombarbâ oblongâ vallatum conſtituere decet contrà cuiuſcumque impetum, nè phalanx diſſipetur, & hoſtes totum exercitum peruadant. Sed quoniam accidere ſolet, vt fortiſſimi quique ex ephippio etiam, aut cingulo diſrupto, aut equo ſaucio, vel interfecto eijciantur, tunc equitem illum, nè ſit inutilis, inter velites adaptare conuenit, vt diſtricto gladio equos obuios confodiat, & ephippia reſcindat, vt haſtâ, & duabus curtis bombardis armatus, ſtragem hoſtium edat.

Curruum vtilitas.

Lancearcorū neceſſitas.

Eques, vt ſit pedes.

Caſtra non licet deſerere

Aduertat autem Princeps, nè vnquam procul à ſuis caſtris exercitu abeat, & illa abſque præſidio relinquat, vt ex conflictu ſiuè proſpero, ſiuè aduerſo, quò recedere poſſit receptum habeat. At ſi metum in hoſtes immittere deſiderat, ad longum acies peditum, equitumuè extendat, vt maior multò illorum numerus hoſti videatur, & illum laceſſere deſiſtat.

Exercitus paruus, vt magnus appareat.

Quod

Digitized by Google

Quòd ſi ille nihilominùs obuiam venerit, paulatim exercitus à lateribus conſtringendus eſt,& condenſandus. Ac,vt hoſtis obtutum Princeps decipiat,ſeligere oportet loca alta,obliqua, & retorta cāporum, atque collium, vt ex vndoſis ſpacijs vacuis, & alijs eleuatis, pleniſq. maior noſtrorum numerus appareat. Inducere etiam, qui nuncient nobis in auxilium alias copias aduentare, erit ſalubre, ac in huius rei confirmationem caſtra dilatare,& ex noſtris ex agminibus ſubtractis, acies extendere, & vexilla multiplicare oportebit, vt hoſtis terrore concuſſus, & ſpe fruſtratus, retrocedat: vel certè procul ab exercitu tranſmittere omnia iumenta valebit,quæ ſarcinas,& impedimēta duxêre, & facere, vt agaſones, & aurigæ illa conſcendant, & vexilla linea, ex mappis,aut Strophiolis facta, & coloribus delineata manibus geſtent, vt, cùm noſtri bellum gerere,& manus conſerere cùm hoſtibus inceperint, phalāx illa in hoſtium conſpectum prodeat,quaſi nobis in auxilium ventura. Terribiliores enim ſunt hoſti,ſcripſit Trucydides,qui ſuperueniunt pugnæ, quàm ipſi pugnantes.

Locorū electio ad fallendū hoſtē.
Auxiliū cōfictum.
Thucydides.

Verùm,quoniam ſæpiùs cum barbaris nationibus pugnandū eſt, quæ ſagittis plurimùm vtuntur, tunc conſulere debemus exercitui noſtro, vt ex equis deſcendat, & in alterum genu incumbat, & ex ſe teſtudinem efficiat,clypeiſq. & ſcutis ſe protegat donec illa crepitantium ſagittarum tempeſtas pertranſeat, quá præteruolatá, ſe maximo impetu in hoſtem ferre eſt neceſſum, nè tempus illi denuò concedatur ſagittas emittendi. Cùm autem in alpeſtri loco arboribus conſito res agetur,conſultum eſt militum cuneos ſparſim in inſidijs collocare, vt noſtri vel inuadendo, vel ex arte retrocedendo, tacitè hoſtes in inſidias deducant. Quòd ſi mons ille, colliſq. ramoſis arboribus deſtitutus erit, tunc militem in manipulos, ac triangulos diuidere oportet, vt alter alteri alternis vicibus ſuccedat, & à fronte, & vtroque latere hoſti negotium faceſſat. Subſidia enim, inquit Liuius in talibus iniquitatibus locorum maximo ſemper vſui ſunt, vt paucis forte deturbatis, ſecundi, & tegant pulſos, & integri pugnam excipiant. Sed priùs ad huius peditatus tutamen, in montis radicibus præſidium diſponendum eſt, nè hoſti occaſionem præbeamus ab alterá parte, peditatum cuſtodibus deſtitutum,à tergo feriendi. Vbi verò in planicie nos hoſtis inſtabili pugná laceſſiuerit, & nos ſtabili ordine nos tueri,& hoſtem cædere voluerimus; tunc militibus noſtris vſque ad talem terminum, ſpacium pugnandi,& hoſtem perſequendi præfigere opportunum erit, & imperare, vt nullus illum tranſire præſumat, & ut illicò ab illá metá ad ordinem ſuum vnuſquiſque reuertatur. Et ſi hoſtis phalangem noſtram à biná fronte inuaſerit, nos dyphalangem conſtituere oportebit, & ordinem

Sagittariorū deceptio.
Hoſtem in inſidias deducere.
Securitas exercitus.

Z tueri,

Diſpoſitio exercitus. tueri, nè amiſſo ſolo, amittamus exercitum. Præclarum quoque exiſtet, ſi ità acies noſtras diſpoſuerimus, vt primo loco lancearij pedites ſubſiſtant, ſecundo Bombardarij, ac cùm iſti explodunt in hoſtes, equoſq., vt illi ſe ſe profundè inclinent, nè tangantur, & ità ſe, ac lanceas demittendo, vallum efficiant. Ferunt enim plurimum adiumenti peditum lanceæ, nè hoſtilis equitatus acies *Machinamenta hoſtilia.* perrumpat, & peruadat exercitum. Ad cuius etiam obſtaculum, ſalutare erit foſſam oblongam, latamq. à fronte noſtri exercitus deducere, eamq. ignibus artificioſis vndique replere, craticuliſq. ligneis frondoſis obtegere, vt, cùm hoſtis eò peruenerit, inſidioſa materies ignem concipiat, illuſq. in aërem fumo, ac flammis explodat. Alius etiam modus prætereundus non eſt ad hoſtium impetus retardandos, vt poſtremis Centurijs primas Cohortes ſuppleamus, & antè has currules Bombardas falcibus acutis, & oblongis partim, partim curuis, & lunatis muniamus. At, ſi tali impetu hoſtis alijs machinis bellicis ſeptus feratur, vt nos eius impetum ſufferre nequeamus, & incolumes noſtros ſeruare optamus, ſaniùs eſt exercitum noſtrum in binas alas reſerare, vt hoſtilis, noſtrâ minore noxâ per medium tranſeat, & à noſtris ab vtroque latere feriatur.

Congreſſus nocturnus. Huic alterum Stratagema perſimile eſt ad hoſtem fallendum, vt noctu ignibus in caſtris relictis, & præſidio, exercitus partem *Exercitus diſceſſio.* nihilominus ad improuiſum congreſſum demittamus. Sed, cùm non ſemper fortunata exiſtunt auſpicia, ideò aliquandò retrocedendum eſt cùm hoc monitu, vt hoc pedetentim fiat, nè ordo turbetur, neuè hoſtilis turba, turmaq. animaduertat. Facilè autem id conſequemur, ſi in fronte noſtri exercitus, paleas, ſulphureos globos, & aridas herbas, ramoſq; poſuerimus, ut igne concepto, fumum latè patentem proijciant, & per conſequens viſum hoſtibus adimant, ac interim nos ſublimem locum, veluti aſylum cùm no- *Auxilij ſignificatio.* ſtris conſcendamus. Porrò, ſi hoſtibus, vel nobis etiam poſtmodùm auxiliares copiæ aduentauerint, vt noſtri pauorem abijciant, & animum generoſioré concipiant, ignes miſſiles in aëra in auxilij ſignum, iaculentur, & ſi hoſtis ſupra colliculum aliquem Tormenta diſpoſuerit, vt nos affligat, nos quoque ad altiorem conſcendere, & noſtra tranſuehere debemus, vt illorum obſtruamus, aut certè remo- *Conſilium.* ueamus, & victoriam denique obtineamus.

Victoria natura. Verùm enim verò, quoniam illa ferè ſemper inſolens, ſuperba, & ſui incapax eſſe ſolet, eam à Deo acceptam recognoſcere debet Princeps, illiq. ingentes gratias agere pro tanto beneficio, & ſui imperij conſeruatione in illum collatis, atque in hoc veteres illos, etſi à veri

Dei

Dei cultu alienos imitari, qui ad Deorum puluinaria ſollemnes ſupplicationes inſtituebant. Rerum humanarum ludibria antè mentis oculos ſibi ponat, & diſcat cùm Thucydide lib. I. quòd is, qui in bello ob res ſecundas exultat, non cogitat, quàm infida fiducia ſe extollat. Fortuna, ait, Publius, vitrea eſt, tunc, cùm ſplendet, frangitur, vt ſapiètèr dixerit Publius in Panegyrico, quòd habet has uices conditio mortalium, ut aduerſa ex ſecundis, ſecunda ex aduerſis naſcantur. Rectiſſimè Archidamus Aegeſilai filius, cùm à Philippo, poſt partam victoriam ad Chennæam, acerbas, minarumq. pleniſſimas litteras accepiſſet, reſpondit: Si metieris vmbram tuam Philippe, haud quaquàm illam factam maiorem reperies, quàm erat antè victoriam. Huc pertinet ſapientiſſimum Cręſi conſilium, ex Herodoto, datum Cyro expeditionem paranti contrà Tomyrim Meſſagetarum Reginam, cùm iam victorijs intumeſceret, & neminem ſibi reſiſtere poſſe arbitraretur. Si tibi, inquit, eſſe videris immortalis, & eiuſmodi exercitui præeſſe, nihil eſt opus, vt meam tibi dicam ſententiam; ſi verò agnoſcis te quoque hominem eſſe, & alijs talibus præeſſe; illud ſcito in primis humanarum rerum circulum eſſe, qui rotatus ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit.

Thucydide.

Fortuna eſt vitrea.

Plinius.

Victoria nō mutat vmbram.

Res humanæ habent circulos.

Quamobrem totis mentis, & linguæ neruis Principem hortamur, vt bella compeſcat, & pacem iuſtam, atque fidam cùm aduerſarijs ineat. Illius enim nomen dulce eſt, ait Cicero in Philippicis, & pro lege Agrariâ; res verò ipſa cùm iucunda, tùm ſalutaris, quâ non modò ij, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta, atque agri lætari videntur. Concedat igitur Princeps pacem victis, vt teſte Liuio lib. 30. ſciant omnes illum, & ſuſcipere iuſtè bella, & finire. Nam verè D. Bernardus in Epiſtolis, pacem contemnentes, & gloriam appetentes, pacem perdunt, & gloriam. Quid enim boni ex bello nimìmè bello, niſi ſanguinis effuſiones, morientium vlulatus, matronarum decus, incendia, vaſtitates, & rapinæ? Veriſſimè Lucanus lib. 2. belli Ciuilis potius deplorauit, quàm cecinit.

Conſilium.

Cicero.

Pax.

Liuius.

Bernardus.

Lucanus.

Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum:
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas;
Non ſenis extremum piguit feruentibus annis
Præcipitaſſe diem, nec primo in limine vitæ
Infantes miſeri naſcentia rumpere fata.

Z 2 Crimine

Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed ſatis eſt iam poſſe mori.

Silus Italicus. Illa igitur cùm Silio Italico lib. 11. belli Punici alacri animo ſuſcipiatur.

Pax optima rerum
Quas homini nouiſſe datum eſt, Pax una triumphis
Innumeris potior, Pax cuſtodire ſalutem,
Et ciues æquare potens.

Faderũ obſeruatio. Sed ſicut Principi curæ eſſe debet, vt bellum iuſtis tantùm de cauſis ſuſcipiatur,& Pax iuſtis conditionibus firmetur; ſic debet incumbere,vt fœdera ſuſcepta, nullis cædibus, nullis direptionibus, nulliſue dolis difrumpantur, & nè magnum denuò incendium modicâ ſcintillâ excitetur. Probè profectò Aegeſilaus apud Plutarchum, fæderatum iniuſtè fallere, impium eſſe dixit; at hoſtes non ſolum iuſtum,ſed etiam ſuaué,ac fructuoſum. *Plutarchus.* Appoſitè Silius Italicus lib. 13. belli Punici. *Siliuus.*

Fœdera mortales, ne ſæuo rumpite ferro,
Sed caſtam ſeruate fidem, fulgentibus oſtro
Hac potior regnis.

Deploratio. Sed heù, heù miſeri mortales, ſiccinè fidem alij ſeruabimus, fœdera illibata cuſtodiemus, fidelitatis promiſſæ vinculum tuebimur; cùm noſmetipſos ſingulis propemodùm horis turpiter fallamus, fidem ipſi Deo datam impiè frangamus, & bella nobis ipſis ignominioſè moueamus, & ad quemcumque leuiſſimum quoque paſſionis ſuſurrum fluctuamus. Non ſumus Pauli, ANTONII, Hilariones, Franciſci,non ſumus reliqui Chriſtianæ Militiæ duces,militeſué,qui de ſeipſis priùs triumpho reportato,& opibus patrijs derelictis, & titillationibus ſenſuum abdicatis,auorum nobilitate poſthabitâ, honoribus Aulæ poſtpoſitis, loca vepribus denſa, viridarijs; ſilentium, colloquijs; ferarum cubilia, ſuperbis ædium culminibus; humum deauratis lecti Hernijs; contexta ex paleis tegumenta, pomposis, ſericeiſq. veſtibus; noctes, dieſq. inſomnes, ſopori; parſimoniam, atque famem ſaturitati; laborũ æſtus,quieti; fidẽ perfidiæ antepoſuerunt,& reliquos omnes factis,& exẽplis docẽdo,ab errorũ tenebricoſis

Digitized by Google

ſis gurguſtijs, ad veritatis ſplendidum theatrum, à turpitudine vitæ, ad morum honeſtatem, à ſupplicijs æternis, ad immortale beatorum domicilium traducere contenderunt. O quàm procul miles noſter Chriſtianus ab iſtis veris militibus, & heroibus ſeiungitur? At ipſum met de ſeipſo loquentem audiamus.

Miles Chriſtianus.

Recta probo, peruerſa ſequor, præſentia damno,
Damnata amplector, cupio cæleſtia, terris
Hæreo, memet amo, mihi me contrarius odi.
Conſector pacem ſinè pace, reciproca mecùm
Bella gero, totus comburor, & algeo, præceps
Dùm cado, conſiſto, ſanor dùm langueo, lætor
Dùm me dedecoro, morior dùm viuo, triumpho
Dùm ſuperor, curis me paſco, & gaudia capto.
Impero, cui demens ſubſeruio, liber aperto
Expatior cœlo, ſed nec me carcere ſoluo.
Me lædo, me ludo; mihi mitisq́; feroxq́;
Damna creo, bilemq́; cio, ſplenemq́; laceſſo.
Somnio ſæpè amens, me ſomnia cernere ſomno.
Caligo vigilans, mira vertigine mentis
Nunc huc impellor, nunc voluor fluctibus illuc,
Meq́; ſeco in partes varias, perq́; omnia verſo.
Quod petij, ſperno, repeto, quod nuper omiſi,
Cras, hodiè, hoc, aliud, iam, mox, nihil, omnia quæro.
Miles hebes ſerò clypeum poſt vulnera ſumo.
Efferor in vetitum præceps: Decliuia mecum
Sunt uitia; accliuam Virtus petit ardua montem.
Faſq́;, nefaſq́; mihi paruo diſcrimine diſtant.
Quod libet, idq́; licet: Quæ tanta inſana libido
Audit hoc, atque audet? Furor hoc meus audit, & audet.
Religionis iners cuſtos, timidusq́; ſatelles
Arma Dei perdo, ſtationem deſero, facti
Sons fugio multa, non inſons horreo culpam:
Vt culpam vitaſſe noua eſt occaſio culpæ?
Saxa memor refero (ſic diſco cauere cadendo)
Rurſus ad icta pedem: pereo viuuſq́;, videnſq́;.
Ipſe ipſum perimo, prudenſq́;, volenſq́;, ſcienſq́;.
Me medicum mihi quæro, nocenſq́; ægreſco medendo.
Dùm cupio ſedare ſitim, ſitis altera ſæuit;
Dùm pereo flammis, occido ſulphure flammas;

Dum ſiſto vndantes vndas, vndantiùs vndant.
Sic me peſte iuuat medicina nocentior. Vlcus
Vlcere ſano mihi, mihi mulceo vulnere vulnus.
Heu quas inducias, atque impia fœdera pando
Cum ſcelere, & Satana, fontiſq. cupidine vitæ?
Quàm ſoleo caſſas peccandi innectere cauſas?
Vt vana illuſtri prætexo pallia culpæ?
Scribitur in glacie, pluuia indice, teſtibus Auſtris
Prima redempturum me brutæ tempora vitæ;
At citò me ſolitus rapit in contraria vortex
Aedituum timidum, & pugilem probitatis inermem;
Mortali nil dulce ſapit, niſi quod ſit amarum
Menti immortali: pinguis me Aegyptius inſeſtat,
Alternumq; animus nectar faſtidit, & odit.
Me domitor Mammon, me inſufflat myſticus hydrops,
Me diua omnipotens cuſa, effigiata, rotunda,
Me Belial, me vota Mydæ, me fulua ſupellex,
Me, me ſacra fames, Pactoliq; aurea proles,
Faſcinat, & ſicca fauces mihi dipſade mordet.
Gurges ineſt animæ, nil rictum claudit hianti;
Orcus ineſt auido, nil Piccam placat edenti.
Quæro ſatur, quæſita queror, quantumlibet indo.
Hic bolus extendit, non os occludit auaro.
Dulce mihi fœnus fert lamentabile funus.
Seruus amor mundi, mentiq; ancilla voluptas
(Hæc Cleopatra procax; ille helluo Sardanapalus)
Exigua ingentes præbent ſolatia luctus.
O quam mirandum cœloq;, ſoloq; creatum,
Corporis ex pecude, & mentis ſum numine monſtrum?
Igne leuis mea terra grauis ſeſe altius effert;
In me tota ruins carnis deſæuit, Erynnis
Ebrius ad mundi muſto, ſomnoq; ſepultus,
Regnum animæ prodit ſpeculator ſpiritus hoſti,
Lætitia, & luctus trano per tempora vitæ,
(Vota mihi ventus, caro nauis, nauita ſenſus)
Pacificum curis inter latrantibus æquor.
Seditio ſæ meo Reſpublica pectore clauſa eſt:
Grex furrit in Regem, Rex audet temnere legem.
Eua mea eſt illex, Iacob meus, & meus Eſau,
Iuge odium exercent, tanta eſt diſcordia fratrum.
In me, quæ fiunt, ea non ego, ſed facit alter;
Qui facit, is meus eſt (heu quod meus) hoſpes & hoſtis.
Mens mea verè in me, ſi non in me eſſet, ineſſet,
Nunc propè, ſed procul eſt, ſpurca turpatur amurca
Carnis, & immundi guſtat contagia Mundi.
Quæ cupio, haud capio, petor, & negor ipſus ab ipſo,
Et timeo, & ſpero, ſecuris langueo curis;

Nauſeo,

Nauſeo, & eſurio, ſitiens bibo fellea mella;
Me uinum doleo, riſus in funere fundo.
De petra mihi mella fluunt, de pumice nectar;
E ſcylla mihi nata roſa eſt, & ſentibus uua;
De ſicco fons manat aqua, de ſtipite gemma;
Et frontem in fontem, atque in flumina lumina ſoluo;
Ex iſto torrente tamen bibo gaudia vitæ.
Lux perplexa, iubar tremulum; caligo ſerena,
Spes exſpes, ſtatus inconſtans, perſuaſio fallax,
Lex illex, methodus confuſa, inconditus ordo,
Bellica pax, riſus lachrymabilis, impetus excors,
Flos defloreſcens, via deuia, cognitus error,
Fama infamis, iners ſolertia, diues egeſtas,
Mens amens, ratio delira, inuita uoluntas,
Dulce malum, mellita lues, funeſta voluptas,
Sors exors, deforme decus, ſubiecta poteſtas,
Plena fames, exoſus amor, deſpecta uenuſtas,
Triſte melos, probroſus honos, fiducia ficta,
Feſſa quies, obſcura dies, victoria victa,
Ægra ſalus; animæ ſunt hæc ſolatia mœſta.
Quid probo, quod reprobo, quid amo, quid damno quid opto?
Heu quis, quem, quoties, quæ faſtidita repoſco.
Nolo, volo, volo nolo; aliud damnoſa voluptas
Mens aliud ſuadet: formas mihi ſurgit in omnes
Protheus effectus: varia eſt, & vana voluntas.
Innumero capite Hydra, caro ſuppullulat, anceps
Eſt animus, Ratio multorum Dædala, ſenſus
Facta fugit, fugienda facit; mihi ianua caſta
Proditor eſt oculus Veſta, vaga fluctuat æſtu.
Spes mea votorum vario, diſcordia concors
Me perimit, ſeruat diſcors concordia, ſemper
Diſpliceo, placeoq́; mihi, vellem ipſe tenere
Me ſine me, damnoſa mei, me copia perdit.
Qui me in me quæris, non me, ut me, inuenerit in me.
Hermaphrodito animo modò ſum Mas, Femina, Neutrum.
Seu ſum, ſeu non ſum, mecum, me Iudice, non ſum.
Me miſerum mihi perdo, nocens agor exul ab ipſo;
Ipſe mihi turbas moueo, diſconuenit ipſi:
Non ego me memini, non ſum mihi concolor ipſi.
Credo mihi, non credo mihi, me ſæpè fefelli.
Me fugio, cupioq́; mei ſum compos, & impos.
Ipſe ego, non ego ſum; ſum partibus alter, & idem,
Diſſimilis, ſimilisq́; mihi, contrarius ipſi:
Sic ego nec ſinè me, nec mecùm viuere poſſum.

Hem audiſti nè militis noſtri fidem, audiſtin fædus, pacem diuturnam percepiſti, qui nec pacem paciſci, nec fædus ſeruare,

nec fidem tueri, nec cùm ſe ipſo, niſi tumultuosè, inconſtanter, & perfidè viuere poteſt? Quòd ſi noſmetipſos non amamus, nobiſmet ipſis inſidias teximus, retia ſtruimus, foueas fodimus, quantò magis exteris fidem inconſtantem proponemus?

Apoſtrophe. At tu bone Deus, qui mortalium omnium cordis ſenſa inſpicis, qui occulta omnia, & nubibus cæcis obducta, & corporis compagibus obſtructa, tanquàm in apertiſſimâ Solis luce intueris, concede noſtris omnibus ardorem contrà hoſtes internos pugnandi, de ijs vincendi poteſtatem, pacem faciendi ſecuritatem, illamq. conſeruandi conſtantiam, vt illis tandem deuictis, ſuperatiſq. & reportatâ victoriâ, illius pręmia, inauditis triumphis, inter diuorum ſpirituum ſedes, beati conſequamur.

MEM-

MEMBRVM DECIMVMSEXTVM.

De Regimine.

QVAMQVAM homines ſuoptè Ingenio liberi, & naturâ potiùs ad imperandum, l. Libertas. de Statu hominum, quàm ad ſeruiendum nati eſſe videantur: veriſſimum tamen eſt, quod Ariſtoteles ſcriptum reliquit in Politicis, alios quidem ad Imperium, alios ad Obſequium eſſe natos, & ſinè Principibus impoſſibile eſſe ciuitates regi poſſe. Vndè Dionyſius Halicarnaſſęus hanc dixit eſſe Naturæ legem, vt meliores præſideant peioribus. Nam, cùm homo ſit animal Politicum, conuenit certè, vt vnus, iſq. reliquis excellentior, alijs imperet. Quæ profectò iuriſdictio, & officiorum diſtributio ità eſt naturæ conſentanea, vt etiamſi Adamus non peccaſſet, futura nihilominùs fuiſſet, vt bene D. Thomas par. 1. q. 96. art. vltimo docuit. Huc accedit hominum genus ità eſſe ad queq. vitia procliue, & in omnes turpitudinum ſcrobes quodam naturæ potiùs defectu, quàm libertate præceps ferri, vt ideò, qui id legum frenò, & maieſtatis ſceptro cohibeat, & auertat, omninò indigere videatur. Et quoniam humana ſocietas ſpeciem quamdam fraternitatis videtur habere, teſte Vlpiano in l. verum. pro Socio, Patrem obtinere etiam neceſſe eſt. Quod, cùm Cicero quoque in oratione pro Roſcio cõſideraret, dicebat Rempublicam eſſe quoddam corpus ex pluribus hominibus tamquàm membris ſe mutuò iuuantibus collectum; quod ſi hoc capite careret, quis non mutilum, portentoſumq. eſſe videret? Sic enim Roxanes quandò puerum ſinè capite peperit, Magi, referente Photio ex lib. 12. Cteſiæ Cnidij, vaticinati ſunt Cambyſi nullum regni ſucceſſorem ab eo relictũ iri, tantùm potuit illa Capitis viduitas præſagire. Mittimus hic, quid D. noſtri Petrus epiſt. 1. cap. 2. & Paulus ad Romanos, cap. 13. & ad Titum, cap. 2. & 3. docuerint.

Homo liber. *Ariſtoteles.* *Homo debet regi.* *Halicarnaſſeus.* *Iuriſdictio eſt naturalis.* *Thomas.* *Rectoris neceſſitas.* *Vlpianus.* *Cicero.* *Puer ſine capite.* *Photius.* *Petrus.* *Paulus.*

Quamobrem, cùm Principes viros, qui nobis præſint, præeant, & regant, habere neceſſariò debeamus, de horum Regimine etiã preſsè ſcribere ſtatuimus, ſinè quo nullę Liberales artes, & ſtudia nec vigere, nec florere poſſunt. Regimen porrò eſt ſumma Principis poteſtas in

Regimen quid ſit.

Principis officium. omnes ſibi ſubditorum ordines, eorumq. pia, iuſta, & prudens rectio. Quam Princeps facili negotio aſſequetur, ſi verá religione Deum, pietate patriam, charitate propinquos, liberalitate egenos, clementiá ſingulos, iuſtitiá vniuerſos complectatur; ſi prudentiá, & altitudine animi in conſilijs, fortitudine, & alacritate in rebus gerendis, modeſtiá in proſperis, conſtantiá in aduerſis vtatur; ſi ergá fæderatos, & ſocios amicum, atque fidum, aduerſus hoſtes formidabilem, in bonos amabilem, in ſceleratos terribilem, in vtroſque admirabilem, aduerſus hu miles facilem, in arrogantes excelſum ſeſe demùm demonſtrabit. Equidem Princeps has virtutum gemmas obtinere debet, *Plinius.* cùm ille, vt refert Plinius in Panegyrico Traiani, ergà omne hominum genus Dei vice fungatur, talemq. Principem *Menāder.* Menander, imaginem animatam Dei appellauit. *Princeps Dei imago.* Atque in l. Titia Seio. §. fin. de leg. 2. Sanctiſſimi: l. vnum ex famil. §. fin. eod. tit. Prouidentiſſimi, & Religioſiſſimi: l. quçris, de natal. reſtitut. ff. Nobiliſſimi, & Sanctiſſimi: l. in honoribus, de vacat. mun. ff. Optimi, & Maximi vocantur, *Principis tituli.* & denique domus illorum in l. ad inſt. & ibi gloſſ. de Sacroſ. Eccl. diuina nominatur.

Tyrannus. At Tyrannus non ſolùm contraria, & hiſcè aduerſantia nomina, ſed omnium quoque odium, & inuidiam meritò ſortietur, vt verè *Claudianus.* Claudianus in Honorium cecinit.

Qui terret, plus iſte timet, ſors iſte Tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteq; trucidant,
Muniti gladijs viuant, ſeptiq; venenis,
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.

Quamquam interdùm Principi omninò ſeueritas neceſſaria eſt, vt *Seueritas neceſſaria.* populi peruiuacia frangatur, & rebellionis anſa tollatur, quæ ſæpiùs dùm Princeps nimiùm illius indulget, & iuſtam correctionem differt, ipſum, populumq. ſubuertunt. Nam verè illa potiùs ſegnities eſt, quam clementia in Principe non cohibere legitimo metu populum inſoleſcentem, & ſinere contemptu hebeſcere aciem ſuæ auctoritatis, quo nulla maior peſtis Principi aduentare poteſt. Illa enim eſt *Auctoritas anima Principatus.* totius Principatus anima, quá ſublatá, tollitur obedientia, indè contemptus oritur, & ex hoc mox rebellio proficiſcitur, vt veriſſimum ſit, *Impunitas, delicti anſa.* nimiam clementiam, & delictorum impunitatem delinquendi illecebram creare. Quod ferè Reipublicæ Romanæ accidiſſet ob nimiam Pertinacis clementiam, & inſanam Heliogabali voluptatem, niſi illi periculo Alexander Seuerus ſeueritate ſubuenisſet. Verùm, ille pro-

fectò Principis nomine omnium conſenſu digniſſimus exiſtat, qui ſibi, ſuiſq. animi paſſionibus poterit temperare, vt ſapienter idem Poëta cantauit.

Princeps debet ſibi temperare.

Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Meaus, te mollis ricabs, te Sores adorent;
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris Rex eſſe tui.

Rex verus quis ſit.

At hoc tanti eſt momenti, ac ponderis, vt niſi quis ſe ipſum quotidiè libret, & ſui ipſius anatomen faciat, facilè eſt, vt paſſionum, tanquam Sirenum vocibus allectus, in errorum ſcopulos allidat, frangatur, & ſeſe deniquè ſubmergat. Accepimus enim Ferquardum Scotorum regem, vt refert Hector Boëtius lib. 9. priuatus dùm eſſet, liberaliſſimum, & religioſiſſimum extitiſſe; at regno potitum, bonorum extorterem, religionis hoſtem, & cruentam ſanguinis humani belluam euaſiſſe. Et Domitianus, teſte Suetonio in eius vitá, primis annis ſui regiminis moderatiſſimus habitus eſt, ſed mox in omniũ vitiorũ cateruas prorupit. Pari modo Domitius Nero, vt Suetonius refert, primo quinquennio Optimi Principis laudem meruit; at eo exacto, ſibi diſſimillimus euaſit, & cædium, & libidinum omnium maculas ſibi cumulauit, vt hîc Caligulam, Maxentium, Dionyſium, alioſq. plurimos prætereamus; qui, vel ingenti faſtu Imperij inflati, vel nimiá dominandi licentiá tumidi, vel maximâ rerum affluentiá ditati, vel propriæ naturæ inſtinctu improbi, vel pernicioſorum conſilijs impulſi, vel amicorum auxilijs freti, vel denique diuturno otio, & Reguminis ignoratione capti, in hæc ſeptena vitioſæ Hydræ capita impegerunt, & ſeſe illis miſerrimè innodarunt.

Hector Boetius.

Suetonius.

Suetonius.

Improbitatis cauſa.

Quæ, etſi itá ſe habeant: nolumus tamẽ Princlpes maieſtatem, & imperandi auctoritatem, & in rebus omnibus grauitatẽ, quibus, vt aſſiduis ſocijs vti debẽt, exuere, & quemdam illorum dignitatis neglectum induere, nẽ ſubditis contemptibiles euadant. Cùm enim nimia ſeruatur humllitas, regendi frangitur auctoritas, D. Auguſtinus ſermone 3. de vitá Clericorum, & cap. 4. quandò neceſſitas diſt. 86. prodidêre. Etenim, cùm Xerxes Perſarum rex tot gentes immanitate barbaras, & tot regna opulentiſſima expugnaſſet, demùm bello in Græciá infeliciter geſto, cõtẽptui eſſe cępit, & ſenſim auctoritate regiâ deficiente, Artabanum ipſius Præfectum ſpes regnandi itá inuaſit, referente Iuſtino lib. 3. vt Regẽ quodam die trucidauerit.

Principi q̃ ſeruanda.

Humilitas nimia vileſcit.

Auguſtinus.

Cõtemptus cauſa.

Iuſtinus.

Pecunia mutuata. *Vpſalenſis.* *Vilia officia.* *Ariſtoteles.* *Inopes animo ſunt vili.*

Id etiam ſæpiùs ijs Principibus euenire ſolet, qui in nimiâ rerum, ac pecuniarum indigentiâ conſtituti, coguntur à proprijs quoque ſubditis, non ſinè maieſtatis detrimento pecunias mutuò accipere, & hoc modo ipſorum ad regendum, acquirendumq. ineptitudinem oſtendere, quæ vilem poſteà, & abiectam opinionem de Principe, eiuſq. ciuili prudentiâ in hominum mentibus generat, & rebelliones ſæpè excitat. Narrat Archiepiſcopus Vpſalenſis lib.17. Visbur Gothorum regem ob inopiam nunc mutuò, nunc dono, nunc minis interdùm pecunias extorquere coactum fuiſſe, quæ res tantùm illi odij, & tantùm contemptus peperit, vt à duce Domaldro cùm totâ familiâ combuſtus fuerit. Et quia Arſaces Sardanapalum quodam die penſa trahentem, & inter fœminas diuidentem fuit conſpicatus, ità ipſi incepit eſſe contemptui, vt ipſius regnum poſteà inuaſerit. Huic ſententiæ fauere videtur, quod Ariſtoteles lib.4. Politicorũ, cap.11. ſcriptum reliquit; nimirùm, Principes inopes deiecto eſſe animo. Quæ animi humilitas poſtquàm contemptum inter ſubditos genuerit, eos ad quæque contrà ipſum perpetranda, adarmat.

Alia contẽptus cauſa. *Libertas nimia damnoſa.* *Curtius.* *Tacitus.* *Alia contẽptus cauſa.*

Sunt autem, & aliæ res, quæ Principem contemptibilem ſuis reddunt, ſcilicet, cum leuiter negotia Publica, & Iuſtitię pertractat; cùm magnos, diuturnoſq. honores, aut temerè diſtribuit, aut in paucos eoſdem omnes confert; cùm nimis remiſsè, & indulgenter imperat, ex quo datur occaſio unicuique pro libitu quæq. agitandi: &, vt malum eſt habere Principem ſub quo nil liceat; ità peſſimum ſub quo omnia liceant. Cum Princeps etiam Liberis caret, non ità æſtimatur. Orbitas mea, inquit Alexander Magnus apud Q. Curtium lib.6. quòd ſinè liberis ſum, ſpernitur. Et Tacitus lib.5. Hiſtoriæ, non legiones, non claſſes, ait, æquè firma Imperij munimenta, quàm numerus liberorum. Si etiam Princeps amicis, ijſq. multis, potentibuſq. non ſtipetur; ſi eſt ludis, & vulgi familiaritati nimiùm deditus; ſi eſt, vel nimis ſenex, vel iuuenis, continuò infirmus, vel deformis; ſi denique eſt nimiùm ſimplex, & credulus, nec Vulpis interdùm in conſilio, Serpentis in negotio, & Leonis in imperio pelles induere calleat, ab omnibus ferè contemnetur.

Dei correctio. *Exhortatio* *Gula vitiũ.* *Lãpridius.* *Herodianus.*

Interdùm etiam Principes ob ipſorum demerita iuſto Dei iudicio contemptui exponuntur, & tandem principatu etiam priuantur. Quocirca conſulimus Principibus, vt tam propter ſuam, quàm ſuorum ſalutem, pijſſimè viuant, & quo in altiori, & cælo proximiori dignitatis gradu reſidẽt, eò quoq. ſint ab omnibus vitijs remotiores. Quid enim in Principe indignius, qui negotijs Reipublicę vacare deberet, ventrem diù, noctuq. eſculentis, & poculentis extendere? Abhorreãt Antoninũ Heliogabalum, vt teſtatur Aelius Lampridius, & Herodianus in eius vitâ, qui ad Apitij imitationem profuſiſſimas in conui-

uia

uia impenſas faciebat, calcanea Camelorum, criſtas tantùm Gallinarum, Linguas Pauonum, & Luſciniarum comedere ſolebat; deteſtentur Hipparinum Dionyſij filium ob temulentiam apud Athanæum lib. 9. cap. 13. iugulatum; fugiant facinus Alexandri apud Q. Curtium lib. 5. & Macedonum, qui ab ebriá Thaiade inducti Perſepolim Perſarum regiam, cui armati pepercerunt, ebrij incenderunt. Imitentur verò Tyberij Cæſaris frugalitatem, qui, vt aſſerit Suetonius in eius uitá, ſæpè ſollemnibus etiam cęnis pridiana obſonia, & dimidiatum Aprum apponi curabat: ſectentur Aelij Pertinacis parſimoniam, vt teſtatur Iulius Capitolinus in eius vitá, qui, etſi Imperator: lactucas tamen reſiduas, carduoſq. conuiuis denuò adferri mandabat; adhæreant Didio Iuliano Cæſari, teſte Aelio Spartiano in eius uitá, qui per triduum Porcellum, aut Leporem menſæ incumbere faciebat.

Ebrietatis vitium. *Athanæus.* *Curtius.* *Sobrietas.* *Suetonius.* *Capitolinus.* *Spartianus.*

Nam certè reprehendẽda potiùs, quã laudanda ſunt conuiuia illa, quæ noſtris temporibus præparantur, quibus, vt nil deſit, etiam ex remotiſſimis quibuſuè regionibus, magnis ſumptibus quęque aduolare imperant. Expenſæ fiunt grandes, & ex tantá ferculorum varietate, & Sympoſiorum frequentiá, noxijs humoribus corpus noſtrum dilatatur, cùm poſſit paucis, iiſq. ſalubribus cibis eſſe contentum, ut præclarè Boëtius lib. 2. de Conſolatione cantauit.

Conuiuiorũ damna. *Boetius.*

Felix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Faciliq;, quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande:
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoque lubricus amnis,
Vmbras altiſſima Pinus.

Frugalitatis laudes.

Dicere ſolebat Alcmenes Telecri filius, vt Plutarchus in Laconicis prodit, decere eum, qui multá poſſidet, pro ratione, non pro libidine uiuere. Non negamus tamen Principem decere, immò debere interdùm ad pompam, & ad honorem oſtendendum ſympoſia lautiſſima, & ſplendidiſſima, tùm in procerum conuentu, tùm in legatorum aditu, tùm quoque in aliorum Principum ingreſſu, præparare. Neque vero quotidiana ſolùm, ut diximus magnifica conuiuia intermittere debet Princeps; uerùm etiam omne id uitij generis, quod ex epulis ſæpiſſimè oritur. Quid enim ſordidius, quàm ad fætidam pellicem maieſtatem deijcere, illamq. contaminare? Quid deteſtabilius quàm Principem, ſuorum ſubditorum patrem, & cuſtodem, ſtupris

Plutarchus. *Diues, vt debeat opibus vti.* *Quando conuiuia facienda.*

&

& adulterijs illorum honorem peſſundare? Nemini hoc facinus impunè fieri permittat, prçſcindat ipſe ſibi libidinis occaſionem, & Alexandrum Magnum imitetur, qui aſſerentibus Gellio lib. 6. cap. 8. Darij vxorem ſpecioſiſſimam, reliquaſq. virgines, cùm ſecum in caſtris haberet, inuiolatas conſeruauit; ſuſpiciat Cyrum Perſarum regem apud Xenophontem lib. 5. & 6. qui, cùm omnium mulierum Pantheam formoſiſſimam captiuam haberet, in conſpectum ſuum adduci vetuit, nè amore illius caperetur. Quòd ſi hi heroes veri Dei, ipſiuſq. legis ignari hanc caſtitatis virtutem oſtenderunt, quantò magis Principes alij Dei doctrinis imbuti, hæc virtutis exempla ſectari tenentur?

Gellius. *Xenophon.*

Principis error grauiſſimus. *Princeps ſpeculum.*

Equidem, vt errata quæq. minima in alijs, in Principe ſolent eſſe maxima, quippè in ſublimi loco poſitus omnium ora, oculoſq. in ſe conuertit, & tamquàm terſum, nitidumq. ſpeculum, quemcumq. puſillum nęuum oſtendit, & omnia eius facta, quæ ſecretiſſima etiam arbitratur, ab ijs, qui eius Aulam ingrediuntur amicis, vel inimicis, vel miniſtris referantur, qui, cùm multi ſint, facilè in vulgus ea effundunt, & impotentis nomen acquirit, vt ſapienter Boëtius lib. 3. hæc ſcripſerit.

Boetius.

Potentia in quo cõſiſtit.

Qui ſe volet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis ſubmittat habenis.
Etenim licèt Indica longè
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat vltima Thule:
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſq. fugare querellas
Non poſſe: Potentia non eſt.

Impotẽtia. Immò maximæ Impotentiæ eſt non poſſe nos ipſos quibuſcũ ſemper viuimus, loquimur, & ſumus ſub rationis imperio continere.

Adulatio, venenum. *Adulatio quid ſit.*

Et verò, credimus etiam ſæpè cupiditatibus frena dare Principes potuiſſe, ni Adulatorũ blanditijs, quorũ Aulę illorum plerumq. abundant, aures dediſſent. Ac, vt Aſſentatio ipſi Principi ſæpiùs labem afferre ſolet; ità, & ruinam ipſius Principatui maximam. Nil eſt enim aliud Adulatio, quàm dulce venenũ, & dulcis Principatus proditio, & alter Chamalæon quemcumq. proximum colorem ſibi aſſumens, vt quemcumq. ſe intuentem fallere poſſit, & præſtigiari. Hi enim malos Principes peiores reddunt, bonoſq. corrumpunt. Accepimus Caligulam, teſte Suetonio, in eius vitâ, in primordijs ſui Regiminis optimum

mum Principem extitiſſe,& poſtmodū per Adulatores monſtrū factū fuiſſe,& tantùm Adulationibus intumuiſſe, vt inſtar Dei alicuius coli, imaginesq; ſuas in templis affigi vbique voluerit, excepto tēplo Ieroſolymitano, vt aſſerit Ioſephus lib.18. cap.15. Antiquitatum, Iudęis contradicentibus. Quæ peſtis, nè Eccleſiam quoque Dei inuaderet,& inficeret, Concilium Carthaginenſe ſapienter cauit, aſſerente Gratiano in cap.Clericus, qui Adulationibus, diſt.46. vt Clericus,qui Adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Quàm verò Principi periculoſum ſit aſſentari, nemo eſt, qui non videat,cùm Regum opes,vt Q.Curtius lib.8.teſtatur, ſæpiùs aſſentatio, quàm hoſtis euerterit. Principis itaque prudentia in eo elucebit maximè, vt Adulatores à fidis, & veridicis,veritatem à falſitate, fucum à ſimplicitate diſcernere poſſit, & nullo modo permittere ſe verborum lenocinijs illudi, & cogitare excellentiſſimâ ſe eſſe à Deo maieſtate decoratum. *Ioſephus.* *Gratianus.* *Clericus adulator.* *Curtius.* *Sententia.* *Principis prudentia.*

Tullius enim in Oratione pro Deiotaro, ſemper, inquit,Regum nomen in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorum verò Regum, & amicorum, ſanctiſſimum. Lacedæmones porro nemini, prꝫterquàm Regi aſſurgebant,vt Heraclides in eorum Republicâ prodidit. Et verò tanto in honore ſemper Principes habiti ſunt, vt etiam pro ipſorum felici, & diuturnâ vitâ, quotannis vota Romæ, die tertio poſt Calendas Ianuarias ſuſciperentur, vt Caius in l.ſi caluitur.235.§.1.de verb. ſign.l.vni.de obla.uoto.teſtatur. Apud Aethiopas refert Diodorus Siculos morem fuiſſe, vt ſi quandò Rex aliquâ corporis parte debilitaretur,Aulici eius omnes,& amici eamdem ſponte deformarent. Turpe enim exiſtimabant Rege claudo,non omnes alios claudos eſſe; cū illa ſit amoris vis, atque lex, vt de aduerſis amicorū rebus doleamus, & de ſecundis illorum lætemur. *Tullius.* *Regis nomē.* *Lacedamoniorū mos.* *Heraclides.* *Romanorū mos.* *Caius.* *Siculus.* *Aethiopum mos.* *Amoris lex.*

Ceterum,nè nimiùm in his immorari videamur,propiùs ad varias Regiminis facies accedendum nobis eſt. Et quidem principiò nobis ſeſe offert Tyrannis quâ Princeps illegitimè,& uiolenter,ſpretis gentium,& naturæ legibus, ſubditorum bonis, ac libertate ad libidinem abutitur. Nam Tyrannus,teſte Ariſtotele lib.5.Politicorum, ad nullā reſpicit communem utilitatem,niſi gratiâ proprij cōmodi. Eſt enim obiectum Tyranni,id,quod placet,Regis autem id,quod iuſtum eſt; cùm,vt idem affirmat,Rex debeat eſſe cuſtos ſui regni,ut qui diuitias habent, nihil iniuſti patiantur, nec populus afficiatur contumelijs. Vnde prudēter Seneca lib.3. de Beneficijs, cap.37.Hoc eſt Regnum, inquit,nolle regnare,cùm poſſis. Ex quo apparet quàm impia fuerit, & ſcelerata illa Iuliæ Auguſtę inceſtuoſos amplexus cupientis Antonino Caracallo Imperatori eius priuigno, facta reſponſio, vt Spartianus *Regiminis ſpecies.* *Tyrannis.* *Ariſtoteles.* *Tyranni obiectum.* *Seneca.* *Sententia.* *Spartianus.*

Iulia ſceleratū reſponſum. *Velleius.* *Quidquid libet, nō licet.*

tianus meminit. Si lubet, inquit illa, licet: an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, & non accipere? Scilicet, vt Velleius ait, Magnitudinem fortunæ ſuæ peccandi licentiā metiuntur, quidquid liberet, pro licito iudicantes. Etenim Tyrannus abutitur Imperio ad explendas libidines, opibus ad libertatem opprimendam; robore ad ſceleſtā facinora obeunda; ſcientiā demùm, & eloquentiā ad omnia ſuſque, deq. turpiter permiſcenda. Quamobrem meritò Tyrannide ad Inferos demandatā, alias Reipublicæ formas muſſamus.

Democratia. *Ariſtocratia.* *Reſpublica.* *Oligarchia.* *Charocratia.*

Et quidem Democratia eſt, in quā maior pars populi ſimul collecta ſummum Reipublicæ Imperium obtinet; Ariſtocratia, in quā optimates in reliquos ciues ius exercent; Reſpublica, in quā omnium ordinum ciues ſuo ordine magiſtratus gerunt; Oligarchia, in quā pauci ad priuatam magis, quàm publicam vtilitatem dominantur; Chærocratia denique, in quā ſeditioſa plebs tripudiat, duæ Tyrannidis ſociæ quaſi, & affines.

Vndè hac reginimis varietas. *Plato.*

Hęc autem Regiminis varietas non aliunde profectò, quàm ex varijs, diuerſiſq. hominum Ingenijs profecta eſt, vt optimè Plato etiam lib. 8. de Republicā cognouit: Rerumpublicarum, inquit, formas à formis prouenire animorum; & omnem Rempublicam mutari ex eo, quod dominatur, quandò in ipſo ſeditio oritur, mores animorum gubernantium, ex moribus priuatorum colliguntur. Atque hinc refert Aelianus lib. 14. Variæ hiſtoriæ, Polycletum, vt varias vulgi, & inconcinnas opiniones, &ècontrà vnius viri dumtaxat optimum iudicium oſtenderet, binas ſtatuas eodem tempore, alteram ſuapte Ingenio affabrè, & iuxta artis præcepta; alteram iuxta vniuſcuiuſque, qui ad illum accedebat, dictamē, & voluntatem fabricaſſe, vtrumque ſimulachrum expoſuiſſe, quorum alterum omnes in admirationem rapuit; alterum omnes in cachinnos, & ludibrium conuertit: at Polycletus, quod vituperatis, inquit, & reprehenditis, à veſtra arte profectum eſt; quod verò ſuſpicitis, ego meā facultate ſum fabricatus. Ecquis ergò non videt has Regiminis formas eſſe informes, & monſtruoſas, & quot capita, tot propemodùm eſſe ſententias?

Aelianus. *Polycleti ſtatuæ.*

Monarchia. *Monarchia laudes.*

Quā de cauſā Principi perfectiſſima Regiminis forma proponēda eſt, quā Græci Monarchiā vocârunt, in quā ille ſolus cùm ſummā poteſtate, ad vtilitatē potiùs publicam, quā priuatam ſapienter imperabit. Hoc enim imperiū eſt maieſtate pleniſſimū, in rebus gerēdis prudentiſſimū, in conſilijs ſecretiſſimū, in eorū exequutione celerrimū, in prouidendis, & preuidendis rerū negotijs, & euentibus aptiſſimū, & ad quæq. denique ſapienter agenda, accōmodatiſſimum. Hæc certè auguſta Regiminis forma tantùm perfectionis habere videtur, & luminis, vt etiam brutæ animantes ab illā illuſtratæ, ipſius numeris

omnibus

omnibus abſolutiſſimam ſpeciem cognouerint. Scribit enim Plinius lib. 11. Naturalis hiſtoriæ, cap. 17. Apes ſinè Rege eſſe non poſſe, nec plures vno tamen pati velle. Cui rei etiam Ariſtoteles lib. 9. hiſtor. Anim. cap. 40. adſtipulatur. Et Grues, idem Plinius lib. 10. cap. 23. refert vnum dumtaxat ducem eligere, & ſequi ſolere. Prudenti ſanè naturæ inſtinctu, vt ab vno, eoq. ceteris ſapientiore regantur, cùm vnius Principatus, vt ſcribit Iuſtinus in Exhortatione ad gentes, à bellis, diſſidijsq. liber, ac ſolutus eſſe ſoleat. Quòd ſi hunc morem intellexiſſet Eucratides Bactrianorum Imperator, poſt ſuperatum Demetrium Indorum Regem, poſt victoriam de hoſtibus reportatam, poſt Indias in poteſtatem ſuam redactas, à filio certè, vt Iuſtinus ex Trogo narrat, quem ſocium Regni crearât, non fuiſſet interfectus, nec Domitianus conſors Imperij à fratre Tito Veſpaſiano, teſte Suetonio in eorum vitis, fuiſſet declaratus, qui fratrem adhuc viuum ſepeliuit, vt ſolus imperaret; nec Antoninus Baſſianus hac de causâ poſt obitum Seueri Imperatoris, fratrem Getam, vt refert Herodianus lib. 4. matris pectori incumbentem obtruncâſſet. Vndè ſapienter Ariſtoteles aſſeruit Principem nullum virum totius ſui dominij debere facere cuſtodem.

Plinius. *Monarchia in brutis.* *Ariſtoteles.* *Iuſtinus.* *Sententia.* *Paricidiũ.* *Iuſtinus.* *Incõmoda conſortij.* *Suetonius.* *Fratricidiũ* *Herodian.*

Verùm, enim verò, vt hæc omnia Princeps exquiſitè cognoſcat, dignoſcat, prouideat, vt præuideat, & per conſequens excellens adminiſtrator Reipublicæ euadat, neceſſariò ille, vt etiam fatetur Vegetius omnes artes, atque ſcientias callere debet, quæ oculi, atque anima boni, & prudentis Regiminis eſſe ſolent. Nam hiſcè diſciplinis Princeps imbutus, veluti validis, & diuturnis coloſſis ſuſtentabitur, & alis quibuſdam prudentiæ ſubleuabitur, vt omnibus antecellat. Princeps enim omninò debet peritos Geographos imitari, qui dùm montes, & excelſa loca deſcribere, & delineare cupiunt, in humilibus, profundisq. vallibus ſubſident; dùm verò ima, atque demiſſa luſtrare deſiderant, illa ex ſublimibus montibus deſpiciunt. At montem hunc Regiminis conſcendere, vt ſubditorum Ingenia cognoſcat, nequibit, profectò Princeps, niſi fuerit in omnibus diſciplinis admodũ verſatus. Etenim, vt cognoſcere, eligere, & iudicare poſſit more Principis, omnia ea, quæ vel belli, vel pacis tempore ſolent occurrere, Mathematicarum debet eſſe peritus; in vtrâq. Philoſophiâ eruditus; in Eloquentiâ apprimè inſtructus ſinè quâ nullus Principatus, aut in proſpero, aut aduerſo ſtatu benè adminiſtrari, & regi poteſt, cùm illa ſit animorum imperatrix, & rerum omnium anima, & ocellus. Pari modo, vt quòd, ſiuè vitæ breuitate, ſiuè locorum cancellis Princeps interclusus, ſiuè diſtantiâ ſemotus, ſiuè alijs rebus præpeditus, non omnia poteſt, vel ſcire, vel luſtrare, Hiſtoriam omnium temporum,

Libertas magna, periculoſa. *Sciẽtia quid ſit.* *Principis ſciẽtia quæ.* *Eloquentia quid ſit.*

Aa natio-

Cicero. nationum debet diligentiſſimè ſcrutari, & aſſiduò peruoluere, quam Cicero prudenter lib. 2. de Oratore Lucem veritatis, & magiſtram vitæ appellauit, & quam Polybius lib. 1. Veriſſimam diſciplinam, exercitationemq́. ad res ciuiles nominauit. In Hiſtorijs enim tamquam in theatro quodam ab orbe condito rerum geſtarum ſcenas videmus; in ijs, quid ſequi, quid ſugere debeamus, quid nobis profit, quid noceat, erudimur; in ijs abſque vllis expenſis, & itinerum labore, latronumq́. periculis, totum orbem peragramus; in ijs cernimus naufragia abſque horrore, bella abſque timore, gentium omnium mores, & ſtatuta abſque diſpendio; in ijs intuemur origines, media, & occaſus Principatuum, cauſasq́. ipſorum incrementi, decrementi, & excidij; in ijs docemur, cur Princeps iſte regat ſuos pacatè, ille turbidè, & inquietè; iſte pacis arte floreat, ille armorum ſtrepitu creſcat; ille demum abſque emolumento profusè exponat, iſte parciùs cùm dignitate, & lucro aurum, atque argentum proferat; ex earum lectione tamdem præclariſſimam rerum omnium cognitionem, & ampliſſimam prudentiam, velut ex patentiſſimo diſciplinarum fonte haurimus.

Hiſtoria quid ſit. *Polybius.* *Hiſtoria vtilitas.*

Ceterum, Princeps hiſcè rebus ad pacem inſtructus, & ad bellum munitus, vt vnà cùm ſuis ſubditis benè, beatèq́. viuat, quòd ipſius boni Regiminis finis eſſe côuenit, accingere ſe debet adiuum Principatum Metropoli Ciuitate muniendum, decorandum, & amplificandum. Antè omnia verò ſalubris, atque commodus ſitus illi eligendus eſt, vt tùm ciues diuturnam, & benè valentem vitam ducant, & robuſti, & floridi euadant, & ad quæque perferenda, & ſubeunda aptiores; tùm, vt ſitus opportunitate fiat plena negotijs, & commercijs. Hoc obtinebit facilè Princeps, ſi Metropolim in loco fertili, & campeſtri, fluminibus irriguo, & mari proximo ædificauerit. Quoniam mercimoniarum, annonæ, aliarumq́. rerum conductus nauigio breui tempore, facillimis, negotio, & expenſis fieri poteſt, & quæcùmque, vel extrahere, vel inferre abſque magno labore. Hinc oritur populi maxima frequentia, victus affluentia, & ingens pecuniæ copia. Quòd ſi Metropolim Academiâ quoque decorauerit Princeps, fiet valdè populoſa. Atq. quia ſtudia diminuere vires neruorum ſolent, ideò a veteribus ſcientiarum Dea, Minerua dicta creditur, operæpretium eſt, vt propter ſtudioſos etiam, ciuitas illa ſit aëre ſalubri, & puro illuſtrata, ſitu iucundo, atque vago decorata, fluuijs piſcoſis, & tranquillis, ſiluis viridibus, & opacis, fontibusq́. pellucidis, circumdata, ut loci amœnitate inuitati ſtudioſorum animi, ad illam incolendam trahantur. Aduertat autem Princeps, vt in eâdem nulli libri imprimantur, qui, vel Religioni, vel bonis

Regiminis finis. *Metropolis extructio.* *Metropolis ſitus.* *Metropolis Mercimonia.* *Metropolis Academia.* *Minerua vnde.* *Conſilium.*

bonis moribus, vel Principatui ipſi aduerſentur. Ac, vt hoc exquiſitè exequutioni mandetur, Inquiſitores Religionis, & Status conſtituat, vt his omnibus inuigilent, & diligentiſſimè examinent. Optaremus etiam, vt ciues in officio contineri magis poſſent, & hoſtes procul abigi, vt ipſi ciuitati collis ſaxoſus imnimeret, qui Arce munitus validá, & rebus bellicis inſtructá, propulſare quoſque hoſtiles impetus poſſet, pacemq. tueri. Ad Maiorem quoque Metropolis amplitudinem excitandam, proderit admodùm, ſi viri nobilitate inſignes non ſparſim extra in ipſorum palatijs, & arcibus, ſed in Metropoli ipsâ commorati fuerint. Romani certè Regiminis optimi duces, vt eorum vrbem magis, atque magis extenderent, & dilatarent, vicinas ciuitates nobiliſſimas, & ampliſſimas ſolo æquare iuſſerunt.

Inquiſitores Religionis, & Status neceſſarij. Collis. Arx.

Nobiles vbi habitare debeant.

Sic populus Romanus Veiorum ciuitatem ampliſſimam deſtruxit; ſic Tullius Hoſtilius Albam potentiſſimam vrbem euertit; ſic Tarquinius Priſcus Corniculum ditiſſimam deiecit, & Seruius Tullius Pomeriam poſt decennalem obſidionem à fundamentis conuulſit, vt ex harum vrbium ruinis, & ſedis mutatione, Roma in immenſum creſceret, & fieret omnium opulentiſſima.

Vndè Roma excreuerit.

Romani quondam hoc fecêre, vt ciuitates inimicas etiam ex conſpectu tollerent. Nam profectò prudentiæ eſt, vt Princeps vicinas hoſtium ciuitates olim ædificatas, iuſtè, vel euertat, vel nouas moliendas impediat, vel certè alias magis munitas, forteſq. illis obijciat.

Ciuitates inimicæ iuſtè tollendæ.

Itaque ſi nobiles viri, vt diximus in Metropoli habitauerint, reddetur illa magis nobilis, magis honeſtis, & modeſtis moribus prædita, & perpolita, & mercatorum, merciumq. negotijs illuſtrior, & valdè ditior, ad quam omnes auidè, velut ad penu omnium gentium propter commercium, rerumq. adfluentiam, ex remotiſſimis regionibus conuolabunt. Vbi enim eſt frequens nobilium multitudo; ibi Mercatores ſolent eſſe plurimi, qui quotidiè Principis ærarium diteſcere, ob vectigalia, quæ pendunt, conſueuêre. Quòd ſi Princeps eamdem ità formatam incoluerit, ad quam veterum ciuitatum magnitudinem non accedet? Confluent illicò ad illam omnium artium Artifices, omnia publica, & priuata negotia ad eam, tamquàm ad metam quamdam deducentur; Principum Legati, & ipſi Principes eò conuenient; quicumque ad honores, & Magiſtratus aſpirant eò concurrent; ad illam denique exteri, & ſubditi, tamquàm ad tutiſſimum portum, & aſylum, tamquàm ad promptuarium, & emporium rerum omnium, tamquàm ad deliciarum viridarium, ità congregabuntur, vt omnium ferax alumna,

Habitare vrbis cōmodæ.

Principis habitatio.

Emolumentum ex Principis habitatione.

atque eadem prouida parens ſit futura. Ex hac etiam Principis reſidentiâ hoc emolumentum accedet vrbi, quòd illa bellicoſis propugnaculis circumcircà munietur, magnificis operibus templa extruentur, pompoſa palatia exædificabuntur; theatra, circi, turres, obeliſci, ſtatuæ, fontes, picturæ, & alia Artificum illuſtria opera, veræ magnificentiæ, & oblectamenti teſtimonia excitabuntur, quibus aduenæ, & ſubditi, quaſi magnete quodam ad hanc Ciuitatem inuiſendam trahentur, & poſteà tamquàm quibuſdam tutaminis, & deliciarum compedibus, nè abſcedant, detinebuntur. Valet etiam plurimùm ad alliciendos homines ad nouam Metropolim, ſi Princeps eos primis ſaltem annis vectigalium immunitate, & territorio ad colendum donauerit.

Romani poſt initam pacem cùm Tatio Sabinorum Rege, ſecum pacti ſunt, vt ipſe vnà cùm ipſius populo vniuerſo Romam incoleret, & ideò ipſis Collem Quirinalem, & Capitolium tradidêre.

Gentium conductus.

Eſt enim potens medium ad amplificandam Metropolim, aliarum gentium conductus, & Magiſtratus in rebus Ciuilibus tantum, & Criminalibus diſtributio; cum Principem ſibi ipſi ſoli Armorum, Paciſq; tractationem reſeruare oporteat, à quibus ſalutem, felicitatem, & Principis auctoritatem dependere, certiſſimum eſt. Priuilegia verò ampliſſima ſubditis concedere, valdè periculoſum eſt. Nimia enim libertas ſæpius ſuadet, vt ſe immorigeros Principi præbeant, vt ipſius mandatis non obtemperent, vt illum non venerentur, & æſtiment, vt potiùs parem quaſi, quàm ſuperiorem cognoſcant, & tandem, vt iugum fidelitatis excutiant, quod diuites potiùs, quàm pauperes affectare ſolent. Vndè præclarè Ariſtoteles. Beata fortuna eſt, ait, ciues mediocrem ſubſtantiam habere, tamquam ſufficientem, quia per mediocres optimè regitur ciuitas.

Quid Princeps ſibi ſeruare debeat.
Principis felicitas in quibus conſiſtat.
Cautio.
Ariſtotelis documentũ.

Quibus ità poſitis, Princeps Metropolim ſuam propugnaculis validis munire debet, vt hoſtium arceatur incurſus, vt ſecuri vtriuſque ſexus homines degant, vt non tàm facilè ſint vniuſcuiuſque furori peruij, vt ſuæ fortunæ bona tutò conſeruent, vt Princeps denique tranquillè inter illos viuat, & mœnibus cinctus, ipſos quoque ſubditos, ſi forent peruicaces, iuſto, ac debito timore cingat, maximè, ſi Arma, Tormenta, & reliqua bellica munimina in ſuâ poteſtate retinuerit. Equidem Ciuitatis muri libertatem nemini adimunt, ſed potiùs in libertate eos contrà inuaſores conſeruant.

Propugnaculorũ neceſſitas.
Princeps debet arma ſibi reſeruare.

Non enim ampliùs hoſtes vtuntur fundulis, non baliſtis, non arietibus, ſed bellicis tormentis diruunt obuia quæque,

ignitis

Digitized by Google

ignitis globis omnia in cineres redigunt, & oblongis bombardis perforant vniuerſa. Quòd ſi hæc, mœnibus circumdatæ ciuitates periclitantur, quantò magis apertæ, hoſtiumq. libidini patentes? Quæ ſecuritas in nudo, & aperto opido eſſe poteſt, vbi nec ciuis à ciue, nec vxor à marito, nec pater à filio, nec Princeps à ſubditis tutus eſſe plerumque poteſt? Quæ, etſi ità ſe habeant: tamen, vt murus æneus eſurgat, & contrà quoſcumque aduerſos conatus tutiſſimus euadat, debet hæc Plauti in Perſâ encomia obtinere. *Plautus.*

Quid id, quod vidiſti, vt munitum muro tibi viſum eſt Opidum? *Vrbis munimentum.*
Perſa. *Si incolæ benè morati, pulchrè munitum arbitror.*
Perfidia, & Peculatus ex vrbe, & Auaritia, ſi exulent.
Quarta Inuidia, Quinta Ambitio, Sexta Obtrectatio,
Septimum Periurium. Tox. Euge. Perſa. Octaua Indiligentia,
Nona Iniuria, Decima, quod peſſimum adgreſſu ſcelus.
Hæc niſi indè aberunt, Centuplex murus rebus ſeruandis, parū eſt.

Porrò hi ciuitatis muri, quos Princeps exſtruere faciet, cum ſancti ſint, teſte Marciano Iuriſconſulto, in l. Sanctum. 8. de rer. diuiſ. ideò exiſtent quoque inuiolabiles. Si quis, inquit Pomponius l. fin. de rer. diuiſ. violauerit muros, capite punitur; ſicut, ſi quis tranſcenderit admotis ſcalis, vel aliâ qualibet ratione. Et Vlpianus leg. qui perforauerit. 11. ad l. Iuliam pecul. 48. Qui perforauerit muros, inquit, uel indè aliquid abſtulerit, peculatus actione tenetur; Quod idem de mœnium Portis cenſendum eſt, ut Caſſiodorus lib. 4. cap. 29. quoque teſtari uidetur. *Muri ſancti.* *Marcianus.* *Pomponius.* *Vlpianus.* *Portæ inuiolabiles.* *Caſſiodorus.*

Ceterum, ſolent plerique incauti, & improuidi Principes, Suburbia, Viridaria, Pomæria, & ſimilia longè, latèq. extrà ciuitatis propugnacula exſtrui permittere, quæ deindè belli tempore exiſtunt hoſtium caſtra munitiſſima, & ipſi ciuitati, ob nimiam uicinitatem, perniciosiſſima. Nam ex domibus illis, tamquàm fortiſſimis arcibus hoſtes uerberant mœnia, ſe poſt illarum muros, nè vulnerentur, tutò defendunt; inter arbores deliteſcunt, aggeres eleuant, tormenta diſponunt, & ſe optimè ad omnia euertenda, ità accingunt, vt domibus, & pomærijs illis adiuuātibus uſque ad ipſa planè urbis mœnia, militum coronâ, tormentiſq. bellicis quatienda, progrediantur. Quare nullâ ratione prudens Princeps ſinat extrà ſuæ Metropolis propugnacula, intrà ſaltem milliare Germanicum, nec arborem plantare, nec, multò minùs, domum ullam exſtruere, niſi cùm maximo urbis periculo, ciuiūq. detrimēto uelit ea omnia poſteà belli *Suburbij detrimenta.* *Conſilium.*

Digitized by Google

occaſione peſſum dare, & exterminare. Laudabimus verò eos, qui
Arborum vtilitas. intrà vrbis propugnacula circum circa arbores frondoſas, & excelſas
inſerent, tum, vt illæ hoſtibus proſpectum vrbis, & conſtitutionem
videndam impediant, tùm, vt primæ ſint, quæ ictus accipiant, ollaſq;
ignitas detineant, tùm denique vt ramorũ, frondiumq; latitudine mi
lites in bellico certamine conſtitutos à Solis ardoribus protegant, &
grata præbeant vmbracula, vel etiam à pluuiá illos, ac arma defen-
Arcis munita conceſſio periculoſa. dant. E contrà verò Princeps nulli ex ſuis ſubditis, cuiuſcumque ſta-
tus ſit is, & dignitatis permittat vllam arcem propugnaculis munitã
poſſidere, quia eſt res periculi pleniſſima. Igitur imperet Princeps,
Metropolis vt exſtrui debeat. vt Metropolis ipſius tam latè in Quadro ſe extẽdat, vt nullis ſit opus
ſuburbijs, ſed eadem ciuitas omnes eodem gyro contineat. Ex quo
facto ciuitas reddatur extemplò magis frequens, ditior, amplior, at-
Thomas. que tutior. Prudenter ſanè D. Thomas in Opuſculo de Regimi-
ne principum. Romana Reſpublica, inquit, ex paucâ effecta eſt
magna, quia domi fuit induſtria, foris iuſtum imperium, ſumma
Religio, animus in conſulendo liber, neque libidini, neque delicto
obnoxius.

Metropoli itaque fundatâ, & exſtructâ, in id incumbat totis ani-
mi, atque corporis viribus Princeps, vt in eâdem veræ Religionis ſe-
Diotimus. mina proſeminet. Sunt enim, ait Diotimus Principi tres res admo-
Quæ Principi neceſſaria. dum neceſſariæ, Pietas, Iuſtitia, & Militia. Prima redundat in ſui ip-
ſius, immò, & ſubditorum perfectionem; altera continet in obedien
tiâ ſubditos; tertia inimicos longè arcet. Etenim firmiſſimum Prin-
Principatus fundamẽtũ. Religio. cipatus fundamentum Religionem eſſe, iudicamus, quam ſi Princeps
neglexerit, à Deo quoque negligetur. Vndè opportunè Horatius
Horatius. cecinit.

Dij, multa, neglecti, dederunt
Heſperiæ, mala luctuoſa.

Lactantius. Et Lactantius lib. 5. Inſtitut. cap. 8. aſſerit ideò mala omnia rebus hu-
manis quotidiè ingraueſcere; quia Deus mundi huius effector, &
gubernator derelictus eſt; quia ſuſceptæ ſunt contrà quàm fas eſt,
Plutarchus. impiæ religiones. Quod facinus etiam Plutarchus in Camillo oſten-
dit. Humanam, inquit, infirmitatem metam, terminumq; non ha-
bentem, nec ſui potentem, ſed efferentem ſe modò in ſuperſtitionem,
& vanitatem, modò in neglectum rerum diuinarum, & cõtemptum.
Lactantius. Quamobrem præclarè idem Lactantius lib. 3. Inſtitutionum, cap. 30.
Sententia. Omnis ſapientia in hoc vno eſt, inquit, vt Deum cognoſcat, & colat.
Hilarius. Deus, ait Hilarius, de Trinitate, Religione intelligendus eſt, Pieta-
te profitendus eſt, Senſu verò perſequendus non eſt, ſed adorandus.

Adoran-

Vbi uera religio. *Deus vbique.* *Principi maxime debet eſſe comēdata Religio.* *Cicero.* *Religio humanæ ſocietatis fulcrum.* *Plinius.* *Religio non poteſt exſtingui.* *Ariſtoteles.*

Adorandus certè eſt vero cultu, & pietate, quæ non in aliâ vllâ Religione, quàm in catholicâ Romana, à Chriſto Domino inſtituta, ab Apoſtolis promulgata, à Sanctis Patribus, & Concilijs eruditè confirmata reperiri poteſt. Ità profectò, quia Deo imponere nequaquàm debemus, nec poſſumus, cùm ille omnia ſit in omnibus, & nihil ſit illi imperuium, qui omnia penetrat, nihil tenebricoſum, qui omnia illuminat. Quâ de cauſâ, ille Religione purâ, & non fictâ ſummè colendus eſt, & eò magis etiam, quò Princeps ab ipſo capeſſat imperandi poteſtatem, & poſſit illum generis omnis flagellis obſidere, Principatu deijcere, & ad inferos etiam deturbare. Cicero vir à Religione noſtrâ alienus, quamquàm ſapiens, lib. 1. de Natura Deorum, totius humanæ ſocietatis baſim, Religionem eſſe, exiſtimauit, & cùm eius contemptu ſimul labi omnem fidem, atque iuſtitiam credidit. Plinius etiam lib. 14. cap. 10. vitam noſtram Religione conſtare affirmauit. Sunt enim à Deo naturæ parente naturaliter in vnoquoque noſtrûm quidam igniculi inditi, & notiones impreſſę Religionis, quos extinguere, vel oblitterare ſine ſummâ impietate nō poſſumus, vt Ariſtoteles quoque lib. 5. Ethicorum ſcriptis conſignauit.

Principis officium in Religione conſeruādâ. *Plato.* *Conſilium.* *Electio virorum.* *Honor, Religionis prouectus.* *Sententia.*

Et quoniam in Principibus Religio maximè ſplendeſcere debet, ſuoq. exemplo reliquis præire; ideò iuſſit Plato lib. 6. de Legibus, vt Sacræ ædes, Principum palatijs coniungerentur. Addimus nos, vt Princeps inculpatus euadat, ſe etiam viris ſacris coniungere debere, ijsq. ſemper in omnibus grauibus negotijs, & conſilijs vti; quia credendum eſt Epiſcopos, aliosq. viros in Religione inſignes, eſſe ob variarum rerum ſcientias ſapientes, & ob rerum humanarum cognitionem prudentes, fideles deniq. iuſtosq. Ferdinādus certè, & Iſabella prudentes Principes, qui hanc rem penitiùs introſpiciebant, ſeriò belli ducibus in nouo orbe commiſerant, vt nullum magni momenti negotium aggrederentur abſque Epiſcoporum illorum conſilio, & conſenſu. Præter hoc plurimum valet ad Religionem amplificādam, honor, quem Princeps Eccleſiaſticis viris exhibebit. Ità etiam, ſi viros elegerit doctrinâ, & vitæ ſanctimoniâ præſtantes, eosq. in ſuo Principatu, tùm ad imbuendam bonis moribus, & pietate iuuentutem, vel concionando publicè, vel priuatim in ſcholis docendo; tùm quoque liberales artes, atque ſacras ſcientias legendo, collocauerit. Fauebit etiam mirum in modum Religioni, ſi viros Eccleſiaſticos in paupertate conſtitutos Princeps ſubleuauerit; cùm pauperies, contemptum, neſcimus qualem Religionis ſecū trahere videatur. Relinquat Princeps item viris Eccleſiaſticis de rebus ſacris Iudicium, & Theodoricum Gothorum regem imitetur, qui nihil ad ſe de Eccleſiaſticis negotijs, præter Reuerentiam pertinere, affirmauit. Certè Leo, & Antoninus Cæſares L. iubemus nulli, 14. C. de Sacroſan. Eccl.

Vt ſicut, inquiunt, ipſa Eccleſia Religionis, & fidei mater perpetua eſt; ità eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum. Patrimonium verò ipſius, & bona Immobilia, & Mobilia, Iuriſdictiones, & ſimiles eſſe, decernimus. Procuret item Princeps, vt viri docti, atque pij à noſtrá fide alienos documentis, & vitæ probæ exemplis alliciant, ipſeq. Princeps tales conuerſos, honore aliquo afficiat, vt ceteri hiſcè rebus ducti, noſtram Religionem liberiùs amplectantur. Nam vbi ſunt variæ ſectæ, & diſcrepantes; ibi ſemper ſolent eſſe mores diuerſi, diuerſa conſilia, diuerſæ, & diſcordes voluntates; ex quá animorum contrarietate ſæpiùs Principatus grauia paſſi ſunt incommoda. Princeps igitur tales potiùs amore, & blanditijs, quàm terrore, & minis ad ſanam mentem perducere conetur, nè animorum diſſidijs, vel Principi inſidias, vel Principatui bellum Ciuile machinentur; cùm demùm nulla res violenta, & coacta, maximè in Religionis negotio, ſoleat eſſe conſtans, & diuturna. Vndè refert Concilium Toletanum 17. cap. 8. anno 694. Iudæos, qui in Hiſpaniâ Regum imperio ſacri fontis aquâ luſtrati erant, denuò relapſos fuiſſe, & cõtrà Regem Epicam, regnumq. conſpiraſſe, & rebus omnibus nudatos, mancipia effecta fuiſſe. Aſſerit nihilominùs Meierus lib. 2. Annalium Flandriæ, anno 804. quoſdam à Carolo Magno Rege, & à Loderico Flandriæ Præfecto Prouinciâ pulſos fuiſſe, eò quòd in noſtram Religionem noluerint concedere. Affirmat Sigebertus in Chronico Oſualdum quoque Nordumbriorum Anglorum Regem Mercios noſtram Religionem ſuſcipere coëgiſſe. Narrat Paulus Diaconus lib. 21. Hiſtoriarum, Ratiſbonenſes ſub Henrico IV. Imperatore inuitos vndâ Sacrâ fuiſſe ablutos anno 1086.

Conſilium. *Mores diuerſi faciũt diuerſas voluntates.* *Voluntatũ diuerſitas qd efficiat.* *Concilium Toletanũ.* *Meierus.* *Sigebertus.* *Paulus Diaconus.*

Religione demùm optimè ſatâ, & omnium pectoribus inſertâ, Princeps ad ſacras ædes Deo, Diuiſq. pomposè, ac ſplendidè ex arte Corinthiacâ ædificandas, & picturis varijs, imaginibusq. exornandas inſudet. Si Deus enim, ipſiusq. Sancti nobiſcum habitauerint, quis contrà nos inſurgere poterit? Porrò hiſcè Templis mirificè Religio, & honoratur, & dilatatur, & ſinè ipſis vix Deo cultus vllus exhiberi rectè poteſt. Eccleſia namq. Iſaiæ 56. Ieremiæ 7. Lucæ 19. eſt Domus ipſius, Domus orationis. Vndè Baſilius Magnus in Pſalmum 28. Qui, inquit, in Templo Dei eſt, non vana, ſcurrilia, probroſaq. loquatur, ſed in templo quiſque gloriam Dei dicat: aſſiſtunt Angeli verba deſcribentes, adeſt Dominus affectus intrantium conſiderans, preceſq. cuiuſq. Deo manifeſtæ fiunt. Alius affectu orat, alius per ſcientiam cæleſtia quærit, quidam ſolùm ſummis labijs loquitur, cor autem eius procul à Deo eſt: & ſi orat, carnis proſperitatem, corporis bona, diuitias, & gloriam quærit humanam: oportet autem nihil horum committere in templo. Et Nilus Epiſcopus, & Martyr in

Templorũ conſtructio. *Sententia.* *Iſaias.* *Ieremias.* *Lucas.* *Baſilius Magnus.* *Nilus Epiſcopus.*

Gnomis,

Gnomis. In Eccleſiâ inquit, non ſecùs, ac in cælo verſare: ideò in eâ nihil loquere, aut cogita terrenum.

Baſilicis itaque effectis, & perfectis, Princeps ſibi quoque in ipſius ciuitatis meditullio, ac centro Palatium opere magnico, regio, excelſo, & amplo exſtruat, vt omnia exteriùs pompam inſignem oſtendant, interiùs verò omnia ſint ampla, concinnè diſpoſita, & cùm ſingulari ſymmetriâ, & arte itâ exſtructa, vt iſte locus ſit pro publicis Audientijs, & Comitijs; ille pro Principis priuatâ habitatione; iſte pro Principibus hoſpitibus, ille pro ludis, & ſpectaculis; iſte pro Principiſſâ, & Genycæo, ille pro reliquâ Aulæ familiâ; iſte pro varijs Conſilijs habendis, ille pro Iuſtitiæ Tribunali; iſte pro Aerario, & ſcripturis aſſeruandis, ille pro Armamentario, Auxiliaribus copijs, & ſtabulo; iſte pro Penu, & Annonæ conſeruatione, ille pro Piſtrino, Coquinâ, & Cellario, & denique ſic omnia diſponat Princeps, vt facilè ad vnumquodque accedere, ac illa viſitare poſſit, nihilq́. ſit illi in Aulâ inacceſſibile. Procuret autem, vt loca illa ſaltem publica, pro Audientijs, & Principibus ſuſcipiendis reſeruata, & ſimilia, illorumq́. parietes omnes ſint à ſummo vſque ad pauimentum ſericeis periſtromatibus variorum colorum, & auro, atque argento intertextis pompoſè tecti, & exornati, & vt in ipſis tholis nihil appareat, niſi gypſatus lapis auro micans, & picturæ ſpecioſæ hinc indè commodis locis ſuppoſitæ. Pauimentum verò, niſi ſit ex variorum colorum marmoribus ſtratum, & emblemate teſſelato picturatum, nudum nequaquàm relinquendum, ſed varijs, vagiſq́. aulæis eſt operiendum. Demum omnia maieſtatem, pompam, & ſplendorem debent ſpirare, & oſtendere. *Principis Palatium.*

Porrò his hoc ordine conſtitutis, & inſtitutis rebus, niſi Princeps ſuam Metropolim diuerſi gradus hominibus informauerit, exiſtet illa profectò corpus quoddam inanime, nec ille rectè Princeps dici poterit, qui nullos ſub ſuo Imperio hominum ordines obtinebit, quibus imperare valeat. Idcircò relictis aliorum Principatuum ordinibus varijs ciuium, quibus pleni ſunt veterum Annales, nos alio itinere progrediemur, & vniuerſum huius ciuitatis hominũ cẽtum in tres claſſes, centuriaſq́. diſtribuemus, quarũ prima ſub Principe erit Marchionũ, Comitũ, & Baronum; ſecunda Nobiliũ, Patritiorũ, & Mercatorũ; tertia Artificũ, Plebeiorũ, & Ruſticorũ, vt de viris Deo ſacris, & Militiæ deditis nil dicamus, cũ ij ex his ordinibus eligãtur. Præterimus hîc quoque aduenas, exteroſq́. quia nõ ſunt mẽbra huius corporis. Atque ideò cauere decet Principẽ nè hoſpitũ numerus, ciuiũ, vel æquet, vel excedat numerũ, ob tollendam rebellionis, & machinamẽtorũ omniũ ſuſpicionẽ. Fiet aũt hoc facilè, ſi in Portis ciuitatis nomina ingredientiũ notabuntur, & ad diuerſoria ducẽtur, & *Hominum gradus diuerſi.* *Conſilium.*

de

de ipſorũ negotijs, & morâ ſciſcitabuntur, & hoſpites teneantur aduenarum nomina deſcripta Principi offerre, vt elapſo moræ termino non liceat illis abſque licentiâ vlteriori amplius in hoſpitijs immorari. Recordetur Princeps Ariſtotelem lib. 5. Polit. cap. 3. obſeruaſſe aduenas ſæpè ſeditionibus iactaſſe ciuitates. Sic hoſpites Bizantini in ciuium oppreſſionẽ coniurârunt; ſic Amphipolitæ receptis Chalcidenſium colonis, ab illis extorres facti ſunt; ſic Zandeij, qui Samios receperunt, ſolum vertere coacti ſunt; ſic denique Achæi apud Sibarim Træzenos ciues ciuitate pepulerunt.

Ariſtoteles.

Coniurationes aduenarum.

At, vt eò reuertamur vndè digreſſi ſumus, dicimus poſſe fieri, vt primæ claſſis viri, vel ob ſanguinis cùm Principe coniunctionem, vel ob longam affinium, & clientum cateruam, vel ob nimiam potentiam illorum, & opulentiam, vel ob præcipuos Magiſtratus, & Præfecturas, vel ob arces munitas ab ipſis poſſeſſas, & ſimiliter inſignia feuda, vel certè ob grandem auctoritatem apud plebem, interdùm Principi ſuſpicionem aliquam inſtillent. Quòd, cùm euenerit, Princeps, nec iniuſtè, nec violenter, ſed quaſi ipſis non animaduertentibus, aliò procul eos ſub alio colore tranſmittat, officio ſubmoueat, aliâ dignitate non periculoſâ exornet, collegas adhibeat, cum Ephori Regibus Lacedæmoniorum quoque fuerint dati, Conſulibus Romanis, Tribuni plebis appoſiti; arces, & feuda permutet, nullos Magiſtratus diuturnos ſinat, ab ipſis ingentem pecuniæ vim mutuò accipiat, alijsq́. artibus licitis, & cuniculis quaſi vtatur ad ipſorum conatus tacitè diruẽdos: in ipſos verò ſemper mentis aciem intendat. Viri autem ſecundæ Centuriæ non ità timendi ſunt, quia primis ſunt, & diuitijs, & potentiâ multò inferiores; & quia non ſunt egeni, perconſequens non erunt rerum nouarum cupidi, bonorum raptores, & ambitione perciti, & inter duos extremos ordines magis ordinatè conſiſtent. Certè Ariſtoteles in omnibus aſſerit ciuitatibus tres ſpecies hominũ reperiri Diuites, Pauperes, & Mediocres, hosq́. optimos eſſe. At tertia acies, tamquàm extrema, varia, inconſtans, & paupertati obnoxia, eſt magis turbida, & periculoſa. Nam, vt Salluſtius inquit, homini potentiam quærenti, egentiſſimus quiſque opportuniſſimus, cui neque ſua chara, quippè, quæ nulla ſunt, & omnia cum pretio honeſta videntur: idemq́. aſſerit, quòd ſemper in ciuitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis inuideant, malos extollant, vetera odio habere, noua exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudeant.

Qui timendi.

Conſilium.

Prima claſſis ordinum.

Secunda claſſis.

Ariſtoteles.

Tertia claſſis.

Salluſtius.

Pauperes inſtabiles.

Quare, vt hiſcè rebus occurrat Princeps, nullum remedium eſt iſto opportunius, quàm, vt eos otio torpere, quod has cogitationes parere ſolet, nullatenùs patiatur. Thucydides erat ſolitus dicere ciuitatem negotioſam in otium mutatam, confeſtim conteri. Et Catullus.

Conſilium.

Thucidides.

Sententia.

Catullus.

Otium

Otium Reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

Curat igitur Princeps, vt omnes ſuo operi ſtrenuè, & aſſiduò inuigilent, vagoſq́. qui nullam artem callent, nec famulatus obeunt, è ciuitate eijciat, quia tales ſunt turpitudinum ſatores, latrociniorum, furtorumq́. architecti, vt Iulius Scaliger meritò conqueratur.

Vagi è ciuitate eijciẽdi.

Scaliger.

Furax progenies, recens, vetuſta,
Noſtris temporibus, paterna, auita:
Fur vxor ſunt ſine, fur maritus:
Fures filius hic, & hic, & ille.
Quis furacior eſt, fuiq; curant,
Quis furacior eſt, eritq; certant.
Furaciſſima tempora hac triumphant.
Quare progenies quoque hac triumphat.

Egenis verò, probiſq́. quique vel ob infirmitatem, vel membrorum mutilationem nullum opus exercere valent, Princeps Xenodochia curet exſtrui, & prouentus applicet, vt in eis victu, & veſtitu contineantur.

Princeps pauperibus, & ægrotis hoſpitalia exſtruat.

Verùm, cùm duobus quaſi, Commercio, & Imperio ſocietas hominum conſtare videatur, vt Plato lib. 2. de Rep. & Calliſtratus Iuriſconſultus in L. de nummis, lib. 50. ſcripſère, nō poſſumus negare Mercatorum conſuetudinem Principi vtilem non fore; quippè, qui nobis ſuperflua aliò exportant, nummos alienos in vrbe relinquunt, & aliunde, quæ nobis vſui, & frugi eſſe poſſunt, aduehunt, & ex vtriſque vectigalia auferendo, & inferendo, Principi perſoluunt. At Mercaturam exercere, Honorius, & Theodoſius Cæſares, Nobilibus viris vetuerunt, L. vnicâ, nobiliores. L. milites. qui à Rep. de re milit. lib. 12. C. L. milites. Nobiliores natalibus, inquiunt, & honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios, & negotiatores facilius ſit emendi, vendendiq́. commercium. Ità quoque Negotiatoribus nè militiā capeſſerent, neuè milites negotiarentur, apud Ariſtotelem lib. 3. Polit. cap. 3. & L. vnica. negotiatores nè militent. lib. 11. C. tit. 35. & dicta L. vni. negociator nè militet. lib. 4. C. tit. ſancitum fuit; nempè, vt vnuſquiſque ſuum ordinem tueretur, & inter illos nulla confuſio exoriretur. Lege autem ſeueriſſimā caueat Princeps, nè Mercatores ex ſuā Metropoli, & Prouinciā vllius generis commeatum, aut arma facta, vel infecta, equos, & ſimilia hoſtibus deferant, aut quidquid illos iuuare quoquo modo, & tueri poſſit, illis ranſportent. Hæc prohibitio ab illis legibus L. 1. quæ res export. nequeant,

Quibus rebus ſocietas conſtat.

Plato.

Calliſtratus

Mercatorū vtilitas.

Quibus vetita mercatura.

Ariſtoteles.

Hoſtibus nil ferendum.

nequeant, C.l.eod.ferr. de public.l.vnic.de locorũ, & itinerum cuſtodiá lib.11.C.tit.45. & l.2. quę res export. nequ.cap. ad liberan.terram ſanct.17.de Iudęis.lib.5.tit.6.non diſcrepabit. Aduertat quoque Prin-

Annona cautio, & promptuarium.

ceps, nè Mercatorum mens quæſtus dulcedine delenita, Prouinciam rebus ad victum neceſſarijs ità exhauriant, & ad exteros traijciant, vt poſteà ſubditi penuriá laborent. Quarè conſultiſſimum eſſet, vt annonæ Promptuarium perpetuò in vrbe exſtaret. At, cùm ſæpiùs ſub pallio Mercatoris, Explorator vrbis, & Principatus delitescat, ſatagere

Explorator principatus, vt cognoſcendus.

Princeps accuratè debet, vt hunc à verò Mercatore per ſuos Exploratores dignoſcat. Nam fraude fraus detegitur, & lupum lupus nouit. Solent certè Principes hoc tempore potiſſimùm Mercatoribus, tanquam non palàm ſuſpectis ad omnia exploranda tutò vti.

Artificũ neceſſitas.
Ariſtoteles.
Plato.

Verùm, cùm Artifex mercatoris ſit ſocius, & affinis, ſilentio prætereundus non eſt. Etenim ille nos induit, exornat, noſtra omnia fabricat, vt appoſitè Ariſtoteles lib.7.Polit.cap.8.& Plato lib.5. de Rep. aſſeruerint Artifices eſſe partes ciuitatis, & ſinè illis illã ſtare non poſſe.

Caſſiodorus.
Cicero.

Caſſiodorus autem lib.13. Variarum, dixit Artem eſſe decus vrbium. Et Cicero 2. Officiorum, quid numerem, inquit, Artium multitudinem, ſinè quibus vita omninò nulla eſſe potuiſſet? Quis enim agris ſubueniret, quæ eſſet oblectatio valentium, quis victus, aut cultus corporis, niſi tàm multæ nobis artes miniſtrarent?

Vigilantia ĩ Artifices.

Circà Artifices hos ſollicitus ſit Princeps, vt omnia eorum opera fuco, & fraude careãt, vt ſint perfecta, & mercatores ad emendum inuitent, & non, ob falſitatem, ad deſerendum, cùm graui Principis etiam damno repellant.

Artificum præfecti.

Conſtituat Princeps hac de cauſâ ſingulis Artibus, ſingulos Præfectos, quorum cura ſit, vt opera ſecundùm bonam fidem perficiantur, &, vt Ergolabi, & Monopolia, etiam l.vnic.de monopol. vetita, non fiant, neuè ſub Artium prætextu coniurationes noxias moliantur.

Porrò, cùm hi nos veſtiant, veſtes in medium adferendæ ſunt, quę à Principe viro vagæ, verſicolores, auro, & argento intertextę, abijciendæ ſunt, & graues, pro qualitate temporis, ex panno, vel ſerico ni-

Veſtium qualitas.
Ammian.

gro induendæ. Nam Iulianus Imperator apud Ammianum lib.25. turpe eſſe ſapienti dicebat, cùm animum habeat, captare laudes ex corpore. Et ſanè D.Carolus V.Cæſar æternâ digniſſimus memoriâ, veſte reſtrictâ incedebat, ſimiliq. veſte omnes Heroes, teſte Syneſio,

Syneſius.

Oratione de Regno, vtebantur. Leuiter, inquit, & ſinè curâ ſeipſos habuerunt, non ab apparatu, ſed ab animo Reges, & introrsùm à plebe differebant, extrorsùm, vel gregarijs ſimiles videbantur. Tantùm

Curtius.

enim valet veſtium cultus, & earum obſeruatio, vt referat Q.Curtius lib.3. Darium principiò Imperij vaginam acinacis Perſicam, iuſſiſſe

Vaticinium Chaldæorũ.

mutari in eam formam, quâ Græci uterentur, protinuſq. Chaldæos interpretatos Imperium Perſarum ad eos tranſiturum, quorum ar-

arma

ma eſſet imitatus. Ioannes Ducas, Orientis Imperator decreto certè ſanxit ſub infamię notâ, teſte Enemondo Bonefidio, nè ullus peregrinis ueſtibus uteretur. At iam ridiculè uidemus Germanum, Italumq. Gallicis, aut Hungaricis ueſtibus indutum, & quod magis riſui proximum eſt, neutrum idioma plerumq. norunt. Quò nos affectus rapit, quò nos curioſitas tam procul extrà confinia trahit! Narrat Liuius lib. 34. olim apud Romanos, anno ab vrbe condita 540. legem Appiã in medio ardore Punici belli, tuliſſe C. Oppium Tribunum Plebis, Q. Fabio Maximo, T. Sempronio Graccho Coſſ. nè qua mulier plùs Semunciam auri haberet, neù veſtimenta uerſicolori uteretur, neù iuncto uehiculo in Vrbe, Opidoue, aut propiùs indè mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſã, ueheretur. Sapienter certè ueteres illi uetuerunt, nè feminarum ambitioſarum luxu familia ſenſim concideret. Sed poſteà tantùm ualuit earum audacia, & pertinax obſecratio, vt earumdem legem poſt annos uiginti C. Valerio Flacco, & M. Catone Maiore, abolcuerint. Et quidem, inquit, Valerius Maximus lib. 9. cap. 1. Feminæ obtinuerunt, vt ius per continuos viginti annos ſeruatum, aboleretur. Non enim prouiderunt eiuſdem ſæculi viri ad quem cultum tenderet inſoliti cetus pertinax ſtudium, aut quò ſe vſque effuſura eſſet legum victrix audacia. Quòd ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidiè aliquid nouitatis ſumptuo ſius adiectum eſt, in ipſo interitu ruenti luxuriæ, obſtetiſſent. Meritò quoque ſui temporis ſtatum prodigum, Tiberius Cæſar apud Cornelium Tacitum deplorat, quòd propter auidas gemmarum feminas, pecuniæ extrà Romanum Imperium efferentur. Lapidum cauſã, inquit, pecuniæ noſtræ ad externas, aut hoſtiles gentes transferuntur. At anno poſtmodùm ab vrbe conditã 769. Siſennã Statilio Tauro, & L. Libione Coſſ. à Tiberio Cæſare, vt refert Dion Caſſius lib. 7. Hiſto. fuit lex Veſtiaria renouata, ne quis vir ſericã veſte vteretur, neque aurea vaſa, niſi ad rem Sacram haberet. At heù, ſi nunc Romani illi veteres ex Inferis prodirent, & noſtros luxus, noſtras pompas, noſtra vaſa intueri poſſent, nonnè in ſtuporem verterentur, & meritò cùm ipſorum Tullio exclamarent, O tempora, ò mores! Nam ciuitates parſimoniã, & frugalitate creſcunt; luxu, & opulentiã, ad interitum labuntur. Deliciæ enim eneruant mentis, atque animi vires, corrumpunt in nobis omnia, & vitia nutriunt varia, vt ſapienter Seneca dixerit Conuiuiorum luxuriam, & Veſtium, ægrę ciuitatis eſſe indicia. Quamobrem omninò conſulimus Principi ſuam Metropolim perẽnare cupienti, vt in ipſa duos Cenſores annuos, vnum ex nobilitate, alterum ex ciuibus creet, munuſq. imponat, vt omnium mores, viuẽdi rationem, conuiuiorum apparatum, Veſtium ornatum, legum tranſgreſſiones, & Politiæ ſubtili indagine penetrent, præuaricatoreſq.

Bonefidius. *Affectus effectus.* *Liuius.* *Lex Appia.* *Valerius.* *Tacitus.* *Gemmarũ diſpẽdium.* *Dion.* *Deploratio.* *Ciuitas parſimonia creſcit, luxu labitur.* *Seneca. Sententia.* *Cẽſores morum, & politia neceſſarij.*

reſq. Tribunali deferant, licitumq. ſit cuiq. quoſcumque clam, etiam adhibitis teſtium nominibus, denunciare. Olim Romæ tantâ reuerentiâ, & metu venerabatur hoc Cenſoris officium, vt Tiberio Graccho Cenſore, referente Plutarcho in Tiberio, Romani in cœnis tempeſtiuè lumina extinguerent, nè longius, quàm par erat conuiuijs indulſiſſe viderentur. Et tanta illis poteſtas erat, vt quamuis reliqui, depoſito Magiſtratu accuſari poſſent: Cenſores tamen Magiſtratu abdicato, non accerſarentur, vt Liuius lib. 39. prodidit. Cenſoris poteſtas erat, inquit Dio Caſſius lib. 40. quâ priuatim quoque in cuiuſque vitam inquirendi, meritoſq. infamandi ius habebat. Plutarchus in Catonis vitâ Cenſuram dixit honorum omnium quoddam faſtigium fuiſſe Romæ, cùm ingenti auctoritate in mores, & vitam hominum: Igitur Princeps, vt diximus Cenſores in ſua Metropoli ad benè, beatèq. viuendum inſtituat.

Plutarchus. Cenſoris maieſtas.

Liuius. Caſſius.

Plutarchus.

Quòd ſi etiam in pagis ſingulis ſingulos Magiſtros Rurales, quaſi Cenſores deſignaret, non eſſet à prudentiâ alienum. Refert enim Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 2. Romulum lege Ruſticis Præfectum dediſſe, vt ſegnes colonos obiurgaret, multâ, ſi opus eſſet, caſtigaret, & illorum controuerſias dirimeret. Romulus hoc ſanciuit in illo innocentiæ quaſi æuo, in quo ruſticana vita à Tullio pro Sexto Roſcio, parſimoniæ, diligentiæ, & iuſtitiæ magiſtra nominatur; ſed quantò ſalubrius iam deberet Princeps Ruſticis Cenſorem præficere, qui à priſcis illis ætatibus tam procul aberrârunt? Ruſtici illi veteres erant innocentes, iſti vafri, & callidi; illi erant parci, & impigri, iſti temulenti, & otioſi; illi erant pacis amatores, iſti diſcordiarum ſeminatores, quos certè, vel propria malitia, vel vrbium frequens vſus deformauit. Non enim ampliùs ab aratro ad Dictaturæ principatum vocantur Quinti Cincinnati, C. Fabricij, C. Marij, Curij Dentati, Portij, Catones, & Serrani; non ampliùs ad Regnum Saules, Dauides, Diocletiani, Attali, Cyri, quia profectò facta eſt verè agreſtis vita ſordidiſſima, & fallaciſſima. Ceterum, quamquàm hæc ita ſe habeāt: Ruſtici tamen ad labores ſub dio, famem, frigora, ſitim, & æſtus etiã ſeminudi perferendos, ſunt aptiſſimi, &, ſi probè inſtructi, & exercitati in diſciplinâ militari eſſent, euaderent fortiſſimi, vt appoſitè dixerit Ariſtoteles lib. 6. Polit. cap. 4. quòd optimus populus ſit ille, qui ex Agricolis conſtat.

Cenſores pagani. Halicarnaſſæus.

Tullius. Ruſticana vita quid. Ruſticorum vituperia.

Ruſticorum laudes.

Ariſtoteles.

Verùm enimuerò, etſi hæc omnia Principi ſecundum vota, & deſideria ſuccederent: nihilominùs tamen perpendere debet rerum humanarum inconſtantiam, fortunæ proſperæ fallaciam, regnorum amplisſimorum ruinas, tot Regum, ac Imperatorum cœdes, exilia, ludibria, quæ omnia admonere, & vellicare illum debent nè ſecundis rebus plus æquo tribuat, neuè illis intumeſcat. Conſideret fortunam

Rerum humanarũ inconſtantia.

cæcam

cęcam depingi, eoſq. quos ſæpè amplectitur, cæcos efficere, nè ſe ipſos, & ſua cognoſcant. Idcircò poteſt volucris, & inconſtans illa lætitiam luctu, diuitijs pauperiem, regnum exilio, morte vitam permutare. D. certè Chryſoſtomus in Pſalmum 9. nemo, inquit, de poteſtate ſibi magnificè placeat, nec intumeſcat. Quod idem alio modo Siren Latina Boëtius lib. 2. de Conſolatione Principi inſinuauit. *Chryſoſtomus.* *Boetius.*

Cùm polo Phœbus roſeis quadrigis
Lucem ſpargere cœperit,
Pallet albentes hebetata vultus
Flammis ſtella prementibus:
Cùm nemus flatu Zephyri tepenti
Vernis irrubuit roſis,
Spirat inſanum nebuloſus Auſtor,
Vt ſpinis abeat decus.
Sæpè tranquillum radiat ſerenò
Immotis mare fluctibus.
Sæpè feruentes Aquilo procellas
Verſo concitat æquore.
Rara, ſi conſtat ſua forma Mundo,
Si tantas variat vices,
Crede fortunis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.

Quamobrem ſapientis Principis quoque erit vitã diuturnam, benèq. valentem, & contrà hoſtium technas protectam, ducere cupientis, vt exercitatiſſimum Chirurgum, peritiſſimum Pharmacopolam, Excellentiſſimum Medicum, & exquiſitiſſima omnis generis Pharmaca, ac Antidota ſibi conducat. Hiſcè enim munitus Princeps virus inimicorum diluet, vulnera non formidabit, morbos propulſabit, & in floridá, ac conſtanti valetudine vſque ad extremum ſenium perſeuerabit. Enimuerò, cùm nihil etiam tã firmum ſit, ac ſtabile, quod non variet, nihil tam Sanctum, quod aliquandò non violet audacia, nihil tã ſemotum, quod auaritia non penetret, nihil tam excelſum, quod regnandi libido non attingat, & rapiat; ideò conſulimus neceſſariò Principi, qui omnibus, nec ſubditis, nec exteris fidem habere debet, vt ad proprium tutamen, & terrorem in alios immittendum, de armato, & ornato Satellite ſibi proſpiciat. Si enim Principes alijs cuſtodibus circumſepti, ab inſidiatoribus fuerunt interempti, ſi vigilantiſſimi, fortiſſimi, & optimi Duces extrà belli ſtrepitum, inſidiantium manus, & aſtus non potuerunt euitare, quantò minùs Princeps inermis, & nullã munitus cuſtodiã? Legimus apud Appianum Alexandrinum libro *Principi cõſulenda.* *Nil tutum.* *Principis ſatellitium.* *Appianus.*

Digitized by Google

libro de bello Hiſpanico, Viriatum prudentiſſimum Ducem, & de militibus optimè meritum, qui numquàm arma deponere diù, noctuq. ſolebat, inſtigante magnis pollicitationibus Cæpione Romano, ab Aulace Ditalcone, & Minutio, quos legatos illi miſerat, fuiſſe iugulatum. Deioces certè poſt ſibi à Medis delatum regnum, vt Ariſtoteles lib.7. Polit.cap.9.prodidit, priuſquàm illud ſuſciperet, voluit ſibi magnificum palatium erigi, ſtipatores ſui corporis adiungi, regiamq. mœnibus muniri, primuſq. eſſe, qui caueret, nè cui ad Regem ingredi liceret, niſi per internuncios. Sciebat enim ſapientiſſimus Rex quantis inuidorum, malignorumq. hominum odijs Principes ſubijciantur, & illos vſquequaque non eſſe tutos, vt ſapienter ſententioſus Seneca in Hercule Oeteo Principi inſuſurrauerit.

Latrocinium. *Deiocis prudentia.* *Seneca.*

Tu, quicumque es, qui ſceptra tenes,
Licet omne tuum vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet,
Cùm tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen Erynnis,
Et cùm magna patuere fores,
Intrant fraudes, cautiq. doli.

Ecquis ignorat Principis maieſtatem ſinè viribus ſaluam eſſe, non poſſe, eoſdemq. eſſe dominos Reipublicæ, qui belli, & armorum? Muniat ergò ſe Princeps foris, denique veteranâ, & fideli militum coronâ.

Dominus regni quis.

Neque verò hoc ſolùm, ſed etiam ſe ſapientum, prudentumq. virorum conſilio armare debet, cùm certum ſit, teſte Tacito lib.13. Annalium, plura in ſummâ fortunâ auſpicijs, & conſilijs, quàm telis, & manibus geri. Et, cùm idem Tacitus lib.1. & 3. afferat Principem ſuâ ſcientiâ non poſſe cuncta complecti, nec vnius mentem eſſe tantę molis capacem. Ideò neceſſe erit illi, vt feliciter, & diù imperet, Conſiliarios ſibi aſſumere in partem curarum, & documentum illud Velleij lib.2. imbibere, magna negotia, magnis adiutoribus egere; cùm omnis ratio, & inſtitutio vitæ, ait Tullius lib.1. Officiorum, adiumenta hominum deſideret. Probè enim Salluſtius oratione de Republicâ. Formanda eſt, inquit, Reſpublica non armis, neque aduersùs hoſtes, ſed quod multò maius, multoq. aſperius eſt, bonis pacis artibus: quæ artes non in arenâ, & caſtris certè, ſed in prudentum conſilijs inueniũtur. Hallucinantur enim profectò ij, qui Principatum aliquem à diuitijs, potentiâ, & militaribus copijs æſtimant; ſed ij oculatius, & ſapientius, qui ex formâ eius præſtanti, aut mutilâ, ab eius legibus, & moribus,

Tacitus. *Conſiliariorum neceſſitas.* *Velleius.* *Salluſtius.* *Iudicium Principatus.*

moribus,quanti ponderis ſit,diju dicant. Hinc Princeps cuius potētia anguſtis terminis cōtinetur,ſi ſua attollere prudenter, & impotentiā cautè celare callueri t,magis hac opinione de ſe apud homines conceptā ſe muniet, quàm ſi arces in ſui cuſtodiā exſtruxiſſet. At hoc obtinet ſæpiſſimè verborum paucorum Princeps; quia garrulo non ità creditur, quàm taciturno, cuius propria videntur facta, alterius verba, & eò magis, ſi omnia cùm grauitate peraget abſque affectatā ſuarum rerum iactatione. Quòd, cùm talis eſset Scipio Africanus apud Liuium,miris laudibus a b ipſo extollitur. Loquebatur, ait, ità elato ab ingenti virtutum ſuarum fiduciā animo, vt nullum ferox verbum excideret, ingenſq; omnibus, quæ ageret, cùm maieſtas ineſset, tùm fides. Vt hoc autem Princeps conſequatur, dictione hyperbolycâ, rerumq; nimiā exaggeratione nequaquàm vtatur,nè fidem apud auditores amittat. Atque ideò numquàm Princeps,ſi ſua honoris,ac dignitatis ſarta tecta ſeruare cupit,rem aggrediatur, quæ vel ſuas vires ſuperet,vel illis multò inferior ſit, ſed ad illa tantùm ſe accingat,quæ certò ſciat, ſe poſſe cū honore,ac auctoritate conſequi, vt de illo dici poſſit,quod olim de Scipione,qui non ignorabat inſtandum famæ,ac prout prima ceſſiſſent,fore vniuerſa. Cùm verò Princeps aliquod heroicum facinus amplectitur,ex quo veluti indice reliqua conectari liceat,non decet illum ab incepto deſiſtere,nè incipiendo,iudicium,& Ingeniū habuiſſe,& non finiendo,vigore,& animo caruiſſe videatur. Vndè ſapiēter dixit Marcellus de Q.Fabio,multa magis Ducib. ſicut nō aggredienda; ità ſemel aggreſſis,non dimittenda eſſe; quia magna famæ momēta in vtrāque partem fiunt. Caueat autē Princeps nè vnquàm humilia, & abiecta negotia tractanda ſuſcipiat; quia quod magnaminitatem non oſtendit, non poteſt illum glorioſum efficere.

Principi impotentia cautè celanda.

Taciturni sūt facta, loquacis verba.

Principi hyperbolica fugienda.

Conſilium. Princeps ſuas vires metiatur.

Princeps ab heroico facinore non deſiſtat. Sententia.

Princeps humilia non tractet.

Itaque, cùm Princeps ſemel regere inceperit, hanc artem regiam nūquàm ampliùs deſerat, & ſe ad vilia deijciat, vt Principis obſcuret ſplendorem. Non ſequetur Neronem in ſonando,neque Theobaldū Nauarræ,& Chilpericū Galliæ Reges in metris componēdo; neque Domitianum in ſagittis certis locis defigēdo; neque Eropum Macedoniæ regem in lucernis fabricādo; neque Valentinianum Imperatorē in Imaginibus ex cerā,& cretā excitando; neque Carolū IX. Galliæ regē quotidiè venando; neque Alphonſum X. Caſtiliæ regem aſſiduè Mathematicis ſtudēdo; neque demū Michaelē Imperatorē in Philoſophiā ſemper incūbendo, Iſtæ enim nō ſunt Principis germanæ artes, quibus,cū plùs tribuit,propriā intermittit,ex quo deindè integra propemodū errorū acies,in ipſius Principatus labē erūpit. In oībus certè rebus debet Princeps eſſe admodū circumſpectus, & tēpore tempora tēperare,& occaſionibus,viriſq; cū decoro,& maieſtate, & nō cū dedecore ipſius,atque detrimēto abuti. Reuocet in memoriā Alexādrū

Reges illaudati.

Principi quæ ſeruanda.

Bb Magnum

Alexãdrũ, quis depinxerit, & ſculpſerit. Antiochus, & Ludouicus reges refelluntur.

Atqui, vt Principes aliqui in hoc; ità quoque in alijs rebus maximè à rectâ iudicij normâ aberrare ſolent. In publicis, inquit Plinius, Conſilijs nihil tam inæquale, quam ipſa æqualitas. Nam, cùm ſit impar omnium prudentia, par omnium ius eſt. Heù cur permiſimus hunc abuſum inualeſcere, vt potiùs numeremus Conſiliariorum ſententias, quàm expendamus? Nonnè ſæpiùs vnius ſolius prudentis Conſilium reliquorum omnium ſolet eſſe præſtantius? Quod, etſi ità ſit: tamen monemus, interdùm eſſe periculoſum vnius ſolius Conſiliũ pertinaciter amplecti. Audiatur M. Antoninus Philoſophus apud Capitolinũ, æquius eſſe aſſerens, vt ille plurĩũ amicorum Cõſilium ſequatur, quàm illi vnius ſolius voluntatem. Philippus Cominæus vir perſpicax in ſuâ Hiſtoriâ Gallicâ Carolo Octauo ſubſannat, quòd ſe *Veterũ æqualitas refellitur.* *Vnius Conſilium prudentius.* *Plurium cõſilia tutiora.* *Cominæus.*

tanquam

tamquam fune à ſuis duci permitteret. Quapropter tutius eſt in rebus grauibus plures prudentes audire. Quod idem Artabanus apud Herodotum lib. 7. Perſarum regi ſuaſit. Rex, ait, niſi diuerſæ, variantesq. ſententiæ dicantur, nõ poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet vti eá, quæ dicta ſit; at, cùm plures ſunt, licet tamquam Aurũ purum ſecernere. Ex quo per conſequens colligimus Principem debere Conſiliarios ad ſententias illorum liberè edicendas prouocare, & arte quadam intimos illorum ſenſus elicere. Nàm Capitolinus in Gordiano Iuniore ſcripſit miſerum eſſe Imperatorem apud quem vera reticentur, & minus liberos, & veraces illos Conſiliarios, qui cùm fortunâ potiùs Principis loquuntur, quàm cùm ipſo, vt Tacitus lib. 1. Hiſtor. aſſeruit. Quam virtutem, cùm in Principum Aulis Seneca lib. 6. de Beneficijs, cap. 30. non reperiret, monſtrabo tibi, inquit, cuius rei inopiá laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille, qui Verum dicat

Herodot. Pluralitatis votorum cõmoda. Princeps cõſiliariorum tortura. Capitolinus. Pricipis miſeria. Tacitus. Seneca. Veritatis penuria.

Veritatem næ dicere oportet, ſed tamen cùm modeſtiá. Huius cõſtantia debet eſſe comes, vt quod ſemel maturè, & prudenter ſancitũ eſt, non euertatur. Nam illa decretorum vacillatio, inſuper, quod vacillantis iudicij ſit nota, hoc incommodi etiam adfert, vt ſemper hominum animi ob inconſtantiam illius Aulæ ſint dubij, & ſuſpenſi, & formident ex leui ſuſurro poſterioribus decretis, priorum euerſionẽ, parumq. fidant Principi. Quâ de causâ totis viribus hoc vitet, & euitet Princeps, remoueatq. anſam ideò inter Conſultores diſcordiarũ, nè quod Tacitus Annal. 14. notauit, illi eueniat. Iulius Claſſicianus, inquit, Suetonio diſcors, bonum publicum priuatis ſimultatibus impediebat. Quod ſi inter Conſiliarios tales eſſent, procuret Princeps, vt vel ipſimet eas deponant, vel ipſe cùm auctoritate eas ſeponat. Nunquam enim communis res abſque animorum cõmunione rectè adminiſtrari poteſt. Eſt, & aliud boni Conſilij impedimentum, domeſticæ illæ, & occultæ Aulicorum ſuſurrationes, quibus, teſte Tacito 3. Annal. oĩa Principum honeſta, atq. inhoneſta laudare mos eſt, & qui aſſerente Tullio ad Q. Fratrem aures eorũ fictè, & ſimulatè quæſtus ſui causâ inſuſurrant. Caue, vt ſeruus is de ijs rebus, quæ ad officium imperij tui, atque ad aliquam partem Reipublicæ pertinent, nè quid attingat. Hoc dogma priùs ad vnguem exequutus eſt Alexander Imperator apud Lampridium, qui Eunuchos, nec in Conſilijs, nec in miniſterijs habuit, qui ſoli Principes perdunt, dum eos more Gentium, aut Regum Perſarum volunt viuere, qui à populo etiã amiciſſimum Principem ſemouent, qui internuncij ſunt aliud, quàm reſpondetur, ſæpè referentes, claudentes Principem ſuum, & anteà omnia agentes nè quid ſciat. Qui, cũ empti ſint, & praui fuerint, quid tamdem poſſunt boni ſapere? O noſtri quoque temporis Penicillum

Decretorũ conſtantia. Tacitus. Princeps cõcordiæ ſtudeat. Cõmunis res abſque animorum communione nõ benè regitur Tacitus. Suſurrationes pollẽda. Tullius. Conſilium. Lamprid. Eunuchorũ miniſteria improbantur.

quo Principes plurimi,& Eunuchi,illorum .ſ. Aulici veris coloribus depinguntur! Ecquis non videt Intereſſe illud eſſe, quod oĩa exuperat? Hoc,nec confederationi,nec amicitiæ,nec affinitati parcit.Cautus igitur Princeps nemini fidem habeat, cui aliqua quoquo modo intereſt;cum is pro vtilitate ipſius, & commodo iam hoſtis, iam hoſpes ſeſe ſoleat oſtendere,& pacis,belliq. nominibus, pro opportunitate, & arbitrio vti, & abuti. Prudentis ſanè Principis eſt occurrere malo primis initijs,nè temporis progreſſu longius ſerpat;& vires acquirat maiores,ruinamq. ſecum deducat. Optimè Martialis.

Martialis.

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

Procraſtinatio quãdo vtilis.

Ottho autem Imperator dicere ſolebat nullum cunctationi locũ eſſe in eo Conſilio,quod non poteſt laudari,niſi peractũ.Quod ſi malũ ità vehemens,& robuſtũ ſit,vt vires noſtras excedere videatur,procraſtinatione tunc opus eſt, quæ ſæpiùs tẽporis progreſſu res aliter afficit.

Negotia multa ſimul ãplecti difficile.

Ac,vt illud;ità hoc eſt prudẽtis Principis vno,eodẽq. tp̃e multa ſimul,& grãdia nõ amplecti;quia vires noſtræ, quæ contrà vnum militare poſsẽt,aduersùs plures ſuccũbẽt. Cũ Princeps aũt rẽ in ſuã ptãtẽ iã redegerit,nil noui moliatur,niſi illa optimè priùs firmauerit. Deſtinationis certũ,ait Tacitus de P.Oſtorio,nè noua moliretur, niſi prioribus firmatis. Infirma ſiquidem facili negotio denuò euelluntur.

Princeps nil moliatur antequã ſe muniat.
Sententia.
Miniſtrorũ electio.

Inuigilet itaque omnino Princeps, vt quos pro rebus gerendis elegit Miniſtros,perſpicuè eos cognoſcat,nè ſint negotijs inferiores,vel etiã ſuperiores.Nam qui ſuperior eſt,negotiũ deſpicit,qui inferior,id exercere nequit. Sint ergò Adminiſtri negotijs pares, quod perfectè Tiberius obſeruare conſueuit.Obſeruet quoque Princeps,nè in Conſiliũ admittat quemquã,neque ipſi amplius facilè fidat, qui ſe ab ipſo offenſum arbitretur; cũ vindictæ deſideriũ tã ardens ſit, vt datã etiã leui occaſione excitet. Nõ cõmittat negotij cuiuſcũque exequutionẽ illi,qui in conſilio contrariæ opinionis extitit. Is .n.nunq̃ ad effectum perducet,nè in diſſuadendo imprudens,& ſibi ipſi in exequẽdo cõtrarius fuiſſe videat;ſed illi ſolũ, qui negotiũ amplexus fuerat, & vt executioni mãdaret,cõſuluit: abſque tñ vllo executionis pręſcripto mõ, & formá.Limitare.n.exequutiones Cõſiliorũ,eſt Miniſtrũ tricis ĩuoluere, & negotiũ deſtruere;cũ hoc maiori ex parte à tp̃is,locorũ,perſonarũq. opportunitate dependere ſoleat, quæ plerũque immutãtur. Romani certe optimi rerũ gerendarũ magiſtri ſuis ducibus, Cõſulibuſq. nullam certã cõmiſſionis formã in quibuſcũque expeditionibus pſcribebant,præter hanc,Nequid Reipublica detrimenti pateretur, Nullis certis mandatis, Ex re conſulturos. Pari rõne laudare nõ poſſumus eos,qui vnum negotiũ duobus, tribuſuè ſimul cõmittunt;cum

Miniſtri negotiis ſint pares.
Conſilio offenſus non admittatur.
Executio nõ cõmittatur ei,qui in conſulendo diſſuaſit.
Exequutio cui committenda.
Romana cõmiſſionis forma.
Cõmiſſariorũ pluralitas refellitur.

vnus

vnus prudens, ac fidelis ſolus ſufficere videatur. Duo enim ſegnius imperata exequuntur. Certè optimo viro potiùs ait Ariſtoteles lib. 3. Polit. cap. 11. & 12. quàm multis poteſtatem tribuendam eſſe. Cũ Philoſopho Iuriſperiti conſentiunt Boerius in Tract. de Cuſtodiâ Clauium Portarum Ciuitatum, Aegidius in Tract. de Regimine Principum, Bartholus in Tract. de Regimine Ciuitatum, & Cardinalis in c. in opibus. 7. q. 1. Et quod per vnum rectius, quàm per plures Reipublicæ conſulitur, aſſerit tex. in l. 2. §. deindè, quia difficilè, verſ. nouiſſimè, ff. de origine iur. Hoc idem quoque docuit tex. in l. 3. §. quamuis autem, verſ. apparet, ff. de Adminiſtr. Tutor. vbi aſſerit, quod faciliùs per vnum Tutorem, quàm per plures tutela adminiſtretur, & ratio aſſignatur in gloſ. in verbo faciliùs, cum inquit;

Ariſtot. *Boer.* *Aeg. d.* *Barthol.* *Cardinalis.*

Segnius expediun' commiſſa negotia Plures.

Verùm hoc nolumus intelligi de publicis, ordinarijſq. Adminiſtris, qui vno plures ſemper eſſe debent in eodem negotio, vt ſunt Conſiliarij, Iudices, & ſimiles reliqui, quos, vt benè conſultum ſit Reipublicæ, oportet, vt Princeps cum maximâ curâ eos eligat. Ad ornatũ Palatij, inquit Caſſiodorus in perſonâ Theodorici Regis lib. 4. Variar. epiſt. 3. credimus pertinere aptas dignitatibus perſonas eligere; quia de claritate ſeruientium, creſcit fama dominorum. Tales enim prouehere Principem decet, vt quoties procerem ſuum fuerit dignatus aſpicere, toties ſe cognoſcat recta iudicia habuiſſe. Et idem Theodoricus apud eundem lib. 2. Var. epiſt. 15. ſuaſit, vt ex genere honeſto Miniſtri eligerentur. Prudentiæ noſtræ, inquit, ratio eſt in tenerâ ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus, prolis iudicare ſucceſſum. Quia bona certa ſunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo neſcit deficere, quæ conſueuit radicitùs pullulare. Fertur .n. curiu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem ſuſtinent cuncta manantia, vt ſapor, qui conceſſus eſt origini, niſi per accidentia fuerit fortè vitiatus, neſciat riuulis abnegari. Quis ibit inficias? Habet .n. ait, Seneca, hoc optimũ generoſus aĩus, ꝙ cõcitetur ad honeſta. Neminẽ excelſi Ingenij virũ humilia delectant, & ſordida. Ex quo, Princeps, qui ſibi viles Miniſtros applicat, aĩo vili exiſtimetur. Si Rempublicã, inquit, Dio Caſſius lib. 52. ignauis, & non magni pretij hominibus cõmittas, ſtatim, & nobilium, & ſtrenuorum iram in te prouocabis ob contemptã eorum fidem, & maximis in rebus damna patieris. Quid enim præclari homo vilis, aut ignobilis gerat? Quis hoſtis eum non contẽnet? quis ſocius ei obediat? quis militum non dedignetur ſub imperio eius eſſe? Porrò, ſi in aliquo licet etiam humili loco progenito illuſtres ſplendeſcunt virtutes, dicimus cum Velleio lib. 2. opti-

Miniſtri debent eſſe plures. *Conſilium.* *Caſſiodor.* *Qualitas miniſtrorum.* *Pulchrè.* *Claritas natalium.* *Proles parẽti ſimilis.* *Seneca.* *Excelſa ingenia non ſe demittũt ad ſordida.* *Dio.* *Prĩcipi cautio.*

mum

mũ quemque nobiliſſimũ eſſe;& in cuiuſcunque animo virtus inſit,ci plurimum eſſe tribuendum. Verùm cum hac conditione, vt virtute ſolâ,non nummis poteſtatē acquirat. Alexāder Seuerus dicebat apud Lampridium ſe non pati mercatores Poteſtatũ: neceſſe eſſe enim, vt qui emit, vendat. Sed nonnè hæc oĩa in Principis decus, vel dedecus redũdant? Ità enim Mecenas Auguſto apud Dionem lib.3.dixit nulli amicorum, aut officialium nimiam eſſe indulgendam potentiam, ſed ità ijs moderandum,vt nè te in culpam, aut reprehenſionē conijciant. Quidquid.n.hi rectè, vel ſequius egerint, id verò tibi adſcribetur,talem.q.te cuncti cenſebunt,qualia eos facta exercere permiſeris. Plurimũ propterea iuuat Principem, vt aptos ſibi admoueat Adminiſtros, Ingenia illorum dignoſcere. Sapienter Plutarchus in Politicis præceptis, quemcũque cuique functioni,pro indole ſuâ admouere: & ille ad Ciuilia,hic ad Bellica,naturâ eſt aptior. Sed interdũ Principis inclinatio in hunc, offenſio in alium eſt, vt dicat poſteà is cum arguto Caſſiodoro non eſſe maius meritum, quàm gratiam inueniſſe regnantium. Verùm tamen plerumque euenit, multos in prouincijs adminiſtrandis contrà q̃ ſpes,aut metus de illis fuerit,egiſſe; excitari quoſdam ad meliora magnitudine rerum,hebeſcere alios.

Virtuoſus nobilis. *Honores nõ emendi.* *Lamprid.* *Vendit, qui emit.* *Dio.* *Mediocritas laudabilis.* *Plutarch.* *Magiſtratus datur p̄ cuiuſq. indole.* *Caſſiodor.* *Magiſtratus, cribrũ hominis.* *Tacitus.*

Ex his verò, qui digni ſunt, vt Principi inſeruiant, ij ſint ſemper obſequioſi. Nam ait Tacitus lib.1. Annal. quod quantò quis obſequio eſt promptior,honoribus,& opibus extolletur. Neque verò hoc ſolũ, ſed etiam vtiles debent extare Principi, vt dictum Conſtantini Imperatoris euitent, qui Miniſtros ſuos proprijs dumtaxat commodis inhiantes,Tineas,& Sorices Palatij nominabat. Hic autem vtilitatis labor cùm affectu, & effectu, affectatione exulante, debet eſſe coniunctus,duce Piſone apud Velleium lib. 2. quo nemo aut validius otium dilexit,aut faciliùs ſuffecit negotio, magiſq. quæ agenda ſunt, egit ſinè vllâ oſtentatione agendi. Qui hoc faciet, Inuidiam aliorum euitabit,& odium. Audiant Senecam lib.1. de Tranquillitate, cap.4. Quorumdam parum idonea eſt verecundia rebus ciuilibus, quæ firmam frontem deſiderant; quorumdam contumacia non facit ad aulam. Sed illenè bonus Adminiſter, qui Heraclidem apud Polybium imitatur,aduersùs inferiores ſeuerus maximè, & ſuperbus, ergà ſuperiores imprimis adulator? Tales ad tempus currunt, vt decidant, immò,& qui probè currit,ſæpè labitur,nì cautè incedat. Xantippus ille, vt Polybius lib.1. teſtatur, reſtitutis Carthagienſium rebus, paulò poſt in patriam redijt,optimè ſibi conſulens. Nam res egregiè geſtę, & præclara facinora, quæ omnium amorem, & panegyres viro procreare deberent,inuidiam, & calumnias gignere ſolent.

Obedientia vtilitas. *Miniſter debet eſſe vtilis.* *Conſtantini dictum.* *Velleius.* *Affectatio exulet.* *Actio ſine oſtentatione actionis.* *Seneca.* *Qui nec bonus Miniſter,nec Aulicus.* *Polybius.* *Mores illaudati.* *Polyb.*

Hoc quidē in ſubiectus Principi ordines euenire conſueuit, nõ autem in ipſum Principem cadere, cũ ille quò magis in Reipublicę ne-

Virtutum ſpurij.

gotijs,

Iudicia. gotijs, & adminiſtratione, in ſubditorum protectione, & in Tribunalis exercitio inſudauerit, eò maiorem ſibi amorem in hominũ animis excitabit. *Princeps, agat Iudicẽ.* Quamobrẽ iudicamus oino neceſſariũ, vt Prĩceps, qualem ſuperius efformauimus ipſemet ſępius Iudicẽ agat, & colloquia, maieſtate tñ ſeruatã, cũ ſubditis miſceat. Quid.n. efficacius, ad mutuã Principis, & ſubditorum concordiam tuendam, quàm Principẽ pro Tribunali ſedentem intueri, & ad ipſum ſuorum actiones referre, ipſum videre, & audire, & viciſſim ab ipſo videri, & audiri? *Cauſæ, vt Princeps iudicet.* Accedit ad hoc Magiſtratum ſæpè, ſiuè odio, ſiuè gratiã, ſiuè metu, ſiuè ſordibus ad iniquè iudicãdum adduci poſſe, Principem verò numquàm. Quãta etiam in Iudicibus ſolet eſſe ſæpè vecordia, quanta inſcitia bonę Deus! *Plinius. Iudicij præſtantia.* Nulla certè, inquit Plinius lib.2. Epiſt. eſt laudabilior Philoſophiæ pars, quàm agere negotium publicum, cognoſcere, Iudicare, promere, & exercere Iuſtitiã, quæq. Philoſophi docent in vſu habere. Nihil præclarius profectò, & ad ſplendorem illuſtrius, quàm in clariſſimã populi luce poſitum Principem interdùm iudicantem videre. *Moderatio.* Interdùm dicimus, quia nec decorum ſemper eſt, nec etiam vtile, ac neceſſarium, vt aſſiduò Princeps Tribunali aſſideat, & cancellis illis litigantium ſepiatur. *Principis comites.* Princeps igitur, qui Iudicijs aliquandò aſſidet, ità debet ſe gerere, vt Sapientiã Salomonem, prudentiã Auguſtũ, moderatione Aurelium imitetur. *Cultus animi, & corporis.* Ad eum enim non tantùm ſubditi ſed etiam peregrini ſpectandum conuolabunt, qui, ſi quæ minùs laudanda videbunt, non modò in animi, ſed etiã in ipſa oris, & corporis formã, & in minùs ſplendido eius cultu, vituperabunt. Ageſilaus ille, qui ſui famã, ac rerum præclarè geſtarum gloriã Orientẽ compleuerat, cũ Aegyptius Rex eum humi fuſum, ſordido Græcorum pallio indutum, corpore puſillum, & claudũ vidiſſet, deſpexit. Quoniam hominis Præſentia ferè ſemper minuit eam, q̃ quiſque de ipſo excitauit opinionem, ac famam. *Minuit præſentia famã.* Proditum eſt à Philippo Cominæo Ludouicũ XI. Gallorum Regem, cum tanq̃ Arbiter ad lites dirimendas, quæ Regi Caſtellę cum Rege Nauarræ intercedebant, proceſſiſſet, riſum, & contemptũ ſui apud Hiſpanos excitaſſe. Illi.n. non ſolùm ſe ipſos pompoſè ornãrunt; *Ornatus, aut ſquallor corporis q̃d præſtet.* verum etiam totum illorum comitatum ſplendidè induerunt, equoſq. aureis phaleris ſtrauerunt: è contrà Francorũ Rex viliſſimis indutus veſtibus ſordeſcebat, nulla in eo oris dignitas, nulla maieſtas apparebat, totuſq. illius famulatus ſquallidam, atque abiectam ſpeciem oſtendebat, vt quis humiles Hiſpanorum ſeruos eſſe, exiſtimaret. Quo exemplo cauere apprimè debet Princeps, cum ad alterius externi Principis colloquium acceſſerit, *Princeps rarò principẽ adeat.* quod tamen nũquàm, vel rarò fieri debet, ne quid in corporis cultu, oratione, ac geſtu reprehenſione dignum poſſit conſpici, ſed omnia cum grauitate, & decoro ità agat, vt ab omnibus prudentiſſimus iudicetur.

Dignum nè eſt, vt Princeps ſe conſpici, & alloqui permittat intactè ſeruatâ ſemper maieſtate. Laudatur à Plinio in ſuo Panegyrico Traianus Cæſar hac de causâ. Facilis, inquit, adiri, è proximo accipis vota hominum tuorum, vt quiſque ille conſultor eſt, etiam ſi meruerit, quod eſt rarum repulſum, ferat tamen viſi numinis conſcientiam. Similem ob cauſam extollit Pacatus Theodoſium, Mamertianus Iulianum, Nazarius Conſtantinum, & Auſonius in Panegyrico Gratianum. Laudabile eſt, ait, Imperatorem interpellantibus faciles præbere aditus, nec de occupatione cauſari. Tunc confirmas adhuc cũctantes, etiam querimonijs explicatis, ne quid adhuc ſileatur, interrogas. Tulit Conſtantinus legem tit. de Offic. Rect. prou. in C. Theodoſiano, quâ vetuit ille nè ſit venale Iudicis velum, nè ingreſſus redempti, nè infamiæ licitationibus Secretarium, nè viſio ipſa Præſidis cum pretio. Itaque Principi conſulimus, vt ſolitariam vitam, à negotijs, colloquijsq; omninò abſtractam, ſecluſamq; ſi amari, & honorari optat, penitùs abhorreat. Illa enim vel regnandi incapacitatem, vel eximium faſtum denotat, quæ ſubditis, aut rebellandi, aut ad alterius ditionem tranſeundi perſæpè occaſionem præbent, dum Principis ſuorum tutoris palatium, & colloquium denegatur. Non ſuademus tamen, Principem ità ſe demittere, vt deindè cum quouis arctæ vitæ conſuetudinem contrahat. Præclarè Martialis lib. 12. cantauit.

Maieſtas comes principis.
Plinius.
Laus Traiani.
Grata Audientia facilitas.
Turpis quæſtus audientia.
Vita ſolitaria improbata.
Vita ſolitaria multorũ malorum mater.
Familiaritas nimia euitanda.
Martialis.

Si vitare velis acerba quædam,
Si triſtes animi cauere morſus;
Nulli te facias nimis ſodalem
Gaudebis minùs, & minùs dolebis.

Conſilium.

Hæc quidem ità ſe habent; nunc videamus an tutiùs, & prudentius ſit Magiſtratum præbere Alienigenæ, vel Incolæ. Contrà nos in aciem prorumpunt Cæſarum decreta iuxtà l. potiorum, l. 5. & l. 2. de offic. rector. C. 12. de offic. diuer. iud. C. quibus illi prohibuerunt, ne vllus in propriâ patriâ munus aliquod obiret, & Prouincias regentibus, Nè quid in his, quas adminiſtrarent, emerent, aut conducerent, l. non licet, 46. de contrah. P. l. quod contrà, 8. ad leg. Iul. repet. P. l. aufertur. 46. quod à Præſide, de Iur. Fiſc. Nè dona caperent. l. ſolet. 6. §. non verò. de Offic. Proconſ. Nè ædificarent de contra iud. C. d. l. aufertur. §. quod à Præſide. Nè vxorem ducerent, aut filias denique ſuas prouincialibus coniungerent. l. quis offic. 38. l. qui in prouin. 57. de ritu nuptiar. P. l. vnicá. ſi rector prouin. vel ad eum pertin.

In patria prohibiti rectoratus.
Prohibitiones variæ.

Probibitionum cauſa. Probibitio patri, filio, fratri. Periculum quando plures affines magiſtratus gerunt.

l. 6. Hoc autem ideo factum fuit, vt ſublato amicitiæ Iudicis cum Ciuibus vinculo, Iuſtitia inuiolata permaneret. Pari ratione vetitum fuit, nè Pater, & Filius, aut duo Fratres in eâdem Curiâ, vel Prouinciâ capeſſerent officia, de nupt. cum ſimil. Prudenter ſanè. Nam res pleniſſima periculi eſt, quandò fratres, & affines plures in eádem Principis aulâ munia ſimilia, vel diuerſa obtinent. Siquidem illi ſimul conglobati, & connexi facilius, & potentius quæque audebunt, & inuertent. Si in Principem conſpirauerint, quid non tentabunt? Si in alterius damnum, quid non efficient? Si in fauorem etiam iniuſtum, quid non turbabunt? Oculatus Princeps ſimiles rarò admittet.

Externi ad magiſtratus rarà admittendi.

Verùm, in illâ ſententiâ ſumus, exteras nationes, & maximè finibus proximas rariſſimè; ſubditos ſemper ad quaſcumque functiones, pro cuiuſuis Ingenio aſſumendos eſſe. At, cum hac notâ, vt in patrio ſolo nullus inſeruiat, ſed hic ad illam, ille ad hanc ciuitatem mittatur. Etenim, hoc modo, factiones, ſi quæ fuerint, à Principe, aut radicitùs euellentur, aut per ſe ipſas conticeſcent; libido vindictæ contrà inimicos ceſſabit; amor propinquorum, atque amicorum, longè illum à patriâ commorantem ad minus digna laude perpetranda, non inflammabit. Pauciſſimi enim ſunt, qui non dependeant ab aliquibus, vel aliqui ab illis non fulciantur. Aduenæ verò ſæpius idioma non callent; honores, atque prouentus è manibus ſubditorum eripiunt, qui ad inuidiam in illos poſteà, & odium in Principem concitantur; loculos pecunijs extendunt, & poſtquam opes cumulauerint, redeùnt ad propria, & nonnunquàm illorum diuitiæ negotium Principi faceſſunt. Aliud periculum ad hoc accedit, quòd extranei, vt plurimum de proditione aliquâ patriæ illius, quæ eos excepit, ſuſpecti ſint, neque admodùm integra illis fides ab incolis præſtetur. Rebellárunt Neapolitani, & Siculi Gulielmo Siciliæ Regi, quòd præcipuos Magiſtratus Gallis detuliſſet, atque ideo communi coniuratione Gallos omnes anno 1168. internecioni dederunt. Honorius certè, & Arcadius l. in Eccleſ. 11. de Epiſc. & Cler. C. ſtatuerunt in Eccleſijs, quæ in poſſeſſionibus ſunt diuerſorum, vel vicis diuerſis conſtitutæ, nè Clerici ex aliâ poſſeſſione, aut vico, quàm ex eo, vbi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur. Penè idem ſanxit Innocentius III. in cap. bonæ 4. §. intelleximus, de poſtul. præl. Non poteramus, inquit, ſaluâ conſcientiâ, in aliâ perſonâ, quæ de Regno Hungariæ originem duceret, congruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienum. Pro hoc militat cap. nullus inuit. diſt. 61. cap. quoniàm in pleriſque, de offic. ordin. regiſt. 19. Cancellariæ Apoſt. vbi Sixtus Hiſpaniæ Regi proprio motu conceſſit, nè peregrinus in ſuo Regno poſſet

Domeſtici quomodo ad Magiſtratum aſſumendi.

Sententiæ.

Suſpicio in externos.

Rebellionis cauſa.

Honorius. Arcadius.

Lex beneficialis. Innocentius Hungariæ priuilegium Hiſpaniæ priuilegium

Benefi-

Beneficium Eccleſiaſticum ſinè expreſſo eiùs conſenſu obtinere. Idem in Galliâ, & in Angliâ vſu receptum eſt, vt gloſſ. in Proemio ſanctionis ad Pragmaticæ, verbum Exterorum, teſtatur. Indigna enim profectò res eſt, vt panis filiorum ab ore ipſorum ſubripiatur, & detur exteris, & ſæpiſſimè hoſtibus.

Gallia, Anglia priuilegium.

Verum, illud quoque ſilentio præterire nolumus, Principes aliquandò ſolere vnum, vel alterum Palatinum pluribus honorum titulis, ac officijs onerare; cum certiſſimum ſit ſingula munera, ſingulos homines deſiderare. Nullum eſt enim in Aulis officium, tam leue, & humile, quod non plurimarum rerum curis hominem diſtrahat, vt vix illis dignè ſufficere poſſit. Quòd ſi ille pluribus honoribus ambitiosè, ac tumidè ſplendeſcit, quid aliud eſt, quàm plures dignitatibus priuare, easq; omnes in vnum, alterumuè ſolummodò conſerre, vt magis turgeſcat? Hoc etiam incommodi accedit, quòd Aula talis Principis paucioribus Palatinis nobilitatur; quia, quod plures Aulici obtinere deberent, pauci detinent, & Principi minùs commodè, ac dignè famulantur, & meliores ſæpè coguntur deliteſcere. Vndè ſapienter Ariſtotcles libro quinto Politic. Aliqui, inquit, inhonorantur, cum ſint magni, & nihil inferiores virtute illis, qui Honores capiunt: Omniſq; Reipublicæ interitus ſubiunxit in munerum perturbatione conſiſtere. In Optimatibus autem ſeditiones fiunt ex eo, quòd pauci ſunt Honorum participes.

Munera ſingula ſingulis hominibus deferenda.

Principum quorundam mos refellitur.

Nota.

Ariſtot.

Reipublicæ interitus in honoribus malè diſtributis conſiſtit.

Quæ res quoque nobis in mentem reuocat, an præſtet Magiſtratus annuos eſſe, vel perpetuos. Certè, ſi antiquitatis monumenta repetere voluerimus, in clarâ prudentum luce videbimus apud omnes ferè nationes Magiſtratus mutabiles fuiſſe. Cornelius Tacitus libro primo Annalium recenſet Romanos æternos Magiſtratus reſpuiſſe. Vrbem, inquit, Romam à principio Reges habuére, Libertatem, & Conſulatum L. Brutus inſtituit, Dictaturæ ad tempus ſumebantur, neque Decemuiralis poteſtas vltrà biennium, neque Tribunorum militum Conſulare ius diù valuit: non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. Apud Thebanos etiam, certo tempore Duces, ac præfixo à vulgò cum hac lege creabantur, vt ſub capitis pœná nullus diutiùs officium detineret, quàm lege præfinitum eſſet, vt Aemilius Probus in Epaminondá ſcriptis conſignauit. Quod, cum Epaminondas ipſe Bœotarchiâ vteretur, imperio quattuor menſes addendo, vt idem Aemilius libro tertiodecimo de Variar. Hiſtor. aſſerit, poſt deuictos Lacedæmonios, ex agro Laconico reuerſus, in iudicium capitis fuit vocatus, nullâ ratione habitâ, quòd illos ſuperaſſet. Narrat idem Aemilius in vitá Hannibalis, quòd Carthagine quotannis bini Reges aſſumebantur. Refert Caſſiodorus, quòd qui

Qui Magiſtratus mèliores annui vel perpetui.

Tacitus.

Romanorũ mos.

Conſulatus auctor.

Termini munerum.

Thebanorũ mos.

Probus.

Bœotarchia.

Aemilius.

Carthaginenſium mos.

Caſſiodorus.

Digitized by Google

diutinè imperârunt, non modò ceteros contemnunt, ſed etiam ſuperioribus parere dediſcunt. Antiquitas, ait, prouinciarum dignitatem voluit annuâ ſucceſſione reparari, vt nec diutinâ poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum prouectus gaudia reperirent. Etenim

Virtutis præmium quid ſit.

cum Virtutis præmium Honor ſit, Princeps optimus omnes ſuos, Honores, ac Magiſtratus, pro cuiuſque meritis aſſequi libenter patiatur;

Princeps permittat, vt omnes ad honores adſpirent.

qui etiam, ſi ſeditionum, ciuiliumq; diſcordiarum ſtirpes, fibrasq; euellere, ac elidere optauerit, numquàm efficiet, ſi Magiſtratus in perpetuum tribuantur. Siquidem ciuilium rixarum cauſa ſæpius eſt præmiorum inæqualitas: tranquillitatis verò, æqualitas, quę in tribuendis honoribus ſeruatur.

Vnde rixæ.

Cum igitur Princeps Honores pauciſſimis quibuſdam tribuet, inuidiarum, odiorumq; incendia ſuſcitabit. Ac nè ſcelerum impunitas continuos honores ſequatur, Magiſtratus perpetuos tollere oportet. Nullus enim perpetuis Magiſtratibus pœnas irrogare, nullus illos accuſare, nullus conuictos etiam damnare audebit. Et quamuis plurimi ſint inter eos, qui Magiſtratus obeunt, qui ſummâ virtutum omnium laude exornentur:

Humana fragilitas.

tamen, cum, & hi homines ſint, facilè eſt, vt amore, odio, aut auaritiâ diutinos honores aliquâ horum maculâ inficere poſſint. Et verò, publica quoque vtilitas, quę omnibus ſubditis cordi eſſe debet, ab iis omninò deſeretur, quibus nec honores, nec Magiſtratus vllos gerere licebit: vndè priuatis cõmodis omnes intendent, & publica deſerta eſſe, patientur. Cur tàm diù Aſſyriorum, Perſarumq; Imperia floruerunt, niſi ꝙ in ſingulos annos Magiſtratus crearentur?

Arcanus Cõſiliarius debet eſſe perpetuus.

Ab his tamen, Principis arcanos Conſiliarios excipimus, quos perpetuos eſſe, conſultum eſt. Neque verò, nobis veremur, qui annuos Magiſtratus inſtituimus, nè illi, qui præſident, illicò ſua officia deſerere cogantur, nè publicæ, ac priuatæ actiones conturbentur, nè bella inchoata, iudicia cœpta interrumpantur, nè improborum accuſationes aboleantur, nè cruciatus differantur, nè demùm publica res maximis in periculis deſeratur.

Magiſtratus meta.

Nam volumus quemque ſuum Honorem, ac Magiſtratum per continuum Triennium tueri poſſe, ac debere. Porrò, elapſo Triennio, volumus illum, qui optimè ſe geſſit, & omniũ iudicio, cum laudę Honorem ſibi collatum, adminiſtrauit, vt ad altiorem dignitatis gradũ à Principe extollatur;

Magiſtratu bene functo ad altiorem eſt eleuandus.

atque ità, vt alter alteri gradatim ſuccedat, omnesq; paulatim Honorũ ſedes, ac theatra capeſſant. Indignum enim planè eſt, vt digni Honoribus viri, vel reijciantur, vel ad Rempublicam adminiſtrandam non aſſumantur. Debent nè ſemper iidem in iiſdem Honoribus perſiſtere, ac perennare? Quotuſquiſque melior ſeſe offeret, electo ad honorem peiori? Sapientis Principis index eſt Sapientum virorum delectum habere.

Enimue-

Digitized by Google

En'uerò, qui Capitaneatus, Præfecturas, Senatorium ordinem, & alios quoſcumque Honoris titulos, quos Magiſtratus nomine comprehendimus, acquiſiuerint, vt integri perſeuerent, & incorrupti, valde conſultum erit, eos Syndicatui, finito adminiſtrationis tempore, ſubijcere. Hoc enim conſentaneũ quoque eſt, Legi Iuliæ, C. vt omnes Iudices, tàm Ciuiles, quàm Criminales poſt depoſitam adminiſtrationem. Idem Philippus Pulcher Galliæ Rex in ſuo Regno prudenter obſeruari fecit, vt poſt ſingula Triennia, in vitam, & mores Magiſtratuum, & Officialium Regiorum inquireretur, vt l. Libertus. 17. §. in quæſtion. admun. P. l. Lucius. 21. §. ante, in eod. tit. l. reus delatus. 7. de munerib. P. l. vni. de reis poſtul. C. teſtantur. Nam verum eſt, quod elegantiſſimus Boëtius libro ſecundo, de Conſolatione cecinit. *Adminiſtri ſendicatui ſubijciātur.* *Philippus Pulcher.* *Boetius.*

Heù primus quis fuit ille
Auri, qui pondera tecti,
Gemmasq. latere volentes
Pretioſa pericula fodit.

Auaritia.

Diteſcendi enim libido tàm vehemens eſt in pleriſque, vt vtilitatem Iuſtitiæ, & honori ipſorum anteponant: Magiſtratus ideò ambiunt, vt opes acquirant, non autem, vt publicæ vtilitati proſpiciant. Quòd ſi vtilitas amoueatur, Illicò Iuſtitia in obſcuris ipſorum domorum latebris deliteſcet. Appoſitè Ouidius libro primo, de Ponto. *Ouidius.*

Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur;
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt, quàm quod ſit honeſtum;
Et cum fortuna ſtatq. caditq. fides.
Nec facilè inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem pretium, qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.
Nil niſi, quod prodeſt charum eſt, en detrahe menti
Spem fructus auida, nemo petendus erit.
At reditus iam quiſq. ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

Digitized by Google

diutinè imperârunt, non modò ceteros contemnunt, ſed etiam ſuperioribus parere dediſcunt. Antiquitas, ait, prouinciarum dignitatem voluit annuâ ſucceſſione reparari, vt nec diutinâ poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum proucctus gaudia reperirent. Etenim cum Virtutis præmium Honor ſit, Princeps optimus omnes ſuos, Honores, ac Magiſtratus, pro cuiuſque meritis aſſequi libenter patiatur; qui etiam, ſi ſeditionum, ciuiliumq; diſcordiarum ſtirpes, fibraſq; euellere, ac elidere optauerit, numquàm efficiet, ſi Magiſtratus in perpetuum tribuantur. Siquidem ciuilium rixarum cauſa ſæpius eſt præmiorum inæqualitas: tranquillitatis verò, æqualitas, quę in tribuendis honoribus ſeruatur. Cum igitur Princeps Honores pauciſſimis quibuſdam tribuet, inuidiarum, odiorumq; incendia ſuſcitabit. Ac nè ſcelerum impunitas continuos honores ſequatur, Magiſtratus perpetuos tollere oportet. Nullus enim perpetuis Magiſtratibus pœnas irrogare, nullus illos accuſare, nullus conuictos etiam damnare audebit. Et quamuis plurimi ſint inter eos, qui Magiſtratus obeunt, qui ſummâ virtutum omnium laude exornentur: tamen, cum, & hi homines ſint, facilè eſt, vt amore, odio, aut auaritiâ diutinos honores aliquâ horum maculâ inficere poſſint. Et verò, publica quoque vtilitas, quę omnibus ſubditis cordi eſſe debet, ab iis omninò deſeretur, quibus nec honores, nec Magiſtratus vllos gerere licebit: vndè priuatis cōmodis omnes intendent, & publica deſerta eſſe, patientur. Cur tàm diù Aſſyriorum, Perſarumq; Imperia floruerunt, niſi q̄ in ſingulos annos Magiſtratus crearentur? Ab his tamen, Principis arcanos Conſiliarios excipimus, quos perpetuos eſſe, conſultum eſt. Neque verò, nobis veremur, qui annuos Magiſtratus inſtituimus, nè illi, qui præſident, illicò ſua officia deſerere cogantur, nè publicæ, ac priuatæ actiones conturbentur, nè bella inchoata, iudicia cœpta interrumpantur, nè improborum accuſationes aboleantur, nè cruciatus differantur, nè demùm publica res maximis in periculis deſeratur. Nam volumus quemque ſuum Honorem, ac Magiſtratum per continuum Triennium tueri poſſe, ac debere. Porrò, elapſo Triennio, volumus illum, qui optimè ſe geſſit, & omniū iudicio, cum laude Honorem ſibi collatum, adminiſtrauit, vt ad altiorem dignitatis gradū à Principe extollatur; atque ità, vt alter alteri gradatim ſuccedat, omneſq; paulatim Honorū ſedes, ac theatra capeſſant. Indignum enim planè eſt, vt digni Honoribus viri, vel reijciantur, vel ad Rempublicam adminiſtrandam non aſſumantur. Debent nè ſemper iidem in iiſdem Honoribus perſiſtere, ac perennare? Quotuſquiſque melior ſeſe offeret, electo ad honorem peiori? Sapientis Principis index eſt Sapientum virorum delectum habere.

Virtutis præmium quid ſit.

Princeps permittat, vt omnes ad honores adſpirent.

Vnde rixæ.

Humana fragilitas.

Arcanus Cōſiliarius debet eſſe perpetuus.

Magiſtratus meta.

Magiſtratu bene functo ad altiorem eſt eleuandus.

Enimue-

Enimuerò, qui Capitaneatus, Præfecturas, Senatorium ordinem, & alios quoſcumque Honoris titulos, quos Magiſtratus nomine comprehendimus, acquiſiuerint, vt integri perſeuerent, & incorrupti, valde conſultum erit, eos Syndicatui, finito adminiſtrationis tempore, ſubijcere. Hoc enim conſentaneũ quoque eſt, Legi Iuliæ, C. vt omnes Iudices, tàm Ciuiles, quàm Criminales poſt depoſitam adminiſtrationem. Idem Philippus Pulcher Galliæ Rex in ſuo Regno prudenter obſeruari fecit, vt poſt ſingula Triennia, in vitam, & mores Magiſtratuum, & Officialium Regiorum inquireretur, vt l. Libertus. 17. §. in quæſtion. admun. P. l. Lucius. 21. §. ante, in eod. tit. l. reus delatus. 7. de munerib. P. l. vni. de reis poſtul. C. teſtantur. Nam verum eſt, quod elegantiſſimus Boëtius libro ſecundo, de Conſolatione cecinit. *Adminiſtri ſendicatui, ſubijciãtur.* *Philippus Pulcher.* *Boetius.*

Heu primus quis fuit ille
Auri, qui pondera tecti,
Gemmasq. latere volentes
Pretioſa pericula fodit.

Diteſcendi enim libido tàm vehemens eſt in plerisque, vt vtilitatem Iuſtitiæ, & honori ipſorum anteponant: Magiſtratus ideò ambiunt, vt opes acquirant, non autem, vt publicæ vtilitati proſpiciant. Quòd ſi vtilitas amoueatur, illicò Iuſtitia in obſcuris ipſorum domorum latebris deliteſcet. Appoſitè Ouidius libro primo, de Ponto. *Auaritia.* *Ouidius.*

Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur;
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt, quàm quod ſit honeſtum;
Et cum fortuna ſtatq. caditq. fides.
Nec facilè inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem pretium, qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.
Nil niſi, quod prodeſt charum eſt, en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quiſq. ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

Digitized by Google

Seneca. Quod idem, cùm ſpectaret ſententioſus Seneca, & videret quoſdam inſtar famelicorum canum opibus inhiare, & contrà illos, qui munera non ferrent, latrare, ſic in Hercule Oetheo cantauit.

Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri, nec tota ſitim
India vincit, nec quæ Zephyro
Subdita tellus ſtupet aurato
Flumina clarum radiare Tagum;
Nec, ſi totus ſeruiat Hebrus,
Ruraq; diues cingat Hydaſpes,
Intraq; ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis, Auidis Natura parum eſt.

Democritus. At tales audiant Democritum; Diuitiæ, inquit, ſi non habentur, deſiderio affligunt; ſi habentur, curâ, metuq; diſcruciant; ſi amittuntur, mœrore, ac dolore conficiunt. Ac ideò à Claudiano ſummis laudibus Stilico extollitur, qui non ſolum Auaritiam, ſed etiam illius comitem, Ambitionem ex ſe ipſo expulerit, & ſolum vertere coëgerit lib. 2. in Stiliconem. *Claudianus*

Trudis Auaritiam, cuius fidiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis, foribusq; potentum
Excubat, & pretijs commercia poſcit honorum,
Pulſa ſimul.

Ambitionis natura. Ambitio enim humilibus locis non contenta, inſtar ignis quæque ardua, & ſumma petere contendit. Et quamuis illius igniculis Ambitioſus ſemper exagitetur, & cremetur: tamen, quia abſque diuitiarum fulcro, & alis arbitratur ſe difficilè ad honorum culmina poſſe conſcendere; ideo Ambitio neceſſe eſt, vt Auaritiam illi pariat. At Ambitioſus quicumque audiat Boetium libro ſecundo, de Conſolatione canentem.

Ambitio mater Auaritiæ.

Boetius.

Quicumque ſolam mente præcipiti petit,
Summumq; credit Gloriam.
Latè patentis Aetheris cernat plagas:
Arctumq; Terrarum ſitum,
Breuemq; replere non valentis ambitum,
Pudebit aucti nominis.

Ambitio-

Digitized by Google

Ambitioſus quoque, qui nihil aliud cogitat, quàm, vt Auaritiæ ſtudeat, non poteſt alijs ſtudijs operam dare, quàm ijs, quæ Ambitio illi ob mentis oculos proponere continuò ſolet. Vnde euenit illi, vt in ſummâ ſemper rerum omnium ignoratione verſetur, neque pro honoribus obeundis,& Magiſtratibus ſubeundis vnquam habilis exiſtat. Hos grauiter meritò idem Boetius lib.3. de Conſolatione reprehendit. *Ambitioſi ſtudium. Ignorantia Ambitionis filia. Boetius.*

Heù, heù, qua miſeros tramite deuio
Abducit Ignorantia.
Non aurum in viridi quaritis arbore,
Nec vitis gemmas carpitis,
Nec altos laqueis montibus abditis,
Vt piſce ditetis dapes.
Nec vobis capreas, ſi lubet inſequi,
Tyrrhena captatis vada.
Ipſos quin etiam fluctibus abditos
Norunt receſſus æquoris.
Quæ gemmis niueis vnda feracior,
Vel qua rubentis purpura.
Necnon qua tenero piſce, vel aſperis
Præſtant Echinis litora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt, Bonum
Neſcire cæci ſuſtinent.

Nam, qui Magiſtratibus exornari cupiunt, illorum finem ſpectare deberent, & non omnibus alijs rebus potiùs intendere, quàm ijs, quas ſemper in delicijs habere, neceſſarium illis omninò eſſet, vt iuſtum Iudicium de quacumque actione, ſiue Ciuili, ſiue Criminali ferre poſſent.

Ex aduerſo autem, qui ſcientijs imbutus eſt, Iuſtitiam ducem, comitemq; ſuam amplectetur, vt tutò incedere, & numquam à rectâ ipſius regulâ, atque viâ aberrare poſſit, & in Iniuſtitiæ tribulos impingere. Quod, cùm Claudianus de Conſulatu Manilij Theodoſij optimè calleret, ſic cecinit. *Claudianus*

Tu prima hominem ſilueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſæcula victu.
Te propter colimus leges, animoſq. ferarum
Exuimus, nitidis quiſquis te ſenſibus hauſit,
Irruet intrepidus flammis, hiberna ſecabit
Aequora, conſertos hoſtes ſuperabit inermis.
Ille, vel Aethiopum pluuijs ſolabitur æſtus,
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer.

Iuſtitiæ finis. Magiſtratibus porrò vtcumque inſtructis, Princeps illicò in ſuâ Metropoli ſupremum Iuſtitiæ Tribunal erigere debet, vt bonis præmia, improbis ſupplicia, Iuſtitia vniuerſis tribuatur, & vt ad illud omnes oppreſſi, tamquam ad tutiſſimum aſylum, ſuarumq; actionum tranquillum portum aduentare poſſint. Nam Principis pruden- *Principis prudentia.* tia in hoc maximè elucebit, ſi in memoriâ præterita, præſentia in ordinatione, futura in cautione Tribunal erigendo, legesq; conden- *Plutarchus.* do, retinuerit. Legimus apud Plutarchum in Apophtegmatibus Aegyptiorum Reges ad Iuſiurandum Iudices adigere conſueuiſſe, vt quamuis ipſe Rex eos aliquem iniuſtum actum exequi iuberet: nullum tamen exequutioni mandarent, tanti faciebant, vt Iuſtitia in re- *Aegyptiorū lex.* gno ſeruaretur incolumis. Et Antigonus III. ſimiliter Ciuitates *Antigonus Rex.* admonuit, vt ſi quid ipſe iuberet, quod legibus aduerſaretur, nè curarent, vt ſic Iuſtitia inuiolata permaneret. Vndè illa Virgo creditur, & depingitur. Certè, cùm teſte Seneca libro primo, de Clemen- *Iuſtitia quid ſit.* tiâ, omnia facta, dictaq; Principis rumor excipiat, cauere debet qua- *Seneca.* lem famam habeat, qui qualem habuerit, magnam habiturus eſt. Scri- *Capitolinus.* bit Iulius Capitolinus, ꝙ M. Antoninus Philoſophus erat famæ ſuæ curioſiſſimus, & requirēs ad verum, quid quiſque de ſe diceret, emen- *Preclarè.* dans, quę benè reprehenſa viderentur. In virtutibus enim Principis, & Magiſtratuum, tota Reipublicæ ſalus conſiſtere videtur. Sapien- *Seneca.* ter Seneca in Thyeſte.

Vbi non eſt Pudor,
Nec Cura Iuris, Sanctitas, Pietas, Fides,
Inſtabile regnum eſt.

Polybius. Et præclarè Polybius lib. 6. Ille Reipublicæ ſtatus, ait, optabilis, & firmus eſt, in quo, & priuatim ſanctè, innoxièq; viuitur, & publicè *Tullius.* Iuſtitia, & Clementia vigent. Verùm, ſæpiſſimè, teſte Tullio in Epi- *Sententia.* ſtolis: Quales in Republicâ Principes ſunt, tales reliquos ſolere eſſe ciues. Vnde illi, eodem aſſerente lib. 3. de Legibus, plus exemplo, quam *Plato.* peccato nocent. Plato ſolebat dicere, ſe interitum illi ciuitati videre, *Interitus ciuitati vnde.* in quâ non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt: Salutem verò illi vbi lex Magiſtratibus dominatur. Meritò igitur Princeps, Iuſtitiam accuratiſſimè integram obſeruet, & ab alijs ſeruare etiam ſeueriſſimè imperet. Tanta enim huius vis eſt, ait Cicero libro ſecun- *Cicero.* do de Officijs, vt nec ij quidem, qui ſcelere, & maleficio paſcuntur, *Iuſtitiæ uis.* poſſint ſinè vllâ particula Iuſtitiæ viuere. Sapienter planè Auguſtus *Seneca.* apud Senecam in Ludo dixit Pietate, & Iuſtitiâ Principes Deos fieri.

Iuſtitia

Digitized by Google

Iuſtitia porrò, etſi in Legibus conſiſtere videatur, à quibus etiam peccata nobis oſtenduntur: tamen valdè Reipublicæ conſultum eſſet, ſi ingens illa legum farrago, ſtrueſq. reſecaretur. Nam verè Tacitus lib.4. Annal. aſſeruit, nos, vt anteà flagitijs; ſic nunc legibus laborare. Atque hinc nobis Italorum mos haud probatur, qui in hoc exſtare videtur, vt ingentes Proceſſuum moles exſtruant, eaſq. cauillationibus plerumque, ac dilationibus dilatent. Prudentius multò Germani, qui cauſarum merita ſolummodò inſpici, & tractari mandant, voluntq́. Etenim hoc modo litigia anguſti temporis ſpacio concluſa abſoluuntur, minores admodùm expenſæ fiunt, pauperes, & pupilli ſua citiùs acquirunt, & horum vnuſquiſque ob tempus breue litibus præfixum, modicaſq. expenſas, facilius, & tutius cauſam agere poſſunt.

Vnde peccati cognitio. *Italorũ mos refellitur.* *Germanorũ mos laudatur.* *Litigantiũ commoda.*

Quamobrem prudens Princeps caueat Plinio docente in Panegyrico, nè legibus fundata ciuitas, legibus euertatur. Quòd ſi hoc fecerit Princeps, & litigantium cauſas adhuc anguſtioribus terminis, limitibuſq. coarctauerit, inſignem ſibi populi amorem conciliabit, qui poſteà futurus eſt illi in rebus arctis contrà quoſcumque validiſſimum propugnaculum. Hæc arx inacceſſa, inquit Plinius in Panegyrico, hoc inexpugnabile munimentum eſt, munimento non egere.

Plinius. *Conſilium.* *Plinius.* *Inexpugnabilis eſt, qui munimento nõ indiget.*

Augebit admodùm quoque hoc munimentum Princeps, ſi leges Clementiâ temperauerit, & eò magis, quò, vt aſſeruit Seneca lib. 1. de Clementiâ, Seueritas amittit aſſiduitate auctoritatem. Et videmus ea ſæpè committi, quæ ſæpè vindicantur. Temperatus enim timor eſt, qui cohibet, aſſiduus, & acer in vindictam excitat.

Seneca. *Seueritas aſſidua quid efficiat.*

Verùm, cùm Iuſtitiæ fundamentum, Fides ſit, vt Cicero libro 1. Officiorum aſſerit, pauculis de illâ contrà quemdam impium diſſeramus, quem dedecoris cauſâ appellare præterimus. Cato Cenſorinus aſſirmat hanc Romanos in Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi eſſe voluiſſe.

Iuſtitiæ fulcrum fides. *Tullius.* *Nicolaus Machiauellus.* *Cato.*

Nulla enim res, teſte Tullio lib.3. Officiorum, vehementiùs Rempublicam continet, quàm Fides. Nonnè aſſerit Ariſtoteles, libro 1. Rhetoricorum ad Theodectem, cap. 15. quòd infirmatis, violatiſq́. pactis, tollitur inter homines commerciorum vſus? Vndè ſapienter Cicero pro Q. Roſcio dixit, perfidioſum, & nefarium eſſe fidem frangere, quæ continet vitam. Optimè Ariſtoteles cap. 18. Rhetoricorum ad Alexandrum, non peierare timentes, ait, & diuinam vltionem, & humanam infamiam.

Fidei reuerentia. *Reipublicæ vinculum.* *Ariſtoteles.* *Cicero.* *Fides, vita.* *Ariſtoteles.*

Atque hinc Sole lucidius videmus, falſum eſſe quod nonnulli, vt teſtatur

ſtatur

Digitized by Google

ſtatur Tullius libro 3. Officiorum ſumunt nullam eſſe fidem, quæ
Tullius. Infideli data eſt; cùm tamen certiſſimum ſit, quod, & L.1.de conſtit.
Ambroſius. pecun. & D. Ambroſius docent libro 3. de Officijs fidem etiam perfidis præſtandam eſſe. Petrus Maffeius è ſocietate IESV in ſuâ
Maffeius. Indiarum hiſtoriâ lib.7. memoriæ prodidit Antonium Corream vbi cùm Peguſiorum Rege fœdus inire decreuiſſet, & ad celeberrimum Martabani fanum ſummâ populi frequentiâ conueniſſet, in eum errorem incidiſſe, Chriſtianam fidem barbaris iureiurando obligari fas non eſſe.

Ergo Antonij iuſſu linteatus Antiſtes, qui nauticis præerat ſacris, humani, diuiniq; iuris parum peritus, in medium prodit, & pro Bibliorum, Euangeliorumq. libris, alium eleganter compactum, in quo luſus, & adagia continebantur, protulit. Antonius, qui ſacras paginas Chriſtiano ritu cùm ſollemni imprecatione tangere debebat, fallacem manum cantionum libro admouit, & diuinitus fortè in eam Eccleſiaſtis ſententiam incidit, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ex quo ſubitâ perculſus Religione Antonius cohorruit, & ſapienter animaduertit, quàm integram, atque inuiolatam fœderum fidem vel ipſis Ethnicis cæleſte iubeat Numen obſeruari. Vndè apud ſe perinde iuſtum, ratum, legitimum, fixumq; id Iuſiurandum Antonius habuit, ac ſi pro fabuloſo eo libro, ſacroſancta vtriuſque Teſtamenti volumina contigiſſet. Præclarum ſanè fidei obſeruandæ exem-
Aegyptioru lex. plum omnibus imitandum proponitur. Olim Aegyptiorum lege
Periurij pœna. Periuri capite multabantur, tamquàm duplici ſcelere rei exiſterent,
Alphōſi Regis ſentētia. vt qui, & pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent, ſummum ſocietatis humanæ vinculum. Et hinc dicere ſolitus erat Alphonſus ſapientiſſimus Hiſpaniarum Rex tantum valere de-
Panormitanus. bere ad fidem, Principum Verbum, quantum priuatorum hominum Iuſiurandum. Ac proindè Antonius Panormitanus libro 1. de eius
Cur ſigillis fila inſerantur. Dictis, Factiſq. refert in fidei ſeruandæ Symbolum ſolere Principes magno ſigillo fila inſerere, vt ſciāt ſe promiſſis in perpetuum ligatos
Vndè fides. *Tullius.* eſſe, & fidem, quòd iuxtà dicta fiat, appellatam eſſe, vt quoque Tullius lib.1. Officiorum teſtatur. Pro nobis etiàm Cæſarum Leges mili-
Bartholus. *Baldus.* tant, vt L.Cæſar. de publicanis, Bartholus, & Baldus ad L.1.C.de donat. inter virum, & vxor. & l.Ciuitas, ſi certum petatur. Omne enim
Omne promiſſum debitum. promiſſum de iure debitum eſt. C.de ſuffra. l.vnicâ in rub. & Inſtit.de verbor. obligat. in princ. iuxtà l.1.ff.de pact. iuxtà l.non minorum. C. de tranſact. in cap. 1. de donat. & l.nemo.ff.de in integr. reſtit.
Quod prædeceſſor fecit ſucceſſor nō irritabit. Immò affirmant omnes viri ſapientiâ præſtantes Principem abſque alterius partis conſenſu non poſſe Prædeceſſoris ſui Contractum olim initum reſcindere, ſed eodem iure in ſucceſſorem tranſire debere.

re. Hoc docent c. licet, de voto. c. abbate ſanè. §. porrò. §. ſed ad hæc. §. fin. de ſenten. & re iudic. in 6. vbi apparet, quòd donatio, quæ Regni nomine facta fuit ab auis Aragoniæ Regis, non potuerit per ſucceſſores reuocari.

Moderatio

Hoc quidem verum eſt de legitimis Principis promiſſis, & fide datâ, ſi ea nec diuinis, nec naturæ, hominumq. probis legibus repugnauerint. Quamobrem pacta, quæ malo dolo facta ſunt, aſſerunt leges ſeruanda non eſſe. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. dolo malo. Ex his porrò, quæ æquitati conſona ſunt, quædam Iuſtitiæ ſpecies, Harmonica ſcilicet reſultare videtur, quæ nec rigide planè legum imperia exequitur, nec admodùm remiſsè ea adimplet, ſed quadam mediâ viâ incedit, & reliquas Iuſtitiæ ſpecies, de quibus inferius agemus gratiſſimo concentu ſimul connectit, temperatq;. Hac, vt Princeps aliquandò vtatur, impigrè ſuademus. Nam exequutiones Criminales potiſſimùm huius Iuſtitiæ Harmonicæ melodiâ interdum leniri deberent, non aliter, quàm ſi Gladio Lyram ſupponeremus, & ex Clementiâ, & Iuſtitia Iudicium formaremus. Nero, quamquàm crudeliſſimè in quoſcumque ſæuiret: initio tamen ſui Imperij omnium amorem ſibi conciliauit, adeptusq. fuit Principis Clementis nomen. Cùm enim Iudices quendam morti deſtinaſſent, illiq. allata fuiſſet ſententia, vt propriâ manu, confirmationis cauſâ, ſubſcriberet, ò quantum, dixit, gratum nobis foret, ſi ſcribere neſciremus. Mirificè iuuat etiam, vt Princeps clemens habeatur, ſi Iudicia Criminalia, eorumq. exequutiones Magiſtratibus inferioribus conceſſerit, ſibiq. tantum necis, ac vitæ imperium in reos reſeruauerit. Hoc eſt Ariſtotelis dogma. Princeps, ait, ipſemet honores diſtribuat; ſupplicia autem diſtribuere debet non per ſe, ſed per alios.

Pacta mala non ſunt pacta.
Iuſtitia Harmonica.
Iuſtitia harmonica munus.
Iuſtitia harmonica quomodo vtendum.
Nero clemens.
Iudicia criminalia quibus danda.

Sed quoniam tanta eſt mortalium quorumdam improbitas, vt neceſſe ſit eam legum metu, ac freno cohibere; ideò conſultum eſt Principi, vt penes curiam, forumq. Iudiciale Carceres tutos, atque optimè munitos extrui patiatur, vt facilius, & abſque periculo captiui ad Iudicium duci, & reduci poſſint, & procuret quoque, vt tam Iudicibus, quàm litigantibus ſecurus ad Tribunal pateat acceſſus.

Carcerum ædificatio.

Nam faſtuoſi, & opulenti viri ſæpiùs vi in Iudicio agere ſolent, & armis, quàm cauſarum meritis, & metum Iudicibus incutiendo, facere, vt Iudices iuxtà eorum arbitrium ſententias in minores iniuſtas ferant. Præclarè Plutarchus in Solone refert Anacharſim reprehendiſſe, & ſimiles telis aranearum tales Iudices dixiſſe, quæ capiunt paruas, & non magnas muſcas. Porrò, cùm Carceres iuris ſint publici, & ſinè publicâ auctoritate conſtrui, & haberi non poſſint citra læſæ Maieſtatis crimen; hinc nemini permiſſum eſt priuatos

Plutarchus.
Facetè.
Carcer eſt iuris publici.

Carceres.

Carcer priuatus prohibitus. Carcerum varietas. Carcer quid ſit. Vlpianus. Carceres inuiolabiles.

Carceres habere poſſe, vt l. vni. de priua. carc. lib. 9. C. tit. 5. & c. 1. fin. C. de malef. & Mathem. aſſerunt. Carceribus autem publicâ poteſtate exſtructis, alij debent eſſe pro grauioribus culpis validi, rigidiq. alij pro leuioribus, leuiores; alij pro viris, alij ad tollendam libidinis occaſionem, pro feminis apti. Et quoniam Carceres ſunt publicâ ædificia, & Iuſtitiæ promptuaria, eos violare crimen capitale cenſetur, argumento l. ſanctum. 8. & l. fin. de rer. diuiſ. lib. 1. titu. 8. Vndè Vlpianus l. 1. de effract. lib. 47. tit. 18. De his, inquit, qui Carcere effracto euaſerunt, ſumendum ſupplicium, Diui Fratres Aemilio Tironi reſcripſerunt. Profectò capite multantur, & ij, qui è Carceribus reos, vel vi, vel alio modo eximunt, reiq. Legis Iuliæ de vi publicâ, exiſtunt.

Aerarium. Aerarij valor. Quid ſit pecunia. Nicæus. Tullius. Demoſthenes. Plutarchus. Vlpianus. Leo Cæſar. Iuſtinianus. Pecunia regni neruus. Corporis humani, & Reipublice comparatio.

Quoniam verò incaſsùm ferè hæc omnia ordinantur, niſi Princeps Aerarium in ſuâ Metropoli quoque excitauerit, vt illo optimè munitus, vnumquemque in officio continere, & ſuum Principatum ab omnium iniurijs vindicare, & validum ſemper, ac florentem vſque ad vltimum Mundi ſenium conſeruare poſſit. Idcircò prudenter ſanè Veſpaſianus apud Dionem neruos Imperij Pecuniam eſſe proclamauit. Idem planè dicere ſolebat Mutianus, teſte Dione Nicæo, Pecuniam eſſe neruos Principatus. Hoc idem Tullius pro lege Maniliâ, Demoſthenes Declamatione 341. & Plutarchus in Cleomene aſſeruerunt. Et Vlpianus in l. 1. §. in cauſa, de quæſtion. l. 48. tit. 18. affirmat Bona, & Pecunias neruos eſſe Reipublicæ. Huic conſentit Leo Imperator in Nouell. tit. 51. & Iuſtinianus Cæſar in Nouell. tit. 149. in quibus, omnes, Pecunias eſſe rerum publicarum validiſſimos neruos conſpirant. Nam, cùm Principatus quoddam corpus Ciuile ſit, corpus Phyſicum neceſſariò imitari oportet, cuius nerui, prima cauſa, & ſenſus inſtrumenta, motusq. exiſtunt. Beata ſiquidem Reſpublica, humani corporis imaginem referre debet, & omnia membra inter ſe aptâ, atque validâ neruorum coagmentatione colligata oſtendere, vt vnumquodque illorum munus à naturâ ſibi conceſſum accuratiſſimè, mutuiſq. auxilijs vniuerſi corporis formam, & ſalutem totis viribus procurare valeant. Abſque neruis enim, corpus diſſolutum, ac fluidum exiſteret, membra ſua officia deſererent, tamdemq. corpus vniuerſum, eiuſq. partes ſingulæ in turpem deformitatem, & interitum laberentur. Non aliter de Pecunijs, & Aerario conſtruendo Princeps iudicet, à quibus dignitas, & ſalus in vniuerſum eius Principatum affluenter emanabit, & quibuſdam quaſi neruis ciues inter ſeſe, & cùm Principe beneuolè copulabit, hoſtes inſtar ſagittarum è neruis emiſſarum arcebit, & denique inſtar lembi alicuius neruis obtecti, ab inimicis quibuſcumque proteget,

teget,

teget, & tuebitur. Quamobrem, cùm ex Aerario ampliſſima commoda profluere, & in vniuerſum corpus ciuile redundare cernamus, de illo breuiter nobis agendum eſt. Et Aerarium quidem veteres Romani in Saturni templo collocauêre, vt Macrobius lib. 1. Saturnalium, cap. 8. tradidit, & Valerius Poplicola huius inuentor fuiſſe creditur. Aerarium porrò ternum Romæ fuiſſe conſtat, Vnum in quo ciuium tributa, ſociorum vectigalia, & hoſtium ſpolia ſeruabantur; alterum Sanctius vocabatur in quo aurum viceſimarium ad vltimos Reipublicæ caſus, vt ſcribit Liuius, cuſtodiebatur, & Cimilarchion dicebatur; tertium erat, in quo pecunia Gallici belli cauſâ reponebatur, quam populus cum execrationibus conferebat eam indè non amouendam, niſi bellum Gallicum impenderet, vt Appianus Alexandrinus libro 2. de bellis Ciuilibus teſtatum reliquit. Horum expilationem à Iulio Cæſare factam, Lucanus lib. 3. Phar. deplorat.

Macrobius. Auctor ærary. Triplex ærarium. Cimilarchion. Appianus. Lucanus.

Tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis,
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi,
Quod tibi Roma, fuga Pyrrhus trepidante, reliquit,
Quo te Fabricius regi non vendidit auro
Quidquid parcorum mores ſeruaſtis auorum,
Quod dites Aſiæ populi miſere Tributum,
Victoriq́; dedit Minoia Creta Metello
Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.
Tunc Orientis opes, captorumq́; vltima Regum,
Quæ Pompeianis prælata eſt Gaza triumphis,
Egeritur, triſti ſpoliantur templa rapina.

Auguſtus Cæſar poſteà Aerarium Militare fundauit, vt perpetuò, ait Suetonius, ac ſinè difficultate ſumptus ad tuendos milites, perſequendosq́. ſuppeteret, Aerarium Militare cùm vectigalibus nouis inſtituit.

Aerarium Militare. Suetonius.

Etenim veriſſimum eſt quod Cereales teſtatur, neque quies gentium ſinè armis, neque arma ſinè ſtipendijs, neque ſtipendia ſinè tributis haberi poſſe. Vndè peſſime agit Princeps, qui Aerarium expilat, & aliò, quàm in publicum emolumentum conuertit. Audiat is quicumque Alexandrum Seuerum apud Lampridium, qui aurum,

Cereales. Lampridius

rum, & argentum rarò cuique, niſi militi diuiſit, nefas eſſe dicens, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas, & ſuorum conuerteret id, quod Prouinciales dediſſent. Quâ de cauſâ idem dicere ſolebat malum pupillum eſſe Imperatorem, qui ex viſceribus prouinciarum homines non neceſſarios, nec Reipublicæ vtiles paſceret. Atque hinc aſſerebat Tiberius Cæſar Aerarium, ſi ambitione exhauſerimus, per ſcelera replendum erit. Sic Græci immane Tributum inſtituêre, quod Chryſargyrum appellabant, quodq. quilibet mendicus, quælibet pellex, quæuis repudiata, quiuis ſeruus, aut Libertus, quiuis aut vir, aut femina nummum argenteum debebat Aerario pendere; atque etiam tantumdem de quolibet equo, mulo, & boue perſoluebat: de aſinis autem, & canibus in opidis, & rure degentibus, itemq. de fimo ſex oboli dabantur. Cum autem hoc Tributum magnos vbique hominum eiulatus peperiſſet, Anaſtaſius Dicorus Imperator ſuſtulit poſtmodum, tabulaſq. coram populo cremari iuſſit, vt Cedrenus, & Euagrius lib. 3. cap. 39. prodidêre.

Salsè.

Salsè.

Chryſargyrum.

Cedrenus.

Euagrius.

Subtilius certè, & pro ſubditis melius Heraclienſes, qui, cùm ad belli apparatum magnâ pecuniæ vi indigerent, omnia, quæ ad forum ducebantur, coemebant, polliciti ſe ad tale tempus omninò ſoluturos. Res illicò onerarijs nauibus impoſitas hoſtibus diuendendas mittebant, atque ità ipſis non animaduertentibus, pecunias illorum tacitè comparabant, vt illi in belli ardore nummis carerent, magiſq. ipſi abundarent.

Heracleienſium ſtratagema.

Simile quidem narrat Hayton Armenus in hiſtoriâ de Tamburlano, qui, cùm aliquam vrbem inuadere cuperet, antequàm conſilium ſecùm habitum vlli reſeraret, pelles precioſas, ſericea periſtromata, aliaſq. magni momenti merces mercatoribus, cùm hoc mandato diuendebat, vt ad illam ciuitatem proficiſcerentur, reſq. omnes ſoluto earum pretio, ſed admodùm vili, diſtraherent. Poſt mercatorum reditum, extemplò vrbem illam minùs huiuſmodi aliquid formidantem inuadebat, & vnumquemque, vt à mercatoribus emptum, reddere cogebat, pecuniaſq. à mercatoribus repetebat. Refert Polyænus lib. 6. Stratagematon, Leuconem, cùm pecunijs egeret, promulgaſſe ſe aliam monetam percuſſurum, omnibuſq. imperaſſe, vt ſuos nummos adferrent, ſi aliâ formâ excuſſi, illos valere optarent. Quibus illatis, Leucon aliud ſignum imprimi, dupliciq. pretio vnumquodq. numiſma valere iuſſit, dimidiamq. eorum partem lucratus eſt. At illud eſt Ingenioſum commentum, quod de Enico Lupido Tendillano Comite, Nebriſſenſis Decad. 2. lib. 3. cap. fin. & Sabellicus lib. 4. Enneade 9. & lib. 6. cap. 8. Exemplorum de Dominico Michaele Venetorum Duce referunt, quorum

Hayton.

Tamburlani ſtratagema.

Polyænus.

Leuconis ſtratagema.

Nebriſſenſis.

Sabellicus.

Tendillani. & Michaelis ingenioſum inuentum.

rum prior, cùm magnâ pecuniarum indigentiâ laboraret, nec à Ferdinando, & Iſabella Regibus nummi mitterẽtur, dùm ille bello Granatenſis eſſet præfectus, interim ex chartis manu ſuá ſignatis fictiles nummos confecit, pollicitus ſe pro illis papyraceis veras pecunias quamprimùm redierint, daturum: alter, cùm Tyrum claſſe obſideret, & pecunia iam deficeret, è corio numiſmata certis diſcreta notis confecit, eaq́. in ſtipendium naualibus turmis numerauit, ſpopónditq́. ſe Venetijs pro loro æs ſoluturum. Ex quibus clariſſimè apparet quanta neceſſitas pecuniarum, quantumq́. momentum in illis poſitum ſit, nè ciuitas pecuniâ deſtituatur, neuè turpiſſimis rationibus priuatorum opes, ac ſanguinem Principes exſugere cogantur.

Nummi papyracei.

Nummi coriacei.

Omnibus igitur modis operam dare, & conniti oportet, vt Aerarij opes certiſſimis fundamentis, quæque labefactari non facilè poſſint, innitantur. Romulus prudenter agrum Romanum in tres æquas partes diuiſit, vt Dionyſius libro 2. aſſeruit, quarum vnam Deorum cultui; alteram Reipublicæ oneribus ſubeundis; tertiam Ciuibus aſſignauit, vt ex eorum fructibus pecuniæ in Aerarium publicum cogerentur.

Dionyſius.

Romani agri diuiſio.

Idem Aegyptij, vt Diodorus libro 2. teſtatur, fecêre, qui primam agrorum partem ſacris, & ſacerdotibus conceſſerunt; ſecundam Reipublicæ; tertiam Calaſyris, qui pro ciuibus tuendis, arma capere conſueuerunt, reliquêre. Hæc porrò prædia publica ita rata, firma veteres eſſe voluerunt, vt etiamſi centenis annorum curriculis priuati illa poſſiderent: nullâ tamen Præſcriptione ea innodare ſinerent; cùm dicerent, teſte Plutarcho in Themiſtocle, & Catone Cenſorino, nec mortales contrà Deum immortalem, nec priuatos contrà Rempublicam præſcribere poſſe.

Diodorus.

Aegyptiaci agri diuiſio.

Publicis in rebus nulla præſcriptio.

Plutarchus.

Argute.

At hoc noſtro æuo, non ſolùm publicos fundos Præſcriptionibus Principes diſtrahi, ſed etiam ſub haſtâ vendi perniciosè patiuntur, & pecunias illas non ad Aerarium deferri, ſed potiùs abiectis, inutilibusq́. hominibus dari mandant, vt ſic demùm prædijs abalienatis, paſcuisq́. ciuitatum, ac ruſticorum venditis, vel donatis, exhauſtoq́. Aerario, publica res abeat in ruinam. Non ſic Romani illi veteres, quibus tanta Aerarij publici, tanta diuitiarum cogendarum cura fuit, vt ferè omnes reliquos ſuperarent. Teſtis huius rei eſt Liuius, qui libro 9. 31. 34. 45. 27. 26. de Aerario Romano hæc teſtata reliquit.

Miſera conditio.

Romanorũ prudentia.

Liuius.

Omne æs, inquit, Argentumq́. in Aerarium conditum. Aeris grauis CCCXC. millia pondo in Aerarium intulit Caruilius Conſul: Fuluius Argenti CXLII. millia pondo: Auri CXXVII.

Aerarij Romani opulentia. ex Hiſpaniâ in Aerarium intulit: Furius Camillus, Gallis trans alpes deuictis CLXX. millia Argenti pondo, Aeris CCCXX. millia retulit: Flaminius ex Græcia Argenti infecti pondo decem,& octo millia CCLXX. facti vaſa multa,ſignati LXXXIV. millia tetradrachmarum Atticorum; Auri pondo tria millia DCCXIV. & clypeum vnum totum ex auro; Philippei nummi CXLV. millia,& centum XIV. aureæ coronæ ciuitatum dona in Aerarium coegit: Paulus Aemilius Macedoniâ deuictâ Seſtertium millies, & ducenteis, & Fabius Maximus LXXXIII. Auri pondo, præter Argentum, in Aerarium Romanum inuexêre. Cæſar verò ſubactâ Galliâ quater millies Seſtertiûm, teſte Appiano, Romam transportauit, vt prætereamus Scipionem Aſiaticum, qui Antiocho deuicto, Aureas coronas CCXXXIII. Argenti pondo CXLVII. millia; aureorum Philippeorum CXL. millia; Auri pondo MXXIV. Aerario Romano dedit. Scipio Naſica deniq. expugnatis Boijs, Aureis torquibus MCCCCLXX. Auri pondo CCXLV. Argenti bis mille CCCXL. Aerarium Romanum ditauit.

Noſtris autem temporibus nihil vmquam ex hoſtium ſpolijs, pecunijsq. in Aerarium Principis cogitur, ſed ſingulorum auaritia quæque abſumit, & antè ſunt animo direptæ vrbes hoſtiles, quam obſeſſæ. *Monſtrum.* Proditum eſt litterarum monumentis ſapientes Principes bina ſemper Aeraria habuiſſe, vnum quod ex Vectigalibus, ac Tributis ordinarijs conflabatur; alterum quod Sanctius appellabatur, quodq. inſtar penuarij alicuius intactè conſeruabatur, velut validiſſimum aliquod extremis temporibus Imperij munimentum. *Aerarium duplex.* Hinc Perſarum Reges perindè, ac Romani, vt à rapinâ Sanctius Aerarium vindicarent, aurum in grauiorem laterculorum figuram conflabant. *Modi Theſauros ſeruandi.* Hinc veteres Celtæ pecunias in lacus Diti ſacros; Græci in fana Deorum; Hebræi modò in templa, modò in ſepulchra deponebant. At, cum nullus tumulus tam religioſus, nulla delubra tam ſacra ſint, quæ fures non perfodiant, ſapienter ſanè *Leo Afer.* Mauritaniæ Reges, Leone Afro teſte, immanem auri globum veru transfixum in altiſſimo pinnaculi loco conſtituêre. Veteres Aegyptij, *Sextus.* quo minùs exteros Principes ad ſe inuadendum inuitarent, omnem illorum pecuniam ferè in Pyramidibus, in Nili aggeribus reficiendis, fluminibusq. deducendis conſumebant.

Romanorũ exercitus ordinarius. Ceterùm, Romani, quamuis Aeraria, vt vidimus, refertiſſima haberent: tamê, vt Sextus Ruffinus aſſerit, Ducenta millia Peditum, Quadraginta millia Equitum, & Trecentos Elephantos bello gerendo aſſuctos, publicis ciuium ſtipendijs, alebant; *Romanorũ prudẽtia in conſeruãdo Aerario.* currus Militares bis Mille

Mille habebant; Arma, ac Inſtrumenta bellica pro Trecentis millibus armandis ſeruabant; Triremes, & Quinqueremes mille, & Quingentas cuſtodiebant; Naues grandes ſupra Duo millia, & inſtrumenta Naualia pro Quattuor millibus nauium armandis neceſſaria, præter Octuaginta maximas Naues omni Regali apparatu inſtructiſſimas poſſidebant.

Hæc erat rerum adminiſtrandarum prudentia, quæ ſolá famá hoſtes longiſſimè propulſabat, omnibuſq. ſpem illos inuadendi, eripiebat, nè autem ab illis inuaderentur, ſummum omnibus timorem incutiebat. Equidèm Romani, ideò ad tantam amplitudinem ſunt prouecti; quià illi ſolis ſpolijs hoſtium non contenti, victis populis, & territorij parte mulctatis, Colonias tenuium ciuium mittere conſueuerant, illiſq. agrorum partes aliquas aſſignare. Hoc enim modo incredibilis tùm vtilitas, tùm gloria Imperio, nominiq; Romano accedebat. Etenim hac ratione plebs egenorum, quæ vrbem onerabat, exhauriebatur, ſtirpes ciuium propagabantur, materia ſeditionum ex vrbe tollebatur, victi populi, Romanorum moribus, legibus, imperijs aſſueſcere erudiebantur, inculta loca ad culturam reuocabantur, tellus ſerpentibus expurgabatur, crebris ignibus aër ſalubris, & ſerenus efficiebatur, & denique Connubijs cũ Romano populo contractis ſeſe inuicem amore proſequebantur. Quòd, ſi res nouas debellati moliri cogitaſſent, aderat Colonia, veluti quædam ſpecula, quæ hoſtes, vel præpedire, vel Romanum exercitum euocare poterat. Hinc narrat Aſconius, Romanos in Italiâ pluſquàm Quinquaginta tres Colonias deduxiſſe, multòq. plures Plinius extrà Italiam illos habuiſſe affirmat. D. Carolus V. Sapientiſſimus Imperator, Romanos imitatus, debellatis Peruanæ regionis gentibus, agros Ducibus, & militibus Hiſpanis eá lege conceſſit, vt tantùm frui liceret, mortuiſq. primis, antequàm ſecundi ſuccederent, Fiſcus ſibi illos vindicaret, & ab illo poſtmodùm rogationibus expoſcerent, & Vnionum, Fodinarumq. quintam partem Aerario tribuerent. Ità fit, vbi ſapientes imperant.

Vnde Romanis tanta amplitudo. *Coloniæ Romanorum.* *Coloniarũ vtilitas.* *Aſconius.* *Coloniarũ numerus* *Plinius.* *Caroli V. ſapientia.*

Verùm, Aerariũ quoque diteſcere ſolet amicorum, ſociorumq. Largitionibus, ac legatis. Quoniam verò hoc rariſſimè euenit, rara etiàm exempla proponemus. Illuſtre inter cetera eſt illud, quod, cùm Romanos Hannibal, Liuio libro 37. aſſerente, triplici trium exercituum clade oppreſſiſſet, ac totam penè Italiam imperio Punico ſubieciſſet, Aegypti Rex mille pondo Auri, Viginti mille Argenti Romanis dono miſit. Inſuper, teſte eodem Liuio libro 36. Auream Coronam pondo CCCXX. Modiorum Tritici CCC. millia, & Hordei CC. millia detulit, quæ Romani omnia cùm

Liuius. *Clades Romanorum.* *Grandis liberalitas.*

gratiarum actione remiſerunt. Similiter Ambraciotarum, & fœderatorum populorum munera recuſârunt, vt facilè dici non poſſit, rebus afflictis, & Aerario exhauſto, vtrorum magnificentia maior, eorum qui largirentur, an eorum, qui repudiarent. *Romanorũ magnificentia.* Romani certè reliquas nationes omnes animi inuicti fortitudine ſuperârunt, nec aliud accipere voluerunt, quàm auream Hieronis Syracuſarum Regis Victoriam, *Victoria ſtatua aurea.* quaſi proſperum victoriæ adipiſcendæ omen Romanis detuliſſet. Contra verò, accepimus Rhodios, quandò immanis eorum Coloſſus *Coloſſi Rhodiꝫ mira.* ponderis grauitate, ac terræ motu concidit, naueſq. plures ſuo caſu contriuit, illos inuerecundè eblanditis precibus ad Reges legatos miſiſſe, *Rhodiorum inuerecundia.* vt ſibi pecunias ad reſtaurandum Coloſſum erogarent. Hiero, vt Polybius lib.5. refert, *Polybius.* centum Auri talenta dono dedit; Rex Aegypti non modò ad Coloſſum reficiendum Auri Tria millia talentorum, *Coloſſi reparatio.* ſed etiam ad Gymnaſium exſtruendum Argenti CCC. talenta; Frumenti modiorum ampliùs decies centena millia, materiam præterea infinitam ad naues extruendas, centum Architectos, *Regum liberalitas.* Opifices CCC. ad victum annuum Auri talenta XIV. & ad ſacrificia ſuſtentanda modiorum tria millia, regali planè liberalitate elargitus eſt.

Rhodienſiũ aſtutia. Non puduit Rhodios ex vnius ſtatuæ ruinâ occaſionem arripere, vt exteri Principes ſuis opibus illorum Aerarium cumulatè implerent; nec Romanos puduit aliorum Principum heredes fieri, atque eorum imperia, & opes ſibi redicta, capeſſere. Ptolomæus enim Cyrenenſium, Attalus Aſiæ, Polemon Ponti, Coctius Alpium, Nicomedes Bithyniæ, & Eumenes Pergami Reges populum Romanum *Romani Regũ hæredes.* regnorum ſuorum heredem inſtituerunt.

At nunc pauciſſimi reperiuntur, qui Principibus aliquid Teſtamento legare velint. Quapropter eò magis ipſi in pecunijs congerendis, ſaluâ conſcientiâ tamen, & auctoritate, deberent eſſe diligentiores. *Aluareſius.* Scribit Franciſcus Aluareſius in ſuâ Aethiopicâ, quòd ab *Aethiopici regis maieſtas.* Aethiopum Rege, qui ampliùs Quinquaginta Prouincias, & ampliſſima Indiæ Orientalis regna obtinet, nihil imperetur, ſed omnia ſponte à ſubditis offerantur, quòd tanti Principis maieſtati quidquam à ſubditis petere, indecorum videatur. Sed cęteri Principes, quibus dignitas minùs chara eſt, & qui ſolùm mandatis imperare deberent, vt ſupremam maieſtatem ſubditi agnoſcerent, non ſolùm per ſeipſos, ſuoſq. delegatos petunt, verùm etiam extrà neceſſitatem ſæpiùs expetunt.

Modus augendi Aerarium. Succedit huic alius modus augendarum Aerarij opum, qui ex annuâ Penſione, Tributiſq. à ſocijs, ex fœdere percipitur. Sic victo Hannibale, Carthaginenſibus ſtipendium quotannis imperatum eſt, & Phi-

Digitized by Google

& Philippo II. Macedonum Regi in ſingulos annos Penſio impo- *Penſio.*
ſita,ſaluâ cuiuſcumque Imperij maieſtate. Equidèm neceſſariè ſunt
magnis Principibus magnæ opes ad Aulæ ſuſtentationem, ad Prin-
cipatus tutamen, hoſtiumq. conſilia, copias, & opes largitionibus
euertendas; quia nullus Principatus Speculatoribus carere poteſt,
ſæpiuſq. hoſtes, corruptis Ducibus,ac Conſiliarijs, quàm fuſis legio-
nibus vincuntur. Legimus Philippum I. Macedoniæ Regem,mu-
neribus, donisq. Græciam penè totam ſibi ſubegiſſe, nec alijs adiu-
mentis Perſarum Reges, ab Aſiá Græcos, quàm corruptis Ducibus
depuliſſe, vt Plutarchus in Lyſandro, & Aegeſilao prodidit. Si- *Plutarchus.*
quidem, qui à Principe munera accipit, obligatur, & vel pudore, vel *Munus qd*
maioris beneficij adipiſcendi ſpe, vel etiam metu cogitur in gra- *efficiat.*
tiam ipſius aliquid agere, nè idem exiſtat accuſator, qui cor-
ruptor.

Aliud quoque Aerariũ diuitijs adaugendum genus extat, in abun- *Modus au-*
danti, & quæſtuoſâ Mercaturâ collocatum, quam tamen Prin- *gendi Aera-*
cipem exercere improbamus. At nihilominùs meliùs eſt, ac tutiùs *rium.*
multò, degere ſub Principe Mercatore, quàm ſub Tyranno, & po-
tiùs eligere Patritios negotiatores, quàm fortunæ aliorum deprę-
datores. Reges profectò Luſitaniæ, cùm anguſtis regni limitibus
includerentur, mercaturam honeſtè, ac pomposè tractare per alios *Mercatura*
non erubuerunt, atq. ideò ad Orientis opes, ac intimos Indiæ receſ-
ſus,portuſq. penetrârunt,Europamq. totam Aromatum infinitâ pro-
pemodùm varietate compleuerunt, ac in ſinu Perſico, & in ipſo
Regis conſpectu arcem munitiſſimam fundârunt, quâ nauigantibus
nec commeare,nec remeare,niſi vectigali ſoluto, liceret, hacq. mer-
caturâ Turcarum, Perſarum, Aegyptiorumq. Regibus, ac populis
vberrimos quæſtus de manibus excuſſerunt. Italiæ Principes certè
nunquàm mercaturam repudiârunt, quin immò negotiationibus *Mercatura*
otium tolli,vitia euelli, diuitias congeri, commoda priuatim, ac pu- *laus.*
blicè augeri arbitrantur, & nil minùs cogitant, quàm, vt aliquis la-
bem illis, & dedecus ex ſplendido mercaturæ negotio inferre poſſit.
Quæ quidem, etſi ita fortaſſis ſint: tamen nulla eſt magis peſtilens, *Poteſtatis.*
nulla magis ſordida, nulla magis deteſtabilis, quam Honorum, ac *Mercatu-*
Magiſtratuum mercatura. Sic enim quiſque improbus diues,rerũ di- *ra.*
uinarum, humanarumq. ignarus, ac omnibus vitijs circumfuſus in
proborum probrum,ad Honores euehetur.

Augetur etiàm mirificè Aerarium ex rerum Vectigalibus, quæ *Modus au-*
inuehuntur,& euehuntur, quæ ſi à Principe aucta fuerint aliquantu- *gendi Aera-*
lum, ſubditorum inopiæ, & Aerario in primis proſpicietur. Nam *rium.*
quò maiora fuerint portoria Vectigalia, vel eò parciùs res à peregri- *Vectigalia.*

 nis

Digitized by Google

niſs exportabuntur, vel vberior annona exiſtet, vel certè futuræ ſunt Aerarij opes multò maiores; cùm res neceſſariæ ad vitam beatiùs, commodiuſq. tranſigendam, vbicumque fuerint, conquirantur. Ac, vt Principi, & ciuibus vtile eſt portoria rerum earum, quæ euehuntur, & quibus carere non poſſunt, augere, ità neceſſarium eſt vectigal rerum inuectarum minuere, vt mercatores ad importandum alliciantur, ſinè quibus populus commodè nequit viuere. Poterit etiam Princeps omnium Opificiorum opera iam confecta, ſiuè lanificiorum, ſiuè ſericeorum, ſiuè fabrilium, aliarumq. ſimilium augere, vt ciues eadem facere lubentius condiſcant; minuere autem rudis, ac informis materiæ vectigal, non erit rationi diſſonum, earum maximè rerum, quæ à peregrinis ad illos deferrentur, vt exteri mercatores facilius ea inuehant, commodiuſq. ciues ea coëmant.

Vectigalia rerum augere. *Vectigalia rerum minuere.*

Modus augendi Aerarium.

Reſtat alius modus adhuc diteſcendi Aerarium ex Tributis, quæ à ſubditis exhibentur. At hic non ſemper laudatur, niſi in rebus valdè arctis, cùm ſcilicet hoſtis Principatum inuadere decreuerit: tunc enim omnes illicò iuſtè, nè Princepi Principatus, aut ciuitas intereat, quibuſcũque Tributis ſuccurrere Patriæ, ac Principi obligantur. Cùm Hannibal Italiam quateret, & Vrbem ipſam obſideret, de Ciuium in dando pecunias certamine, hæc Liuius libro 26. prodidit. Senatores, ait, pro ſe quiſque Aurum, Argentum, Aes in publicum conferunt tanto certamine iniecto, vt prima inter primos nomina ſua vellent in publicis tabulis eſſe, vt nec Triumuiri menſarij accipiendo, nec ſcribæ referendo ſufficerent.

Liuius. *Romanorũ certamen.*

Vectigal inutilium.

Romani etiam ſolebant, vt Liuius eodem libro teſtatur, imperare, vt qui bello gerendo inutiles eſſent, ſtrenuiſſimos quoſq. armis, ac ſtipendijs fouerent, ac ſuſtentarent. Dicitur C. Manlius Conſul, vt maioribus opibus Aerarium adaugeret, legem in caſtris ad Sutrium tuliſſe, vt ij, qui manumitterentur, fortunarum ſuarum viceſimam Aerario ſoluerent. Et Dio libro 38. refert Auguſtum legem Iuliam ad populum pronunciaſſe, vt quæ hereditates, legata, donationeſuè mortis cauſâ ad alios peruenirent, earum pars Viceſima ad Fiſcum pertineret.

Vectigal manumiſſorum. *Dio.* *Vectigal hereditatum.*

Albanus.

Tradunt Ducem Albanum Ferdinandum Aluarum de Toledo Belgis Decimam omnium rerum vænalium imperaſſe. Narrat Ariſtoteles in Politicis Cypſelum Corinthiorum Tyrannum Decimas fructuum omnium à ſubditis exegiſſe.

Verùm hæc non ſunt facienda, niſi grauiſſimis Reipublicæ temporibus, & in apertâ rerum anguſtia, belloq. ità vrgente, vt deindè partâ pace tollantur. Immò prudentis Principis eſt, amoremq. ſubditorum cupientis, ineunte Imperio extraordinaria ſuperioris Principis

Princ i pi a Por vndè.

cipis

cipis tributa, aut tollere, aut certè magnâ ſui parte imminuere.

Extat aliud quoque amplificandi Aerarium ex Captiuorum Tributis, feminarumq. Dotibus genus apud veteres, & recentiores vſitatum. Legimus Franciſcum huius nominis I. Gallorum Regem libertatis pretium Octingenties D. Carolo V. imperatori dediſſe, & Belgarum Imperio, vt ipſius ſororem obtineret, ceſſiſſe. Prudenter ſanè fit, quandò Tributa Nobilitati, & locupletibus imperantur, vt inopes Aratores, & Ruſtici exonerentur. Sed noſtrâ ætate, Tenues tributorum pondere premuntur, & Opulentiſſimi quique à tributis, aut immunes ſunt, aut immunitatem honorum ſpecie adipiſcuntur. Teſtatur Plutarchus in Themiſtocle, cùm ille Athenienſium dux eſſet, & ab Andrijs tenuibus tributum exigere vellet, Deos potentiſſimos Vim, & Amorem illis ſe adferre palam diſſeruit, affirmans ſe Amorem illis daturum, ſi dabunt; ſi negabunt Vim illaturum: at Andrij reſponſum Themiſtocli dedêre ſe his duobus, alios potentiores Deos habere Inopiam, & Neceſſitatem. Ex quo intelligimus potiùs diuites tributa pendere, quàm pauperes debere.

Modus augendi Aerarium.
Captura Franciſci.
Plutarchus.
Themiſtoclis Vis, & Amor.
Andricuſiu Inopia, & Neceſſitas.

Hinc dicimus eſſe tributum illud gratiſſimum Deo, pulcherrimũ ciuitatibus, Principi honeſtiſſimum, ciuibus vtiliſſimum, quod ijs rebus imponitur, quæ ad corrumpendos mores, ad delicias excitandas, ad luxum comparandum, ad libidinem fouendam hominum animos irretire, & pertrahere ſolent. Auguſtus Cæſar, vt refert Gellius lib. 2. cap. 15. vt effuſas vtriuſque ſexus libidines coërceret, leges de maritandis ordinibus tulit, quibus, qui poſt annum quintum, & vigeſimũ vxorem non duxiſſent, aut cùm duxiſſent filios non procreaſſent, hereditatũ, quæ accreuiſſent, & legatorum, quæ ſibi relicta eſſent, partem Fiſco applicuit; eos verò, qui filios plures haberent, ab oneribus quibuſdam immunes declarauit. Hac enim lege Cæſar nõ modò Aerarium auxit, ſed etiam vagos concubitus, & impuras libidines incredibiliter repreſſit, ſpurioſq. quantum licuit è Republicâ ſuſtulit.

Tributum Sanctum.
Gellius.
Connubij Vectigal.

Verùm, quoniam tanta erat apud Romanos litium quoque augendarum rabies, ad cohibendam litigantium effrenatam licentiam, vectigal Iudiciarium conſtituerunt, vt M. Varro in libris de Lingua Latinâ retulit. Apud Hebræos etiam in temerè litigantes talis lex extabat, vt Rabbi Maymon lib. 3. aſſeruit.

Vectigal Iudiciarium.
M. Varro.
Maymon.

Tarquinius Superbus apud Dionyſium Halicarnaſſæum aliud vectigal commentus eſt, quod Capitationem vocabat, quodq. pater quiſque familias pro ſingulis capitibus, etiamſi nihil in bonis haberet, Fiſco dependere cogebatur. Hoc porrò vectigal Conſtantinus l. 1. de Capitatione ciuium cenſibus. C. l. 1. de colen. fug. omninò ſuſtulit.

Halicarnaſſeus.
Vectigal Capitationis.

Digitized by Google

Mōtes Pietatis. Porrò in Italiâ vbique ferè varij Montes Pietatis, vt vocant, erecti ſunt ad tenuium egeſtatem ſubleuandam, & præcipuè in Vrbe tales exiſtunt. Ceterùm, ſunt Principes aliqui, qui cùm coniurationes, & defectiones proſpiciunt, pecuniam ſub vſuris grauioribus accipiunt, vt illi lucri ſpe allecti lubentiùs concedant, & magis eos, hac ratione, in officio, quibuſdam quaſi aureis compedibus detineant. *Agrippæ ſtratagema.* Agrippa certè Iudæorum Rex è regno expulſus, eius creditores omni ſtudio, & ſollicitudine laborabant, vt denuò in regnum reſtitueretur.

Modus Aerarium conſeruandi. Quod reliquum eſt, alia quoque exiſtit ratio Aerarij, ſi non amplificandi, ſaltem conſeruandi, quæ in re nummaria conſiſtere videtur, quandò ſcilicet monetarum deprauationi proſpicitur. Nam moneta corroſa minuit prouentus, eoſq. incertos efficit. Vndè Petrus *Belluga.* Belluga in Speculo Principum aſſerit, Reges Aragonum, cùm Imperij ſacris initiantur, iurare ſolitos ſe antiquæ monetæ leges minimè violaturos, nec eam pondere leuiorem facturos.

Eleemoſynarum beneficia. His quidem ità conſtitutis, videamus nũc quodnam ſit diuitiarum omniũ maximum, ac firmiſſimum munimentum. Etenim credimus Erogationes eſſe, quæ in egenos tribuuntur; neque vllæ familiæ, vlli Principes, vlla Imperia opibus, ac victorijs tàm floruiſſe videntur, quàm quæ maximam pauperum curam habuerunt, & ſe benignos, ac munificos aduersùs eos oſtenderunt.

Quarum virtutum, reliquarumq. omnium ornamenta, & Conſilia rio Arcano ſupremoq. & optimo, ac pijſſimo Procere digniſſima, de quibus hoc Membro ſparſim tractauimus, cùm Illuſtriſſimus D.D. *Io. Vldericus liber Baro ab Eggenperg.* Ioãnes Vldericus liber Baro ab Eggenperg, & Eherẽhauſen, Auguſtiſſimi Imperatoris MATTHIAE, & Sereniſſimi Archiducis FERDINANDI intimus Conſiliarius, & Cubicularius, Sereniſſimę eius Coniugis ſupremus Aulæ Præfectus, ſupremuſq. Ducatus Carniolæ, Poſtoinæ, & Comitatus Piſini Capitaneus cumulatiſſimè obtineat, iure merito, non ſolùm eſt dignus, vt perpetuâ poſterorum memoriâ celebretur, verùm etiam, vt mortalitatis labem numquàm patiatur; digniſſimus verò, vt honorum, dignitatumq. cumulus, quem ab alijs abſtraximus, is totus in illum conferatur; cùm ille vnus, ſit inſtar omnium, ſtatera reliquorum, ſapientiæ ſpeculum, exemplar prudentiæ, humanarumq. actionum omnium promptuarium, illarumq. norma quædam, ac regula certiſſima. Dignus eſt igitur hic Heros FERDINANDO, & FERDINANDVS dignus hoc Heroe.

Quod reliquum eſt, Eleemoſynam duplicem facimus; nimirùm vnam, cùm aliquid inopi elargimur; alteram cùm prohibendo ab iniurijs, rapiniſq. ſubditos protegimus. Sæpiùs namque videmus improbos

probos

probos homines maximâ impunitate, & licentiâ latrocinari; ſæpiùs milites in ciues,& colonos grauiùs,quàm in hoſtes graſſari. Illi nullâ excuſatione; iſti,quòd ſinè ſtipendijs militare cogantur. Nam appoſitè Caſſiodorus. Neque enim diſciplinam,ait, ſeruare poteſt ieiunus exercitus, dum, quod deeſt, ſemper præſumat armatus. Erit igitur prudentis Principis ſui,& familiæ curam habere; ſtipendiorum militarium debito tempore ſoluendorum rationem tenere, & Magiſtratibus, nè ſtipendiorum inopiâ fædiùs interdùm, quàm milites ſubripiant,ſtipendia ſoluere. *Improbitas.* *Caſſiodorus.* *Principi q̃ ſuggerenda.*

Vt hæc autem opportunè fiant, commodiſſimum erit ſingularum Prouinciarum,vt Princeps Compendia teneat accepti, & expenſi,vt nimirùm prouentus ſuos quotannis ad quam ſummam poſſint aſcendere,calleat, & caueat nè expenſæ, & largitiones exiſtant quàm ipſi reditus maiores, & ſic mutuam pecuniam petere, & ſingulis annis debita contrahere,& nunquàm ſe ex illis explicare cogatur. Si autem Summarium habuerit,uno intuitu hæc omnia accuratè cognoſcet. *Princeps habet Cõpendia accepti, & expenſi.*

Et quoniam etiam memoria hominum labilis eſt, & infinitâ propemodùm negotiorum multitudine obruitur, non erit à bono Regimine alienum, ſi Princeps publicarum actionum, quæ geruntur, & ſubditorum virtutibus,artibuſq. illuſtrium nomina breuiſſimis tabulis comprehenſa apud ſe detinuerit, illaq. ſæpiùs intuitus fuerit, vt ſuo loco,& tempore illorum operâ tutò vti poſſit.Certè Veſpaſianus, teſte Tranquillo, Inſtrumentum Imperijs pulcherrimum confecit. Perſarum quoque Reges,qui ab extremis Indiæ oris, vſque ad Helleſpontum, Lybiæq. deſerta, Centum viginti ſeptem prouincijs imperabant, ſemper Inſtrumentum Imperij, & largitionum ſuarum, præſe diù, noctuq. ferebant. Teſtis huius veritatis eſt Aſſuerus in libro Heſter, cap.6.qui, cùm impias coniuratorum manus Mardochæi beneficio euaſiſſet,& aliquantò poſt,noctem inſomnem duxiſſet, Inſtrumentum Imperij ad ſe deferri iuſſit, inuenitq. Mardochæum coniuratos in Regem,detexiſſe,& nullum tamen præmium tuliſſe; quo viſo hominem acciri mandauit, eumq; ampliſſimis honoribus illuſtrauit. Dicitur Auguſtus etiam Imperator tria Imperij volumina ſucceſſoribus reliquiſſe, quorum vno mandata de funere ſuo complexus eſt; altero Indicem rerum à ſe geſtarum; tertio Breuiarium totius Imperij, quot ſub ſignis milites vbique, quantæ pecuniæ in Aerario eſſent, & à quibus ratio exigi poſſet. Ferunt quoque Hiſpanorum Reges Auſtriacos, quorum Imperium Orbis limitibus, Soliſq. curſibus terminatur, Imperij Inſtrumentum, Librumq. omnium litterarum, quas ad Legatos, & Præſides Prouinciarum ſcribunt,compendioſiſſimè ſingula complectentem, aſſiduò voluere, & reuoluere ſolere. Quis enim dubitat, ex hac lectione, Principes ſummam acquirere *Princeps habeat publicarum actionũ breuiariũ.* *Trãquillus.* *Regis Hiſpania potẽtia.*

Digitized by Google

prudentiam, & prouidentiam vndè ſua meliùs regere cōdiſcant, vno intuitu omnia negotia totius Imperij, ac imperata videant, & Magiſtratuum, Præſidumq. diligentiam, recognoſcant?

Forum verũ vænaliũ. Sed, cùm de Aerario, alijſq. ſatis nobis diſſeruiſſe videamur, reſtat nunc, vt ad Aerario proximum, quod Forum rerum Vænalium eſt, accedamus. Certùm enim eſt, & experientiā vbique compertum, nullam ciuitatem, nullum opidum, nullam denique familiam abſque hoc Foro commodè viuere poſſe. Igitur Princeps in ſuá Metropoli hoc Forum etiam conſtituat, vt ad illud ciues pro rebus quotidiè neceſſariò coëmendis accurrere poſſint, & nunquàm deficiant. Probè *Cicero.* Cicero lib. 2. de Officijs. Omnes, inquit, qui Rempublicam gubernāt, conſulere debent, vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt neceſſariæ. Aliàs enim ex annonæ defectu, populus ingentibus incommodis, maliſq. afficitur, Princepſq. exoſus redditur, & inuiſus, populiq. ſeditio-*Princeps debet habere curam annonæ.* nibus expoſitus. Præcipua certè Principi annonæ cura eſſe debet, vt ea comparet, quibus abundè populo victus ſuppetat, nè plebs fame tabeſcat, neuè Frumētarij, aut ſuppreſſione, aut pretij enormitate eſurientes pauperes opprimant. Romani quondam in primis publicæ annonæ rationem habuêre, poſtquàm tanta vrbem inopia inuaſit, vt multi è plebe, nè diuturniori fame cruciarentur, obuolutis capitibus *Annonæ p̄fectura.* ſeſe in Tiberim præcipitauerint. Annonæ verò Præfectura apud illos in tantá honoris exiſtimatione habita fuit, vt illam Pompeio Magno poſt exactos Pyratas, poſt debellatum Mithridatem, poſt Orientem Romano Imperio ſubiugatum, treſq; orbis partes triumphatas, *Fori ſitus.* detulerint. Forum porrò debet eſſe quaſi in ipſius ciuitatis centro, vt omnes, veluti a peripheriá per lineam directam, ſinè vicorum anfractibus, & circulis ad illud facili negotio, & breui morá aduentare valeant. Forum verò hoc debet plures in partes eſſe diuiſum, vt ſingu-*Theophraſtus.* læ res ſuis locis diſponantur. Theophraſtus certè in libris de Legibus, oſtendit Agoranomis apud Athenienſes duo præcipuè curanda *Fori leges.* fuiſſe, vt ſcilicet omnia in Foro compoſitè, citraq. tumultum agerentur, &, vt abſtinerent à mendacijs non vendentes modò, ſed etiam ementes.

Portus quid ſit. Splendorem quoque, & emolumentum addunt ciuitati Portus, Viæ, Angiportus, & reliqua ſimilia. Nam Portus ſunt tutiſſima commerciorum, ac bellorum refugia, quorum decet maximam curam habere, vt onerariæ naues tuto loco cōſiſtere poſſint, nè vndarū impetu quatiantur, neuè pyratarum, ac hoſtium prædæ exiſtant. Quod, *Aemilius.* vt obtinerent Athenienſes, Themiſtoclis conſilio, aſſerit Aemilius Probus in eodem, triplicem Piræi portum illos conſtituiſſe, & mœni-*Via ciuitatis.* bus circumdediſſe. Viæ autem à nullis domibus debent occupari, & præpediri quoquo modo; quia ſunt publicæ res, & propter publicam

commo-

commoditatem factæ,& relictæ,quæ ſi ex parte occuparentur,& ciuibus,& exteris faceſſerent negotium,& anxietatem. Similiter quoque, ſi quis vrbis Angiportus ſuis domibus incluſerit,qui aperti, & intacti ſunt relinquendi, vt merces intrà, & extrà commodè deferri poſſint, vt Varroni lib.4.de Linguâ Latinâ,placuit. *Angiportus vrbis.* *Varro.*

Veterum annales reuoluat Princeps,& comperiet multos ob ſplendida,& magnifica ædificiorũ opera, ſua nomina immortalitati conſignaſſe. Hinc illæ Pyramides ab Aegyptijs exſtructæ; hinc illa Auguſti Cæſaris ædificiorum illuſtria Vrbis ornamenta , vt meritò gloriatus ſit ſe Vrbem,quam latericeam acceperat, marmoream reliquiſſe; hinc illæ ingentes Claudij Imperatoris molitiones,qui,vt refert Trãquillus in eodẽ,ex Fucini lacu ductus p tria paſſuũ millia , partim effoſſis,partim excisis montibus,poſt XI. annos,continuis XXX. hominũ millibus ſine vllâ intermiſſione operantibus,abſoluit; hinc Veſpaſianus,& Capitolium,& Vrbis regiones XII. Neronis incendio abſumptas reſtituit ; hinc illæ peſtes cuiuſcumque Principatus expelluntur, Egeſtas,& Inertia; hinc denique opificia condiſcuntur, pauperes ſubleuantur , otioſi exercentur , morbi arcentur,& Ciuitas ſplendore incredibili exornatur. *Aedificiorũ vtilitas, & magnificentia.* *Trãquillus.* *Principatus peſtes.*

Veteres ſapientiæ magiſtri , vt ipſorum vrbes tam diù durarent , quãdiù ab vniuerſali orbis incendio abſumerentur, Aediles, viarumq. Curatores creauère,quorum munus erat, nè ciuitas ruinis deformaretur; in publico ædificata,ſi publico vſui obeſſent,deponerentur ; cœpta ædificia abſoluerentur ; ex ſaxis, vel lateribus,qui facilè ignem nõ concipiunt, domus exſtruerentur,& denique, vt Triumuiri cùm alijs cuſtodibus, incendijs arcendis, & ignibus extinguendis continuò inuigilarent . Refert Maffeius Societatis IESV vir grauiſſimus,lib.6. Sinas ità eſſe accuratos in ſartis tectis conſeruandis, vt in mœnibus, quæ etiam antè bis mille annos conſtat extructa , nullam rimam,nullum ſinum, nullam labem poſſit quis reperire. *Aedilium creatio , & officium.* *Maffeius.* *Sinarum diligentia.*

Verùm,quamquàm hæc omnia prudẽter veteres illi diſpoſuerint : tamen quia hæc eadem fluxam,atque diſſolubilem naturam poſſidẽt, conſequens exſurgit, vt nõ ciuitates modò,ac Imperia, verùm etiam omnia quę ſeculis omnibus ſteterunt, ſint tandem aliquandò caſura. Vndè clariſſimè conſpicitur nulla tam præclara inſtituta , nullas tam ſanctas leges reperiri,quæ ab obitu Imperia vindicare poſſint . Aſſeruit certè Plato tunc Imperia caſum paſſura , cùm modulationis ſuauitas , & concentus periret ; quod ità intelligendum eſt, vt poſtquàm ex hominum ſocietate Virtutes , & Iuſtitia ſublatæ fuerint, quæ admirabili concentu animos hominum demulcent, & connectunt, tunc Imperia quoque,Virtutibus in exilium demandatis,eſſe ruitura . Qui verò Ciuitatum, ac Imperiorum ſtatus,& conuerſiones à ſiderum vi, *Mundus mortalis.* *Platonis opinio.* *Explicatio.* *Iudiciarij reijciuntur.*

ac

Digitized by Google

ac poteſtate petendas eſſe exiſtimârunt, ipſi ſuâ temeritate, ac inſcitiâ refelluntur. Siquidem compertũ eſt, maxima quæque Imperia ſuapte grauitate, ac pondere concidere; alia voluptatibus, ac turpi otio ignauiter diffluere; alia armis ciuilibus; alia popularibus morbis; pleraque hoſtium impetu euerti; nonnulla ità deprauata eſſe, & vi diuinâ momento ſubuerſa, vt potiùs ad miſericordiam, quàm ad inuidiam quenquam commouere poſſint. Ità pauca vetuſtate fatiſcunt, ſuâq. ſenectute tabeſcunt. Legimus profectò Duodecim Aſiæ vrbes, tellure abeunte, voraginibus abſorptas fuiſſe; tres, & viginti Italiç ciuitates immanem terræ hiatum vno oculi ictu hauſiſſe; Burani, & Helicem Græciæ vrbes vnam aquarum eluuionem abſorbuiſſe. Scimus etiam ex ſacris litteris Sodomorum ciuitates, diuinitùs flammis vltricibus in illas delapſis vno fuiſſe, ac eodem conflagratas momento.

Cauſa interitus.

Vrbium interitus.

Apoſtrophe.

Quamobrem totis animi viribus orandus eſt Deus, vt Principes virtutum omnium ornamentis exornet; prudentiâ in rebus belli, paciſq. tempore gerendis cumulet; ſapientiâ in iiſdem præuidendis illuſtret; concedat iis Sampſonis fortitudinem in aduerſis, vt non deprimantur, & Conſtantiam Dauidis in proſperis, vt non extollantur; Largiatur iis iudicium Salomonis in iudicando, & Conſtantini Religionem in Deum, Diuoſq. colendo, vt poſtquàm in terris benè, beateq. vixerint, & iuſtè, piè, ac prudenter Rempublicam rexerint, ad arces Empyreas beati ſubleuentur.

CA-

ANATOMIÆ
INGENIORVM
ET
SCIENTIARVM

AVCTORE
ANTONIO ZARA
AQVILEIENSI
EPISCOPO PETINENSI

SECTIO
III.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo probatur omnes Scientias huius Sectionis Intellectus potentia comprehendi.

ABSOLVTA iam, diuini Numinis auxilio, Sectione ſecundâ, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, ſcriptionis noſtrę ſtatutum flagitat, vt Tertiam commentemur. Cuius quidem ſcientiæ, noſtro iudicio hæ numerari poſſunt Logica, Phyſica, Metaphyſica, Medicina Theorica, Ethica, Iuriſprudehtia Practica, Iudicatio, & Theologica Theurica. Nam hæ omnes in Intellectus ratiocinio, eiuſque terminis uerſari videntur. Enimuerò, cùm humani Intellectus officium ſit probè argumentari, diſcurrere, iudicare, & inferre: ſic etiam ob abſurda, quæ ingruere poſſunt, dubitare, cùm diſtinctione reſpondere, & contrà reſponſum concludere, & tam diù ex antecedentibus conſequentia in bonâ formâ colligere, quàm diù Intellectus acquieſcat, fit certè, vt hæ functiones nulli alteri potentiæ, quâ Intellectrici conueniant. Imaginatricis enim facultatis, & Memoriæ munus propriè non eſt philoſophari, ſed tantummodò, uel memorari, uel ea, quæ ſenſibus percepit, aut ſub ſenſus cadere poſſunt, imaginari.

Finis ſecundæ ſectionis, initium tertiæ.

Scietiarum nomina.

Intellectus officium.

Quibus itâ conſtitutis, reſtat, ut Logica ad Intellectum pertineat, quòd ipſius quoque nomen Rationem interpretatum, demonſtrat. Accedit ad hoc vniuerſam Logicam circà ternas Intellectus operationes occupari, vt quoque D. Thomas in Præfatione Librorum Perihermenias aſſeruit, qui ennumeratis tribus Intellectus muneribus, dixit Logicam circà ea, quæ hæ operationes dirigunt, verſari, ac ideò Rationalem vocari, quia circa Rationis actus diſcurrit. Et Philoponus quoque in Procemio libri Priorum, docet Logicam de Ratiocinatione agere, quæ ſolius Intellectus operatio exſiſtit. Neque verò Ale-

Logica.

Thomas.

Philoponus.

xander

Digitized by Google

Aphrodiſieſis. Gradus.

xander Aphrodiſieſis eodem loco diſſentit, qui ſimiliter affirmat Logicam de Ratiocinatione tractare, quæ mentis opere perficitur. Logica verò è Duobus gradibus frigoris Medij ſinus cerebri cum dimdio oriri videtur, illumq. præſtantem, & expeditum, & in argumentando, & in defendendo Logicum cēſemus futurum, cuius ſupremus cerebri vertex quē Intellectus vocarūt impropriè Auctores ſuperiùs, cū Vno gradu, & dimidio caloris Imaginatiuæ coniungetur.

Qui bonus Logicus. Phyſica. Metaphyſica.

Ea aūt, quæ de Logicâ diximus, Phyſicæ, etiam, ac Metaphyſicæ dicta eſſe, volumus. Siquidem, ſiuè hæ de rebus hiſcè caducis, & ſublunaribus, ſiuè de æternis, & cęleſtibus diſſerant; perpetuò tamen in hiſcè tractandis, & diſcutiendis, Intellectus humani facultates concurrunt. Hæ porrò ambæ in Bino frigiditatis gradu conſiſtunt.

Gradus. Medicina. Theorica. Gradus.

In pari quoque frigiditatis portione Medicina Theorica poſita eſt, quæ ſolùm in id incumbit, vt methodicè præcepta medendi hominem, in communi tradat, quæ opera non niſi Intellectus opere perficitur. Dum verò illa cauſas, rationeſq. cuiuſque effectus inueſtigat, et diſputat, modoſq. ex contrarijs, morbos depellendi meditatur, abſque dubio ſecùm philoſophatur.

Medicorū Theoricorū diuerſitas.

Atque hinc videmus excellentes Theoricos alios, vel inſignes Philoſophos eſſe, vel alios in re Anatomicâ, herbarum cognitione, linguarumq. peritiâ eximios exſtare. Et primi quidem, ex Intellectus perfectione in rebus philoſophicis præſtant; ſecundi ex Memoriæ excellentiâ in hiſcè alijs excellunt. Nam, cùm medius vertex qualitatibus iam dictis Memoriæ aduerſetur, per difficile eſt Medicum inuenire in Theoricâ præſtantem, quique horum vtrumque ſimul poſſideat.

Ethica. Gradus.

In Ethicâ verò, quæ ex Seſquitertio frigiditatis gradu Bregmatis procedit, quæq. tota ex intellectus ratiocinio vt ita loquamur, conflata eſt, nullam Memoria ſedem occupat.

Ariſtoteles. Virtutū diuiſio. Intellectus.

Virtutes enim ex Ariſtotelis ſententiâ lib. 2. Ethicorum, cap. 1. aliæ ſunt Morales, aliæ Intellectuales, & harum quædam Practicæ, quædam Contemplatiuæ, & veritatis cognitioni addictæ videntur. Inter Contemplatiuas verò, Intellectui primus honos defertur, qui eſt habitus Contemplatiuus quo quis ad aſſentiendum firmiter, ac euidenter primis principijs inclinatur;

Scientia.

ſecundus Scientiæ, quæ eſt quoque habitus Cōtemplatiuus quo quis ad auſcultandum firmiter, ac euidenter neceſſarijs concluſionibus, non tamen per ſupremas cauſas adigitur;

Sapientia.

tertius denique Sapientiæ tribuitur, quæ etiam habitus contemplatiuus eſt, quo quis ad inclinandum concluſionibus neceſſarijs per primas, ſupremaſq. cauſas inducitur.

Syndereſis. Prudentia. Ars.

Inter Practicas autem Syndereſis primum locum obtinet, qui eſt habitus quo quis propenſus redditur ad aſſentiendum primis, atque communiſſimis principijs Moralibus; alterum Prudentia, quæ eſt recta agibilium ratio; tertium Ars, quæ etiam recta factibilium

lium

bilium ratio exiſtit. Porrò, cùm hæc ſcientia circà has Intellectuales virtutes philoſophetur, iudiciumq. de ijs ferat, media ad eas adipiſcendas inquirat, & eligat, adeptiſq. concluſiones inferat, meritò eam Intellectui ſubiectam eſſe dicimus. Non negamus tamen dùm Practicæ in praxim incumbunt, ad Imaginatiuam, quam Cogitatiuam alij vocant, pertinere, quæ circà ſingularia ratiocinatur: dùm verò in Contemplatione perſiſtunt, ſub Intellectus dominio commorari.

Sic quoque de Iuriſprudentiâ Practicâ ſentiendum eſt, quæ ex altero Frigiditatis gradu emergit. Etenim, cùm leges condiderint homines, qui humanitùs non omnia euenta etiam antè mentis oculos habere potuerunt, neceſſe fuit, vt illæ ampliationes, reſtrictiones, interpretationes, & alia huiuſmodi paterentur, atque in his conficiendis Intellectus humanus ratiocinaretur, diſtingueret, concluderet, eligeret, atque iudicaret, quæ omnia profectò ſunt Intellectricis facultatis munia. Quapropter neceſſarium omninò eſt, vt Aduocatus ſublimi Intellectu polleat, poſſitq. rationibus vel ex legibus petitis, vel ex proprio dictamine erutis, vbi id, aut caſus poſtulat, aut legum carentia expoſcit, clienti ſuo patrocinari. Quod hoc idem ipſæ leges l. nec leges. ff. C. de legibus. innuere videntur: Neque leges, nec Senatus conſulta ità ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerumque accidunt, contineri. Cùm ſæpiùs verò noui caſus contingant, ijq. ad legum æquitatem, tenoremq. ratione, ac diſcurſu duce reducendi ſint, neceſſum eſt, vt hæc Iuriſprudentia ab Intellectu dependeat. Probat hoc idem ff. de Legib. & S. C. l. Scire leges, vbi ſcire leges, ait, non eſt verba earum tenere, ſed vim, & poteſtatem habere; ac ſi diceret, legum peritiam non conſiſtere in eo, vt quis earum verba, formulaſq. memoriæ conſignet, ſed ſenſum intelligat, poſſitq. illo pro ratione loci, cauſæ, & perſonarum, Iuriſperitus vtiliter vti. Atqui non ideò inferimus Aduocatum memoriâ deſtitutum eſſe debere, ſed ſolùm memoriam Intellectui aduerſam eſſe, nec vmquàm Aduocatum celebrem futurum, qui nobili ſit memoriâ præditus, præſtatq. magis hac, quàm Intellectrici potentiâ deſtitui. Qui enim Intellectu eximio ornati ſunt, licet memoriâ non ità valeant: eorum tamen Reminiſcentia tam perfecta eſt, teſte Ariſtotele libro de Memoriâ, & Reminiſcentiâ, vt memoriæ vices quodammodò ſuppleat, & meditando, præterita etiam exſuſcitet, & denuò ad memoriam reuocet. Quocircà concludimus Aduocationem Intellectrici potentiæ omninò ſubijci.

Aduocatio. Gradus.

Quid Aduocato neceſſarium.

Reminiſcētia.

Iudicatio. Gradus.

Ee Iudi-

Iudicationem porrò huic quoque tribuimus, quam ex Seſquitertio frigiditatis gradu oriri cenſemus. Hæc enim, non minùs, quàm Aduocatus, immò acutiùs multò, nè à contrarijs cauſarum patronis, & conflictationibus decipiatur, rationes cribrare, cauſæ negotium cognoſcere, diſtinguere, & ſuo iudicio ponderare debet, vt poſteà iuſtam ſententiam ferre poſſit. Nam accidere ſolet interdùm, vt vterque Aduocatus ijſdem legibus in ſuorum clientum fauorem vtatur, ac illæ ab ijs in varios, contrarioſq. ſenſus trahantur. Quo fit vt Iudex acri iudicio, & excellenti Intellectu ornatus ſit, oporteat, vt queat diſcernere cuinam ex his iuſta cauſa patrocinetur. Et quamuis adhuc optimè omnia diſcutiat hallucinari tamen aliquandò poteſt Iudex, cui à naturâ Intellectus admodùm ſublimis conceſſus non fuit. Et hoc verum eſſe, ex eo conſtat, quòd plerumque ſententia aliqua Iudicis primæ Inſtantiæ, vt vocant, à ſuperiori Tribunali, aut obliteratur, aut certè emendatur. Quòd verò ſupremus Iudex etiam corrigi poſſit, nec ſemper Iuſtitiæ ſcopum attingat, ex eo quoque apparet, quòd in ijſdem, vel ſimilibus caſibus, litibuſq. diuerſo tempore ſentiat diuerſum; nimirùm, quia Intellectus humanus ex multis, ac frequentibus Iudicij actibus, acutior euadit, ac ideò reſpuit iam illud, quod olim placuit. Immò fieri poteſt, vt Iudex inferior ob præſtantius ratiocinium, ſuperiori melius iudicet. Quoniam maioris momenti, & virtutis eſt vnius dumtaxat Intellectus excellens, quàm aliorum plurimi imperfectiores, qui ſimul nequeunt connecti. Vndè ſapienter Salomon, Multi pacifici ſint tibi, ait, & Conſiliarius Vnus de mille. Siquidem, qui eximio Intellectu conſpicuus exiſtit, licet etiam in Iuriſprudentiâ admodùm verſatus non ſit: quia tamen ſublimi illâ facultate pollet, quâ ſimili, Cæſares Legum farraginem condidêre, fit certè, vt talis ſapienter iudicet, & legibus vniformem ſententiam ferat, quamuis eam priùs non legerit. Igitur, vt Iuſtitiæ ſatiſfiat, & Reſpublica rectè adminiſtretur, ac cuique ſuum tribuatur, viri profectò Iudicio præſtantes, vt pro Tribunali ſedeant eligendi ſunt, & non quicumque, ut ferè moris eſt, indifferenter accipiendi.

Iudex inferior errat. Iudex ſuperior errat. Vnde Intellectus ſapiens. Salomon. Indocti, docti. Exhortatio.

Denique Theologia quoque Theorica Intellectus vi fulcitur, & qui in eâ præclari aliquandò euaſêre, Tres frigiditatis gradus conſequuti ſunt. Vidimus præcipuorum quondam Theologorum effigies ad viuum expreſſas, in quibus huius temperamenti character emicabat. Scimus autem illos neque in Latino, neque in alio idiomate terſos, puroſq. neque in carmine pangendo elegantes.

Theologia Theorica. Gradus.

gantes fuiſſe, ſignum euidens, nec inſigni memoriâ illos, nec imaginatiuâ valuiſſe. An verò Theologia hæc omnes Intellectus operationes exerceat, & de diuinis rebus excellenter diſcurrat, quis etiam mediocriter huius ſtudijs imbutus eſt, qui hæc ità eſſe, non calleat?

Apoſtophe. Vtinam, vtinam ſic illi probè diſcurriſſent, & Intellectu excelluiſſent, qui verborum, carniſq. illecebris tot hæreſum monſtra proſeminârunt. At tu, Domine, quia Intellectu carent, illis ſuppedita, vt erroribus cognitis reſipiſcant, illos deſerant, & abiurent, & in tuâ Fide, ac Eccleſiæ Catholicæ, Romanæq. gremio viui, mortuiq. perſiſtant.

Digitized by Google

MEMBRVM PRIMVM.

De Logica.

Logica cur inuenta.

HOMINIS ingenium, cùm humanum ſit, & imbecille, atque ideò errare poſſit in tantarum rerum obſcuritate potiùs, quàm veritate indagandâ, & cognoſcendâ, in quarum cognitione acutiſſimus etiam quiſque interdùm hallucinatur; hinc veteres Philoſophi ſagaci inueſtigatione, diligenti induſtriâ, & diuturnâ obſeruatione quamdam certam ratiocinandi rationem inuenêre, quæ intelligendi, & differendi formulam ſuppeditaret, & vnumquemque certum redderet, nè ueritatis ſpecie deceptus, falſa pro veris, dubia pro certis apprehenderet. Nam, & ipſa nomina, quæ iam indè à ſui exordio huic facultati indita ſunt, & ordo, qui in Philoſophiâ addiſcendâ obſeruatur, rem ità ſe habere non obſcurè declarant. Priſci enim illi Stoici, vt adnotauit Boëtius in Topicâ Ciceronis, artem hanc Canonicam, hoc eſt Regulatiuam, Peripatetici Logicam, ſiuè Dialecticam appellârunt; quæ nomina, cùm differendi, & intelligendi notam quamdam præ ſe ferant, finem artis, & neceſſitatem oſtendunt. Illum quidem, quia etſi differere omnibus ſcientijs commune ſit: docere tamen differendi modum, certaſq. leges, & præcepta in eum finem tradere, Logices proprium eſt; iſtam, quia, vt Cicero ait, docet modum materias in ſuas partes diuidendi, & definiendo explicandi id, quod abditum eſt, & res obſcuras interpretando, faciles, dilucidaſq. reddendi, dubias diſtinguendi, & regulam tradendi certam, vt vera à falſis dijudicare poſſimus. Quamobrem benè Iſidorus lib.2. Ethymol. Logicam aſſerit eſſe diſciplinam ad diſcernendas rerum cauſas inuentam; & D.Thomas, cũ eam definiret, dixit eſſe ſcientiã rationalẽ actuũ rationis directiuã; Boëtius quoque ait eſſe ſcientiã diſcernentẽ verũ à falſo; quòd idẽ affirmat Albertus

Boetius. Logices nomina.

Iſidorus. Logica quid ſit.

tus

tus Magnus, dum vult Logicam liberare eos à phantaſijs quæ non ſunt, ſed ſolùm eſſe videntur. Hinc eſt profectò, quod Plato lib.2. *Plato.* de Repub. diſciplinarum apicem, D. Auguſtinus lib.5. contra Academicos, *Auguſtinus.* diſciplinarum diſciplinam, & Tullius lib. de Claris Oratoribus, artium maximam, & lucem omnium verè nominârunt; cùm teſte *Tullius.* Auerroe Topic.1. Logica ſit principium, & modus ſcientias adipiſcendi *Auerroes.* vniuerſas. Quod, cùm certò ſciret D. Auguſtinus aſſirmauit Logicam eſſe artem artium, & ſcientiam ſcientiarum, quâ apertâ, omnes aliæ aperiuntur, & quâ clauſâ, omnes aliæ clauduntur, cùm quâ quælibet, & ſinè quâ, nulla. Valeat ergò Raimundi Cabala faſtuoſum, & inane ad omnes ſcientias Introductorium.

Iam verò, quodnam ſit Logices Obiectum videamus. Porrò Obiectū *Quid ſit obiectum.* illud eſt, teſte Ariſtotele Poſterior.1. & Metap.1.cap.6. circa quod veluti materiam aliquam ipſa ſcientia occupatur, & ad quod vniuerſa, *Ariſtoteles.* quæ in illâ tractantur, ſiuè tanquàm principia, ſiuè paſſiones, aut partes facili negotio reuocari poſſunt. Atque hinc colligimus, neque Argumentationem eſſe poſſe, ut uolebat Albertus Magnus cap.4. in *Albertus.* Prædic. cùm hic primam, & ſecundam intellectus Logici operationem omittere, & tertiam tantùm, cuius eſt Argumentatio, recipere videatur; neque Demonſtrationem, vt putabat Alexander Aphrodiſienſis *Aphrodiſienſis.* in Præf. libri Priorum, & Auicennas cap.2. ſuæ Logicæ; cùm hæc non ſit Obiectum immediatum, & totale, ſed mediatum dumtaxat, *Auicennas.* & partiale. Neque verò benè ſenſit Iādunus Metaph.2.quæſt.2.& *Iandunus.* Zabarella libro de Naturâ Logicæ, cap.19. qui contendunt res omnes *Zabarella.* eſſe primarium Logicæ Obiectum, ſecundas autem intentiones, ſecundarium. Nam hac ratione Logica à ceteris profectò ſcientijs nullo modo diſtingui poſſet, quibus res ſemper etiam adiunctæ, & admixtæ ſunt; neque vlla eſt tam inanis, & vacua, quæ ſub ipſis verbis non habeat res palliatas. Atque ideò Logica nonnulla etiam de ſecundis intentionibus interſerit, ut faciliùs ea, quæ ob mentis aciem proponuntur, perſpici poſſint. Eodem quaſi modo refellitur Plato apud Alcinoum lib.2. de Doctrinâ Platonis, Simplicius Præf. in Prædic. *Alcinous.* Philoponus in lib. Poſter. Ammonius Procemio in Porphyrium, *Simplicius.* qui uoces conſtituêre Logices Obiectum; cùm hæ ad Obiectum reuocentur, *Ammonius* cuius quaſi pediſſequæ exiſtunt. Ac, cùm Logica inſtituta *Philoponus.* ſit, ut doceat, corrigatq. operationes intellectus, hinc eſt quòd interdùm ad uoces, ſcriptaq. deſcendat. Diuus uerò Thomas Metaph.4. *Thomas.* lect.4. Opuſculo 56. de Vniuerſalibus, Heruæus Opuſculo de ſecundis *Heruæus.* intentionibus, quamquàm diuerſo modo loquantur: aſſerunt tamen Obiectum Logicæ ens Rationis eſſe. Verùm, cum hoc ex naturâ ſuâ operationibus poſterius ſit, ex quibus reſultat, non poteſt per

Ee 3 conſe-

Digitized by Google

conſequens,vt poſthumum operationis illius, vel rectæ,uel obliquæ, norma, & regula prioris eſſe. Nam ſi illæ rectæ, aut obliquæ erunt; ità quoque illud exiſtet,& non ualebit operationem, ad normam, li-

Menſura debet eſſe notior menſurato. *Ariſtoteles.* neamq. diſcurſus rectam dirigere. Et,cùm menſura etiam,atque regula notior debeat eſſe eo,quod menſuratur, vt Ariſtoteles Metaph. 10.cap.14. docet, & Ens rationis minimum quid ſit, ac proindè ipſis operationibus magis ignotum, concluditur illud Logices obiectum eſſe non poſſe.

Obiectũ Logices quid ſit. Ceterum miſſas facimus aliorum auctorum ſententias, & pro Logici intellectus Obiecto,operationes Rectas recipimus. Operationes autem rectas intelligimus illas, quæ iam certis præceptis, atque legibus definitæ ſunt, ut Definitio, Enunciatio, Argumentatio, Apprehenſio ſimplicium, Affirmatio, atque Illatio, & omnes denique Logicæ totius Operationes, quæ ſunt regulæ quædam, atque normæ iuxta quas noſtras dirigere, & applicare debemus.

Logica an ſit ſcientia. *Balduinus.* *Aquinas.* *Scotus.* *Albertus.* *Ammonius* *Fonſeca.* *Niſus.* *Boetius.* Obiecto relicto, an Logica in ſcientiarum numero ſit collocanda, videamus. Equidem Academici, Balduino teſte, Quæſito 7.ſuper Logicam, D.Thomas in 4.Sentēt.ſect.4.Scotus quæſt.1.in Prædicabilia, Albertus, & Ammonius cap.1. Logicæ. Fonſeca Societatis IESV vir acutiſſimus lib.2. Metaph.cap.3.quæſt.1. ſect.7. Auguſtinus Niſus Metaph.4.& Boëtius in Prologo ſuper Porphyrium, Logicam ſcientiam eſſe nobiſcum aſſeuerant, etſi fortè non in eo gradu,atque notâ, ut Phyſica,vel Metaphyſica. Siquidem illa,cùm Inſtrumentum quaſi quoddam ſit, vt multi autumant, quo mediante ad reliquas quaſcumque ſcientias aditus aperitur, & ſcientiarum medullas inueſtigamus, & cognoſcimus, neceſſe eſt ipſam nobis non fucos, & cincinnos,non vmbras, & inania ſimulachra, ſed veros colores, & corpora oſtendere. Quòd ità eſſe, facilè quiſquis Ariſtotelis Organum legerit, comperiet. Ariſtoteles namque in ijs vtitur libris non ſolùm veris definitionibus, diuiſionibus, verùm etiam nonnullis demonſtrationibus,ex quibus ſcientia veluti ex Equo Troiano in apertum ratiocinantis campum erumpit. Et quamuis in Topicorum, & Elenchorum libris,non ita reſeratæ inueniantur demonſtrationes, quæ ſcien-

Ex inſcitia ſcientia. tiam pariant: non inficias imus tamen etiam ex Topico Syllogiſmo nos indè habere, & eruere ſcientiam opinionis, ex Pſeudographo, & Sophiſtico, falſitatis, & ſcientificè verum à probabili, & falſo nos dijudicare, & diſcernere poſſe. Hos verò libros Ariſtoteles ceteris ad ampliorem,ac dilucidiorem Logicæ tractationem adiunxit.

Logica an ſit Philoſophiæ pars. Logicam quoque eſſe Philoſophiæ partem, apud nos haud in controuerſiã vertitur. Nam, vt ceteros omittamus, Plato vniuerſam Philoſophiam in ternas partes diſtribuit, Moralem, Naturalem, & Ratio-

Digitized by Google

Rationalem, cuius nomine, Logicam intellexit. Et Laertius in vitâ Zenonis, Euſebius lib.11. de Præpar. cap.2. Origenes Homeliâ II. in Geneſim, & Cicero lib.1. de Finibus, totam Philoſophiam in tres etiam partes partiti ſunt, in diſſerendi ſubtilitatem, Logicam; in naturæ obſcuritatem, Phyſicam, & vitam honores ambientem, Ethicam. *Laertius. Euſebius. Origenes. Cicero.*

Nunc ad Vniuerſale cognoſcendum accedamus, quod eſt quædam natura apta eſſe in multis, ac de ijs prædicari, à quibus realiter haud diſtinguitur; & quinque dumtaxat eſſe, Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, certum eſt. *Vniuerſale qu.d ſit.*

Prædicamentum porrò eſt aggregatum quiddam, & aceruus multarum rerum in vnâ aliquâ ſuperiori ratione conuenientium ſupra ſe ſuperiùs nullum habente vniuocum, & ab alijs primò diſtrictâ omnibus. Hæc, etſi decem ſint: illa tamen ſex vltima incluſas in reliquis ſuas formales rationes habere videntur. Prædicamenta verò in primâ intellectus Logici operatione collocantur, quæ eſt Simplicium apprehenſio; In ſecundâ ponuntur conceptus, voces, & res quatenùs verè exprimuntur, omneſq. Enunciationes cuiuſcumque generis exiſtant, quarum principem locum Affirmatiuæ tuentur. Secunda autem operatio, eſt iudicium, & aſſenſus Animæ Immortalis quòd iudicat vnam rem apprehenſam conuenire, aut non conuenire alteri etiam rei apprehenſæ. Et hinc eſt, quòd ſi quis pro vero, certoq. apprehenderet Antonium cras ſcripturum, vel non ſcripturum, affirmaretq. alteram enunciationem de futuro contingenti eſſe determinatè veram, vel falſam, huius iudicium hallucinaretur; cùm neutra ſit determinatè vera, aut falſa, aliàs neceſſariò deberet id præſtare, & liberum arbitrium tollere, & fortuita efficere neceſſaria. Tertia demùm operatio potiſſimùm conſiſtit in illo iudicio, quo conſequens ex antecedenti ſequi, iudicamus; ex quo fit, vt nil aliud ſit, quam iudicium quoddam intellectus, quo iudicamus ex aliquâ re quam cognoſcimus, aliam ſequi, quam ignoramus. *Prædicamẽtũ quid ſit. Prima Intellectus operatio. Secunda Intellectus operatio. Futurũ contingẽs an ſit determinatè verũ, vel falſum. Tertia Intellectus operatio.*

Sub huius vexillo in acie conſiſtunt Diſcurſus, Syllogiſmus, & concluſiones pariter, quæ de eius eſſentiâ ſunt, atque ea omnia quæ ad ipſum ſpectare videntur. Forma nimirùm, Modus, & Figuræ, quæ Tres dumtaxat ſunt, nec Galeni quartam ſuperfluam, & ab his indiſtinctam, admittimus. Demonſtrationes verò tam Propter quid, quam Quia, & Auerrois Potiſſimam, quæ ab hiſcè duabus, niſi ſecundùm magis, & minùs differt, his etiam annectimus. Porrò Demonſtrationis finis eſt efficere ſcientiam, Dialectici opinionem gignere, Pſeudographi errorem, & falſam in modum ſcientiæ exiſtimationem creare, Sophiſtici deceptionem generare, vt verborum inuolu- *Cõcluſio an ſit de eſſentia ſyllogiſmi. Argumentorum fines.*

Auerroes. Auguſtinus. Hieronymus. Vrbanus Pōtifex.

cris, & amphibologijs minùs perſpicaces irretire, & capere poſſint Sophiſtas hos meritò tanquàm Reipublicæ peſtes excluſit Plato, & Auerroës illos lib. 1. de Cælo, Commento 75. vt principiorum euerſores, & ſcientiarum deſtructores, vituperat, D. Auguſtinus lib. de Doctrinâ Chriſtianâ aſſerit eos euitandos, eorumq. cæcam contendendi libidinem, & puerilem verborum oſtentationem declinandam. Certè D. Hieronymus in epiſtolâ ad Damaſum, Nonnè, inquit, in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi Sophiſtæ videntur, qui diebus, & noctibus in Dialecticâ torquentur? Et Vrbanus Pontifex Diſtin. 37. c. Omnem vim; affirmat has Sophiſtarum rixas, nec Deo placere, nec Fidei noſtræ eſſe emolumento.

Apoſtrophe.

Ergò his miſſis malè philoſophantibus, peiuſq. concludentibus, fac Domine, vt nos Logicè, hoc eſt rationabiliter, amandatis animi noſtri fraudulentis technis, piè, & doctè de te, tuiſq. rebus omnibus, & ſentiamus ſemper & diſcurramus.

MEMBRVM
SECVNDVM.
Phyſica.

TANTA eſt Phyſicæ, vel Philoſophiæ Naturalis dignitas, & voluptas, vt meritò Ariſtoteles lib. 1. de Partib. Animal. c. 5. dixerit eam magni eſſe faciendam; cùm naturarum omnium quaſi ſiluam, multitudinem, & varietatem luſtrandam ſibi proponat, rerumq. ſingularum, quæ verè hoc Seneciano punčto continentur, quod inter tot mortales ferro, & igni diuiditur, principia, & cauſas venatur, in quorum inueſtigatione admiranda, atque iucunda reperiuntur, quæ ſuaui voluptate hominum animos oblectant. Quòd, & Cicero lib. 2. Academicarum Quæſtionum fatetur animorum eſſe, ingeniorumq. naturale quoddam pabulum, conſiderationem, contemplationemq. naturæ. Erigimur, inquit, humana deſpicimus, & cogitantes ſupera, atque cæleſtia, hæc noſtra quippè exigua, & minima, contemnimus. Quod verè videntur feciſſe illi, qui Philoſophiam naturalem ſcientiam eſſe, pernegabant. Nam Heraclitus Epheſius, & Cratylus eius auditor, Platone in Theæteto, & Ariſtotele lib. 14. Metaph. cap. 4. teſtibus, hanc opinionem mordicùs defendebant. Pythagoras, vt Laertius in ipſius vitâ commemorat, totius Phyſicæ ambitum dubijs opinionibus contineri aſſeuerabat; Socrates idem cenſuit, vt Xenophon lib. 1. de factis, & dictis eius, refert, qui rerum naturalium, vt ille aiebat, incertitudine, & mutabilitate deluſus, relictis naturæ arcanis, ad Moralē philoſophiā ſe conuertit. Academici etiā, vt Tullius in Academicis quæſtionibus, D. Auguſtinus lib. 19. de Ciuit. Dei, c. 4. & libro cōtrà Academicos recēſent, non modò rerū phyſicarum ſcientiā è medio tollebāt, ſed dicebāt quoque res oēs eſſe dubias, & fallaces, quibuſdamq. ipſiuſmet naturæ tenebris, uel obrutas, uel certè cōfuſas, implicataſq. latitare; quod placitū ait D. Auguſtinus lib. 3. cōtrà Academicos è Platonis fontibus illos hauiſſe, qui duos eſſe mūdos docebat, Plotino lib. 4. Enneade 6. & Ficino ibidē in Cōui-

Ariſtoteles. Phyſica laudes.
Mūdus punctum.
Cicero.
Phyſica an ſcientia ſit.
Plato.
Ariſtotelis.
Laertius.
Xenophon.
Tullius.
Auguſtinus.
Plotinus.
Ficinus.
Duplex Mundus.

uium

uiũ referãtibus; vnũ Intelligibilẽ, in quo ipſa veritas habitaret; alterũ Senſibilem, quem nos oculis vſurpamus, & in cuius contemplatione Phyſici occupantur: illum verum, hũc veriſimilem; de illo veritatem, de hoc opinionem generari. Atque hinc Democritus, vt Lactantius lib.3.cap.3. ſcribit, veritatem humanæ mentis effugiſſe conſortium arbitrabatur, eamq. in puteo fundo carente immerſum querebatur. Quamobrem veteres Philoſophi, vt teſtatur Mirandula lib.2.de Examine, nihil certi, & explorati in Phyſicæ veritatis inueſtigatione haberi poſſe proferebant. Verùm, etſi minùs politiori illo pugnantium Philoſophorum ſæculo, infante quaſi, & balbutiente Philoſophiâ, Phyſicam, ſcientiam eſſe, negatum ſit: poſtaquam tamen ceteri Philoſophi Phyſicam penitiùs penetrârunt, veritatemq. ſuis momentis magis penſitârunt, in eam ſententiam vnanimes iuerunt, eam in reliquarum ſcientiarum ordine, cœtuq. eſſe collocandam, vt nobis non ſit opus hoc rationibus demonſtrare.

Lactantius. Veritas in puteo. Mirandulanus. Phyſicæ obiectũ quid ſit. Galenus Paueſius.

Huius porrò Obiectum Galenus de Elementis 1. & Iacobus Paueſius volunt eſſe res Generabiles, & Corruptibiles, & per conſequens incorruptibilia è rerum naturalium ſocietate arcere videntur; Caietanus Tiennenſis ſubſtantiam ſenſibilem eſſe arbitratur ex Auerois ſententia; D.Thomas eſſe Ens mobile cùm Caietano, Paulo ſoncinate Meta.4.quæſt.10. & Ferrarienſis quæſt.3. contendit Cardinalis autem Toletus, & Maior, dicunt eſſe ens Naturale; Auicennas ſufficientiæ 1. Algazel de ſcientiarum diuiſione, & Albertus arbitrantur eſſe Corpus Mobile, ſeu Naturale. Scotus denique, Ioannes Canonicus Phyſ.1.quæſt.1.art.2.& Antonius Trombetta Metaph.3.perſuadent ſibi eſſe ſubſtantiam finitam, & Naturalem. Verùm, ſi quis æquis animis perpendere voluerit, facilè percipiet, hoc non tam eſſe rerum, quàm verborum diſſidium; Ad vitandam verò verborum obſcuritatem, & diſſonantiam, melius eſt Obiectum Phyſicæ, Corpus Naturale, quàm illorum aliquid aliud appellare; quia hoc proximum eſt, illa alia remota, vt Simplicius Phyſ.1. Paulus Venetus, & Alexander Achelinus tract.de Elementis fecère.

Caietanus. D.Thomas Soncinas. Ferrariẽſis. Toletus. Maior. Auicennas Algazel. Albertus. Scotus. Canonicus. Trombetta. Phyſica obiectum. Simplicius. Venetus. Achelinus.

At quanta fuerit etiam inter priſcos Philoſophos de rerum naturalium Principijs diſſenſio, & altercatio, refert Ariſtoteles, Phyſ.1.cap.2. Plato in Theæteto, & Sophiſtâ, Hippocrates lib.de Naturâ humanâ, Plotinus lib.9. Enneade 2. Iuſtinus Martyr in Paræneſi ad Gentes, D.Epiphanius lib.2.aduerſus Hereſes, & alij recenſent. Nam Xenophanes Colophonius, Archelai, vel Botonis auditor, & Parmenides Eleates, qui Xenophani operam dedit, teſte Ariſtotele Metaph.1.cap.5.& Clemente Alexandrino libro 1. Stormatum, itemq. Meliſſus Samius Parmenidis diſcipulus, omnes, omnium vnum eſſe principiũ aſſeuerârunt, illorumq. aliqui partim finitum, partim infinitum eſſe, dixerunt.

Principiorũ varietas. Ariſtoteles. Plato. Hippocrates. Plotinus. Iuſtinus. Epiphani⁹. Clemẽ. Alexandrinus. Vnum Principium.

Digitized by Google

dixerunt. Et quoniam hi Philoſophi ſua ſcripta ænigmatum inuolucris obſcurárunt, tùm difficile erat verum, germanumq. ſenſum indagare, & eruere, tùm quoque vnicuique promptum ea in varios ſenſus deducere. Nos verò exiſtimamus Principij infiniti nomine, Deum intellexiſſe, quã ſententiã Tullius lib. 2. Academ. quæſt. & Ariſtoteles Metaph. 1. cap. 5. Xenophanis fuiſſe affirmãt. Et certè vero ſimile eſt ab hoc Parmenidem, & ab hoc Meliſſum, omnes verò à ſacris litteris id accepiſſe. Finiti autem, hanc mundi vniuerſitatem, quâ cuncta coacentur, Simplicius Eudemum ſenſiſſe credidit, hancq. ſententiam Nicolaus Cuſa lib. de filiatione Dei, Eugubinus lib. 3. de Perenni philoſophiá, & Mirandula lib. 6. de Examine Veritatis, tuentur. Pherecides porrò, teſte Theodoreto lib. de Materiá, & Mundo, cenſuit Chaos elementum rerum omnium extitiſſe: Thales Mileſius Ionicæ familię parens, Principium rerum omnium, Aquam eſſe conſtituit, cui Anaximander, referente Ariſtotele lib. de Xenophane, conſentit, ex quá, prout Origenes libro Philoſophorum recenſet, modò glomerata, modò rarefacta, conſurgerent vniuerſa. Equidem Anaximenes, eiuſq. auditor Diogenes Apolloniates, Idæus Imereus, & Archelaus Athenienſis Socratis Magiſter, Aerem rerum omnium initium eſſe pronunciabant. Ac Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius rerum primordia Igni dedêre. Atque hinc Rheginus Hippus mixtum ex Aquá, & Igni poſuit; Anaximãder Mileſius medium, vel inter aërem, & aquam, vel inter ignem, & aërem commentus eſt. Verùm Leucippus Eleates, et Democritus Abderites, Mochum Phęnicum ſequuti, quem antè Troiæ excidium fuiſſe memorant, infinita rerum initia ſtatuêre; hoc eſt infinitas Atomos inſectiles, ex quarum concretione Mundum coaluiſſe aſſerebant. Eamdem ferè ſententiam Epicurus, & vnà cùm ipſo Lucretius libro 1. & 2. amplectuntur. Anaxagoras quoque Clezomenius hanc partium infinitarum congeriem induxit, quam infinito tempore abſque vllo ordine, & diſtinctione iacuiſſe dicebat, donec ſingulis rebus in ordinem digeſtis, diuinum Numen, Vniuerſum inſtruere pariter cępit, & ornare. Plura verò, etſi non infinita rerum elementa inuectus eſt Zareta Chaldæus, Lucem, & Tenebras ſub Patris, ac Matris nomine; Oenopides Chius, Ignem, & Aerem; Onomacritus, Ignem, Aerem, & Aquam; Empedocles Agrigentinus, præter illa tria, Terram, & Chaos inuexit, quod vniuerſa corpora in vnam informem ſpeciem concluderet, fingebatq. à Lite imperium Vniuerſitatis tenente, elementa ad rerum procreationem ſegregari, & rurſus antiquæ viciſſitudinis innouato fœdere, infera ſuperis permiſceri, atque vniuerſa inter ſeſe confundi. Pythagoræi verò totum naturæ ordinem, initia, vires, effecta, & Symmetriam in numeros retulerunt, præſertim Denarium,

Principium infinitum. Tullius. Ariſtoteles. Principium finitum. Cuſa. Eugubinus. Mirandulanus. Theodoretus. Chaos. Aqua. Ariſtoteles. Origenes. Socratis magiſter. Aer. Ignis. Mixta. Atomus. Lucretius. Lux. Tenebræ. Lis. Denarium.

narium, cui occultam vim ineſſe exiſtimabant, totamq. naturæ vniuerſitatem, vt Syrianus refert, Decada appellabant, ac decem principiorum cōiugationes ex quibus omnia fierent, & quaſi ad numerum *Ariſtoteles.* aptè caderent, effinxerunt, quas Ariſtoteles Metaph.1.cap.2. aſſerit Alcmeonem à Pythagoricis, vel hos ab illo accepiſſe. Atque is Pla- *Magnum. Paruum. Mens. Idea. Materia. Iuſtinus. Deus. Materia. Species. Anima.* toni vnum principium, tanquam formam, itemq. Magnum, & Paruum tamquam Materiam impoſuit; & Plutarchus eidem Mentem, Idæam, & Materiam attribuit. Et Iuſtinus Martyr in ſuâ Parenæſi ſcribit Platonem hac in re varium fuiſſe, quòd aliquandò tria Principia poſuerit, Deum, Materiam, & Speciem, aliquandò quattuor, quippè qui mundi Animam tribus illis adiecerit.

Iam verò his miſſis, ad Ariſtotelis ſententiam, ab omnibus nunc ſeneſcente Philoſophiâ receptam, accedamus, qui tria, Materiam, ſcilicet, Formam, & Priuationem conſtituit. At nos illum, illiuſq. in- *Materia. Forma. Priuatio. Quid ſit Priuatio.* terpretes errore lapſos credimus, qui Priuationi Principij nomen dedêre; cum duo dumtaxat ſint verè, proprieq. Vniuerſitatis principia, Materiam, Formamq. Priuationem verò hoc primordij nomine indignam eſſe, atque ab aliorum cœtu arcendam, ſolumq. illam Conditionem, ſine quâ Non, vt loquuntur, dicendam eſſe, aſſerimus.

Verùm lubet etiam quaſdam alias naturæ diuitias, baſibus iactis, conquirere, & ex ipſius theſauris in medium promere. Et primò no- *Elementum quid ſit. Diſcordia concors.* bis ſeſe offerunt Elementa, quæ ſunt quædam naturæ quadruplicia rudimenta. Hæc autem, etſi perpetuâ contrarietate inter ſe diſſideant, & bellum quodammodò cieant: tamen ab orbis natalitio mundum concordi, atque ſtabili fœdere tuendo perennant, & quemdam naturę ſuauiſſimum efficiunt, ac rerum omnium concentum, & con- *Boetius.* cordiam, vt eleganter lib.4.de Conſolatione expoſuit Boëtius.

Hac concordia temperat aquis
Elementa modis, vt pugnantia
Vicibus cedant, humida ſiccis,
Iungantq́; fidem frigora flammis,
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terraq́; graues pondere ſidant,
Hiſdemq́; cauſis Vere tepenti
Spirat florifer annus odores.
Aeſtas Cererem feruida ſiccat,
Remeat pomis grauis Autumnus,
Hiemem defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit, ac profert
Quidquid vitam ſpirat in orbe:
Eadem rapiens condit, & aufert
Obitu mergens orta ſupremo.

Nam

Digitized by Google

Nam Deus huius Vniuerſitatis conditor Igni calidiſſimo, Aërem frigidiſſimum ſuppoſuit, & vtrũque ſiccitate, ac tenuitate quadam copulauit; Aëri frigidiſſimo, Aquam humidiſſimam coniunxit, & vtrũque frigiditate deuinxit; Aquæ demum humidisſimæ, Terram ſicciſſimam ſubiugauit,& grauitate quadam colligauit. Vndè euenit, vt rebus hiſcè ità diſpoſitis, & ſimul iunctis, hæc elementorum contrarietas, nullam mundo euerſionem moliri poſſit: immò, ſi hæc auferretur, mundum quoque auferre eſt neceſſe. Calidiſſimus enim ignis, niſi aëris frigiditas obſtaret, omnia exureret, & aquæ omnia inundarent, niſi terræ ſiccitas patulo ore eas imbiberet, & abſorberet. Quòd ſi elementa hæc eſſent tantum quædam qualitates, vt Stoici apud Ciceronem lib.2. de Naturâ Deorum, Alexander Aphrodiſienſis libris de Animâ, & Laurentius Valla lib.1. Dialecticæ credebant, profectò, neque ignis aquam popularetur, neque aquæ copia ignem puſillum extingueret, neque terra aquã hauriret, neque aqua terræ partes dilueret, & aſportaret, neque demum ignis à terrá ſuffocaretur, neque ille in catapultis, ac tormentis bellicis terribili impetu erumperet, ſed quia corpora ſunt, hoc efficiunt.

Concordia diſcors.

Cicero. Aphrodiſienſis. Valla.

Hinc quoque colligimus Flammam eſſe fumum pinguem accenſum,& terreſtre quiddam non eſſe, contrà Ariſtotelẽ lib.2. de Gener. & Corrup.cap.1. & 4. quia celerrimè ardua quæque loca petit, & ſuper aërem puriſſimum effertur. At non ità ignes illi euolant, qui in intimis terrarum receſſibus, & cauernis vltrà, citraq. Tropicos, deliteſcunt; quia gelidus aër ambiens terræ hiatus obturat,& reſtringit, caloremq. ad centrum cogit: ſecus verò in oris torridis, vbi extrinſecus aër, per accidens calidus eſt, & terræ meatus aperit, ac ignea vis exhalat, & ignis ſurſum euolat. Quamobrem per antiperiſtaſim ſubterranea loca æſtate frigeſcunt, hieme autem caleſcunt. Et nos quoque hieme exterius frigemus, calemus intus: vndè ciborum appetitus, & fortior fames: æſtate verò calemus extrà, & interiora frigida ſentimus: vndè eius imbecillis, validior ſitis,& præ ſtomachi languore,& inualido robore eſculenta amandamus,& poculenta ferè ſolum cupimus. Sed quia de Tropicis mentionem fecimus, illud admirationem excitat, quòd calor æſtate ardentius aërem citrà, & vltrà, quàm intrà Tropicos inflammat; cum tamen intra illos radij Solis validi ſint, & perpendiculares, vltrà autem languidiores, & obliqui; & nihilominus ſcimus interdum tantũ fuiſſe Solis ardorem, vt Poloniam, & Moſconiam, earumq. armenta, fruges, ſiluas, & opida abſumpſerit, ſi Thomę Cromero lib.17. hiſt. Polonicę fidẽ habemus, & pariter Sigiſmũdo L. Baroni, ab Herbenſtein in hiſtoria Moſcouitarũ aſſerẽti ſata, nemora,& vrbes Solis incẽdio deflagraſſe. Horũ aũt cauſa hæc perſpecta eſt. Nam ibi plerumque craſſior aër eſſe ſolet à vaporibus,

Flamma quid ſit. Ariſtoteles.

Cur vltra Tropicos ignis latitet. Cur ſub Torrida Zona ignis erũpit. Cur famelici hieme, æſtate ſitibundi.

Cur citra Tropicos calor aërem inflammat.

Cromerus. Sigiſmũdus Libe. Baro. Ratio.

Lacubus,

Lacubus,fluminibuſq. exhalatus,quibus regiones illæ paſſim irrigantur; Aër verò iſte, cùm denſius ſit, & calefactus, facillimè concipit calorem, illumq. tuetur, & ardentius decoquit, vt ignis, qui acrius vrit in ligno,quã in ſtuppâ, & diutius vim ſuã in illo,quàm in iſtâ retinet. Inter Tropicos verò regiones ſicciores ſunt, aërq. ita tenuis, vt ideò vix calorẽ tueri poſſit; ex quibus rebus,cauſiſq. hæc orta eſt differẽtia.

Ariſtoteles. Auerroes. Zoar. Aeris qualitates.

Nunc Aërem deſcribendo, inſpiremus. Hunc Academici, & cum ijs Ariſtoteles lib.4.Meteor.lib.2. de Gener.& Corrup.& lib.de Mundo ad Alexandrum, Auerroes Theſa.tract.3.cap.2. Zoar cap.4.& Plato in Timæo eſſe humidum, & calidum putârunt; at hi opinione labuntur,cum aër frigidiſſimus ſit,& ſiccus,& ſiccitate cum igne, frigiditate cum aquâ copuletur. Atqui videmus Aërem,quò vehementius mouetur, eo celerius omnia madida exſiccare. Argumento ſit,quod ſi quis lenitur aperto ore, Aërem, vt Satyr ille Aeſopicus è pulmonibus calidiſſimis efflauerit,calidum ſentiet; ſin ore anguſto violentius ſpirauerit,frigidum percipiet; cum tamen reliqua quò magis agitata fuerint,eo quoque magis incaleſcant,& maximâ ſui parte ignem ſolo motu concipiant, vt Ariſtoteles etiam ſectio.25. Problematum, confitetur, ſignum euidẽs Aërem naturâ ſuâ frigidiſſimum eſſe. Et certè quęcumque etiam ab igne calefiunt,momento ab aëre refrigerantur, quòd fieri non poſſet, niſi aër ambiens frigidus eſſet. Atque hinc videmus in mediâ ſui regione, quâ maximè qualitas elementi cuiuſq. percipitur,nubes,niues,grandines concreſcere: in ſuperiori quidem, Cometas, & alia ignita ſpectra, ob ignis nimiam vicinitatem aërem ex parte inuadentis generari: in infirmâ verò, & terræ proximâ regione,aliquandò Aër calidus percipitur; tùm propter radiorum Solis reflexionem, Aërem per accidens, & extrinſecus calefacientis; tùm propter ventos è terrarum oris, aut meridianis, aut occidentalibus flantes, qui illarum plagarum calore, & marium, quæ tranſeunt humiditate imbuti, Aërem quoque ſic inficiunt, vt ille calidus, & humidus eſſe videatur. Ex hoc fortè ventorum curſu errore lapſi ſunt illi, qui Aërem calidum, & humidum eſſe opinabantur; cum tamen aquę hoc propriùm ita ſit,vt amiſſâ humiditate pereat,calefactâ, non intereat.

Ariſtoteles.

Elementorum qualitates. Galenus. An aer congeletur. Ariſtoteles. Theophraſtus.

Concedendum ergò eſt Aquæ ſummam humiditatem,terrę ſiccitatem,igni caliditatem, & Aeri frigiditatem ineſſe,vt etiam Galenus lib.1.cap.8. & 30.de Facult.Simpl.Medic. & lib.2. de Temperamentis conceſſit; alias neque calor in corde conceptus nullâ reſpiratione, aut inſpiratione poſſet temperari; neque vapor in niues, grandines,& pruinas vnquam conuerti,ſed ab aëris calore diſſiparẽtur. Et quãquàm Aër iſte frigidiſſimus ſit: tamen nunquàm cõgelari ſcripſit Ariſtoteles lib.3. de Generat.& Corrup.cõtra Theophraſtũ lib.5.c.20. de cauſis Plantarum; cũ natura pati nõ poſſit,vt vna,eadẽq. res agat, & à ſe ipſâ viciſſim patiatur,& ignis,qui vrere ſolet, ſeipſum exurat

Digitized by Google

At quædam alia, quæ in aëre interdùm cum voluptate, interdùm cum gelido terrore ſolemus intueri, ſi placet, adeamus. Et hæc inter reliqua Nubes eſt, quæ etſi tenuiſſima ſit: Soli tamen obiecta, illum obſcurare ſolet, qui aliàs profundiſſima, ac denſiſſima aquarum vada, & ſubeſt, & illuſtrat; nimirum, quia hæc nitida, & pellucida ſunt, nubes opaca, & noſtris oculis magis, quam Soli proxima. In aëre etiam Nix ſpumoſus imber leuiſſimè congelatus, concreſcit; & Grando pariter denſiſſimè concretus, lapideſcit; & Pruina numquam, niſi cælo ſereno, & tranquillo decidit, alias motus aëris, & iactatio Pruinam, aut diſſiparet, aut in nubem conuerteret. Tonitrua porrò, Ariſtoteles lib. 1. Meteo. cap. 3. & lib. 2. cap. vltimo, ex fragore nubis oriri credidit. Ita quidem, ſi materia nubis ænea, aut ferrea eſſet, & velimus tormenta bellica cum vapore, & nube tenui, molliq. comparare. Sed quoniam in aëre, & nubibus nulla durities, nullæ anguſtiæ ſunt, quibus aër quaſi carceribus concludatur, qui patentiſſimis regionibus liber ſolet excurrere; fatendum omninò eſt, Tonitru nil aliud eſſe, quàm ventorum colluctantium, & in ſeſe mutuo impingentium, & in illo ampliſſimo, concauoq. aëris campo reboantium, fragorem. Nam, ſi vera eſſet Ariſtotelis opinio, ſemper ruptis flammâ nubibus tonaret; & ſine nubibus tonitrua nunquã exaudirẽtur; at Herẽnius Duumuir Pompeiorum, ictus eſt fulmine cęlo ſereno, vt Plinius lib. 2. cap. 31. & 48. prodidit; & Aegyptiorũ Labyrinthi, vt refert Seneca lib. 2. Natura quæſt. c. 31. cęlo quoque tranquillo, tonabant. Verũ exploſis tonitruis, ſępius Iris, arcus verſicolor in roſcida, cauâq. nube expreſſus ſemicircularis apparere ſolet, argumentũ Diluuij, ex Geneſis, cap. 9. non amplius futuri. Imbres enim maximi effundi ſolẽt à nubibus denſiſſimis, & tenebricoſis in quibus Sol irradiare, & lucidos colores depingere nequit, niſi in raris, & tenuibus, & Iris etiã, niſi parte cęli ſerenâ exiſtere non poteſt; ex quo fit, Iride apparente, certò, vt vel pluuiæ ceſſent, vel breuiores, leuioreſq. exſiſtant. Irides autem plures, non à Sole, ſed à mutuâ ſingulorum in oppoſita loca reflexione exſurgũt; & nè tota nubes iiſdem coloribus imbuatur, circularis nubium cauitas facit, vt radiorum, vis in oppoſitâ parte ſolummodo coëat. Parelios verò, & Paraſelene, eſt Sol, aut Luna duplex, quæ fit ex alterius reflexione nubis denſæ, & lucidę alteri Planetarũ oppoſitę, nõ ſecus ac ſi quis Soli ſpeculum opponeret, & illud, Solẽ alterũ quaſi oſtẽderet, ac referret.

Cur nubes ſolem obſcuret. *Nix.* *Grando.* *Pruina.* *Cur pruina cælo ſereno decidat.* *Vnde Tonitru.* *Ariſtoteles.* *Tonitru quid ſit.* *Herennius fulmine percuſſus cælo ſereno.* *Plinius.* *Seneca.* *Iris.* *Cur Iris finis ſit pluuiæ.* *Vnde plures Irides.* *Parelios.* *Paraſelene.*

Hoc etiam præſtare ſolet Aqua, ſed imbecillius, & obſcurius; melius tamen marina, quam fluuiatilis; quia hæc ex curſu continuo, & terrę vicinitate, turbida, illa purior, a Solis ardore quęque impura abſumente, & ideò falſa ab Ariſtotele lib. 2. Meteor. cap. 1. credita. Et quamuis aquarum omnium fluentium origo ſit ab Oceano ſalſo: pars tamen illarum maximè dulcis, pars amara, pars acris, aut acerba ideò

Ariſtoteles. *Aquarum qualitates.*

percipitur;

Plinius. percipitur; quia aquæ ferè omnes terrarum percolatione dulceſcunt, & diuerſis metallorum ſaporibus imbuuntur. Vndè Plinius libro 35. *Aqua lapidea.* cap.13. aſſerit terram fontis Gnidi octimeſtri ſpacio lapideſcere. Plurimi etiam fontes ardentiſſimo calore feruent: tametſi vnius palmæ interuallo, gelidiſſimi riuuli exſiliant: quod fit, vel vtriuſque diuerſo itinere; ita, vt hę per ſubterraneos, ac ſulphureos ignes, aut iactatione per abrupta loca, & longiſſimas vias; tranſeundo incaleſcãt; vel certè, vt illæ per opaca, & frigida loca fluendo frigiditatem acquirant, & hanc varietatem inducant. Nam aliter tanta aquarum vis tot ſæculis affluens, ignes illos iam pridem reſtinxiſſet, aut ſi tanta flammarum copia ſub terris lateret, aquas exſiccaſſet, aut terram ipſam deflagrationibus in cinerem redegiſſet, aut terræmotibus ignis latens ad terræ ſuperficiem erupiſſet.

Terramotus ſpecies. Terrarum verò iſtæ concuſſiones multiplices ſunt. Epiclintæ enim ad angulos acutos terram quatiunt; Chaſmaciæ deorſum ſubſident; Rhectæ terram dehiſcunt; Oſtæ terram ſubuertunt; Palmatiæ per vibrationes reciprocas, & in vtramque partem inclinantes, terram erigunt; Mycetiæ mugitu boues interdum, feminarumq. acutiſſimos clamores imitantur; Braſtæ demum terram ſurſum ad angulos rectos proijciunt. Cetera, nè longiores ſimus, quæ de hoc terræ elemento, eiuſq. lapidibus, gemmis, metallis, & ſimilibus, & de reliquis quoque rebus naturalibus dici poſſunt, ſi ſcire quis voluerit, eos adeat, qui de hiſcè fuſius ſcripſère; nobis ſatis erit per has creaturarum propemodum infinitas variaſq. cateruas, tamquam per quoſdam veræ *Apoſtrophe.* cognitionis gradus, ad te, Deus Vniuerſitatis Creatorem cognoſcendum, & per conſequens ſummè amandum, & colendum, aſcendere.

MEM-

MEMBRVM TERTIVM.

De Metaphyſica.

PHILOSOPHIAM eſſe humanarum ſcientiarum dominam, & reginam, nemo profectò, vel parum litteris imbutus, aut ſaltem tinctus eſt, qui ambigat. Etenim hæc mentem illuminare, animum inflammare, & ad æternum amorem ex rebus hiſcè fluxis traducere ſolet, quòd de ſe ipſo teſtatus eſt D. Auguſtinus lecto eo Ciceronis libro, qui Hortenſius erat inſcriptus, quo Philoſophiæ laudes, & encomia continebantur, cuius ille ſcientiâ in ſuum ſanguinem,ſuccumq. conuertit. Et quamuis videantur aliqui ſtylum,denteſq. in Philoſophiâ acuiſſe, vt inter ceteros Pacuuius, Ariſtophanes Comicus, Timo, qui Syllos compoſuit, Iuuenalis Satyrâ integrâ,& alij: hi tamen non in Philoſophiam, ſed in prauos Philoſophorum mores debacchati ſunt,quòd,& Athenæus fecit lib.5. Cenæ Sapientum,qui affirmabat pluribus Philoſophis hoc innatum eſſe vitium,vt magis etiam quàm Comici ſint maledici.

Philoſophia quid ſit. *Philoſophiæ effectus.* *Athenæus.* *Philoſophorum vitia.*

Verùm memoriâ proditum eſt, plurimos etiam philoſophos maximo affectos honore fuiſſe. Ariſtotelem certè tanto honore, & amore Alexander proſequebatur,auctore Athenæo lib. 9. Gymnoſophiſtarum, vt Stagyritam ipſius patriam reſtaurauerit, eumq. octingentis talentis,quæ ſummam faciunt aureorum XII. millium donauerit. Hinc etiam Pythagoras,Cicerone teſte lib.1.de Naturâ Deorum inſtar Numinis alicuius à Crotoniatibus, & Metapontinis, ità habitus fuit, vt ipſius ædes in templum verterint, tantæq. fuit apud omnes auctoritatis, & opinionis, vt ipſius dicta Oraculorum inſtar haberentur.

Philoſophorum honores. *Athenæus; Cicero.*

Porrò Philoſophorum hæreſes à varijs rebus appellationem ſortitæ ſunt,vt Ammonius ad Ariſtotelis Categorias numerauit. Nam à Gymnaſio,Academici, & Stoici dicti ſunt; à Deambulatione, Peripatetici,cuius ſectæ princeps Ariſtoteles Nicomachi filius, ex Stagyrâ Macedoniæ opido oriundus exſtitit, qui natus fuit anno CCCLXXXI. circiter,ante D.Virginis noſtræ puerperium. Hic ve-

Philoſophorum ſectæ. *Ariſtoteles cuius filius.* *Quo anno natus.*

rò, cùm ætatis ſuæ XVII. annum ageret, triennio Socratis doctrinæ operam dedit, dein in Platonis diſciplinam ſe contulit, ac in eadem X X. circiter annos verſatus eſt. Deindè ex legatione, cùm quâ ad Philippum Regem ab Athenienſibus miſſus fuerat, reuerſus, cùm ſe abſente Academiæ præfectum fuiſſe Xenocratem videret, Lycæum elegit in quo Philoſophiam doceret. Quia verò ad eum tamquam ad aliquod terreſtre numen diſcipulorum turba confluebat, deambulãdo diſputare cogebatur, à quâ poſteà Peripateticus dictus eſt. Alij verò à doctore ſingulorũ nomẽ accepêre, vt à Pithagora Pythagorici; à patriâ Ariſtippi, Cyreneici; à genere vitæ Cynici, cuius auctor fuit Antiſthenes; à fine Philoſophiæ Hedonici, & Epicurei; à modo iudicãdi, Ephectici, Sceptici, & Pyrrhonij, ab Academiâ, Academici, vel Platonici, quia Plato in Academiâ, quod nemoroſum ſuburbium fuit ab Athenis mille paſſus diſtans, Philoſophiam docebat; *Euſebius. Auctor naturalis philoſophiæ.* Ionici à Thalete Mileſio, auctore Leandro, & Herodoto, qui, vt ex Tatiano refert Euſebius de Præp. Euang. c.3. ſeptem ſapientum primus fuit, isq. teſte Ariſtotele Met.1. cap.3. primus Philoſophiam Naturalem inuenit, *Thaletis ætas. Clemens. Alexandrinus.* floruitq. circà Olympiadem L. vt Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum teſtatur: Stoici autem à porticu ſunt dicti. Siquidem porticum Athenis conſpicuá varietate Polignetus depinxit, ad quam conuenire ad diſputandum conſueuerant. Cuius auctorem Zenonem Citticum ferunt fuiſſe, qui annis LVIII. ſcholæ præfuit, & tantâ apud Athenienſes auctoritate valuit, vt eum aureâ coronâ, & ærea ſtatuâ ornarint.

Verùm Philoſophiæ nomine, ſapientiæ ſtudium intelligimus quo rerum varietatem, veritatemq. venamur ità, vt Philoſophia *Iſidorus.* Iſidori ſententiâ lib.2. Etymolog. ſit Humanarum, diuinarumq. rerum, in *Philoſophiæ laudes.* quantum homini poſſibile eſt, probabilis ſcientia, quam Tullius Deorum inuentionem nominauit. Et Plato dixit eam eſſe tale munus, vt maius nũquàm à Dijs immortalibus, fuerit mortalibus cõceſſum; cùm ipſa ſit vitæ lex, virtutum ſemita, vitiorum expurgatrix, norma humanarum actionum, lumen noſtrarum operationum, magiſtra morum, internarum cogitationum ordo, regula intellectus, fabricæ mundanæ exploratrix, & elementorum, cælorumq. contemplatrix, quâ mediante, vt aſſerit Apuleius Platonicus, homines fiunt Deo proximi, & propinqui. A quibus verò Philoſophia ſua prima incunabula capeſſiuerit, variæ ſunt, & diſcrepantes hominum ſententiæ.

Auerroes. Auctores Philoſophiæ. Ioſephus.

Nam Auerroes in proemio Phyſices, & lib.3. de Cælo, tit.68. Ariſtotelem auctorem exiſtimat; quidam apud Laërtium, Linum Thebanum, Orpheumq. eius diſcipulum, & Muſæum Athenienſem primos in Græciâ ſapientes exſtitiſſe arbitrantur. Ioſephus autem lib.1.

contra

contrà Appionem, Clemēs Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & Theodoretus lib. 1. Græcar. affect. aſſerunt à Chaldæis ad Aegyptios Philoſophiam tranſtuliſſe Abrahamum, Zoroaſtre apud Bactrianos imperante, qui Linum, & Orpheum annis pręceſſit nongentis. Euſebius porrò Cæſarienſis lib. 10. & 11. de Præpar. Euang. & hanc, & reliquas ſcientias autumat apud Hebræos incępiſſe; quòd negandum nullâ ratione eſt, immò potiùs aſtruendum, Adamum primum, & mortalium, & Philoſophiæ parentem fuiſſe. Nam, cū homini naturale deſiderium ad ſciendum a Deo inditum ſit, quòd omnes vnanimi cōſenſu ſentiunt, & Ariſtoteles lib. 1. Met. teſtatur, & parens mortaliū Adamus cùm hoc ſciendi deſiderio rerum omnium ſpecies a Deo habuerit in mente, quaſi in quodam penu conſignitas, & depictas, vt iuxtà vniuſcuiuſq. naturam, qualitatem, & proprietatem ijs nomina imponeret, vt nobis Moiſes, & Eccleſiaſtes, c. 7. & 17. ſcriptum reliquerūt; per conſequens credendum eſt ipſum primum, ſummumq. Philoſophum exſtitiſſe. Quam ſententiam quoque Magiſter Sententiarum lib. 2. diſt. 23. D. Bonauentura ibidem, art. 1. q. 1. & 2. D. Thomas par. 1. q. 94. & Hugo Victorinus lib. 1. de Sacramentis, pag. 8. cap. 12. ſtrenuè propugnant. Ac, cùm Philoſophia in id incumbat, vt rerum varietate mentem perficiat, fit, vt quidquid ſub Reale Ens, cuius propriè eſt Veritas, cadit, id ipſius obiectum ſit.

Clemens. Theodoret. Euſebius. Adamus primus philoſophus. Ariſtoteles. Eccleſiaſtes Magiſter. Bonauent. Aquinas. Hugo. Philoſophia obiectum.

His verò miſſis, ad Metaphyſicam accedemus, cuius tantus eſt ſplēdor, & ornamentum, ſiuè illius obiecti magnitudo, ſiuè ſublimis conſiderandi ratio ſpectetur, vt veteres Philoſophi illam inſignibus nominibus decoratam ad poſteros tranſmiſerint. Hanc enim Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro ſupramundanam vocauit, eò quòd illius non humana, ſed diuina, vt Ariſtoteles in proęmio Metaphyſices loquitur, ſit poſſeſſio, & vel à ſolo Deo, vel potiſſimū poſſideatur. Alijs etiam nominibus, veluti ſtellulis ab Ariſtotele, ceteriſq. Philoſophis redimita fuit, qui eam iam primam Philoſophiam, iam ſapientiam, quæ rerum omnium cauſas teneret, iam Theologiam, quæ de rebus diuinis diſſereret, iam dominam, principem, & ſcientiarum reginam appellârunt, eò quòd reliquarum omnium ſcientiarum principia cōfirmaret. A recentioribus verò Metaphyſica dicta eſt, quaſi quædam ſit ſupernaturalium rerum ſcientia; non quòd agat de rebus quæ naturale lumen intellectus humani exſuperant, quòd Theologiæ peculiare eſt, ſed quia res, quas cōtemplatur, ſimpliciſſimæ ſunt, & abſtractę, atque ab omni materiâ, & mutatione, cui naturales ſunt obnoxię, quàm maximè alienæ.

Triſmegiſtus.

At huius obiectum non eſt Ens communiſſimè acceptum, vt omnia entia, ſiuè realia, ſiuè rationis, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens com-

Metaphyſicæ obiectū.

Ff 2 prehen-

Digitized by Google

Zimara. *Syrenus.* prehendat, vt Franciſcus Maioranus apud Zimaram in Tabulâ, Verbo Ens, & alij apud Iulium Syrenum, tract. de Obiecto Metaphyſicę, ſect. 1. cap. 21. arbitrabãtur; neque ſubſtantia in communi accepta, vt *Buridana.* *Paueſius.* Buridana, & Iacobus Paueſius diſpu. 1. Met. quam compoſitam faciebant ex materiâ, & formâ; tùm quia Ariſtoteles Met. 4. obiectum huius dicit eſſe Ens, vt Ens eſt, ceteraſq. ſcientias ſibi partem huius Entis pro obiecto abſcindere, quod Mathematicæ non competeret, quæ accidens conſiderat, & per conſequens Metaphyſica non eſſet ſcientia vniuerſalis, quippè quæ non ageret de omni ente, ſed de ſubſtantiali ſolummodò. Neque verum eſt Obiectum huius eſſe ſubſtantiam ſeparatam, Deum, & Intelligentias, vt exiſtimabat Auerroes, & Alpharabius; cùm Metaphyſica contẽplatur ens, vt ens eſt, quòd à Deo, & ab Angelis abſtrahit, nec ex ſe materiale, vel immateriale, corruptibile, vel incorruptibile comprehendit. Ex quibus colligitur eſſe Ens, *Verum Metaphyſices obiectum.* vt Ens eſt Reale, quod ſuo amplexu finitum, & infinitum, ſubſtãtiam, & accidens, creaturas, Deum, & Angelos contineat, vt lumine naturali, & philoſophico ratiocinio cognoſci poſſunt. Quam opinionem *Ariſtoteles.* *Alenſis.* *Soncinas.* *Iandunus.* Ariſtoteles Met. 4. quæſt. 2. 5. & 6. Alexander Alenſis, Soncinas 4. 9. & 10. Met. Iandunus lib. 1. Met. quæſt. 3. Aegidius Met. 1. q. 5. & Scotus ibidem quæſt. 1. pari voluntate defendunt.

Aegidius. *Scotus.* *Metaphyſicæ partes.* Metaphyſicam tandem auctores tres in partes diuiſêre, quæ XIV. illos libros continerent, quarum prima, eſt præcipua, et ceterarum finis ratione cuius Theologia, & ſcientiarum præſtantiſſima, Metaphyſica nuncupatur, in quâ res à materiâ remotæ ſecundum rem, & rationem, vt Deus, & Angeli explicantur; altera eſt in quâ Tranſcendentia, Ens, Vnum, Verum, Bonum, Actus, & Potentia declarantur, quibus Mediantibus Metaphyſica vniuerſaliſſima eſt, & in omnes ſcientias habet imperium; tertia denique decem Prædicamenta coërcet, atque ita, vt vna Metaphyſica quidquid aſpectabili huius Mundi mole exſiſtit, thalari ſuâ veſte conſtringat.

Angelus quid ſit. *Angelorum Hierarchia.* Quoniam verò Metaphyſica de Angelis, quos Philoſophi Intelligentias nominant, tractare ſolet; ideò paucula quædam de eiſdem diſſeramus, aſſerendo ipſos eſſe ſpiritus, & ſubſtantias nobiliſſimas, ac ab omni materiæ compagibus liberas, numero ſingulas differre, & numerum propemodùm infinitum conſtituere.

Seraphin. *Cherubin.* *Throni.* In hac autem immenſâ Angelorum multitudine, tres Hierarchiæ exſiſtunt, quarum quælibet tres ordines obtinet. Ac in primâ Hierarchiâ ſunt Seraphin, qui flammanti charitate ergà Deum feruntur, reliquoſq. inferiores Angelos ad hoc quoque præſtandum inflammant; Cherubin, qui excellenti, diuináq. rerum ſcientiâ pollent, alioſq. inferiores Angelos illuminant; Throni,

qui

qui inſtar ſublimium ſedium Deo ſunt proximi, & ideò à rebus hiſcè terrenis remotiſſimi, & ad ſuſcipiendos diuinos fulgores idonei, & ad mandata capeſſenda inſtar throni alicuius ſemper parati. In ſecunda verò ſunt Dominationes, qui liberi ab omni ſeruili affectu peccati ſibi ipſis in hoc dominãtur, & reliquis etiam inferioribus Angelis, quidnam ad Dei maiorem gloriam agendum ſit, imperant; Virtutes, qui inconcuſsâ fortitudine, tùm diuinum imperium ſuſcipiunt, tùm illud promptè perficiunt, opemq. ad obſequium præſtandum alijs Angelis demiſſioribus largiuntur; Poteſtates, qui mandatis à Deo acceptis, vt Iudices quidam, in alios inſuperabili conſtantiâ exequuntur, & Dei iuſtitiam aperiunt, & ad hoc obſequium exhibendum, reliquos Angelos promouent. In tertiâ denique ſunt Principatus, primates, primiq. exequutionis duces; Archangeli, qui ſunt medij inter Principatus, & Angelos; Angeli demum, qui ſunt infimi, nec aliquo dignitatis nomine gaudent, ſed nomẽ omnibus cæleſtibus ſpiritibus commune detinent. Porrò vnuſquiſque Angelorum Ordo, in triplicem ordinem diſpertitur; in ſupremum ſcilicet, medium, & infimum, vt D. Dionyſius cap. 10. de Cæleſti Hierarchiâ teſtatum reliquit. Et quamquam hoc ità ſe habeat: tamen non videtur aſſerere, vel ſingulas Angelorum Hierarchias ſpecie differre, vel ſingulos etiam Angelos, vt D. Thomas p. 1. queſt. 50. art. 4. Auicen. lib. 5. Met. c. 5. Hervęus in 2. diſt. 3. q. 2. Abulenſis Paradoxo 5. cap. 34. Capreolus in 2. diſt. 3. quæſt. 1. & Caietanus, crediderunt. Quoniam veriſſima eſt Scoti ſententia in 2. diſt. 3. quæſt. 7. Alenſis in 2. q. 20. memb. 6. art. 2. Alberti Magni in 2. tract. 2. quæſt. 8. D. Bonauentura in 2. diſt. 3. par. 1. art. 2. quæſt. 1. Marſilij in 2. quæſt. 3. art. 1. Gabrielis in 2. diſt. 3. quæſt. 1. & aliorum aſſerẽtium omnes ferè Angelos eiuſdem eſſe ſpeciei. Nam certò nobis perſuademus ità eſſe omnes Angelorum Hierarchias vnius ſpeciei, ac eſt hominum Vniuerſitas; nec alio modo inter ſe Angelos differre credimus quàm officio, & dignitate, vt apud nos Imperator inter Reges, Reges inter Archiduces, Archiduces inter Duces, Duces inter reliquos inferiores ordines excellere videmus, ac differre. Neque etiam opinamur cùm D. Bonauenturâ in 1. diſt. 3. art. 1. quæſt. 1. & 2. Richardo ibidem art. 1. quæſt. 2. & art. 2. quæſt. 1. & 2. & Aureolo apud Capreolum eâdem diſtinctione, quæſt. 1. art. 2. falsò aſſeuerantibus Angelos ex quadam materiâ conſtare; ſed affirmamus cùm D. Dionyſio, cap. 4. de Diuinis nominibus, Ariſtotele Met. 12. c. 6. & D. Thomâ p. 1. q. 50. art. 2. & alijs, Angelos eſſe omninò materię oĩs immunes, & ob hãc cãm eſſe incorruptibiles, & immortales. Hãc noſtram quoque ſentẽtiã Ignatius in Epiſtola ad Trallianos, Gregorius Naziãzenus orat. 2. de Theologiâ, Gregorius Nyſſen. lib. de vitâ Moyſis, Chryſoſtomus Hom. 22. in Geneſim, Epiphanius Hęreſi 26.

Dominationes. *Virtutes.* *Poteſtates.* *Principatus* *Archangeli.* *Angeli.* *Dionyſius.* *An ſinguli Angeli differat ſpecie.* *Thomas.* *Auicennas.* *Heruæus.* *Abulenſis.* *Capreolus.* *Caietanus.* *Scotus.* *Alenſis.* *Albertus.* *Bonauentura.* *Marſilius.* *Gabriel.* *Angelus an conſtet materia.* *Bonauentura.* *Richardus.* *Capreolus.* *Dionyſius.* *Ariſtoteles.* *Thomas.* *Ignatius.* *Nazianz.* *Niſſenus.* *Chryſoſtom.* *Epiphanius.*

Digitized by Google

Damaſcen. Hieronym. Fulgentius. Gregorius.

Damaſcenus lib.2. Fidei Orthod. c.3. Hieronymus Epiſtolâ ad Auitum,Fulgentius libro de fide ad Petrum,& Gregorius lib.4.Moraliū, cap. 9. propugnant. Nonnumquam tamen ſolent Angeli corpora aſſumere,ac ijs medijs,hominibus apparere.

Angeli incorporeî corpora aſſumunt. Angelus eſt in loco. Athanaſius Ambroſius. Nazianz. Gregorius. Beda. An Angeli ſint in loco. Scotus. Richardus. Gabriel. Durandus. An Angel' ſit vbique. An Angeli poſſint eſſe ī pluribus locis,& ſe mutuò penetrare. Angelorum motus. Angelus creatura ītellectualis. An Angeli habeant duplicem Intellectum. Scotus. An intellectus ſit ſubſtantia Angeli. Thomas. Dionyſius. Auguſtinus Anſelmus.

Hinc ſequitur, Angelos, ſiuè in corpore aſſumpto, ſiuè in propriâ ſubſtantiâ,in aliquo loco exiſtere. Nam Lucæ 10. Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem,& Apocalypſis 12. Et non eſt inuētus ampliùs locus eorum in cælo. Quibus moti Athanaſius in Epiſtolâ ad Serapionē,Ambroſius lib.1.de Spiritu Sancto,c.9.& 10.Gregorius Nazianzenus orat.2.de Theologiâ,Gregorius lib.2. Moralium,c.3.& Beda lib.1. in Lucam, c. 1. affirmârunt Angelos in loco exiſtere ſolere. Nam certè,vbi præſentes exiſtunt, in loco aliquo modo eſſe debent, nimirum formaliter, & metaphoricè per illorum ſubſtantiam. Si enim ſunt loco præſentes, eum contingere eſt neceſſe, vt optimè Scotus in 2. diſt. 2.q.6.Richardus in 1.diſt.37. art. 2.q.1. & Gabriel in 2.diſt.2.q.2.art.2.opinantur. Ex quo ſequitur contrà Durandum in 1. diſt.37.q.1. Angelum vbique eſſe non poſſe naturaliter; cùm hoc,vel illo loco definitus teneatur: poſſe autem per abſolutam Dei potentiā ſimul in pluribus locis exiſtere; pari modo etiam per eamdem potentiam ſeſe mutuò plures Angelos penetrando,punctum occupare;cùm credamus plures Angelos, atque hominum animas naturaliter, etſi quantitate careant:eumdem tamen locum,nec adæquatè,nec inadæquatè occupare poſſe. Mouetur verò Angelus motu cùm continuò, tùm diſcreto,& dùm continuo motu mouetur, neceſſario per media tranſire debet,& hoc,in tempore Angelico,exequi. Verùm,cùm Angeli paſſim Intelligentię vocentur,certè intellectiuâ cognoſcendi facultate præditos eſſe exiſtimandum eſt; & cùm ſint ſpirituales creaturæ, & corporis expertes; per conſequens quoque organorum,& ſenſuum, atque paſſionum, quæ ab ijs oriuntur, omninò immunes eſſe, oportet fateri.Ac,vt hæc vera ſunt; itâ illud diſſonum eſt,Angelis duplicem Intellectum Poſſibilem,& Agentem ineſſe,vt Scotus in 2.diſt. 3.q.vltimâ credidit.Illorum,enim intellectus ſemper eſt in actu reſpectu omniū intelligibilium, habetq́. ſpecies intelligibiles ab initio ſuæ creationis ſibi ingenitas. Nec etiam in Angelo, vel hominis animâ, intellectus re ipſâ,idem eſt, quòd illorum ſubſtantia, vt benè iudicauit D.Thomas par.1.q.54. art.3. & D. Dionyſius c.11. qui in Angelis eſſentiam,operationem,& virtutē diſtinxit. Et D.Auguſtinus lib.15. de Trinit.c.7.Mentem non eſſe animam, ſed id,quod in illâ excellit, aſſeuerauit. D.autem Anſelmus libro de Concordia Præſcientiæ, & Liberi arbitrij,cap.vltimo,affirmat rationem in anima eſſe, quaſi inſtrumentum quo ad ratiocinandum vtitur, & voluntatem quâ ad volendum.

Et

Digitized by Google

Et verò etiam, arbitramur Angelum per propriam ipſius ſubſtantiam ſe, ſinè ſpecie ſuperadditâ, cognoſcere poſſe; quippè qui actu habet in ſeipſo formam ſui, & ſubſtantiam, nullâ materiæ opacitate, & craſſitie contectam, vt quoque Soncinas Met. 12. q. 39. Commentator ibidē, Ariſtoteles 3. de Animâ, Richardus in 2. diſt. 3. art. 7. q. 1. & Henricus Gandauenſis Quodlib. 4. q. 7. demonſtrârunt. At non alter alterum hoc modo, ſe mutuò cognoſcere valet, ſed tantùm per ſpeciem intelligibilem ſibi naturaliter inditam; quia ex alterius ſubſtantiâ nullæ ſpecies egrediuntur; nec alteri ſubſtantia alterius, vt forma vnitur, & intellectus vices ſupplere poteſt. Similiter cùm Scoto in 2. diſt. 3. q. 9. & Marſilio in 2. q. 7. art. 1. concl. 8. dicimus Angelum nō per ſuam ſubſtantiam, ſed per ſpeciem intentionalem ſuperadditam, Deum naturaliter cognoſcere, licet non ità adequatè, & comprehenſiuè, vt vnus Angelus alium cognoſcit. Nam, ſi Angelus per ſuam ſubſtantiam Deum cognoſceret, nō niſi cōfusè id acquireret; cùm illius ſubſtantia Deum diſtinctè, & clarè non repręſentet. Et quamquàm Deus ſit increatus, & infinitus: poteſt ille tamen ſpecies nihilominus tales indere finitas, & creatas, vt illum repræſentent, prout etiam D. Paulo indidit. Et certè ſi Angeli per propriam ſubſtantiam Deum cognoſcerent, ſequeretur Dæmones omnes beatos eſſe; cùm beatitudo in Viſione Dei, ex D. Thomæ ſententiâ, formaliter conſiſtat, & ſic hi in propriâ ſubſtantia ſemper Deum viderent. Ex quo ſequitur Angelum per ſpecies duntaxat Deum cognoſcere. Vndè optimè D. Auguſtinus epiſt. 112. ex D. Ambroſio in caput 1. Lucæ aſſerit, inuiſibilem eſſe Deum naturâ, videri autem poſſe, cùm vult, ſcilicet ſpecies infundendo, ſicut vult.

An Angelus per ſuam ſubſtantiam ſe cognoſcat. Soncinas. Comment. Ariſtoteles. Richardus. Gandauenſ. An Angelus alter alterum, abſq; ſpecie cognoſcat. Scotus. Marſilius. Vt Angelus Deū cognoſcit. Vt Deus increatus, & infinitus à rebus creatis, & finitis poſſit cognoſci. Auguſtinus. Ambroſius.

Porò Angeli quoque cognoſcunt res materiales iuxtà ipſarum naturam, vt D. Dionyſius cap. 7. de diuinis Nominibus docet; cum ſciamus Angelos ſæpè cum hominibus egiſſe, & in ijs ſpecies intelligibiles rerum materialium eſſe. Neque ſolum vniuerſalia rerum, ſed etiam ſingularia cognoſcūt, quorū ſpecies cognoſcit Angelus per ſpecies ſibi ab initio inditas: aūt per ſpecies quas ipſe ſucceſſiuè acquirit, quādo ſingularia exiſtūt. Impoſſibile enim videtur, vt vna ſpecies finita, infinita propemodùm naturæ vnius ſingularia repræſentare poſſit, & infinitam perfectionem oſtendere, & Deum in hoc adæquare; quia vbi pluralitas infert perfectionem, infinitas pluralitatis, perfectionem infinitam deberet inferre; & ſic credimus benè Scotum in 2. diſt. 3. quæſt. vltimâ intellexiſſe.

An Angeli agnoſcāt res materiales. Dionyſius. Vt Angelus cognoſcit vniuerſalia, & ſingularia. Scotus.

Ex hoc etiam deducimus, Angelos minimè hominum cogitationes occultas agnoſcere poſſe naturaliter teſtè Ieremiâ 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus; & 2. Paralipomenon 6. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Idem

An Angelus cognoſcat hominū cogitationes. Ieremias.

Ff 4 planè

Digitized by Google

Origenes. Cyrillus. Chryſoſtom. planè Origenes lib.1.in Iob, Cyrillus lib.2.in Ioannem, cap.19. ſenſere. Vndè D. Chryſoſtomus Hom.30.in Matthæum, verè dixit, Solius Dei eſſe mentem, atque animos hominum cognoſcere. Cùm enim hominum cogitationes ex illorum libero arbitrio dependeant, conſentaneum eſt, vt ſoli Deo innoteſcant.

An Angelus cognoſcat diuina myſteria. An Angelus cognoſcat diſcurrendo. Dionyſius. Atque hinc per conſequens aſtruimus Angelos, neque diuina myſteria Incarnationis, Impij iuſtificationis, & ſimilium naturaliter cognoſcere poſſe. Ea autem omnia, quæ Angeli cognoſcere cupiunt, neque componendo, neque diuidendo, neque diſcurrendo, ſed ſimplici quodam intuitu, tàm ſubiectum, quàm ea, quæ ſubiecto conueniunt, & ſimiliter principia, & concluſiones cognoſcunt. Sic enim D. Dionyſius cap.7. de Diuinis nominibus docuit; quoniam Angeli perfectiori multò hominibus lumine intellectuali præditi, & decorati, hos varios intellectus actus exercere eliminant, vtpotè illorum naturæ minimè neceſſarios. *An Angelus plura ſimul cognoſcat. Soto. Ariminenſis. Durandus.* Vndè inferimus Angelum poſſe quamplurima ſimul cognoſcere, & intelligere, vt benè intellexit etiam Dominicus Soto lib.1. Poſteriorum, quæſt.1. Gregorius Ariminenſis in 1.diſt.1.quæſt.1. art.3. & Durandus in 2.diſt.3.q.8. Et ſi poſſunt ſimul multa viſu conſpici, cùr non etiam mente concipi?

Apoſtrophe. Immò, cum hæc omnia vos beatæ Mentes efficere poſſitis, humillimè precamur, vt mortalium fragilitatis conſciæ, & miſeriarum, noſtra animi pia ſenſa, noſtra vota, noſtraſq. preces velitis mente concipere, ac illa antè Dei pedes, & tribunal proſtratæ offerre, vt nos benignè è celſiſſimo ſolio reſpiciendo, vitam in hac vitâ tranquillam, & poſt hanc beatam, & felicem largiatur.

MEM-

MEMBRVM QVARTVM.

De Medicina Theorica.

Medicina inuentores. Ficinus. Serenus.

VT ab huius origine exordiamur, Græci tradunt Aeſculapium in Medicinâ ab Apolline patre inſtitutum, filios ſuos poſteà eamdem docuiſſe, artemq́; ipſam diuinis auſpicijs, vt Ficinus libro de Vitâ cælitùs comparandâ, teſtatur, incepiſſe, & ſucceſſione quadam hereditariâ à parentibus propagatam ſemper ad liberos ad Hippocratem Coum vſque, qui ex Aeſculapio oriundus fuit, perueniſſe. Antiquitas porrò Aeſculapium Apollinis filium inuentotem arbitrata eſt, quem fabuloſè dicebat à mortuis Hippolytum, & Androgeum Minois liberos ab Athenienſibus occiſos, ſuſcitaſſe, cui Q. Serenus Samonicus alluſiſſe videtur.

Tuq́; potens artis, reduces qui tradere vitas
Noſti, atque in cælos manes reuocare ſepultos;
Qui colis Aegeas, qui Pergama, quiq́; Epidaurum.

Propertius.

Neque verò à Sereno diſſentire videtur Propertius, dum canit.

Et Deus extinctum Cretis Epidaurius herbis,
Reſtituit patrijs Androgeona focis.

Clemens Alexandrinus. Patritius. Soranus Epheſius. Ouidius.

Clemens autem Alexandrinus lib. 1. Strommatum, & Franciſcus Patritius lib. 2. de Repub. cap. 3. ex aliorum ſententiâ arbitrantur Apim Aegyptium indigenam, priuſquam Io veniret in Aegyptum, Medicinæ inuentorem exſtitiſſe, Aeſculapium poſteà artem amplificaſſe. Quòd idem confirmat Soranus Epheſius, dum aſſerit medicinam Apollinem quidem inueniſſe, amplificaſſe Aeſculapium, Hippocratem perfeciſſe. Et quòd Apollo eam inuenerit, videtur Ouidius lib. 1. Metamorphoſeos arbitrari.

Digitized by Google

Inuentum medicina meum eſt, opifexq́; per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Tacemus Aeſchylum, qui Prometheum inuentorem conſtituit; Silemus Chironem Centaurum Saturni, & Phyllirae filium, Achil-*Plinius.* liſq; præceptorem, quem Plinio teſte lib. 7. ob magnam plantarum, herbarumq; cognitionem, quam habuit, Medicinæ auctorem fuiſſe exiſtimat; prætterimus ceteros, quorum nemini medicinæ inuentionem tribuimus. Certum enim credimus Medicinæ originem à primo mortalium parente ad poſteros fluxiſſe, cui rerum omnium qualitates, vireſq; ſic innotuerant, vt conuenientia cuiuis naturæ nomina inderet.

Verus Medicinæ auctor. *Methodici.* Verùm veteres, non ſolùm Medicinæ exordia varij varia ſibi adſcripsêre, ſed etiam in ratione eius tradendâ variârunt, & varia quoque ipſius principia, parteſq; conſtituerunt. Nam Methodici, quorũ Princeps fuit Themiſon, cum particulares omnes effectus redegiſsēt ad duos generales, Aſtrictum, & Laxum, curationes quoque adhibuiſſent vniuerſas ad aſtrictionem eorum, quæ eſſent laxa, & laxationem *Rationales.* eorum, quæ eſſent aſtricta, abditas morborum cauſas, quas Rationa-*Empirici.* les indagabant in primis, & experimenta reſpuiſſent, quæ Empirici potiſſimùm ſpectabant, diuerſam ab vtriſque ſectam inſtituerunt, vt *Galenus.* Galenus libro de Sectis, Iſagogico præcipuè, & Sextus Pirrhonius, *Pirrhonius.* qui Empirica ſcripſit, tradiderunt. At Empirici ſub Philino Coo inter quos principem locum obtinebant, Aeſculapius, iuxtà Iſidorum, Creon, ſiue Acreon, & Serapion iuxtà Pliniũ, & qui hũc ſequuti ſunt, Glaucias, Heraclides Tarentinus, & duo Apollonij, Menodorus, & Sextus Afer, vſu contenti eorum, quæ aliàs obſeruaſſent, medicinam à Methodicis, Rationalibusq; dirimerunt. Quæ res fecit, vt multis *Plinius.* ſæculis pannoſa, atque lacera Medicina conſpecta fuerit, vt Plinius lib. 28. c. 2. & 3. fatetur. Hippocrates igitur Cous, cum eam reſarciuiſſet, ac methodo rationali vniuerſalia præcepta ſtabiliuiſſet, inſigniores ferè omnes Rationalem medicinam coluêre, Diocles Caryſtius, *Eraſiſtratus cuius filius.* Praxagoras, Chryſippus Sophiſta, Eraſiſtratus ex Ariſtotelis filiâ genitus, & reliqui donec poſt ſexcentum propemodùm annos Hippocraticam doctrinam, & methodum, Galenus Pergamenus ex ſquallore, & tenebris erexerit, & in doctorum lucem euexerit.

Quòd ſi Galenus demortuam quaſi Medicinam è tumulo rediniuam prodire fecerit, certè eam mirò antea, & poſt ſplẽdore varij Re-*Reges Medici.* ges exornârunt. Sabor enim, & Gyges Medorum reges, Sabid Arabum rex, Mithridates Ponti, Hermes Aegypti, Meſues regis Damaſci nepos, & Auicennas Cordubæ princeps, claris radijs ab ipſis excultam, & illuſtratam poſteritati tranſmiſerunt.

Porrò

Porrò Medicinam eſſe ſcientiā, cùm Herophilus, qui eā ſalubriū, & inſalubrium, & neutrorum ſcientiam nominauit, tùm obiectum, quod habet rerum naturalium cauſas, quæ à Medicis in eum finem diriguntur, quem Medicina ſibi proponit, cuius ratione eſt Phyſicæ ſcientiæ coniunctiſſima, ideoq. ſcientiæ nomine dignā, cōprobārunt. Plato tamen in Georgiā hanc artem conſtituit, eò quòd curam, & naturam conſideret, & cauſam eorum, quæ facit, ſingulorumq. horum rationem reddere poſſit. Et Herodotus Introductorij Medicinalis auctor, vult grauiter errare eos, qui Medicinam eſſe ſcientiam contendunt, cui Ioannes Fernelius in Proœmio, Hippocrates in ſuis diebus Decretorijs, & Auerroes cap. 6. Collectaneorum aſſentire videntur, qui artem ratione factiuam, & experimento inuentam, quæ, & ſanitatem tuetur, & morbum depellit, compellārunt. Nos autem cū diſtinctione, & artem, & ſcientiam eſſe Medicinam dicimus. Et quidem, cùm duplex medicina ſit, Theoricam, ſcientiam, Practicam artem eſſe opinamur.

An Medicina ſit ſciētia. — Plato. — Herodotus. — Fernelius. — Auerroes.

Huius verò principia ſunt ea, quæ Phyſicæ, vt etiam Alexander Aphrodiſiēſis libro de Senſu, & Senſili voluit: Finis, & Alberti Magni 1. Ethic. & reliquorum conſenſu, eſt Sanitas; Officium M. Antonius Natta lib. 5. de Pulchro, declarat, vbi ait medicos bonos dare operā, vt ægrotantibus proſint, ſi queant, ſi nequeant, vlteriorem ſaltem prohibeant lapſum. Verùm innumeri penè ſunt nomine dumtaxat vmbratili, medici, qui neque doctrinā, neque experiētiā valētes, ægrotos adeūt, & nō congruis modo pharmacis interimūt, & non tā ęgrotorū, quā ſuorum loculorum curā gerunt, contrà quos Plato mirabundus in Critone exclamauit, Soli Medico occidiſſe hominē impunitas eſt. Aliqui verò, etſi doctrinā, & ingenio polleant: ſunt tamē ita gloriæ ſpiritu tumidi, vt ſe inſtar Numinis alicuius coli exoptent, vt Menecrates ille Syracuſanus Medicus, qui quandoque ad Ageſilaū Spartę Regem ſcripſiſſe dicitur, Menecrates Iupiter, Ageſilao Regi ſalutē; & is, cùm videret medicum cerebro laborare, & Elleboro indigere, reſpondiſſe legitur; Ageſilaus, Menecrati, ſanitatem.

Medicinæ principia. — Aphrodſiēſis. — Medicinæ finis. — Albertus. — Medicinæ officium. — Natta. — Deteſtatio. — Plato.

Hæc de ineruditis potiùs, quàm doctis Medicis dicta ſint. Docti enim, & præmio, & pretio amplo ſunt digniſſimi. Nam ij Medicinæ baſim in Logicā conſtituunt ob diſcurſum, & ratiocinium, quod de morbi qualitate, ægroti temperaturā, & pharmacis adhibendis inſtituunt; in Oratoria ob elegantem, & concinnam perſuaſionem, quâ ægrotum, vt pocula ſumat, quæ naturā aborremus, inducunt; in Arithmeticā quandò variarum febrium dies, varias itidem horas, & momenta, quibus corripere morboſos ſolent, ennumerant, & obſeruant; in Muſicā, quæ Theophraſto, & M. Varrone aſſerentibus, Ipſiadem, & Podagram curat; in Geometriā, menſurando arteriarum, venarum-

Acutè. — Medici officium. — Theophraſtus. — Varro.

venarum q; pulſus, & cordis motum; in Aſtrologiâ, quando Lunæ varias facies,& temporum aptorum, ineptorumq; pro venæ inciſione,& liquoribus adhibendis, ſumendisq; contemplantur; in Theologiâ denique veluti in arce tutiſſimâ medicinæ, quando iuxtà Decretum Sacri Concilij Tridentini ab omnibus Medicis obſeruandum, infirmo in memoriam reuocant, & hortantur, vt ſe ſanctiſſimo Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramento Medicaminum omnium principe ſummo,præſtantiſſimoq; refocillent, & corroborent;ad quod præſtãdum teneri medicos inter reliquos Nauarrus etiam in Enchiridio Confeſſariorum,cap.25.nu.60.vſque ad 64.& Baptiſta Codronchius, qui de Chriſtianâ,ac tutâ medendi ratione egit, ſcriptum reliquerunt. Quæ profectò præſtabit Medicos prælegiſſe; cum ibi tamquam in terſo,& mundo à næuis ſpeculo,quid agere,quid euitare debeant,quid ægrotanti, ſibiq; conſulere,intueri poſſint.

Nauarrus. Codrõchius.

Ceterum à Patritio lib.2.de Repub. vniuerſa Medicina in ternas partes diſtributa eſt, quæ Victu nimirùm, quæ Medicamentis, quæ Manu curat corpora, & ideò illa Diœtica,cuius princeps præ ceteris exſtitit Aſclepiades, qui ſublato magna ex parte pharmacorum vſu, totam Medicinæ artem ad victus rationem,ad quantitatem,& naturam ciborum, obſoniorumq; condimenta reduxit; ſequens Pharmaceutica, tertia Chirurgia, cuius inuentorem Clemens Alexandrinus, Mizraim Caini liberum, & Cornelius Celſus, Apim Aegypti Regẽ, conſtituunt. Sub hac porrò Anatomia ſua inſignia exercere videtur, quæ eſt recta membrorum corporis humani diuiſio. His addi quoque poteſt Veterenaria, quæ brutorum morbis mederi conſueuit,de quâ inter ceteros ex veteribus Scriptoribus Ioannes Ruellus volumen deſumptum conflauit. Sunt aliæ etiam Medicinæ partitiones,quæ à ſubiectâ materiâ, à ſalubribus ſcilicet cauſis, ſignis, corporibus,fluere videntur, quorum ambitu omnia artis Theoremata comprehenduntur, quæ ipſa rurſus diſtinguuntur ſecundum cauſas, & Theoremata alia ſpectantia ad Medicinæ materiam, ad corpus videlicet humanum, quæ Phyſiologica; ad formam, nempè ſalubritatem, & inſalubritatem, quæ Patologica; ad efficientem, hoc eſt inſtrumenta ſalubritatis, & inſalubritatis, quæ Aipologica; ad finem poſitum partim in cognitione per ſigna, quæ ideò Simiotica; partim in operatione,quæ Terapractica à Græcis appellantur:

Patritius. Medicina partes. Diœtica. Pharmaceutica. Chirurgia. Anatomia. Veterenaria Ruellus. Phyſiologica. Patologica. Aipologica. Simiotica. Terapractica.

Verùm enim verò,morborum ſunt variæ ſpecies,& nomina. Nam alij ſunt, qui ab Hippocrate morbi Diuini dicuntur, quorum meminit in libro de Aëre, Locis, & Aquis, vbi de Scythis, quos dixit eſſe Eunuchos, & muliebria officia obire, loquebatur, quo in loco ſecretam quamdam,& homini incognitam cæleſtem rationem intellexit; alij Sacri, de quibus extat liber falsò ipſi adſcriptus, Scaligero, &

Morborum ſpecies.

Mercu-

Mercuriali teſtibus, quò quibuſdam luſtrationibus,& Magicis incantamentis horum affectionem impij, potiùs Magi,quàm Medici abducere tentabant; alij ſunt Hippocrati Communes; alij ſparſim graſſantes. Et Communes quidem, cum omnes, aut plerique vtriuſque ſexus eodem morbi genere capiuntur; Sparſi, cùm varij homines, varijs morbis corripiuntur. Atqui Communes,aut regionis, vrbiſq; naturam ſequuntur, & ab Hippocrate lib. de Aëre, locis, & Aquis Endimici,à nobis Patrij; aut aliam cauſam comitantur,& ab eodem in libro de Morbis,Epidemici, à nobis Populares dici poſſunt.

Verè populares ſunt animorum noſtrorum morbi, qui non vnam domum, gentemq; non vnam vrbem, regionemq; ſed ipſam populorum omnium vniuerſitatem plurimis, turpiſſimiſq; næuis inficiũt, infectam deprimunt, & vitiorum cumulo, tumuloq; cooperiunt, nè virtutum radios, nè cæli ſplendorem, & aſtrorum illius deprauati flagitijs oculi, intueri poſſint.

Apoſtrophe. At tu ſumme animorum noſtrorum Medice, à corde paſſionum tumultus depelle, vt pacati virtutum calles ſequamur; ab ore vocis raucedinem abſterge, vt ſonorâ voce te laudemus; à mente multiplices, nigerrimaſq; peccatorum infuſas caligines aurâ diuini Peneumatis exſuffla, vt redditâ noſtræ menti ſerenitate,& ſanitate, te in cæleſti regiâ videre, tecumq; habitare in æternum valeamus.

MEM-

MEMBRVM QVINTVM.

De Ethica.

Ethicæ finis

NATVRAE ordo exigere videtur,vt Corporum Medicinã abſolutã,cuius anima Philoſophia eſt,Animorum Medicina ſequatur, cuius anima Virtus eſt. Etenim Ethicæ inſtitutum, ac finis eſt,vt honeſtè viuendi rationem doceat,morum probitate informet,quid honeſtum,quid turpe, quid amplectendum, fugiendumuè ſit,demonſtret,vt benè, beateq; viuendo ad felicem vitæ ſtatum curru quodam triumphali ex domitis vitiorum monſtris transuehi poſſimus. *Ethicæ obiectum.* At Obiectum huius Moralis Philoſophiæ ſunt Virtutes in Homine,vt liberè,& voluntariè agit ille propter finem,& vt poteſt bonis moribus excoli, humanamq; felicitatem adipiſci. Huius *Ethicæ inuentor. Xenophon. Tullius.* porrò inuentor,vt hic Adamum prætereamus, qui hanc à Deo infuſam habuit Socrates fuiſſe dicitur, vt Xenophon libro de eius dictis, & Tullius lib.1.Academicarum quęſt.teſtantur,qui hoc philoſophandi ſtudium ad componendam vitam è cælo euocauit, & in vrbibus, domibusq; collocauit. Ethica autem de rectâ morum honeſtorum compoſitione,&de animi virtutibus ità differit,vt tamen in ijs felicitas non conſtituat,vt probe Gregorius Nazianzenus libro de Paupertate amandâ credidit; *Nazianzenus.* cùm illæ ſint quædam regia, & ampla via, quâ nos ad felicitatem tecti,tutiq; perducimur.

Et cum Moralis Philoſophiæ inſtitutum ſit, hominem ad felicitatem perducere, quæ eſt bonum quoddam, & vltimus humanæ vitæ finis,non erit diſſonum, ſi veterum illorum de Bono, & Fœlicitate, *Felicitas in quibus conſiſtat.* ſententias recenſerimus. Equidem,Ariſtippus,Epicurus, Eudoxus, Cyrenaici,& Philoxenus eam in voluptate collocarunt;Caliphones, & Demomachus eam in Honeſtate voluptati adiunctam conſtituerunt;Carneades,& Hieronymus Gordianus in rebus à naturâ primo genitis poſuerunt; Diodorus in Augmento; Theophraſtus in Fortunâ; Alcidamus, Herilus, & Socratici in Scientiâ: Thiberini populi, teſte Apollonio, & Pomponio, in Laſciuiâ, & Riſu; Plato, &Plotinus

nus in Vnione; Bianes Prienus in ſapientiâ; Bion, & Boriſthenes in Prudentiâ; & Thales Mileſius in harum connexione; Pittacus Miteleneus in Bonis operibus; Tullius in Libertate, & Periander Corinthius,& cum ipſo Lycophanes in Potentiâ, Ocio, Diuitijs, Bonâ valetudine, & Honoribus ſummum bonum ſtatuêre. His melius profectò Pythagoras, Socrates, Ariſtones, Empedocles, Cleantes, Democritus, Dionyſius Babylonicus, Antiſthenes, Hecaton, Poſſidonius, Zeno,& Stoici, qui felicitatem non in externis corporis operationibus, ſed in animi virtutibus conſtituêre. Horum ſententiæ etiã Ariſtoteles lib.1.Ethic.c.7.lib.2. Magn. Moral. cap.10.& lib.2. Polit. *Ariſtot.* cap.3.ſubſcripſit.

Cum Virtutes autem variæ ſint,& multæ; ideò varij variè in principe ſtatuendâ ſenſêre. Siquidem Arnobius, Lactantius, & Macrobius Platonem ſequuti in libris de Republicâ, Iuſtitiam ſtatuerunt; Temperantiam alij; alij Pietatem, & alij aliam virtutem principè *Quæ ſit princeps Virtus.* induxerunt. At nos iuxtà diuina Oracula, & D. Pauli teſtimonium, Charitatem principem virtutem eſſe dicimus, ſinè quâ ceteræ, vmbræ videntur mortuæ.

Porrò Bonum, Ariſtoteles lib.1.Ethic.cap.1. ſcribit eſſe id, quod *Ariſtot.* *Quid ſit Bonum.* omnia appetunt; quod fieri poteſt appetitu innato, aut elicito, ſenſitiuo, aut naturali, vel denique intellectiuo. Felicitas verò, ſiuè Beatitudo, nil aliud eſt, quàm Summum hominis bonum; vel, vt Boetius *Quid ſit felicitas.* 3. de Conſolatione definiuit Status bonorum omnium aggregatione perfectus. Sed Ioannes Picus Comes Mirandulanus in Proemio *Boetius.* libri 7. Neptali nobis aliam definitionem inſinuat, nempè, Felicitas *Picus.* eſt reditus vniuſcuiuſque rei ad ſuum principium. Verùm, quia neque omnis res capax felicitatis eſt, neque omne, quod ad ſuum principium, vel phyſicum, vel morale reuertitur, felix eſt; ideò fortè melius dicere poſſumus, felicitatem eſſe reditum vniuſcuiuſque hominis virtuoſi ad ſuum principiũ. Felicitas enim, vt ex hac Sorite apparet, eſt ſummum bonum, ſummum bonum id eſt, quod omnia appetunt, & quod omnia appetunt, id ipſum eſt, quod omnium eſt principium; idem igitur finis omnium, quod omnium principiũ Deus, Vnus, Bonus. Vndè binæ illæ pcipuæ appellationes apud Pythagoricos emergunt, Vnum ſcilicet,& Bonum. Et vnũ quidem cognominatur, quâ omniũ eſt principiũ, vt Vnitas principiũ eſt totius numeri: Bonũ verò quâ omniũ finis, omniũ quies,& abſoluta felicitas eſt. Quæ ſententia etiam D.Thomæ 3.contrà Gentes, c.25.& 26.adſcribi poſſet, aſſerenti Beatitudinem eſſe vltimi finis adeptionem,& poſſeſſionem. *Thomas.*

Naturalem porrò huius vitæ felicitatem duplicem eſſe, Ariſtoteles *Duplex felicitas.* Ethic.10.c.7.docet; vnam Practicam, quæ vitæ Practicæ finis eſt; alteram Contemplatiuam, quæ vitæ Contemplatiuæ eſt quoque finis. *Ariſtot.*

Atque

Alia felicitatis definitio.

Atque hinc ille Ethic.1.c.7. definiuit felicitatem eſſe operationem animæ per rationem,ſiue intellectum,aut non ſinè ratione,ſecundùm virtutem in vitá perfectá. Ex qua eruebant Stoici hominem, nec felicem,nec ſapientem eſſe,in quem paſſiones caderent,illumq́; verè ſapientem,& felicem exiſtimandum,qui animi paſſionibus,qui animorum quidam morbi ſunt,omni ex parte vacaret.At cum paſſiones hæ naturaliter mortalibus etiam obueniant ijs,qui ſapientiæ fulgoribus corruſcant,& multiplici virtutum ornamento refulgent, non poſſumus negare tales ſapientes non eſſe,& eò magis,ſi ij Rationem dominam præfecerint, quæ paſſionum motus,atque fluctus compeſcat,in puppi ſedeat, clauũq́. rationis teneat,nè hæc noſtra nauis in vitiorũ ſcopulos deferatur,frangaturq́. Qui ergò has paſſiones rationi ſubmiſerit,aut ablegauerit,Virtuoſi nomen meritò ſortietur.

Svpiens eſt etiam paſſionibus ſubiectus.

Virtus quid ſit. Ariſtot.

Virtus porrò,vt cùm Intellectualem, tùm Infuſam comprehendamus,eſt Habitus operatiuus boni. Moralis autem , apud Ariſt. lib.2. Ethic.c.6.eſt Habitus electiuus in mediocritate conſiſtens eá, quæ ad nos eſt definitá ratione, & vt ipſe prudens definiuerit. Verùm enim verò,nunc de ſingulis virtutibus aliquid curſim in medium proferamus. Ac Prudentia quidem primas in primá acie ſeſe offert, quæ in intellectu,veluti domicilio reſidet,& reliquas virtutes moderatur.Et hinc eſt,quod D.Greg.lib.2.in Ezechielẽ, Hom.22.aſſerit alias virtutes,quæ agunt,niſi prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſe. Quòd idem Plato ſenſit,quandò omnes virtutes ad hanc vnam reuocauit. Prudentia igitur Ariſt.Ethic.6.c.5.eſt Habitus agendi rectá cũ ratione,circà ea,quę homini bona,aut mala ſunt.Et huius actus,Tres Ariſt.6.Ethic.c.9.& 10.conſtituit. Primum,Conſultare, & inquirere media, vt fine conſtituto ad quem quis aſſequendum contendit, voluntas intellectum moueat, vt inueſtiget media ad illum conſequendum idonea;Secundum, Iudicare, quæ nam è medijs inuentis ad finem obtinendum magis conducant;Tertium, Imperare, vt ea, quæ adepta,& iudicata ſunt, exequutioni mandentur ab intellectu dirigẽte,mouenteq́. voluntatem. Partes verò Prudentiæ , quæ ad perfectũ illius actũ concurrunt,Octo à D.Th.in 2.2.q.48.numerantur, ſcilicet Memoria,quę eſt pręteritorũ cognitio;Intelligẽtia pręſentiũ,ſiuè ea cõtingentia,ſiuè neceſſaria ſint:Docilitas,quę eſt cognitionis acquiſitio per diſciplinã.Solertia,quę eſt repentina mediorum excogitatio. Ratio,quæ eſt cognitionis vſus, quo mens ex quibuſdam antea cognitis,ad alia cognoſcenda,& iudicanda aduolat.

Prudentia.

Gregor.

Prudentia quid ſit.

Prudentiæ actus.

Ariſtot.

Prudentiæ partes.

Thomas.

Memoria.

Intelligẽtia

Docilitas.

Solertia.

Ratio.

Prudentia.

Circumſpectio.

Cautio.

Hæc autẽ,vt rectè progrediatur,& imperet, Prouidentiá indiget, vt res futuras ad finem obtinendum diſponat;Circũſpectione,vt negociorũ circũſtantias cautè,& diligenter attendat;Cautione demum vt impedimenta , quæ accidere poſſunt , euitet , & remoueat.

Partes

Partes verò, quas ſubiectas coërcet Prudentia, quinque exiſtunt; Prudentia nempè Monaſtica, quâ prudenter quis ſe ſolum ipſum gubernat; Oeconomica, quâ familiæ, domuíq. curam gerit; Militaris, quâ militum multitudini imperat; Regalis Politice, denique quâ Princeps ſubditos moderatur, illiq. Principi auſcultant. Et Prudentiæ potentiales partes tres numerantur, Eubolia, quæ eſt ad media inuenienda, facilè accommodata prudentia; Syneſis, quæ benè iudicat de ijs, quæ lege aliquâ definita ſunt; Gnome tandem, quæ iudicium de ijs fert, quæ non ſunt aliquâ lege deciſa, & tamen ſub praxin ſæpiùs cadunt. *Prudentia Monaſtica. Prudentia Oeconomica. Prudentia Militaris. Prudentia Regalis. Eubolia. Syneſis. Gnome.*

Nunc ad Iuſtitiam virtutem ſimpliciter moralem in voluntate conſiſtentem tranſeamus, quæ ſuum cuique Ius tribuit. Ius verò iuxta Ariſtotelem Ethicor. 5. capite 2. eſt quid iuſtum, & rectum, quod aliud eſt Naturale, quod eamdem vim poſſidet; aliud Poſitiuum, ſeu legitimum, quod quà tale eſt, non ex ipſâ naturâ, ſed ex conſtitutione aliquâ dependet. Reliquas autem Iuris partitiones inferius explicabimus. Integrantes autem Iuſtitiæ partes generaliter loquendo duæ ſunt, vt D. Thomas in 2. 2. quæſtione 79. artic. 1. tradit, nimirum, Facere bonum: Declinare à malo. Et quidem Facere bonum, eſt æqualitatem ſeruare in ijs, quæ ad alterum ſpectant: Declinare autem à malo, eſt æqualitatem non corrumpere. Subiectæ verò Iuſtitiæ partes, sũt Iuſtitia legalis, quâ Principis, & Reipublicæ bonum commune ſpectatur, & Iuſtitia Particularis, quâ bonum particulare obſeruatur. Rurſus diuiditur Iuſtitia in Diſtributiuam, quæ in rectè diſtribuendo verſatur, quæq. Remuneratiuam coërcet, quæ honores, magiſtratus, munera, beneficia, & huiuſmodi plurima pro cuiusque dignitate, & meritis ſecundùm Geometricam proportionem iubet diſpenſare; Punitiuam, quæ ſimiliter nocentes, vt par eſt, ſupplicijs affici mandat: & in Commutatiuam, quâ quiſque in commutationibus ſuum cuique iuxtà Arithmeticam proportionem reddendo rectè ſe continet. Ex hac porrò, duodecim Iuſtitiæ iſtius actus exſurgunt; nimirũ Emptio, & Venditio, deindè Nudus vſus, quo quis non fruendi, ſed tantum vtendi rebus alicuius, ſaluá earum ſubſtantiâ, ius obtinet; Vſusfructus, quo quis ius vtendi, & fruendi rebus alicuius habet, ſaluâ earum ſubſtantiâ, vt ex ff. de vſufruct. & Inſtit. eod. titulo apparet; Locatio, quæ eſt acceptio rerum, quas, & reddere tenetur locator, & pro earum vſu ſatisfacere. Conductio eſt etiàm rerum acceptio, quas reſtituere tenetur is, qui eas pretio vtendas accepit. Depoſitum, quo res non ad vſum, ſed ad conſeruationem traditur. Pignoris acceptio, eſt, cum res, non ad vſum, ſed ad reſtitutionem, poſt ſolutum *Iuſtitia quid ſit. Ariſtot. Ius quid ſit. Ius Naturale. Ius legitimum. Thom. Iuſtitia Legalis. Iuſtitia Particularis. Iuſtitia Diſtributiua. Iuſtitia Remuneratiua. Iuſtitia Punitiua. Iuſtitia Cõmutatiua. Emptio. Venditio. Nudus vſus. Vſusfructus. Locatio. Conductio. Depoſitum. Pignus.*

Fideiuſſio. ab altero pignoris nummum, accipitur, fideiuſſio eſt, cum ſit pro-
Promiſſio. miſſio ſoluendi pro alio, ſi ille non ſoluerit; Promiſſio ſimplex eſt,
Stipulatio. quâ aliquid alicui ſinè aliquâ petitione promittitur. Stipulatio eſt,
Tranſactio. quâ aliquid præcedente promiſſione, pollicemur; Tranſactio denique eſt concors, & mutuus circà rem litigioſam inter plures aſſenſus.

Iam verò potentiales Iuſtitiæ partes, hæ potiſſimùm recenſentur,
Religio. Religio quâ quis rectè afficitur ad Deum colendum, ac veneran-
Deuotio. dum, cuius interni actus, eſt Deuotio, quæ eſt voluntatis actus promptè ad ea præſtanda, quæ ad Dei cultum, & gloriam pertinent, &
Oratio. Oratio, quæ eſt decencium à Deo petitio. Interni verò ſex exiſtunt
Adoratio. Adoratio, quâ non ſolum mente, ſed externâ etiam corporis ſigni-
Sacrificiũ. ficatione Deo reuerentiam exhibemus; Sacrificium, quo Deo aliquid exteriùs offerimus ad eum, & placandum, & ad nos eius im-
Votum. perio ſubditos eſſe, profitendum; Votum quo deliberata, de bono
Iuramentũ. aliquo, Deo fit promiſſio; Iuramentum, quo Deum, vt teſtem
Adoratio. in alicuius rei confirmationem, aſſumimus: Adiuratio, eſt diuini nominis inuocatio, quâ quempiam deprecando, aut compellendo ad ali
Laus. quid faciendum, vel omittendum inducimus; Laus demùm eſt diuini nominis in vocali cantu aſſumptio.

Etenim, cum Pietas Religionis quædam comes ſit, eam, & ipſius
Pietas quid ſit. quaſi ſocias in medium adducemus. Pietas igitur eſt, quâ ſanguine nobis coniunctis, ac patriæ beneuolis, officia, & cultum exhibemus;
Obſeruãtia. Obſeruantia, quâ dignitate præſtantibus honorem deferimus; Obe-
Obedientia. dientia, quâ promptè, & voluntariè ſuperioris præcepta exequimur;
Veritas. Veritas, quâ quiſque qualis verè in ſe eſt, talem ſe verbis, atque factis
Gratitudo. oſtendit; Gratitudo, quâ ijs, qui de nobis benè meriti ſunt, gratiam non ſolùm habemus, & agimus, ſed etiàm, cum poſſumus, referimus;
Liberalitas Liberalitas, quâ quis pecunias, atque alia huiuſmodi ĩ vſus ſibi, aliiſq.
Affabilitas. bonos, deſtribuit; Affabilitas, quâ quis in communi hominum cõſuetudine, & congreſſu prudẽter ſe gerit, ſtudetq. omnibus benignè ob-
Amicitia. ſequi; Amicitia denique eſt, quâ aliqui mutuâ, apertâq. beneuolentiâ ſeſe amplectuntur, & reciprocis bonis afficiuntur.

Fortitudo. Nunc ad Fortitudinem gradum faciamus, quam Ariſtoteles lib. 2.
Fortitudinis actus. Eth. cap. 7. vult mediocritatem eſſe circà metum, & audaciam, huiuſq. actus Suſtinere, & Aggredi exiſtunt. Nàm, cùm Fortitudo circà Audaciam, & Timorem verſetur; hunc amandat ſuſtinendo, illam aggrediendo moderatur. Inter particulares vero Fortitudinis actus,
Martyriũ. principem locum Martyrium obtinet, quod animum in bono Fidei, & Religionis contrà cruciatuum, mortiſq. timorem confirmat. Sed
Magnanimitas. integrantes Fortitudinis partes, eſt Magnanimitas, quâ quis parato, prom-

Digitized by Google

promptoq. animo ad res arduas,difficileſq. aggrediendas ſe exhibet; Magnificentia eſt rerum magnarum,excelſarumq. cum animi amplâ quadam, & ſplendidâ propoſitione agitatio, & adminiſtratio; *Magnificẽtia.* Patientia eſt,teſte Tullio lib.2. de Iuuentute, honeſtatis, vel vtilitatis causâ rerum arduarum,ac difficilium voluntaria,& diuturna perpeſſio. *Patientia.* Huius comes eſt Longanimitas, quâ res magnas, quæ procul à nobis ſunt, ſperamus; *Longanimitas.* Perſeuerantia eſt in ratione benè conſideratâ ſtabilis, & perpetua permanſio, cui adnectere poſſumus Conſtantiam, quæ difficultati ex aliquo impedimento externo proficiſcenti, reſiſtit. *Perſeuerantia. Conſtantia.*

Iam Temperantiam inſpiciamus, quæ circà voluptates ſenſuum occupatur, & odores moderandos verſatur, vt Ariſtoteles 3. Ethic. cap.10.prodidit. *Tẽperãtia.* Partes huius integrantes sũt Verecundia, qui eſt dedecoris,& infamiæ quidam metus; *Verecundia* & Honeſtas, quæ eſt excellentia quædam honore digna ob animi pulchritudinem, quæ indecora repellit. *Honeſtas.* Subiectæ autem Temperantiæ partes,sũt Abſtinentia,quæ in ciborum delectatione mediocritatem conſtituit; *Abſtinẽtia.* Sobrietas, quæ delectationes potus cohibet; *Sobrietas.* Caſtitas, quæ Venereas titillationes rationis moderamine refrenat, & hæc vel eſt Virginalis, vel Matrimonialis, vel Vidualis; *Caſtitas. Quotuplex Caſtitas.* Pudicitia denique eſt, quæ voluptates reprimit eas,quæ in Venereorum ſignis reperiuntur. *Pudicitia.* Partes porrò potentiales potiſſimum decem ſunt, Continentia,quâ prauis cupiditatibus ad tactum ſpectantibus reſiſtitur; *Continẽtia.* Manſuetudo, quâ ira temperatur; *Mãſuetudo* Clementia,quâ pœnis modus imponitur; *Clementia.* Miſericordia, quâ alienis inopijs ſubuenitur; *Miſericordia.* Modeſtia, quâ honores nimium ambienti frena imponuntur; *Modeſtia.* Humilitas,quâ hominis cupiditates nè in res magnas, & excelſas tendat, ſed potiùs ad infimas ſe demittat, prohibentur; *Humilitas.* Studioſitas,quâ ſciendi libido refrenatur; *Studioſitas.* Moderatio, quâ corporis motus, geſtuſq. componitur; *Moderatio.* Eutrapelia, quâ ludis, iocíſq. moderamen ſtatuitur; *Eutrapelia.* Ornatus, quo corporis cultui, veſtibuſq. limites deſignantur; *Ornatus.* Simplicitas denique,quâ nimiæ in hiſcè rebus inquirendis, & concinnandis ſollicitudini metæ conſtituuntur. *Simplicitas.*

Ceterùm coronidis loco Charondę Sapientiſſimi Legiſlatoris Leges,quas ille,teſte Diodoro Siculo libro 12. Thurijs edixit ob oculos ponemus. *Charonda leges. Siculus.* Is enim lege ſanxit,vt ſuæ Reipublicæ ciues, diuinum auxilium implorarent,& ad virtutes adipiſcendas, & ad fugienda vitia ſe ſtrenuos præberent, hom ineſq. vitijs deditos arcerent, virtutibus præditos ſectarent: Secunda,ſtudia illa addiſcerent,quæ homines bonos efficiunt: Tertia, vt dicta, & facta turpia fugerent: Quarta, vt honeſtum vtilitati anteponerent: Quinta, vt fortunas quas Deus largitus eſt, in bonos, pioſq. vſus conuerterent: Sexta alteri non fa-

cere, quod ſibi fieri nollet: Septima dicto illo Pythagorico continebatur, ſcilicet, Nè quid nimis; cum Virtus non in extremis, ſed in mediocritate conſiſtat.

Apoſtrophe. O leges ad perennem veſtram memoriam in hominum animis conſignandam adamante, & auro digniſſimas. Vtinàm nos, vtinam has leges Duce Charondâ, Chriſto ſeruaremus, eaſq. affectu, & effectu exſequeremur. Sed quia tu Domine imbecillitatis noſtræ conſcius es, largire, vt quod piâ mente obſecramus, tamdem aliquando conſequamur.

MEMBRVM SEXTVM.

De Iuriſprudentia Practica.

Aduocatio quid ſit.

IVRISPRVDENTIAM cùm in Practicam, tum in Theoricam diuidi, nemo eſt eâ qualicumque, imbutus, qui ambigat. De alterâ inferius, de primâ, quæ ſub Intellectu militat, quæque res forenſes, controuerſiaſq. litigantium pro noſtris, atque curiâ exercet, iàm diſſeremus. Aduocatio igitur non eſt aliud, quàm Cauſidicorum ad opem, fauoremq. coram Iudice ex legibus, diſcurſuq. deſumptum, & Clienti præſtandum, facta coitio, ipſaq; cauſæ defenſio; quam, cum haud benè tueretur Trebatius, ſic ad illum Tullius in Epiſtolis. In re, inquit, militari multò es cautior, quã Aduocationibus. Ex quo etiam videre poſſumus humanum ingenium plerumque eſſe certis quibuſdam limitibus interclusum, & ad hunc, vel illam dumtaxat diſciplinam determinatum, quam ſi neglexerit, incaſſum ferè in ceteris inſudabit. Trebatius certè miles optimus, Aduocatus verò ineptus extitit; & credendum nihilominus eſt ſum ſe in aduocationibus etiam exercuiſſe, quandoquidem in publicum prodibat, vt huic, & illi patrocinaretur, ſed ingenia illa ſunt admodum rara, & peregrina, quæ ad tantas, tamq. varias diſciplinas capeſſendas habilitatem iſtam à Deo accepêre.

Ingenij humani limites.

Procuratori quid ſit. *Vlpianus.* *Gulielm.* *Iaſon.* *Aduocatus quid ſit.* *Barthol.*

At ad propoſitum noſtrum reuertamur. Procuratorem inter, & Aduocatum magnum diſcrimen eſt. Nam Procuratorem, Vlpianus lib. 1. de Procur. & Defen. dicit eſſe illum, qui aliena negotia mandato domini ſui adminiſtrat. Gulielmus verò in ſuo Speculo, Rubr. de Salar. & Iaſon ibidem Iuriſperiti volunt Aduocatum eſſe illum, qui cauſas, liteſq; ratione, & diſcurſu coram Iudice tuetur. Quod ſi ità eſt; Procuratoris profectò nomen ſatis humile, Aduocati autem nobile cenſendum eſt. Atque hinc Bartholus in C. tit. de Decur. & gl. mag. in eod. tit. de Tabul. lib. 10. in l. gener. Aduocatos à Procuratoris officio, cum abiectum ſit, arcere videntur; ipſorum verò laude, & honore dignum exiſtimant. In C. enim tit. de off. Ciuil. Iudic. l. 1. & in ff.

Digitized by Google

cere, quod ſibi fieri nollet: Septima dicto illo Pythagorico continebatur, ſcilicet, Nè quid nimis; cum Virtus non in extremis, ſed in mediocritate conſiſtat.

Apoſtrophe. O leges ad perennem veſtram memoriam in hominum animis conſignandam adamante, & auro digniſſimas. Vtinàm nos, vtinam has leges Duce Charondâ, Chriſto ſeruaremus, eaſq. affectu, & effectu exſequeremur. Sed quia tu Domine imbecillitatis noſtræ conſcius es, largire, vt quod piâ mente obſecramus, tamdem aliquando conſequamur.

Digitized by Google

MEMBRVM
SEXTVM.
De Iuriſprudentia Practica.

Aduocatio quid ſit.

IVRISPRVDENTIAM cùm in Practicam, tum in Theoricam diuidi, nemo eſt eâ qualicumque, imbutus, qui ambigat. De alterâ inferius, de primâ, quæ ſub Intellectu militat, quæque res forenſes, controuerſiaſq. litigantium pro noſtris, atque curiâ exercet, iàm diſſeremus. Aduocatio igitur non eſt aliud, quàm Cauſidicorum ad opem, fauoremq. coram Iudice ex legibus, diſcurſuq. deſumptum, & Clienti præſtandum, facta coitio, ipſaq; cauſæ defenſio, quam, cum haud benè tueretur Trebatius, ſic ad illum Tullius in Epiſtolis. In re, inquit, militari multò es cautior, quã in Aduocationibus. Ex quo etiam videre poſſumus humanum ingenium plerumque eſſe certis quibuſdam limitibus interclusum, & ad hanc, vel illam dumtaxat diſciplinam determinatum, quam ſi neglexerit, incaſſum ferè in ceteris inſudabit. Trebatius certè miles optimus, Aduocatus verò ineptus extitit; & credendum nihilominus eſt ipſum ſe in aduocationibus etiam exercuiſſe, quandoquidem in publicum prodibat, vt huic, & illi patrocinaretur, ſed ingenia illa ſunt admodum rara, & peregrina, quæ ad tantas, tamq. varias diſciplinas capeſſendas habilitatem iſtam à Deo accepêre.

Ingenij humani limites.

Procuratori quid ſit. Vlpianus. Gulielm. Iaſon. Aduocatus quid ſit. Barthol.

At ad propoſitum noſtrum reuertamur. Procuratorem inter, & Aduocatum magnum diſcrimen eſt. Nam Procuratorem, Vlpianus lib. 1. de Procur. & Defen. dicit eſſe illum, qui aliena negotia mandato domini ſui adminiſtrat. Gulielmus verò in ſuo Speculo, Rubr. de Salar. & Iaſon ibidem Iuriſperiti volunt Aduocatum eſſe illum, qui cauſas, liteſq; ratione, & diſcurſu coram Iudice tuetur. Quod ſi ità eſt, Procuratoris profectò nomen ſatis humile, Aduocati autem nobile cenſendum eſt. Atque hinc Bartholus in C. tit. de Decur. & gl. mag. in eod. tit. de Tabul. lib. 10. in l. gener. Aduocatos à Procuratoris officio, cum abiectum ſit, arcere videntur; ipſorum verò laude, & honore dignum exiſtimant. In C. enim tit. de off. Ciuil. Iudic. l. 1. & in ff.

cere, quod ſibi fieri nollet: Septima dicto illo Pythagorico continebatur, ſcilicet, Nè quid nimis; cum Virtus non in extremis, ſed in mediocritate conſiſtat.

Apoſtrophe. O leges ad perennem veſtram memoriam in hominum animis conſignandam adamante, & auro digniſſimas. Vtinàm nos, vtinam has leges Duce Charondâ, Chriſto ſeruaremus, eaſq. affectu, & effectu exſequeremur. Sed quia tu Domine imbecillitatis noſtræ conſcius es, largire, vt quod piâ mente obſecramus, tamdem aliquando conſequamur.

MEM

Digitized by Google

MEMBRVM SEXTVM.

De Iuriſprudentia Practica.

Aduocatio quid ſit.

IVRISPRVDENTIAM cùm in Practicam, tum in Theoricam diuidi, nemo eſt eâ qualicumque, imbutus, qui ambigat. De alterâ inferius, de primâ, quæ ſub Intellectu militat, quæque res forenſes, controuerſiaſq. litigantium pro noſtris, atque curiâ exercet, iàm diſſeremus. Aduocatio igitur non eſt aliud, quàm Cauſidicorum ad opem, fauoremq. coram Iudice ex legibus, diſcurſuq. deſumptum, & Clienti præſtandum, facta coitio, ipſaq; cauſæ defenſio, quam, cum haud benè tueretur Trebatius, ſic ad illum Tullius in Epiſtolis. In re, inquit, militari multò es cautior, quã in Aduocationibus. Ex quo etiam videre poſſumus humanum ingenium plerumque eſſe certis quibuſdam limitibus intercluſum, & ad hanc, vel illam dumtaxat diſciplinam determinatum, quam ſi neglexerit, incaſſum ferè in ceteris inſudabit. Trebatius certè miles optimus, Aduocatus verò ineptus extitit; & credendum nihilominus eſt ipſum ſe in aduocationibus etiam exercuiſſe, quandoquidem in publicum prodibat, vt huic, & illi patrocinaretur, ſed ingenia illa ſunt admodum rara, & peregrina, quæ ad tantas, tamq. varias diſciplinas capeſſendas habilitatem iſtam à Deo accepêre.

Ingenij humani limites.

Procurator quid ſit. Vlpianus. Gulielm. Iaſon. Aduocatus quid ſit. Barthol.

At ad propoſitum noſtrum reuertamur. Procuratorem inter, & Aduocatum magnum diſcrimen eſt. Nam Procuratorem, Vlpianus lib. 1. de Procur. & Defen. dicit eſſe illum, qui aliena negotia mandato domini ſui adminiſtrat. Gulielmus verò in ſuo Speculo, Rubr. de Salar. & Iaſon ibidem Iuriſperiti volunt Aduocatum eſſe illum, qui cauſas, liteſq; ratione, & diſcurſu coram Iudice tuetur. Quod ſi ità eſt, Procuratoris profectò nomen ſatis humile, Aduocati autem nobile cenſendum eſt. Atque hinc Bartholus in C. tit. de Decur. & gl. mag. in eod. tit. de Tabul. lib. 10. in l. gener. Aduocatos à Procuratoris officio, cum abiectum ſit, arcere videntur, ipſorum verò laude, & honore dignum exiſtimant. In C. enim tit. de off. Ciuil. Iudic. l. 1. & in ff.

Digitized by Google

cere, quod ſibi fieri nollet: Septima dicto illo Pythagorico continebatur, ſcilicet, Nè quid nimis; cum Virtus non in extremis, ſed in mediocritate conſiſtat.

Apoſtrophe. O leges ad perennem veſtram memoriam in hominum animis conſignandam adamante, & auro digniſſimas. Vtinàm nos, vtinam has leges Duce Charondâ, Chriſto ſeruaremus, eaſq. affectu, & effectu exſequeremur. Sed quia tu Domine imbecillitatis noſtræ conſcius es, largire, vt quod piâ mente obſecramus, tamdem aliquando conſequamur.

MEM

MEMBRVM SEXTVM.

De Iuriſprudentia Practica.

Aduocatio quid ſit.

IVRISPRVDENTIAM cùm in Practicam, tum in Theoricam diuidi, nemo eſt eâ qualicumque, imbutus, qui ambigat. De alterá inferius, de primâ, quæ ſub Intellectu militat, quæque res forenſes, controuerſiaſq. litigantium pro noſtris, atque curiá exercet, iam diſſeremus. Aduocatio igitur non eſt aliud, quàm Cauſidicorum ad opem, fauoremq. coram Iudice ex legibus, diſcurſuq. deſumptum, & Clienti præſtandum, facta coitio, ipſaq; cauſæ defenſio, quam, cum haud benè tueretur Trebatius, ſic ad illum Tullius in Epiſtolis. In re, inquit, militari multò es cautior, quã in Aduocationibus. Ex quo etiam videre poſſumus humanum ingenium plerumque eſſe certis quibuſdam limitibus interclusum, & ad hanc, vel illam dumtaxat diſciplinam determinatum, quam ſi neglexerit, incaſſum ferè in ceteris inſudabit. Trebatius certè miles optimus, Aduocatus verò ineptus extitit; & credendum nihilominus eſt ipſum ſe in aduocationibus etiam exercuiſſe, quandoquidem in publicum prodibat, vt huic, & illi patrocinaretur, ſed ingenia illa ſunt admodum rara, & peregrina, quæ ad tantas, tamq. varias diſciplinas capeſſendas habilitatem iſtam à Deo accepêre.

Ingenij humani limites.

Procuratori quid ſit. *Vlpianus.* *Gulielm.* *Iaſon.* *Aduocatus quid ſit.* *Barthol.*

At ad propoſitum noſtrum reuertamur. Procuratorem inter, & Aduocatum magnum diſcrimen eſt. Nam Procuratorem, Vlpianus lib. 1. de Procur. & Defen. dicit eſſe illum, qui aliena negotia mandato domini ſui adminiſtrat. Gulielmus verò in ſuo Speculo, Rubr. de Salar. & Iaſon ibidem Iuriſperiti volunt Aduocatum eſſe illum, qui cauſas, liteſq; ratione, & diſcurſu coram Iudice tuetur. Quod ſi ità eſt, Procuratoris profectò nomen ſatis humile; Aduocati autem nobile cenſendum eſt. Atque hinc Bartholus in C. tit. de Decur. & gl. mag. in eod. tit. de Tabul. lib. 10. in l. gener. Aduocatos à Procuratoris officio, cum abiectum ſit, arcere videntur; ipſorum verò laude, & honore dignum exiſtimant. In C. enim tit. de off. Ciuil. Iudic. l. 1. & in ff.

Digitized by Google

cere, quod ſibi fieri nollet: Septima dicto illo Pythagorico continebatur, ſcilicet, Nè quid nimis; cum Virtus non in extremis, ſed in mediocritate conſiſtat.

Apoſtrophe. O leges ad perennem veſtram memoriam in hominum animis conſignandam adamante, & auro digniſſimas. Vtinàm nos, vtinam has leges Duce Charondâ, Chriſto ſeruaremus, eaſq. affectu, & effectu exſequeremur. Sed quia tu Domine imbecillitatis noſtræ conſcius es, largire, vt quod piâ mente obſecramus, tamdem aliquando conſequamur.

MEM.

Digitized by Google

MEMBRVM SEXTVM.

De Iuriſprudentia Practica.

Aduocatio quid ſit.

IVRISPRVDENTIAM cùm in Practicam, tum in Theoricam diuidi, nemo eſt eâ qualicumque, imbutus, qui ambigat. De alterâ inferius, de primâ, quæ ſub Intellectu militat, quæque res forenſes, controuerſiaſq. litigantium pro noſtris, atque curiâ exercet, iàm diſſeremus. Aduocatio igitur non eſt aliud, quàm Cauſidicorum ad opem, fauoremq. coram Iudice ex legibus, diſcurſuq. deſumptum, & Clienti præſtandum, facta coitio, ipſaq; cauſæ defenſio, quam, cum haud benè tueretur Trebatius, ſic ad illum Tullius in Epiſtolis. In re, inquit, militari multò es cautior, quã in Aduocationibus. Ex quo etiam videre poſſumus humanum ingenium plerumque eſſe certis quibuſdam limitibus interclusum, & ad hanc, vel illam dumtaxat diſciplinam determinatum, quam ſi neglexerit, incaſſum ferè in ceteris inſudabit. Trebatius certè miles optimus, Aduocatus verò ineptus extitit; & credendum nihilominus eſt ipſum ſe in aduocationibus etiam exercuiſſe, quandoquidem in publicum prodibat, vt huic, & illi patrocinaretur, ſed ingenia illa ſunt admodum rara, & peregrina, quæ ad tantas, tamq. varias diſciplinas capeſſendas habilitatem iſtam à Deo accepêre.

Ingenij humani limites.

Procuratori quid ſit. *Vlpianus.* *Gulielm.* *Iaſon.* *Aduocatus quid ſit.* *Barthol.*

At ad propoſitum noſtrum reuertamur. Procuratorem inter, & Aduocatum magnum diſcrimen eſt. Nam Procuratorem, Vlpianus lib. 1. de Procur. & Defen. dicit eſſe illum, qui aliena negotia mandato domini ſui adminiſtrat. Gulielmus verò in ſuo Speculo, Rubr. de Salar. & Iaſon ibidem Iuriſperiti volunt Aduocatum eſſe illum, qui cauſas, liteſq; ratione, & diſcurſu coram Iudice tuetur. Quod ſi ità eſt, Procuratoris profectò nomen ſatis humile, Aduocati autem nobile cenſendum eſt. Atque hinc Bartholus in C. tit. de Decur. & gl. mag. in eod. tit. de Tabul. lib. 10. in l. gener. Aduocatos à Procuratoris officio, cum abiectum ſit, arcere videntur; ipſorum verò laude, & honore dignum exiſtimant. In C. enim tit. de off. Ciuil. Iudic. l. 1. & in ff.

l.1.§.Aduocatos,honora ti appellantur: & in C. tit. de Aduoc. diuerſ. Iud.l.Aduocati,ſtrenuis militibus comparantur,qui quamquàm non armis,& inſtructâ armatorum acie: decertant tamen pro ſuis linguâ, & vallatâ diſcurſu,& legibus phalange dimicant. Hæc porrò magna ſunt,at maiora multò illa,quæ in ff.tit.de Iuſt.& Iur.l.1.habentur,vbi illi ſacroſancto Sacerdotis nomine exornantur, eò quod non minorẽ ſuorum clientum curam gerant; quam Sacerdotes animarum ſibi cõmiſſarum. Sed de ijs ſolummodò hæc dicta æſtimamus, qui neque præmij, neque pretij ſpe ducti, piorum locorum, miſerabilium perſonarum,pauperum,pupillorum, viduarumq. iuſtas cauſas ſuſcipiunt defendendas, quibus in neceſſitate conſtitutis, & auxilio indigentibus gratis patrocinari,& Medici etiã eaſdem curare tenentur. Quã noſtram ſententiam, D.Thomas 2.2.q.71.art.1. Sotus lib.5.de Iuſt.& Iure,quæſt.8.art.1.& Silueſt. ver.Aduocatus,num.11. confirmare videntur. Non tamen inficias imus poſſe aliâs, & Aduocatum licitè vẽdere iuſtum patrocinium, & Iuriſperitum verum conſiliũ, vt D.quòque Auguſt.epiſt.54.ad Macedonium affirmauit.

Qui tenentur gratis ſeruire. Thomas. Sotus. Silueſt. Qui poſſunt vendere famulatum. Auguſt.

Si Aduocatus verò iniuſtam cauſam ſuſciperet defendendam,non modò mortaliter peccaret, verum etiam ad reſtitutionem teneretur, vt benè D.Thom.2.2.q.71.art.3. annotauit. Dubiam autem cauſam, & probabilem, poteſt pro arbitratu defendere, modo de dubio moneat clientem,quod Nauarrus quoque in Manuali,cap.25.& 28.aſſeruit. De Quotâ verò litis paciſci,nullâ ratione, ob fraudes, quæ committi poſſunt, l.ſi qui. C. de Poſtul. & l. ſumptus, ff. de Pactis, permittunt.

Thom. Aduocati officium. Nauarr. Prohibita.

Porrò Aduocati officio non poſſunt fungi, vt vult D. Thom. 2. 2. q.71.art.2.neque Religioſi,& Clerici,niſi in neceſſitate,& cauſis pijs, vt habetur 16.quæſt.1.c.Monachi,& c. ex parte. extra de Poſtul. cum hi non forenſibus,ſed diuinis ſint mancipati officijs: neque Infames, & Infideles ob defectum Virtutis, & Iuſtitiæ, niſi in neceſſitate pro ſe,& perſonis ſibi coniunctis,vt patet ex cap.Infames,3.q.7.aduocare poſſunt. His faſtuoſa indoctorum Aduocatorum turba addi poteſt, qui ad cauſam dicendam numquàm quoque admitti deberent; cũ, & ſibiipſis, & clientibus ſuis ob legum ignorationem,detrimentum adferre ſoleãt maximũ, Iudiciq. nauſeam facere,& ꝑ lumine tenebras, pro cauſæ methodo, labyrinthum inducere. At,vt hi inſcitiam ſuam pallient, ſplendidis, ſericeiſq. vtuntur veſtibus, vt iſtorum doctrinæ neſcij,credant illos ingentes cliẽtum caterуas,& ampliſſima poſſidere ſtipendia; è contrà doctiſſimos quoſque ſi pannoſo incedant habitu, inexpertes, & indoctos eſſe poſſint arbitrari. Hoc autem indocti vulgi, & imprudentis eſt iudicium, vt etiàm hæc carmina ab Antonio Caſſaneo diuulgata, teſtantur.

Qui ab aduocatione arcentur. Thom.

Vulgi iudicium. Caſſan.

Vir

Vir benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille:
Si careas veſte, nec ſis veſtitutus honeſtè,
Nullius es laudis, quamuis ſcis omne, quod audis.

Demùm Aduocationem nobilem planè, & admirabilem, viri, & ſanctitate, & genere illuſtres reddiderunt. Nàm D. Germanus Epiſcopus Pariſienſis, D. Lipardus Sancti Leonardi frater, D. Iuon Britannus, & D. Ambroſius etiam aduocãdo hanc mirificè nobilitàrunt. *Qui Sancti fuerint aduocati.* Quid, nonnè ipſe generis humani ſeruator, Chriſtus Dominus pro Magdalenâ contrà Phariſæum, contrà Hebræos pro Adulterâ, pro Diſcipulis contrà Iudæos, Scribaſq. & pro ipſiſmet ipſum Iudęis Cruci affigentibus Aduocatus extitit? Nonnè ipſe in altiſſimis illis Empyrei ſedibus noſtram omnium cauſam coram Patre, D. Ioanne aſſerente, aſſiduo agitandam ſuſcepit? Perge ergò Domine Ieſu, vt *Apoſtropha.* cœpiſti, perge aduocare, & pro quibus ſacroſanctum cruorem tuum olim effudiſti, nunc preces effunde, vt, & tu tuarum precum, & nos noſtri deſiderij fine, & effectu potiamur.

Digitized by Google

MEMBRVM SEPTIMVM.

De Iudicatione.

Iudicis neceſſitas.
Ariſtot.
Iudicium quid ſit.
Iuſtitia actus, vt ſit licitus, quid requiratur.

IN quacumque Republicâ Iudicem eſſe apprimè neceſſarium, qui ius dicat, & controuerſias, ſiue inter ciues, & ciues, ſiue inter ciues, & exteros decernat, omnes viri ſapientiâ præſtantes cum Ariſtotele 4. Politic. cap. 4. abſque vllâ diſceptatione affirmârunt. Iudicium verò Iudicis, aut Iudicatio, nil aliud eſt, quam legitima, & iuſta cauſæ cognitio, & deliberatio. Ac, vt iſte Iuſtitiæ actus licitus ſit, debet, vel ex Iuriſdictione Iudicis Ordinariâ, vel Delegatâ, aut Arbitrâ, quæ etiam iure Gentium legitima eſt in eos, qui ſe illi ſubijciunt, vt probat Sotus lib. 3. de Iuſt. & Iure, quæſt. 4. art. 6. emanare. Quod ſi Iudex in peccato lethali exiſtens, iudicium ex alterâ harum ferret, non ideò iudicandi amitteret poteſtatem, vt Viclephus hæreticè ſentiebat, à Concilio Cõſtantienſi ſeſſione 8. dãnatus; tum quia Iuriſdictio non eſt Gratia diuina, quæ per quoduis peccatum mortale amittatur; tum quia etiam hæc poteſtas non eſt Ordinis, ſed dumtaxat Iuriſdictionis, quam quicumque iuſtè exercuerit in Deorum potius, quàm hominum cœtum, teſte etiam Apolline apud Valerium Maximum, poteſt collocari. Verum, is profectò iuſtè iudicabit, qui neminem antequam audiatur, & ad abluenda crimina, tempus, locuſq. concedatur, condemnabit. Quod non modò eſt iuſtis Prudentiæ regulis conforme, verum etiam Melchiadis Papæ Decreto in cauſ. 2. quæſtione 1. conſentaneum, vbi Neminem, inquit, condemnetis antè verum, & iuſtum Iudicium, nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio, ſed primum probatè, & poſteà charitatiuam proferte ſententiam. Quod idem, Seneca in Medeâ annotauit.

Sotus.
Concilium Conſtant.
Melchiades Papa.
Nemo inauditus condẽnandus.
Seneca.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera:
Aequum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.

Neque

Digitized by Google

Neque verò ob pietatem etiam Iudicium peruertendum eſt; cùm hæc ſit illicita, & fucata, & à D. Ambroſio in ſuis Officijs Miſericordia iniuſta, nominata; ſed Iudex debet, iuxtà illud Deuteronomij, Quod iuſtum eſt, iudicare. Quòd cùm præſtaret Auguſtus, miris à Suetonio Tranquillo laudibus extollitur. Nec à Tranquillo diſſentire videtur Beroaldus, qui dicit ſummâ æquitate, nec minori lenitate Ius Auguſtum dixiſſe. Porrò Iudicis Iuſtitiæ, & Aquitati, comes adhibenda eſt Clementia, de quâ hæc D. Gregorium in ſuis Moralibus tuliſſe, accepimus, Omnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo Iuſtitiam, & Miſericordiam portat, ſed per Iuſtitiam reddit peccatis ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam. At nihilominùs in rebus grauibus, quæ vel Religioni noſtræ, vel Principi, vel ipſi Reipublicæ præiudicium, & detrimentum adferre poſſent, ſe Iudicem, Seuerum vltorem ſemper præbere eſt neceſſe. Hinc eſt illud in Decreto 23. quæſt. 5. Miniſterio ſeueritatis quies noſtra adiuuatur; hinc etiam Tullius lib. 1. Officiorum, Ità probanda, inquit, eſt manſuetudo, atque clementia, vt adhibeatur cauſæ ſeueritas ſinè quâ Ciuitas adminiſtrari non poteſt.

Pietas impia. Ambroſius. Tranquill. Beroaldus. Iudex Clemens. Gregorius. Iudex in quibus ſeuerus. Seueritas cauſa felicitatis. Tullius.

Vt verò hæc omnia rationi, prudentiæ, legibus, perſonis, atque tempori ſint conſentanea, Iudex ſano iudicio, maturo diſcurſu, ſcientiaq; exquiſitâ debet eſſe præditus, quòd Eccleſiaſtes quoque c. 25. exoptauit. Et ideò ſapienter Ariſtoteles lib. 3. Topic. cap. 2. affirmat iuuenes non ijs in rebus, quæ prudentiam requirunt, ſed in ijs ſolùm, quæ quamdam animi celſitudinem, & generoſitatem poſtulant, debere occupari. D. quoque Hieronymus in Iſaiam, Non eſt omnium, inquit, rectè iudicare, ſed eorum, qui ſunt prudentes.

Eccleſiaſtes. Ariſtoteles. Iuuenes ad iudicia inhabiles. Hieronymus.

Quæ non tàm de ſæcularibus, quàm de Eccleſiaſticis etiam dicta eſſe volumus, quorum ſcientia debet eſſe ità certa, & perſpicua, vt ipſi nullius alterius ope, conſilio, & doctrinâ indigeant, & quid, & quî iudicare debeant, neminem conſulant. Hoc iure Canonico cautum eſt, Extrà de Conſ. & Aff. c. exſtiterit, & idem Lanfrancus Orianus tract. de Teſtibus, & Panormitanus c. ſciſcitatus, de Reſcriptis, affirmârunt. Etenim turpiſſimum planè eſt, & indecorum, Iudicem, qui rerum gerendarum prudentiâ, & plurimarum diſciplinarum ſcientiâ ceteros præcellere deberet, ab his, vel illis oſtiatim illam legem, hanc ſententiam emendicare; iſti hunc Proceſſum, Cauſamuè, illi aliam videndam, diſcutiendamq; tradere. Quibus in rebus conſultores illi, qui Iudicis ignorationem animaduertêre, varias interdùm fraudes, odio, amore, aut muneribus obcæcati, in partium, vel fauorem, vel detrimentum committere ſolent; de quibus hiſcè omnibus

Eccleſiaſtici Iudicis ſcientia. Orianus. Panormitanus. Incommodum.

Iudex,

Iudex, ſummo maximè Iudici Deo diſtrictam tenetor reddere ratio- nem. Quod abſurdum, vt euitarent Iudices Eccleſiaſtici, Sacri Cano- nes, Extrà de Elect. c. Cùm nobis. decreuerunt vnumquemq; Iudicem in Legibus verſatum eſſe oportere. Tales enim callent optimè iu- ſto metu humanam coercere audaciam, inter improbos innocen- tiam defendere, & bonorum ab aliorum inuaſione cupidinem re- frenare. Reliqui Timore, Auaritia, Amore, & Odio quibuſdam quaſi Circæis venenis, & Syrenum cantibus, paſſionúmq; fluctibus ducti, & ſeducti, in plurimorum criminum Scyllas, & Carybdes præ- cipites deferuntur. Si enim huiuſmodi Iudices in aliquem magni nominis, opum, & apud Principem exiſtimationis virum, ſenten- tiam ſecundùm Ius, & illius demerita ferre deberent, illi timidi, & tremuli, nè ipſius gratiam, ſpemq; fauorum amittant, & nè ipſe in eos, eorumq; bona inſurgat, vel differendo nullam, vel certè puſil- lanimem, & iniuſtam proferrent ſententiam, contrà quos Eccle- ſiaſtes cap. 7. meritò exclamauit. Noli quærere, inquit, fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, nè fortè extimeſcas fa- ciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tuâ. Et hinc Cato apud A. Gellium lib. 11. cap. vltimo. Priuatorum fures, ait, in ner- uo, & compedibus ætatem agunt, publici in auro; & purpurâ viſun- tur. Neque verò hoc aliâ de cauſâ euenit, quàm quòd Iudices timo- re correpti publicos fures, hoc eſt qui Reipublicæ, vel Principi fu- rantur, cum ſint in honoribus, & officijs conſtituti, impunè permit- tuntur eorum ſcelus exercere: priuatos autem, qui priuatorum ſci- licet bona ſubripiunt, vel ſuſpendio, vel carceribus deputant perpe- tuis. Iudicum Timor hoc magnum progenerat diſcrimen. Refert Capitolinus M. Antoninum Philoſophum nō fuiſſe his pauidis Iudi- cibus ſimilem, ſed contrà ipſum Cæſaris Fiſcum ſæpiùs iudicaſſe, vt etiam Couarruuias lib. 1. Variar. Reſol. cap. 16. adnotauit, eſtq; l. Non puto. ff. de Iure fiſci. conſentaneum.

Decretum. *Timor.* *Eccleſiaſtes.* *Gellius.* *Capitolinus Antonius cōtra Fiſcum iudicauit.* *Couarruuias.* *Auaritia.*

Auaritiâ etiam, & muneribus obcæcati iniuſtas proferunt ſen- tentias. Quâ de cauſâ Deuteronomij 16. vetitum erat Iudicibus munera accipere. Non accipient, ait, munera, quia excæcant ocu- los ſapientum, & peruertunt verba iuſtorum. Quòd ſi ſapientum Iudicum oculos dona obcæcant, quantò magis inſipientum? Veh, inquit Iſaias cap. 5. qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſti- tiam iuſti auſertis ab eo. Et Iſidorus lib. 3. de Summo bono. Pau- per, inquit, dum non habet, quod offerat, non ſolùm audiri contem- nitur, ſed etiam contrà Iuſtitiam opprimitur. Hinc fluxit illud ſa- crorum Canonum cau. 2. quæſt. 3. elogium, Citò violatur auro Iuſti- tia. Quæ, cùm Plato libro de Legibus conſideraret, cauit, nè ſub ca- pitis

Iſaias. *Iſidorus.* *Pauper cōtemnitur.* *Aurum iuſtitia potentius.* *Plato.* *Plutarchus.* *Thebanorū ſtatua.*

pitis penâ Iudices vllum munus capeſſerent. Atque ideò, Plutarcho referente, accepimus Thebis olim publicè Iudicum ſtatuas, eaſq; ſinè manibus poſitas fuiſſe, vt indicarent nihil eos à quoquam accipere debere. At heù, ſi hoc noſtro tempore Iudicum plurimorum ſimulachra in publicis foris collocarentur, Centimana profectò viderentur. Legimus quoque Poetas finxiſſe Iouem numquàm potuiſſe caſtam Danaæ mentem peruertere, priuſquàm ſe in auream pluuiam verteret, & in ipſius ſinum leniter deflueret, de quo ſic Horatius lib.3.cecinit. *Miſeria.* *Horatius.*

Incluſam Danaen turris aenea
Robuſtæq; fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris.
Si non Acriſium virginis abditæ
Cuſtodem pauidum Iupiter, & Venus
Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens
Conuerſo in pretium Deo.
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo: concidit Auguris
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa excidio: diffidit vrbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera nauium
Sæuos illaqueant duces.

Quâ fabellâ ecquid viri ſapientes oſtendere volebant, quàm eſſe omnia auro aperta, & peruia? Philippus etiam Macedo ſolitus erat dicere, vt auri vim oſtenderet, nullam eſſe arcem tàm naturâ, arte, & præſidio munitam, quam ſi aſellus auro onuſtus ingredi poſſet, non caperet; iſque etiam, vt iuſti Iudicis officio fungeretur, alterâ aure occluſâ accuſatorem audiebat, vt alteram reo integram ſeruaret, ſemperq; nocentium ſpreuit munera, & vtilitati honeſtum, æquumq; antepoſuit, vt illi illa Horatij lib.4. carmina meritò quadrare videantur. *Horatius.*

Vindex auaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Conſulq; non vnius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus.

Iudex

Iudex, ſummo maximè Iudici Deo diſtrictam tenetor reddere rationem. Quod abſurdum, vt euitarent Iudices Eccleſiaſtici, Sacri Canones, Extrà de Elect. c. Cùm nobis. decreuerunt vnumquemq; Iudicem in Legibus verſatum eſſe oportere. Tales enim callent optimè iuſto metu humanam coercere audaciam, inter improbos innocentiam defendere, & bonorum ab aliorum inuaſione cupidinem refrenare. Reliqui Timore, Auaritia, Amore, & Odio quibuſdam quaſi Circæis venenis, & Syrenum cantibus, paſſionùmq; fluctibus ducti, & ſeducti, in plurimorum criminum Scyllas, & Carybdes præcipites deferuntur. Si enim huiuſmodi Iudices in aliquem magni nominis, opum, & apud Principem exiſtimationis virum, ſententiam ſecundùm Ius, & illius demerita ferre deberent, illi timidi, & tremuli, nè ipſius gratiam, ſpemq; fauorum amittant, & nè ipſe in eos, eorumq; bona inſurgat, vel differendo nullam, vel certè puſillanimem, & iniuſtam proferrent ſententiam, contrà quos Eccleſiaſtes cap. 7. meritò exclamauit. Noli quærere, inquit, fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, nè fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tuâ. Et hinc Cato apud A. Gellium lib. 11. cap. vltimo. Priuatorum fures, ait, in neruo, & compedibus ætatem agunt, publici in auro; & purpurâ viſuntur. Neque verò hoc aliâ de cauſâ euenit, quàm quòd Iudices timore correpti publicos fures, hoc eſt qui Reipublicæ, vel Principi furantur, cum ſint in honoribus, & officijs conſtituti, impunè permittuntur eorum ſcelus exercere: priuatos autem, qui priuatorum ſcilicet bona ſubripiunt, vel ſuſpendio, vel carceribus deputant perpetuis. Iudicum Timor hoc magnum progenerat diſcrimen. Refert Capitolinus M. Antoninum Philoſophum nō fuiſſe his pauidis Iudicibus ſimilem, ſed contrà ipſum Cæſaris Fiſcum ſæpiùs iudicaſſe, vt etiam Couarruuias lib. 1. Variar. Reſol. cap. 16. adnotauit, eſtq; l. Non puto. ff. de Iure fiſci. conſentaneum.

Decretum. *Timor.* *Eccleſiaſtes* *Gellius.* *Capitolinus Antonius cō tra Fiſcum iudicauit.* *Couarruuias.* *Auaritia.*

Auaritiâ etiam, & muneribus obcæcati iniuſtas proferunt ſententias. Quâ de cauſâ Deuteronomij 16. vetitum erat Iudicibus munera accipere. Non accipient, ait, munera, quia excæcant oculos ſapientum, & peruertunt verba iuſtorum. Quòd ſi ſapientum Iudicum oculos dona obcæcant, quantò magis inſipientum? Veh, inquit Iſaias cap. 5. qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Et Iſidorus lib. 3. de Summo bono. Pauper, inquit, dum non habet, quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contrà Iuſtitiam opprimitur. Hinc fluxit illud ſacrorum Canonum cau. 2. quæſt. 3. elogium, Citò violatur auro Iuſtitia. Quæ, cùm Plato libro de Legibus conſideraret, cauit, nè ſub capitis

Iſaias. *Iſidorus.* *Pauper cur patitur.* *Aurum iuſtitia potentius.* *Plato.* *Plutarchus.* *Thebanorū ſtatua.*

pitis

pitis penâ Iudices vllum munus capeſſerent. Atque ideò, Plutarcho referente, accepimus Thebis olim publicè Iudicum ſtatuas, eaſq; ſine manibus poſitas fuiſſe, vt indicarent nihil eos à quoquam accipere debere. At heù, ſi hoc noſtro tempore Iudicum plurimorum ſimulachra in publicis foris collocarentur, Centimana profectò viderentur. Legimus quoque Poetas finxiſſe Iouem numquàm potuiſſe caſtam Danaæ mentem peruertere, priuſquàm ſe in auream pluuiam verteret, & in ipſius ſinum leniter defflueret, de quo ſic Horatius lib. 3. cecinit. *Miſeria.* *Horatius.*

Incluſam Danaen turris aenea
Robuſtaq; fores, & vigilum canum
Triſtes excubia, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris.
Si non Acriſium virginis abdita
Cuſtodem pauidum Iupiter, & Venus
Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens
Conuerſo in pretium Deo.
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo: concidit Auguris
Argiui domus, ob lucrum.
Demerſa excidio: diffidit vrbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera nauium
Sauos illaqueant duces.

Quâ fabellâ ecquid viri ſapientes oſtendere volebant, quàm eſſe omnia auro aperta, & peruia? Philippus etiam Macedo ſolitus erat dicere, vt auri vim oſtenderet, nullam eſſe arcem tàm naturâ, arte, & præſidio munitam, quam ſi aſellus auro onuſtus ingredi poſſet, non caperet; iſque etiam, vt iuſti Iudicis officio fungeretur, alterâ aure occluſâ accuſatorem audiebat, vt alteram reo integram ſeruaret, ſemperq; nocentium ſpreuit munera, & vtilitati honeſtum, æquumq; antepoſuit, vt illi illa Horatij lib. 4. carmina meritò quadrare videantur. *Horatius.*

Vindex auara fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecunia,
Conſulq; non vnius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus.

Iudex

Iudex honeſtum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obſtantes cateruas
Explicuit ſua victor arma.

Amor. Amore porrò Iudices quoque illaqueati, quo in affines, amicos, vicinos, notoſq; feruntur, in cauſà eſt, vt ſæpiſſimè iudicium corrumpant, & nè iuſtum, æquumq; videant, Iuſtitiæ, ſibiq; ipſis nebulas offundant. *Seneca.* Vndè hanc ſapienter Seneca, Amor iudicium neſcit, protulit ſententiam. *Sententia.* Nec ab iſto Tullius, & D. Petrus Rauennas diſcrepant: *Rauennas.* Perſonam Iudicis exuit, inquiunt, quiſquis amicum induit, hoſq; D. Ioannes, cap. 8. grauiter accerſit: *Ioannes.* Vos, ait, ſecundùm carnem iudicatis. Quòd etiam humanâ lege, nè vllus in Conſanguinei cauſâ iudicaret, vetitum eſt, huiuſq; opinionis quoque Angelus Peruſinus, *Peruſinus.* & Ioannes Crotus. *Crotus.* in Tractatibus ſuis de Teſtibus, fuére. At non ità profectò Romanus ille Titus Manlius iudicauit, qui cùm Iudex inter Macedonas accuſatores, & proprium liberum accuſatum *Manlij ſententia.* extaret, hanc admiratione, & iuſto Iudice dignam, in filium tulit *Mira.* ſententiam: Cum probatum ſit, inquit, Titilianum filium meum pecunias accepiſſe, ipſum repudio, & prole meâ indignum iudico.

Odium. Odio denique cōmoti in proprium, vel amici inimicum, iniuſtum iudicium contorquent, & ſe huius paſſionis toxico inſectos demonſtrant, palatumq; recti iudicij, & rationis hac qualitate virulentâ imbutum, oſtendunt, dùm recti iudicij ſapores guſtare nequeunt, & contemnunt. *Ieremias.* Contrà quos Sanctum Pneuma apud Ieremiam, cap. 5. iuſtè conqueritur: Cauſam, inquit, Viduæ non iudicauerunt; cauſam Pupilli non direxerunt, & iudicium Pauperum non iudicauerunt. Et Eccleſiaſtes, cap. 4. illis, vt iuſtè iudicent, his verbis ſuadet, *Eccleſiaſtes* & imperat: In iudicando, ait, eſto Pupillis miſericors, vt pater, & pro viro Matri illorum, & eris tu, velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui, magis, quàm mater. Quòd ſi iniuſti Iudices hoc Dei Opt. Max. præceptum implere flocci pendant, ſciant ſe cruciatibus mactandos ſempiternis, & in illis Inferorum ſupplicijs, illius iniuſti, Cambyſis Perſarum regis, Iudicis exemplar expreſſuros, huiuſmodi iniuſta facinora perpetrari ſoliti, quem Rex ille excoriari, & cute exui, ſedeſq; Iudicum in perennem Iuſtitiæ faciundæ memoriam, illius corio obduci curauit, officiumq; parentis filio contulit, admonuitq;, vt in memoriam reuocaret, cuiuſnam officium, & ſedem capeſſeret, cutemq; ſedendo comprimeret. Demùm, vt Iudices germanum Iuſtitiæ ſimulachrum intueri poſſint, illis ob oculos hoc Epigramma proponere voluimus, & hortari, vt in omnibus Iudicijs

Digitized by Google

dicijs illius effigiem antè mentis aciem ſemper retineant, & iuſtè iudicando ad viuum, recto Iudicij penicillo, depingant.

Iuſtitia.

Quæ Dea? Iuſtitia. Ecquid toruo lumine? Flecti
Neſcia ſum, & lachrymis, & pretio, & precibus.
Quod genus? A ſuperis. Ex quo Genitore? Modo. Ecqua
Matre? Fide. Nutrix quæ tua? Pauperies.
Quis gremio infantem fouit? Prudentia. Quonàm
Freta duce agnoſcis crimina? Iudicio.
Cur gladium tua dextra gerit? cur læua Bilancem?
Ponderat hæc Cauſas, percutit ille Reos.
Quid rari aſſiſtunt? Quòd copia rara Bonorum eſt.
Quæ comes aſſidua eſt? Candida Simplicitas,
Aurium aperta tibi cur altera, & altera clauſa eſt?
Hæc ſurda Iniuſtis, panditur illa Bonis.
Paupere cur ſemper cultu? Iuſtiſſimus eſſe
Qui cupit, exiguas ſemper habebit opes.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM OCTAVVM.

De Theologia Theorica.

Theologi qui. Auguſtinus Ariſtoteles. Tullius. Clemens. Euſebius.

VETERVM hiſtoriarum monumenta referunt, priſcos illos, qui de Deo, quoquo modo, ſcripſerunt, & in ſublimibus, diuiniſq; rebus contemplandis verſati ſunt, Theologos fuiſſe vocatos, vt D. Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 14. Ariſtoteles lib. 12. Metaph. Tullius lib. 3. de Naturâ Deorum, & Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum teſtantur, qui Orpheum Poëtam, Theologum nominârunt. Euſebius certè Cæſarienſis lib. 1. de Præparat. Euangelicâ, cap. 7. & lib. 2. cap. 1. Phęnicum, Aegyptiorum, Atlantorum, Græcorum, & Phrygum Theologiam dinumerat; quam triplicem M. Varro in libris de Antiquitatibus rerum humanarum, & diuinarum cùm D. Auguſtino lib. 6. de Ciuit. cap. 5. conſtituit; vnam Fabuloſam, Theatro; alteram Naturalem, Mundo; tertiam Ciuilem, Vrbibus accommodatam. At noſtras Theologia eſt Habitus fidei, quo intelligimus veritates ſupernaturales, & alia, quæ rationi naturali occulta ſunt. Eſt alius quoque habitus, quo partim ex aſſertionibus fidei, partim ex alijs rebus naturaliter notis ratiocinando, poſſumus eam ipſam Fidem explicare, confirmare, perſuadere, ac defendere.

Varro. Auguſtinus. Quotuplex Theologia. Quid ſit Theologia.

Hæc porrò Theologia, alia eſt Symbolica, quæ figuratis vocabulis diuina explicat; alia Demonſtrans, quæ diuina verbis proprijs vſurpatis explanat; alia Poſitiua q̃ ponit, & ſtatuit ex ſcripturâ firma Theologiæ principia; alia deniq; eſt Scholaſtica, quæ veris rationibus in primis, tùm ex ſacris litteris, & traditionibus, tùm ex Patrum decretis in Concilijs definitis, veritatem in apertam lucem producit, & diſcutiendo comprobat. Quòd cùm in ſcholis præcipuè argumentando, comparetur, id nomen meritò ſortita eſt. Nam etiam, qui optimè fuiſſet à Magiſtro eruditus, hominem de ſcholâ Princeps Oratorũ libro de Oratore, & Oratione in Piſonem nominauit. Et Seneca lib. 10. Controuerſiarum, Scholaſticum vocabat eum, qui eſſet probè in declamationibus exercitatus. Beda quoque de arte Metricâ, Prudentium nobiliſſimum Hiſpanorum, Scholaſticum appellat; & Gennadius in vitâ Iuliani Capuani, & in vitâ Proſperi, Muſçum, Iulianum, Eucherium, ac pleroſq; alios, inter

Theologia Symbolica. Theologia Demõſtrãs. Theologia Poſitiua. Theologia Scholaſtica. Scholaſtica etymon. Tullius. Seneca. Beda. Gennadius.

Scho-

Digitized by Google

Scholaſticos,hoc eſt inter ſcholaſticæ eloquentiæ profeſſores recenſet.Sidonius verò Apollinaris lib.6.epiſt.cap.17.eadem ſenſit,ac cum ipſo D. Hieronymus in Epiſtolam ad Titum, vbi ſcribit ſe calentibus Rhetorum ſtudijs multa de ſacris rebus, ſcholaſtico flore pinxiſſe,Paulumq; Apoſtolum cùm in Areopago concionaretur,concionis argumentum ab Aræ Atheniẽſium inſcriptione, ſcholaſticâ quadam elegantiâ traxiſse. At Iuriſconſulti ſcholaſticum vocant illum in C. L. Decurionibus,qui res forenſes exercet.

Apollinaris *Hieronym.*

Huius porrò originem inueſtigare oportet, quam Theodoretus lib.3. de affect. curat. Græcorum, contendit eam vnà cùm primis ortam fuiſſe parentibus,indeq; ad poſteros ſerie quadâm continuâ deductam, & nouis ritibus, ac luminibus quaſi illuſtratam. Alij verò eius initium altius inquirebant aſſerebantq; eam à diuino lumine profluxiſſe. Quòd,quamuis inficias ire haud poſſimus, Deum bonorum omnium eſſe,& primum auctorem,& munificentiſſimum largitorem,à quo in hominum genus vniuerſum,veluti ab immenſo pelago influunt,& deueniunt optima quæque, ac ſaluberrima: tamen, quoniam hi ſuam opinionem non debitis arctàrunt cancellis, videtur nobis potiùs dicendum,Chriſtum Dominum, Deumq; Theologiæ auctorem verè, proprieq. exſtitiſſe. Ipſe enim vniuerſa, quæ in Veteri Teſtamento quibuſdam quaſi inuolucris cooperta erant, reſerauit,perfecit,adimpleuit,Nouumq; Teſtamẽtum condidit, quod pretioſo ſuo ſanguine de Virginis Mariæ puriſſimis viſceribus ſumpto,quodam veluti ſigillo confirmauit, ex quibus fontibus noſtram Theologiam emanaſſe certum eſt.

Theodor. *Theologiæ origo.* *Theologiæ auctor.*

Ceterùm huius ſublimis ſcientię Obiectum inſpiciamus,quod Albertus Magnus,Deum ſub ratione Reuelationis; D. Thomas p.1.q.1.art.7.ſub ratione Deitatis cõſtituunt. Mittimus Aegidium, qui volebat eſſe Deum,vt Glorificator eſt; præterimus Henricum Gandauenſem,qui aſſerebat Deum eſse,vt Infinitus eſt; tacemus D. Bonauenturam,qui dicebat eſse Chriſtum,vt in ſe duas illas naturas complectitur; ſilemus Hugonem Victorinum, qui affirmabat eſse Chriſtum,vt Chriſtus eſt, ſinè relatione ad illas duas naturas ab ipſo contentas;nihil dicimus de Liconienſi, qui contendebat eſse Chriſtum, vt vnus ex tribus ſpeciebus vnitatis exſiſtit,Hypoſtaticæ,Myſticæ,& Eſsentialis,quâ Patrem reſpiciet, & Spiritum Sanctum in vnâ eſsentiâ;Myſticâ, vnitatem Chriſti cum Eccleſiâ; Hypoſtaticâ, unitatem duarum naturarum in vno dumtaxat ſuppoſito conſiſtentium; miſſos facimus reliquos, quorum nemini aſsentimur. Arbitramur enim Theologiæ obiectum Sanctiſſimã eſſe Trinitatem, ternas illas perſonas,Verbumq; Incarnatum comprehendendo. Nam vniuerſa, quæ in Theologiâ pertractantur, ad iſtud nullo penitùs negotio redu-

Theologiæ obiectum. *Trinitas Theologiæ Obiectum.*

cun-

cuntur, & ſeſe inuicem pari ſpacio amplectuntur.

Theologia dignitas. Ex quibus quanta ſit dignitas diuinæ huius ſciētiæ, & maieſtas, ſiuè ipſius puritatē, certitudinem, & emolumentū, ſiuè finem, obiectū, & ſubiectum ipſius principale æquâ lance perpendere voluerimus, in apertiſſimâ luce apparebit. Etenim tanta eſt ipſius puritas, & caſtitas, vt cùm ceteræ rerum naturalium ſcientiæ errores admixtos habeāt, *Thomas.* hæc vna ijs careat, vt optimè D. Thomas part. 1. quæſt. 1. art. 5. agnouit; tanta certitudo, vt niſi Deus ipſe fallat, qui ipſa veritas eſt, & om *Ioannes.* nia in veritate docet, vt verè, & ſanctè D. Ioannes aſſeruit, ipſa fallere non poſſit; tantum emolumentum, vt veriorem, ac iuſtiorem modum, quàm Logica diſcurrendi nos doceat; multò certius quàm Phyſica nobis rerum cauſas demonſtret, ipſarumq; cauſalitates; multò melius, quàm Medicina animorum morbos, ipſorumq; remedia reſerat, quæ longè corporis pharmacis antecellunt; multò prudentius, quàm Iuriſprudentia Dei mandata, atque legem edocet, in quibus hominis perfectio conſiſtit vniuerſa; multò ſapientius, quàm Ethica ſummum bonum, beatitudinemq; aperit, vt illa aſſequamur; multò vtilius, quàm Politica optimum regimē ſuijpſius quale, & quî eſſe debeat, declarat; multò illuſtrius, quàm Aſtronomia nobis Solem, & Sidera ob oculos ponit, nempè Deum Opt. Max. Menteſq; illas Angelicas ab omni materię concretione abſtractas, beatorumq; animas, quæ ob heroica, & ſancta facinora, poſtquàm horū corporum ergaſtula reliquerunt, ad Empyreū cęlum, ad illarū domiciliū euolārūt.

Cùm autē Theologia potiſſimū de Deo loquatur, ac ratiocinetur, de eodē quædam breuiter attingere, ac in mediū proferre, nō erit ab *An Deus ſit.* inſtituto noſtro alienū. Etenim Deum eſſe, quidam impij, & inſipientes apud Regiū Vatem Pſalmo 13. negārunt; *Tullius.* Tullius porrò lib. 1. de Naturâ Deorum commemorat quoſdam Philoſophos Deū eſſe, du- *Auguſtinus.* bitaſſe, Diogenem verò penitùs negaſſe, quâ de causâ cum D. Augu- *Lactantius.* ſtinus contrà litteras Petiliani, cap. 21. Atheum nominauit. Hoc idē *Theodoret.* Lactantius lib. 1. Diuin. Inſtit. cap. 2. & Theodoretus lib. 3. de Curan. *Prodolor.* affect. Græcorum, teſtantur. O vtinàm tantùm illis priſcis tempori- *Naturalis notitia Dei.* bus, & non etiàm hac noſtrâ infelici tempeſtate Athei inuenirentur. Nihilominùs tamèn certiſſimum eſt, eſſe omnibus hominibus natu- *Cicero.* raliter inſitam quādam Dei notitiam, vt ſapientiſſimè Cicero lib. 1. *Anſelmus.* *Prudentius.* de Naturâ Deorum ex ſuâ, aliorumq; Philoſophorum ſententiâ; An- *Gregorius.* ſelmus in Proſologio, cap. 3. & 4. Prudentius contrà Sabellianos in *Damaſcen.* Apotheoſi, Gregorius in caput 36. Iobi, Damaſcenus lib. 1. Fidei *Auguſtinus.* Orthodoxæ, cap. 1. & 3. Auguſtinus tractatu 106. in Ioannem, *Arnobius.* Arnobius lib. 1. contrà Gentes, *Tertullian.* Tertullianus in Apologiā, ca- *Clemens.* pit. 17. Clemens Alexandrinus in Oratione ad Gentes, & *Iuſtinus.* Iuſtinus Apologiâ 1. fātentur. Vndè Cyprianus in tractatu de Vanitate Idolo-

Idolorum. Summa, inquit, delicti eſt nolle eum agnoſcere, quem ignorare non poſſis. Nam certè audito Dei nomine, omnes concipiunt aliquid, quo maius, & perfectius excogitari non poſſit. Hinc primum rerum omnium motorem immobilem Deum credimus; hinc arbitramur ipſum eſſe rerum quoque omnium cauſam efficientem à reliquis independentem; hinc ſentimus Deum eſſe ens neceſſarium, æternum, & nullam habens ſuæ neceſſitatis cauſam; hinc ſcimus ipſum, vt optimum, nobiliſſimum, ſupremum, & veriſſimum ens reliquis omnibus pro cuiuſcumque Ingenio perfectionis dotes indere, eaſq. admirabili prouidentiâ, & gubernatione dirigere, & in ſuos fines diſponere. Hæc enim eſt illa Iacob Prouidentiæ diuinæ Scala pertingens à terrâ vſque ad cælum, quâ non modo cæleſtia, ſed etiam terreſtria gubernat: hæc ſunt illius latera quibus fortiter, & ſuauiter omnia connectit, & ſuſtentat: hi ſunt illius gradus per quos aſcendunt, deſcenduntq. Angeli, noſtra vota, & neceſſitates Deo referẽtes, & ab ipſo nobis viciſſim diuina conſilia, & auxilia deferentes.

Iacob Scala

Quo fit, vt ipſe ex nullâ materiâ, & formâ compoſitus exiſtat, vt falsò Thales Mileſius, & Democritus apud Euſebiũ lib. 14. de Præp. Euang. cap. 16. M. Varro apud Auguſtinum lib. 7. de Ciuit. Dei, cap. 6. & 16. Plato, teſte Velleio apud Ciceronem lib. 1. de Nat. Deorum, & Plinius lib. 1. Naturalis hiſtoriæ, cap. 1. opinati ſunt. Si enim Deus ex materiâ, & formâ componeretur, per cõſequens imperfectus exiſteret; cum omnis huiuſmodi compoſitio, vel in vtrâque, vel in alterâ parte aliquam imperfectionem comprehendat. Ac ideò Deum eſſe omninò ſimplicem, in c. Firmiter, extrà, de ſummâ Trinitate, & fide Cathol. ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. definitum eſt, idq. etiam à D. Auguſtino lib. 6. de Trinitate, cap. 6. & 7. Theodoreto libro Diuinorum Decretorum, capit. de Principio, & Cyrillo lib. 1. Theſauri, cap. 8. & lib. 2. capitulo 1. aſſeritur. Etenim, cum Deus ſit purus actus, quî poteſt ex materiâ, & formâ componi, & cum ipſe ſit bonus ex ſe, & non per participationem alicuius materiæ, vel formæ, quomodò compoſitus exiſtere poteſt.

An Deus ſit ex materia, & forma. Euſebius. Auguſtinus. Cicero. Plinius. Concilium Lateranẽſe. Auguſtinus. Theodoretus. Cyrillus.

Neque etiam Deus ex materiâ, & ſuppoſito compactus eſt, contrà Gilbertum Porretanum apud D. Bernardum, Sermone 80. in Cantica, & Cõcilium Rhemenſe ſub Eugenio III. Quoniam per eſſentiam ſuam Deus ſummè perfectus eſt, nec habet in ſe aliquid ab eſſentiâ ſuâ diſtinctum, quo ſit ſuppoſitum, & in concreto ſignificetur. Et ſi diuinitas non habet in ſe perfectionem, quâ ſit ipſa Deus in concreto, non erit ipſa Deus, ſed aliquid inferius Deo, & proindè creatura; cum nihil quòd Deus non eſt, illi, aut magnitudine, aut æqualitate comparari poſſit. Hoc idem Anſelmus in Monologio, cap. 15. Grego. lib. 16. Moralium, cap. 21. Boëtius lib. 1. de Trinitate, cap. 7. Iſidorus

An Deus ſit ex materia, & ſuppoſito. Bernardus. Concilium Rhemenſe. Anſelmus. Gregorius. Boetius. Iſidorus.

Fulgentius. Hilarius. Cyrillus. Athanaſius. Irenæus. Iuſtinus. Nazianzenus.

lib.de ſummo Bono, cap.1. & 7. Fulgentius lib.2.ad Tranſmundum; Hilarius lib.8.de Trinitate, Cyrillus lib.1. Theſauri, cap.8. Athanaſius orat.contrà Idola, Irenæus lib.2.capit.18. Iuſtinus quæſt.144.aſſeruêre. Ex quo Gregorius Nazianzenus in tractatu de fide. Quæ inquit, ſubſtantia Dei, niſi ipſum, quòd Deus, ſimplex, ſingulare, purum, nullâ concretione permixtum.

An Deus ſit ex eſſentia, & exiſtẽtia. Epiphanius. Lactantius. Rabanus. Iſidorus. Boetius. Hilarius. Hieronym.

Ac, nec quidem Deus ex eſſentiâ, & exiſtentiâ coaleſcit, vt ſapienter Epiphanius contrà hæreſim 69. Lactantius lib.1.Diuin.Iuſtit.cap.7. Rabanus lib.1.de Naturis rerum, cap.1. Iſidorus lib.7.Etymologiarum, cap.1. Boëtius lib.de Hebdomadis, Hilarius lib.6.de Trinitate, & Hieronymus epiſtolâ ad Damaſum, ſcripſêre. Cum enim Deus ſit ens primum, & ſimpliciter neceſſarium, non poteſt exiſtere per huiuſmodi exiſtentiam, quę, vel ab illius eſſentiâ re diſtinguatur, vel non ſit omninò illius eſſentiæ intrinſeca; quia aliquandò poſſet Deus non exſiſtere.

An Deus ſit ex genere, et differentia. Aquinas. Gadauenſis. Richardus. Ariſtoteles. Cicero. Auguſtinus. Veterum de Deo opiniones. Auerroes. Auguſtinus. Audæus. Tertullianus. Iſaias. Actus. Nazianzenus. Epiphanius. Chriſoſtomus. Ambroſius. Caſſianus.

Credimus quoque Deum ex nullo genere, nullâue differentiâ coagmentari poſſe, & Prædicamento circumſeptus includi cum D.Thomâ parte 1.quæſt.3.art.5. Henrico Gandauẽſi in Summâ, artic.26. quæſt.2.& Richardo in 1.diſt.8.quæſt.vltimâ. Et quamuis Deus Subſtantiæ Prædicamento non includatur: ſubſtantia tamen eſt, & quidem excellentiſſima, & incorporea. Contrà hanc noſtram aſſertionem quidam Philoſophi apud Ariſtotelem lib.4. Phyſicorum, Ciceronem lib.1.de Naturâ Deorum, & Auguſtinum lib.1. Cõfeſſionum, cap.6. ſenſêre. Nam, cum ij non poſſent à ſenſuum conſuetudine cogitationem auocare, credebant omnia entia eſſe corporea. Vndè Anaximenes, & Diogenes Apolloniates, Deum aëreum faciebant; Xenocrates cæleſti corpore præditum; Epicurus humano ſimili conſtantem. Hos imitatus Algazel apud Auerroëm in Deſtructione Deſtructionum, diſp.9. Deum corporeum quoque architectatus eſt. Et Saducæi, cum omnem ſpiritum è medio tollerent, Actorum 23. proculdubio Deum corporeum arbitrabantur: Manichæi autem teſte Auguſtino, Hæreſi 46.& Epiſtolâ 74.ad Deuterium, Deum quoddam corpus lucidum eſſe contendebant. Audæus quoque lib.10.cap.7.Hiſtor. Tripartitæ, & lib.4.cap.10. Hiſtoriarum Theodoreti, humanum corpus Deo tribuebat. Hoc errore etiam Tertullianus lib.contra Praxeã imbutus fuiſſe videtur. At Iſaias cap.40.horũ ſomnia euertit, & Actorum 17.ad Romanos 1. Gregorius Nazianzenus orat.2. de Theologiâ, Epiphanius Hæreſi 70. Chriſoſtomus Hom.5. in Epiſtolam ad Coloſſenſes, Ambroſius lib.2.de Spiritu Sancto, cap.10.& Caſſianus Coll.10.cap.3. horum irrationabilem rationem elidunt. Nam ſi Deus

An in Deo ſit accidens.

corporeus eſſet, profectò in ſe aliquam imperfectionem contineret, nec ſibi in omnibus partibus eſſet æqualis, & vbique præſens.

Ceterùm

Digitized by Google

. Ceterùm ex his colligimus in Deo nullum eſſe accidens; cum ille per eſſentiam ſuam abſolutiſſimè perfectus ſit, & ideò nullius accidentis capax, & egenus. Hanc veritatem optimè Leo Pontifex epiſt. 95.cap.1.Cyrillus Alexandrinus lib.11.Theſauri,cap.1.& Auguſtinus lib.5.de Trinitate,cap.5.& 16.& lib.7.cap.5.perſpexerunt. Et appoſitè inter hos Gregorius Nyſſenus Homel.5.in Cantica. Nihil eſt, inquit,quod circà ipſam conſideretur,non tempus,non locus,non figura,non quantitas. Verùm his non obſtantibus, Petrus quidam Abaylardus teſte D. Bernardo, epiſt.190. Spiritum Sanctum eſſe mundi animam cenſuit; Almaricus apud Turrecrematam libro 4. Summæ, part.2.cap.35.Deum eſſe ipſam rerum eſſentiam ſomniauit;& Dauid de Dinando, teſte D.Thomâ par.1. quæſt.3.art.8. aſſeruit Deum eſſe ipſam rerum materiam.Hęc porrò hominum deliria optimè D.Thomas loco prædicto refutauit.

Leo Pontifex. *Cyrillus.* *Auguſtinus.* *Gregorius Nyſſenus.* *Impietates de Deo.* *Bernardus.* *Turrecremata.* *Thomas.*

Nunc diuinas perſonas flexo proplite, humili mente, curuo calamo adire,& concipere, & pro humano,imbecilliq. Ingenio deſcribere tentabimus.Itaque perſona eſt intellectualis naturæ indiuidua ſubſtantia; atque idem Perſona eſt, quod Suppoſitum, Hypoſtaſis, Res naturæ, & ſubſiſtentia in naturis intellectualibus, & vlterius in diuinis ſunt Tres Perſonæ in vnâ eſſentiâ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus,quę Trinitas appellatur,& naturali ratione minimè cognoſcitur. Harum porrò diuinarum perſonarum ſunt aliquę Notiones,vt Innaſcibilitas,Paternitas,Filiatio,Spiratio,Proceſſio,vt hic Scoti in 1.diſt. 28.quæſt.1.Inſpirabilitatem tranſeamus.Patri autem primæ Trinitatis perſonæ nomen Principij competit;cum ab illo,& Filius,& Spiritus deriuent,vt prudenter D.Auguſtinus lib.4. de Trinitate,capit.20. & lib.5.cap.3. diſſeruit; & cum primum principium ſit Pater, meritò Ingenitus dicitur,vt per negationem innoteſcat. Filij verò maximè proprium eſt,vt Verbum appelletur;quia ipſe ſolus verè procedit per intellectum diuinum, id quod omninò ad internum mentis verbum requiritur, quale dumtaxat locum poteſt in diuinis habere. Quâ de cauſâ D.Auguſtinus lib.7.de Trinit.cap.3. verè docuit Verbum habere ad intelligentem relationem, quam filius habet ad Patrem. Siquidem Verbum eſt ipſemet procedens filius. Et certè filius, vt Verbum eſt,procedit ex omnium cognitione,& omnia repræſentat, vt Auguſtinus lib.15.de Trini.cap.13.& 14.Bonauentura in 1.diſt.27.quæſt.2. Richardus in 1. diſt.27. artic.2. quæſt.3. & Alexander Alenſis part.1. quæſt.62.memb.1.art.4. ſenſère. Nam cum Verbum diuinum ex eâ cognitione Patris procedat, quâ ſeipſum is comprehendit, & illa cognitio ſit, quâ Pater non ſolum ſe, ſed etiam creaturas omnes, vt earum efficiens cauſa, cognoſcit, certò ſequitur,Verbum diuinum ex creatione omnium creaturarum procedere.

Perſona quid ſit. *An Trinitas actualiter cognoſcatur.* *Perſonarum notiones.* *Scotus.* *Pater Principium.* *Auguſtinus.* *Filius Verbum.* *Auguſtinus.* *Auguſtinus.* *Richardus.* *Alenſis.*

Digitized by Google

Spiritus Sāctus. Baſilius. Auguſtinus. Trinitarij.

Hæc quidem de Patre,& Filio delibaſſe ſufficiēt; nūc ad Sanctum Spiritum procedamus. Equidem in primis hoc nomen perſonale eſt, vt D.Baſilius lib.5.contrà Eunomium, & Auguſtinus lib.5.de Trinitate,cap.11.& lib.15.cap.19.docuêre. At contrà hanc tertiam Trinitatis perſonam, Græci impietatis telis armati, & cum iis Armeni, Rutheni,& Moſcouitæ,duce iſtorum Theodoreto, circà annum Domini CCCC.XXX.bellum Gyganteum mouere cęperunt, & negare eum à Filio etiam procedere; ſed hos Theologi omnes in par.1.cum D.Thomâ, veritate, & ipſo Spiritu Sancto anteſignano argumentorum machinis, Conciliorum plurimorum Decretis, & Sanctorum Patrum cum Latinorum, tum Græcorum dogmatibus debellârunt, penituſq. euerterunt. *Pœna impietatis.* Ac, vt tanti erroris promeritas pœnas Græci luerent,& aliquandò reſipiſcerent,Spiritu Sancto permittente,anno poſt Chriſtum natum M. CCCC. LII. 5.Calendas Iunij, hoc eſt, poſtridiè Pentecoſtes, eorum Imperium, ipſo Imperatore occiſo, & Conſtantinopoli à Turcis captâ,euerſum fuit.Quod ſi etiam Spiritus Sanctus à filio non procederet; ab illo nihilominùs diſtingueretur, vt acutè Scotus in 1.diſt.11. quæſt.2. Ochamus, & Gabriel ibidem animaduerterunt. *Scotus. Ochamus. Gabriel.* Vndè quoque dicimus Spiritum Sanctum à Patre,Filioq. tamquam ab vno Principio procedere; *Spiritus Sācti proceſſio.* quia in diuinis eſt quiddam vnum ſimpliciſſimū, quod ex perſonâ Patris,& Filij,& eſſentiâ diuinâ, & relatione ſpirationis conſtat, & ſibi Patrem,& Filium identificat. Ex quo apparet in diuinis eſſe vnum quoddam principium, vt quod Spiritus Sancti,quod ſit Pater,& Filius.

Apoſtrophe.

Verum cetera quæ de Deo, ac diuinis perſonis diſputari poſſunt alijs commodius diſcutienda, relinquimus, & ſolùm iam precamur, vt quemadmodum tu Deus à nobis voluiſti cognoſci, facias, vt à nobis quoque ſummè ſemper, ameris,vt amandatis verborum,rerumq. illecebris,de te dumtaxat, & quæ ad honorem tuum, & ſalutem noſtram pertinent, quòd proprium Theologiæ eſt, loquamur, & ratiocinemur.

ANA-

ANATOMIÆ
INGENIORVM
ET
SCIENTIARVM

AVCTORE

ANTONIO ZARA

AQVILEIENSI

EPISCOPO PETINENSI

SECTIO

IIII.

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

TANDEM aliquandò, fauente Deo, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, Quartam, vltimamq. Operis noſtri huius Sectionem attigimus, quæ quaſdam veluti gemmas Grammaticam, Arithmeticã Practicam, Muſicam Practicam, Rhetoricam, Humanam hiſtoriam, Dialecticã, Notationẽ, Iuriſprudentiã Theoricã, Sacros Canones, Theologiã Practicã, Sacrã Hiſtoriã, & Sacram rerũ Geneſim ac earũ Cataſtrophẽ ex ſeſe excludere videtur. Quarũ certè Cathalogis Memoriæ meritò ſupponi debet. Et hinc illa ex Seſquitertio Siccitatis gradu Grammaticam procreat, quæ tota in præceptis, regulisq. congruè loquendi occupatur. Vndè fit, vt ſecundùm proprios modos, tempora, & caſus varias enunciationes conſtruat, infinita propemodùm uerba, ſingulorumq. caſus oſtendat, eorumq. ſignificationem doceat, quæ omnia profectò ſolùm Memoriæ opera exiſtunt. Hoc verò manifeſtum eſt quoque ex tam immenſa, atque variá variorum idiomatum, vocumq. ſiluá, quæ neque Imaginatiuá, neque Intellectu, ſed Memoriã dumtaxat apprehenditur. Licet enim prouectioris ætatis viri diſcurſu magis valeant, quàm pueri; hi tamen faciliùs, citiùſq. & peregrinas linguas, & Grammaticam ijs addiſcunt. Quam veritatẽ non modò Ariſtoteles Sect. 30. Problem. 3. cognouit, ſed ipſa experientia quoque nobis oſtendit. Siquidem, cùm idiomata nec ſecùm ratiocinando, nec cùm alijs diſceptando quis adipiſcatur, ſed tantùm audiendo, illorumq. ſignificationem intelligendo, & Memoriæ mandando acquiratur, fit, vt Grammatices, ſermoniſq. notitia Memoratrici potentiæ ſolummodò probè tribuatur. Enimuerò, voces, & nomina, Hermogenes apud Platonem in Cratilo, aſſerebat

Quarta, & vltima Sectio.

Scientiarũ nomina.

Grammatica. Gradus.

Ariſtoteles.

Grammatica & idioma, vt addiſcitur.

Plato.

eſſe

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

TANDEM aliquandò, fauente Deo, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, Quartam, vltimamq. Operis noſtri huius Sectionem attigimus, quæ quaſdam veluti gemmas Grammaticam, Arithmeticā Practicam, Muſicam Practicam, Rhetoricam, Humanam hiſtoriam, Dialecticā, Notationē, Iuriſprudentiā Theoricā, Sacros Canones, Theologiā Practicā, Sacrā Hiſtoriā, & Sacram rerū Geneſim ac earū Cataſtrophē ex ſeſe excludere videtur. Quarū certè Cathalogus Memoriæ meritò ſupponi debet. Et hinc illa ex Seſquitertio Siccitatis gradu Grammaticam procreat, quæ tota in præceptis, regulisq. congruè loquendi occupatur. Vndè fit, vt ſecundùm proprios modos, tempora, & caſus varias enunciationes conſtruat, infinita propemodùm uerba, ſingulorumq. caſus oſtendat, eorumq. ſignificationem doceat, quæ omnia profectò ſolùm Memoriæ opera exiſtunt. Hoc verò manifeſtum eſt quoque ex tam immenſa, atque varia variorum idiomatum, vocumq. ſilua, quæ neque Imaginatiua, neque Intellectu, ſed Memoriā dumtaxat apprehenditur. Licet enim prouectioris ætatis viri diſcurſu magis valeant, quàm pueri; hi tamen faciliùs, citiùſq. & peregrinas linguas, & Grammaticam ijs addiſcunt. Quam veritatē non modò Ariſtoteles Sect.30. Problem.3. cognouit, ſed ipſa experientia quoque nobis oſtendit. Siquidem, cùm idiomata nec ſecùm ratiocinando, nec cùm alijs diſceptando quis adipiſcatur, ſed tantùm audiendo, illorumq. ſignificationem intelligendo, & Memoriæ mandando acquiratur, fit, vt Grammatices, ſermoniſq. notitia Memoratrici potentiæ ſolummodò probè tribuatur. Eniinuerò, voces, & nomina, Hermogenes apud Platonem in Cratilo, aſſerebat

Quarta, & vltima ſectio.

Scientiarū nomina.

Grammatica. Gradus.

Ariſtoteles.

Grammatica & idioma, ut diſcitur.

Plato.

eſſe

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

TANDEM aliquandò, fauente Deo, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, Quartam, vltimamq. Operis noſtri huius Sectionem attigimus, quæ quaſdam veluti gemmas Grammaticam, Arithmeticā Practicam, Muſicam Practicam, Rhetoricam, Humanam hiſtoriam, Dialecticā, Notationē, Iuriſprudentiā Theoricā, Sacros Canones, Theologiā Practicā, Sacrā Hiſtoriā, & Sacram rerū Geneſim ac earū Cataſtrophē ex ſeſe excludere videtur. Quarū certè Cathalogis Memoriæ meritò ſupponi debet. Et hinc illa ex Seſquitertio Siccitatis gradu Grammaticam procreat, quæ tota in præceptis, regulisq. congruè loquendi occupatur. Vndè fit, vt ſecundùm proprios modos, tempora, & caſus varias enunciationes conſtruat, infinita propemodùm uerba, ſingulorumq. caſus oſtendat, eorumq. ſignificationem doceat, quæ omnia profectò ſolùm Memoriæ opera exiſtunt. Hoc verò manifeſtum eſt quoque ex tam immenſa, atque varia variorum idiomatum, vocumq. ſilua, quæ neque Imaginatiua, neque Intellectu, ſed Memoria dumtaxat apprehenditur. Licet enim prouectioris ætatis viri diſcurſu magis valeant, quàm pueri: hi tamen faciliùs, citiùſq. & peregrinas linguas, & Grammaticam ijs addiſcunt. Quam veritatē non modò Ariſtoteles Sect. 30. Problem. 3. cognouit, ſed ipſa experientia quoque nobis oſtendit. Siquidem, cùm idiomata nec ſecùm ratiocinando, nec cùm alijs diſceptando quis adipiſcatur, ſed tantùm audiendo, illorumq. ſignificationem intelligendo, & Memoriæ mandando acquiratur, fit, vt Grammatices, ſermoniſq. notitia Memoratrici potentiæ ſolummodò probè tribuatur. Enimuerò, voces, & nomina, Hermogenes apud Platonem in Cratilo, aſſerebat

Quarta, & vltima Sectio.

Scientiarū nomina.

Grammatica. Gradus.

Ariſtoteles.

Grammatica & idioma, vt diſcitur.

Plato.

eſſe

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

TANDEM aliquandò, fauente Deo, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, Quartam, vltimamq. Operis noſtri huius Sectionem attigimus, quæ quaſdam veluti gemmas Grammaticam, Arithmeticā Practicam, Muſicam Practicam, Rhetoricam, Humanam hiſtoriam, Dialecticā, Notationē, Iuriſprudentiā Theoricā, Sacros Canones, Theologiā Practicā, Sacrā Hiſtoriā, & Sacram rerū Geneſim ac earū Cataſtrophē ex ſeſe excludere videtur. Quarū certè Cathalogis Memoriæ meritò ſupponi debet. Et hinc illa ex Seſquitertio Siccitatis gradu Grammaticam procreat, quæ tota in præceptis, regulisq. congruè loquendi occupatur. Vndè fit, vt ſecundùm proprios modos, tempora, & caſus varias enunciationes conſtruat, infinita propemodùm uerba, ſingulorumq. caſus oſtendat, eorumq. ſignificationem doceat, quæ omnia profectò ſolùm Memoriæ opera exiſtunt. Hoc verò manifeſtum eſt quoque ex tam immenſa, atque varia variorum idiomatum, vocumq. ſilua, quæ neque Imaginatiua, neque Intellectu, ſed Memoriā dumtaxat apprehenditur. Licet enim prouectioris ætatis viri diſcurſu magis valeant, quàm pueri: hi tamen faciliùs, citiùſq. & peregrinas linguas, & Grammaticam ijs addiſcunt. Quam veritatē non modò Ariſtoteles Sect. 30. Problem. 3. cognouit, ſed ipſa experientia quoque nobis oſtendit. Siquidem, cùm idiomata nec ſecùm ratiocinando, nec cùm alijs diſceptando quis adipiſcatur, ſed tantùm audiendo, illorumq. ſignificationem intelligendo, & Memoriæ mandando acquiratur, fit, vt Grammatices, ſermoniſq. notitia Memoratrici potentiæ ſolummodò probè tribuatur. Enimuerò, voces, & nomina, Hermogenes apud Platonem in Cratilo, aſſerebat

Quarta, & vltima Sectio.

Scientiarū nomina.

Grammatica.

Gradus.

Ariſtoteles.

Grammatica & idioma, vt diſcitur.

Plato.

eſſe

Digitized by Google

CAPVT VNICVM

Quo demonſtratur omnes Scientias huius Sectionis Memoriæ cellula contineri.

Quarta, & vltima Sectio.

TANDEM aliquandò, fauente Deo, FERDINANDE ARCHIDVX SERENISSIME, Quartam, vltimamq. Operis noſtri huius Sectionem attigimus, quæ quaſdam veluti gemmas Grammaticam, Arithmeticā Practicam, Muſicam Practicam, Rhetoricam, Humanam hiſtoriam, Dialecticā, Notationē, Iuriſprudentiā Theoricā, Sacros Canones, Theologiā Practicā, Sacrā Hiſtoriā, & Sacram rerū Geneſim ac earū Cataſtrophē ex ſeſe excludere videtur. Quarū certè Cathalogis Memoriæ meritò ſupponi debet. Et hinc illa ex Seſquitertio Siccitatis gradu Grammaticam procreat, quæ tota in præceptis, regulisq. congruè loquendi occupatur. Vndè fit, vt ſecundùm proprios modos, tempora, & caſus varias enunciationes conſtruat, infinita propemodùm uerba, ſingulorumq. caſus oſtendat, eorumq. ſignificationem doceat, quæ omnia profectò ſolùm Memoriæ opera exiſtunt.

Scientiarū nomina.

Grammatica. Gradus.

Hoc verò manifeſtum eſt quoque ex tam immenſā, atque variā variorum idiomatum, vocumq. ſiluā, quæ neque Imaginatiuā, neque Intellectu, ſed Memoriā dumtaxat apprehenditur. Licet enim prouectioris ætatis viri diſcurſu magis valeant, quàm pueri: hi tamen faciliùs, citiùſq. & peregrinas linguas, & Grammaticam ijs addiſcunt. Quam veritatē non modò Ariſtoteles Sect. 30. Problem. 3. cognouit, ſed ipſa experientia quoque nobis oſtendit. Siquidem, cùm idiomata nec ſecùm ratiocinando, nec cùm alijs diſceptando quis adipiſcatur, ſed tantùm audiendo, illorumq. ſignificationem intelligendo, & Memoriæ mandando acquiratur, fit, vt Grammatices, ſermoniſq. notitia Memoratrici potentiæ ſolummodò probè tribuatur. Enimuerò, voces, & nomina, Hermogenes apud Platonem in Cratilo, aſſerebat

Ariſtoteles.

Grammatica & idioma, vt diſcitur.

Plato.

eſſe

Vnde verta. *Vnde linguarum diuerſita.* *Alexãder.* *An verba ſignificẽt naturaliter.* *An verba ſignificẽt ex hominũ voluntate.* *Ariſtoteles.* *Heraclitus.* *Pythagorici & Plato refelluntur.* *Leo Pontifex.* *Conciliũ Lateranenſe.*

eſſe ab hominibus conficta, & plurimorum conſenſu accepta, & ex ſeſe nullam rei naturam ſignificantia, quin immò cuilibet rei quoduis nomen imponi poſſe aiebat; atque hinc vnamquamque gentem, ac nationem peculiare idioma habere, & ferè vnamquamque vrbem ab aliâ idiomatum varietate differre. Alexander certè lib. 3. Natural. Quæſt. cap. 11. ex nominum æquiuocatione affirmabat voces, ſi cuiuſque rei naturæ conſonæ eſſent, vnius rei, vnum tantummodò nomen eſſe debere. Nemo enim negare poteſt, ſi voces naturaliter ſignificarent, aut omnium gẽtium vnum eſſe idioma, aut vnumquemque hominem, omnium gentium linguas percallere. Quoniam verò hoc falſum eſt, nomenq. ſolùm, teſte Ariſtotele lib. 1. de Interpretatione, ex hominum beneplacito ſignificet, reſtat, vt Grammatica, & Linguarum varietas non aliâ, quam Memoriæ potentiâ habeatur. Quæ, cùm ita ſint, apparet Heraclitum apud Ammonium, & Pythagoricos apud Doxippum lib. 1. in Prædicamenta, cap. 5. & apud Simplicium in Definitione Denominatiuorũ; & antè iſtos Platonẽ erroneè ſenſiſſe nomina eſſe rerum naturis, & proprietatibus explicandis accommodata. Exiſtimabant enim illi, inſitas eſſe homini ſcientias à naturâ, & conſequenter in animâ propriorum nominum, quæ rebus conueniant, naturalem ſcientiam ineſſe, illamq. nihil aliud, quã quędam Reminiſcentia videri. Quæ ſententia non modò Philoſophiæ, & Fidei, ſed etiam ipſi experientiæ repugnat. Quare eam meritò Leo X. Epiſt. 71. vnà cùm erroribus Priſcillianiſtarum damnauit, idenq. Concilium Lateranenſe III. Seſſione 8. præſtitit.

Quis auctor linguarum. *Moyſes.* *Nemrod.* *Vt ſunt deleta nomina, & alia inſerta.* *Penes quem lingua Hebræa.* *Quæ lingua omnium antiquiſſima.* *Genebrardus.* *Quot ſint linguæ.* *Matres linguarum.*

Verùm adhuc, an rectè Ariſtoteles ſenſerit voces ex hominum inſtituto formatas eſſe, inquirendum eſt. Etenim idiomatum fuiſſe Deum auctorem certò credimus, eáq. tempeſtate illa creaſſe, quà Adami poſteri ciuitatem Babèl extruebant, vt Moyſes cap. 11. Geneſeos teſtatur. Deus enim, vt Gigantis illius Nemrod audaciam comprimeret, & inutile illud opus, ſuperbamq. molem deſereret, ex eorũ animis prioris linguæ omnia nomina deleuit, & deindè pro illarum gentium diuerſitate, quæ tribus ex filijs Noe proſeminatæ ad ædificandum conuenerant, variarum linguarum voces, phraſeſq. inſeruit, & ſolùm penes Heber, eiuſq. familiam, linguam Hebræam reliquit, quam reliquarum omnium Matricem, mundoq. coæuam eſſe, Genebrardus in ſuâ Chronologiâ arbitratur, qui quoque aliarum linguarum nomina ibidem orta, hiſcè verbis commemorat, Dum, ait, Septuaginta duas linguas dumtaxat Hebræi conſtituunt, hoc faciunt, quia apud Moſem non plura ſtirpium capita, & Principes notantur, nempè ex Iaphet Quindecim; ex Cham Triginta; ex Sem Viginti ſeptem. Item, quia non plures proferri poſſunt ceterarum innumerabilium linguarum Matrices, Tales ſunt Hebraica genitrix Syriacæ,

Arabicæ;

Arabicæ;Latina Italicę,Valachicę,Gallicæ,& Hiſpanicæ; Græca Doricæ,Ionicæ,Aeolicæ,Atticæ; Sclauonica Polonicæ,Bohemicæ, Moſcouiticæ;Germanica Heluetice,Anglicæ,Flandricę, Tartarica Turcicæ, Sarmacanicæ; Abyſſina Aethiopicæ, Sabææ. Sic illo numero minimè comprehenduntur ſingularum dialecti. Sunt enim tantæ diuerſitatis, vt intrà centum Leucarum diſcrimen in hominum labijs occultâ quadam cauſâ verſuram faciat tantam, vt vel propter accentum, vel mutationem aliquam litterarum, vel additionem, vel detractionem, tam pauculo ſpatio non ſe mutuò intelligant, ſicut in nouo orbe Americus Veſputius obſeruaſſe ſe ſcripſit. Hæc iſte. Arnobius verò in ſuis Commentarijs in Pſalmum 104.& Septuaginta duo idiomata tunc orta eſſe fatetur, & illas gentes in varias orbis partes profectas prodidit. Noë,inquit ille,tres filios habuit,Sem,Chā,Iaphet. Sem primogenito pars facta eſt à Perſide,& Bactris vſque ad Indiam longè, & vſque Rhinocoturas, quæ ſpacia terrarum habent linguas ſermone barbarico Viginti ſeptem, in quibus linguis gentes ſunt diuerſarum patriarum Sex, & quadraginta. Siquidem multò numeroſiùs gentes multiplicatæ ſunt,quàm linguæ; exempli gratiâ,cùm vna ſit lingua Latina: ſub tamen vnâ linguâ diuerſæ ſunt patriæ, vt Brutiorum,Lucanorum, Apulorum,Calabrorum,Picenorū,& Tuſcorū. Cham uerò ſecundus filius Noë à Rhinocoturâ tendit vſque Gadira habēs linguas diuerſas, partim ſermone Punico à parte Garamantū, partim Latino à parte Boreæ,partim Barbarico à parte Meridiani,et Aegyptiorum,aliorumq. interiorum barbarorum uario ſermone utētium: habens inquam linguas Viginti duas, patrias uerò gentiū Trecentas nonaginta quattuor.

Americus. *Arnobius.* *Noe filij: q̄ puincia obtigerint.* *Sem.* *Cham.*

Iaphet deniqùe ultimus filius Noë habuit fluuium Tigridem, qui diuidit Mediam à Babyloniâ, Sicut Sem habuit Euphratem, & Chā Geon, qui uocatur Nilus. Poſteritas autem Iaphet diffuſa eſt in patrias Ducētas ſermone uario utentes, id eſt in linguis Viginti tribus. Fiunt ergò omnes ſimul linguæ Septuaginta duæ. Patriæ uerò generationum,ſiuè gētium Mille, quibus uniuerſum genus hominum orbem terrarum inhabitantium continetur. Hactenùs Arnobius.

Iaphet. *Linguarum numerus.*

Ex his igitur apparet Deum; idiomatum omnium architectum Babylone fuiſſe,illaq. nonniſi Memoriâ apprehendi poſſe. Babylon uerò,ut hoc obiter perſtringamus, teſte Diodoro Siculo lib.3.cap.3.ducentis circiter annis poſt Nemrod, à Semiramide incredibili magnitudine, & magnificentiâ fuit abſoluta. Turris autem illa tam excelſa, remanſit inædificata, quam Regina in delubrum uertit, idq. Belo Nini patri, à Chaldæis, & Aſſyrijs, pro Deo habito, conſecrauit. Ceterum, Herodotus, qui circà Olympiadem Septuageſimam quintam uixit, lib.1. refert Turrim illam uſque ad ſuam ætatem, nimirùm

Diodorus Siculus. *Babylonica Turris.* *Herodot ætas.*

Digitized by Google

Ioſephus.
Beroſus.
Epiphanius
Ioſephus.
Quid Noe veteribus.
Orbis diuiſio, & conceſſio facta.
Iapheto.
Chamo q̄ regiones data.
Semoq̄ p̄uincia tributa.
Sem filij.
Perſa à quo.
Daniel.
Aſſyrij à quo.
Niniue.
Auguſtinus
Ioſephus.
Chaldai à quo.
Lydi à quo.
Meſopotamia à quo.
Hieron.
Trachonitides, & Damaſceni à quo.
Iobi Patria.
Armeni à quo.
Acarnani à quo.
Mœones à quo.
Sabai à quo.
Dionyſiu: Geographu:
Ophir à quo Heuila à quo.
Chami filij.
Matth. Ber.

mirùm per annos Mille quadringentos perduraſſe.

Eniniuerò, quoniam de linguarum, origine mentionem fecimus, lectori fortaſſis non deſplicebit, ſi de Regnorum quoque, Nationūq. variarum primordijs quædam delibabimus a Noë liberis, Nepotibuſq. profecta. In quibus pertractandis, cùm earum gentium nomina, aut oblitterata iam, aut immutata, aut paucula earum retēta ſint, quòd, & Ioſephus lib. 1. de Antiquitate præmonuit; nos haud inconſultò faciemus, ſi ex illius populi nominis ſimilitudine, regnorum nomenclaturam aliquandò deducemus. Etenim relictis Beroſi Anniani, & Epiphanij commentis de orbis terrarum partitione factâ à Noe filijs ſuis, ſcribit Ioſephus lib. 1. Antiquitatum, Noe, quem veteres Ianum vocabant, cùm a Deo mundi quaſi hæres conſtitutus eſſet, Iapheto Aſiam à Tauro, & Amano montibus vſque ad Tanaim, & in Europâ ab hac metâ vſque ad Gaditanum fretum omnes illos ampliſſimos tractus dediſſe. Chamo autem Syriam, omneſq. Amano, Libanoq. montibus circumiacentes regiones vſque ad Oceanum conceſſiſſe. Semo denique ab Euphrate Aſiam vſque ad Indicum Oceanum omnia illa ampliſſima ſpacia diſtribuiſſe. Huic porrò Aelā, Aſſur, Arphaxad, Lud, & Aram filij obtigêre. Quorum primus Aelamitis, à quibus Perſæ oriundi ſunt, nomen dedit, vt ex Daniele, cap. 8. apparet. Aſſur Aſſyriorum regnum fundauit, ciuitatem ampliſſimam erexit, quàm, cum Ninus Beli filius multis poſt annis amplificaſſet, ex illius nomine, nomen ſortita eſt, vt etiam D. Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 3. teſtatur. Arphaxad verò, aſſerit Ioſephus lib. 1. Antiquitatum, Chaldæorum parentem exſtitiſſe. At Lud, creditur Lydos Aſiæ minoris populos creaſſe, & Aram, Meſopotamiam Syriæ condidiſſe. Ceterum, Aramo, Hus, Hul, Gether, & Mes orti ſunt. Et Hus quidem, D. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Geneſim, credit Trachonitidis, & Damaſci conditorem inter Palæſtinam, & Cælen Syriam fuiſſe, vbi D. Iobi patria exiſtit; Hul Armenorum; Gether Acarnaniorum, & Mes Mœonum parentes prodijſſe. Sic quoque inter reliquos à Iectan filijs, Sabâ Sabæi Indi, vt vult Dionyſius Geographus., dicti ſunt; ab Ophir, Ophir prouincia aurifera; & ab Heuilā, eiuſdem nominis regio è regione Aegypti uocata, memoratur. Quod reliquum eſt, Cham hos filios habuit, Meſraim, Phut, & Canaam. Et quidem primus contra Matthæum Beroaldum in ſuo Chronico, Aethiopibus nomen impoſuit; Meſraim olim prouinciā incoluit, quæ multis ſeculis poſt Aegyptus dicta eſt ab Aegypto Danai fratre, & Beli Aegyptij filio, quo defuncto, iſte in regnum ſucceſſit, & Danao expulſo, Argos conceſſit, vndè Argiui prodiêre, & Danai. Et licet hæc vera ſint: Gerardus Mercator tamen regnum Aegypti, Aegyptioſq. non modò antè Diluuium; verùm etiam in mundi

exordio.

exordio fuiſſe contendit, eâ ratione ductus apud Euſebium in Chronico, quòd Decimã ſextã Aegyptiorum Dynaſtiã cùm ipſo Diluuij tempore concurrere crediderit, & opinatus fuerit, quindecim Dynaſtias Diluuium præceſſiſſe; cùm tamen hæc Dynaſtia Ducentis nonaginta duobus annis Diluuio poſterior fuerit, & per cõſequens Dynaſtias illas omnes poſt Diluuium incępiſſe, quod etiam Ioannes Annius in Manethonis Supplemento, fateri videtur. Phut autem teſte Ioſepho lib. 1. Antiquitatum, Lybiæ colonos dedit, de ſuoq. nomine tunc Phutos dici voluit. A Chanaan demùm Chananæa regio dicta eſt. Hic inter alios filios, poſſedit Sidonem, a quo Sidonij; Hethçum, a quo tellus illa nominata eſt, quæ Berſabeam, & Hebronem circinat, erantq. huius incolæ Gyganteá mole formidabiles; Iebuſæum, à quo Hieroſolymitani dicti olim Iebuſæi; Amorrhæum, à quo Amorrhæi, qui trans Iordanem, vel circà Antilibanum, vel propè Cades Bernæ, vel Iudææ montana, ob populum numeroſum, diſparſim incolebant; Heuæum, à quo Heuæi, qui apud Ioſue cap. 11. & libro Iudicum, cap. 3. cùm ad radices Hermon in Maſphá, tùm etiam in monte Libano habitabant; Aracæũ, à quo Arcas Opidum contrá Tripolim, vt D. Hieronymus teſtatur; Sinæum, à quo vel mons Sinai, & vicinia, vel certè Sinarum regio; Aradium, à quo Arada inſula quondam populoſa, anguſto freto à Phoenices litore ſeparata, de quá Strabo lib. 16. meminit; Samaræum à quo Samaria, & Samaritani; Amathçũ denique à quo Emath ciuitas, olim Antiochia, quam Ioſephus lib. 5. de Bello Iudaico, cap. 1. Metropolim Syriæ aſſerit fuiſſe. Verùm, inter filios Meſraim, Ludim eſt, qui Ludęis Africæ populis, & Aegypto vicinis nomen fecit; Laabim, qui Lybicis, priùs, teſte D. Hieronymo in Tradit. Hebraic. Phutæi, à Phut appellati, deniq; Philiſthim, qui Philiſtinæ genti nomen tribuit, quæ oram maritimam Chananææ tenuit, cuius incolæ erant Gazæi, Azotij, Aſcalonitæ, & Accaronitæ. Vltimò Chus genuit Sabà, & Heuila diuerſos à prioribus, Sabbatha, Sabathacha, Nemrod, & Regma. Equidem tam Saba huius liber, quã Regma Sabæas gentes protulit, quarum aliæ ſinum Perſicum, aliæ Arabicum obtinebant. Ex hac plagá odorum, aromatumq. ferace, contrà Ioſephum lib. 8. Antiquitatum, Regina illa diſceſſit, quæ Salomonem inuiſit. Ex hac quoque venêre illi Tres Magi, non tantùm Stellâ, quàm Deo duce, auitiſq. vaticinijs Iſaiæ, traditionibuſq. Hebræorum, à quibus illi deſcendebant, præuijs, qui Chriſto Domino infantulo triplicis generis munera detulêre. Heuila verò huius liber, teſte Ioſepho lib. 1. Antiquitatum, Getulos in penitiori Africâ progenuit; Sabatha, Aſtrabaros procreauit, qui, cùm penes Meroen Nili inſulam habitarent, Aſtrabores læuus eius alueus dictus eſt, vt Plinius lib. 5. cap. 9. prodidit. Ptolomæus certè refert in Arabiá felici fuiſſe

quamdam

Aethiopes à quo.
Aegyptij à quo.
Argiui, & Danai à quo.
Gerardus Mercator refellitur.
Euſebius.
Dynaſtiæ Aegyptiorũ
Ioannes Annius.
Manethon.
Ioſephus.
Lybij à quo.
Chananæi à quo.
Sidonij à quo.
Hethæi à quo.
Gigantes.
Hieroſolymitani à quo.
Amorrhæi à quo.
Heuæi à quo
Ioſue.
Anas à quo.
Sina à quo.
Arada à quo.
Strabo.
Samaritani à quo.
Antiocheni à quo.
Filij Meſraimi.
Ludæi à quo.
Lybici à quo
Philiſtini à

Chus filij. quamdam vrbem Sabatha nomine, quam fortaſſe Sabatheni exſtruxerunt, deq. eorum nomine eam dici voluerunt. Quos autem Sabathacha diſſeminauerit in hoc Orbe, ignoratur; ad Antipodes fortè penetrauit. Nemrod certè primus Tyrãnus poſt Diluuium exſtitit, qui regnandi cupiditate inflammatus, euerſoq. omni iure, temeritati, & violentiæ habenas relaxauit. Hic, cùm ſtaturæ proceritate, & audaciá eſſet Gygas incomparabilis, ſuumq. nomen æternitati conſecrare vellet, Babylonem, Turrimq. illam altiſſimam fundauit, quam vrbem poſteà Belus exornauit, & à ſui nominis nomine vocari iuſſit, & Semiramis amplificauit. Hinc profectò Poëtæ nacti ſunt occaſionem fingendi bellum Giganteum contra Deos, &, vt eos è cęlo deturbarent, altiſſimos Theſſaliæ montes alios ſuper alios impoſuiſſe, quòd, & apud Euſebium lib.9. de Præparatione Euangelicá, cap.4. Abydenus prodidit. Primos homines, ait, ferunt è terrá natos, robore, atque magnitudine confiſos, Dijs ſpretis, turrim eo in loco, vbi nunc Babylon eſt, ad Solem vſque tollere contendiſſe, cumq. iam ferè ad cęlum ædificando peruenillent, magnâ ventorum vi à Dijs miſſâ, dirutam turrim ſuper eos ipſos cecidiſſe, fuiſſeq. tunc inter Saturnum, & Titanũ inceptum bellum. Simile etiam quid Ouidius lib.1. Metamorphoſeos ſcriptum reliquit,

Sabæi à quo. *Ioſephus.* *Regina Saba vndè.* *Tres Magi vndè.* *Ioſephus.* *Getuli à quo* *Aſtabari à quo.* *Plinius.* *Ptolemaus.* *Sabatha à quo.* *Qui fuerit primus Tirannus.* *Babylon à quo.* *Gigantaum bellum.* *Euſebius.* *Ouidius.*

Affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes,
Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes:
Tum pater Omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſa.

Sed fabellas deſeramus, & Regma vltimum Chus filium inuiſamus. Hic videtur Sabæis proximam regionem incoluiſſe, ex Ezechiele, cap.27. & indè Regmęos aurum, aromata, lapideſq. pretioſos Tyrum deportaſſe. Regmæ autem nati ſunt filij Saba, de quo ſuprà, & Dadam, qui ex Ezechiele videtur Idumæis vicinus fuiſſe. Vltimò tandem Iaphet emergit, quem aliqui voluère Iapetum fuiſſe è cælo, terraq. ſatum, vnumq. de Titanibus, qui Iouem bello laceſſiuit, Promethei parentem, & Deucalionis auum, de quo Ouidius lib.1. Metamorphoſeos cecinit.

Ezechiel. *Regmæi à quo.* *Quid Iaphet veteribus.* *Ouidius.*

Natus homo eſt, ſiuè hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Siuè recens tellus, ſudataq; nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat ſemina cæli,
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Porrò

Porrò Iaphet natu maior fuit Gomer, qui apud Ioſephum creditur Gomeritas, vel Galatas in Aſiâ creaſſe; alter Magog, qui ex Plinij relatu lib. 5. cap. 2. & 3. videtur Cœlæſyriæ populos Palæſtinæ propinquos diſſeminaſſe, vel Gothos effeciſſe. D. Hieronymus verò in Trad. Hebr. & cùm ipſo Ioſephus autumant Magog, Getas, Meſſagetas, & Scythas à quibus Tartari, & Turcæ deſcendunt, inſtituiſſe. Verùm Turcæ videntur potius ab Iſmaele originem trahere, qui quondam Iſmaelitæ dicebantur, & Agareni ab Agar Iſmaelis matre, & Saraceni non à Sarâ, ſed à Saracâ, vt Stephanus, qui de Vrbibus ſcripſit, teſtatum reliquit. Saraca, inquit, eſt regio Arabiæ poſt Nabathæos, cuius habitatores Saraceni vocantur. Nabathæi autem à Nabaioth Iſmaelis primogenito nomen, proſapiamq. ducunt, vt ex capite 25. Geneſis apparet. Tertius verò Liber, Madai nominatur, ex quo Medi in Aſiâ maiori orti ſunt; quartus Iauan, à quo Iones Græcorum ſatores, & Athenienſium parentes, vt Hecathæus apud Strabonem lib. 9. teſtatur; quintus eſt Thubal, quem Ioſephus Hiſpanorum parẽtem facit; Sextus eſt Moſoch quem quidam credunt Moſcouitas feciſſe; alij Cappadoces; alij gentes vel in Aſiâ, vel in Syriâ extitiſſe. Vltimus Iapheti filius Thiras appellatur, a quo Thraces nati, & non à Thrace Martis filio. Ceterùm, ex Gomer, Aſcenez, Riphath, & Togorma prodijt, quorum primus, cùm Germaniæ nomen ex Thargo Hieroſolymitano, præ ſe ferat, credendum eſt primum Germanorũ parentem fuiſſe; alterum Riphæis montibus, populiſq. circumuicinis nomen dediſſe; tertium vult Ioſephus Phryges condidiſſe. Denique ex Iauan, Eliſa, Tharſis, Cethim, & Dodanim profecti ſunt. Et Eliſa quidem, non eſt improbabile emenſo Mediterraneo mari, & extrà fretum Gaditanum euectum, ad inſulas Fortunatas perueniſſe, quas Campos Elyſios ab auctore, veteres nominârunt. Tharſis vult Ioſephus lib. 7. Antiquitatum eſſe Indiam, ſiuè Auream Cherſoneſum; alij Ciliciam, cuius Metropolis Tharſis D. Pauli patria. Cethim opinatur Ioſephus eſſe Cyprum, ac in eâ, vrbem eſſe dictam Citium, vndè Zeno Citicus Stoicorum Princeps prodijt; alij exiſtimant eſſe Italiam, vt tum Latinus, tum Chaldæus Interpres ſcriptum reliquit. Quod reliquum eſt, Septuaginta Interpretes, Dodanim putant Rhodum fabricaſſe. Reliqui verò Noë poſteri, ac nepotes, qui, & in Sacris, & in prophanis litteris ſilentio inuoluuntur credi fas eſt ad remotiſſimas terrarum oras conceſſiſſe, & ad alterum Hemiſphærium incolendum, quod Columbi, Americi, aliorumq. virorum præſtantiſſimorum induſtriâ repertum eſt, adnauigaſſe, & ideò incognitos quaſi noſtratibus, ac veteribus remanſiſſe.

Verùm enimuerò, tempus eſt, vt alias quoque diſciplinas perluſtremus. Et quidem Primò nobis Arithmetica Practica ex Sexquiter-

Iapheti filij. *Galatæ à quo.* *Gothi à quo.* *Hieron.* *Getæ, Meſſagetæ, Scythæ, & Tartari à quo.* *Turcæ à quo.* *Stephanus.* *Saraceni à quo.* *Nabathæi à quo.* *Medi à quo.* *Iones à quo.* *Strabo.* *Hiſpani à quo.* *Moſcouitæ à quo.* *Thraces. à quo.* *Gomer filii.* *Germani à quo.* *Riphei à quo.* *Phryges à quo.* *Iauan filij.* *Campo Elyſii à quo.* *Ioſephus.* *Pauli patria.* *Cyprus à quo.* *Zeno Cicicus.* *Italia à quo.* *Rhodus à quo.* *Quo reliqui profecti ſint.*

tio

Arithmetica Practica. Gradus. tio ſiccitatis gradu orta,occurrit,quæ in hoc à Theoricâ differt,quòd illa figuras, & proportiones adinuenerit, hæc autem inuentas, Memoriâ contineat ſolùm,nec circà eas diſcurrat. Illius enim munus eſt artis præcepta callere,vt probè numerare,addere, ſubtrahere,& reliqua ſimilia efficere poſſit.

Muſica Practica. Gradus. Pari gradu cum hac Muſica Practica ambulat, quæ vna cum Arithmeticâ citius à pueris, quam grandæuis addiſcitur. Hæc porrò nil aliud, quàm præcepta rectè canendi oſtendit, vt ſecundum claues, tonos,notaſq. & ſimilia cantetur,& vbi mora facienda ſit, vbi mutatio vocis, & alia huiuſmodi ſciatur, quæ omnia ſunt Memoriç exercitia.

Rhetorica. Gradus. Ex eodem quoque gradu Rhetorica proficiſcitur, quæ ab Oratoriâ, & in Oratione, & in eloquutione, alijſq. diſcrepat, & tantù in prçceptis tradendis conſiſtit. Nam,vt aliquis ex arte triplicis generis orationes componat,neceſſariò huius regulas eum tenere oportet,vt quid in exordio,quid in propoſitione,quid in narratione,quid in cõfirmatione, & peroratione facere debeat,optimè percalleat, & quali exordio,& orationis colore,eoq. vti deceat,non ſit ignarus;quç omnia,ac plurima alia,nec in Intellectu; nec in Phantaſiâ,ſed ſolummodò in Memoria verſantur. Quod,vt clariùs pateat, vidimus Rhetores in tradendis præceptis valdè celebres, ſed in perorando, valdè ignauos,& inelegantes fuiſſe,eò quòd illa Memoriæ, hæc Imaginitricis ope peragantur.

Humana hiſtoria. Gradus. Cicero. Humana hiſtoria verò ex eodem Lyceo quoque, & qualitatis gradu egreditur, quam Cicero lib. 1. de Oratore Memoriæ vitam appellauit. Siquidem huic incumbit, vt rerum geſtarum ſeriem deſcribat, vt belli negotia, paciſq. conſilia depromat,& denique quo tempore, & loco,& à quibus perſonis,quo actu,aut ſapientiâ res peracta ſit, demõſtret. Quod munus ad Memoratricẽ facultatẽ ſolùm pertinere certum eſt, quæ in hiſcè enarrandis, nec ratiocinatur,nec figuras, & proportiones commentatur,ſed ſolummodò prout res geſtæ ſunt,eas deſcribit,& ſub legentium oculos hiſtoricè deponit.

Dialectica. Gradus. Atqui huius ſocia in qualitatis gradu Dialectica eadem præſtare videtur, quæ, cùm ratiocinium Logicç concedat omne, hæc tantùm benè ratiocinandi formulas ſuppeditat,ex verbis, ac nominibus hiſcè enunciationes efformat, modos varios illas enunciandi oſtendit, Syllogiſmos fabricat, illorũq. Figuras,Modoſq. demonſtrat, & denique quidquid ad artem perfectè diſcurrendi attinet,traditis prçceptis copiosè cõſtituit quæ ſi quis Memoriâ ſæpiuerit, abſque alio, uel Intellectus,vel Phãtaſiæ auxilio, excellens Dialecticus euadet, quandoquidè hic neque Imaginatrix in fingendis proportione,& figurâ partem aliquam ſibi vendicat, neque Intellectus,an probè, vel improbè facta ſint,

ſint,iudicat, ſed cuncta Memoriæ cedunt dominio. Neque verò ab hac vllâ in re Notatio diſſentire videtur, quæ annorũ, dierum, menſiumq. memorari debet, Teſtamentorũ,Codicillorumq. formulas ſcire, Inſtrumentorum,Contractuumq. variorum terminos, & clauſulas habere promptas,& ſexcenta alia Memoria continere, quæ hanc artem exercitantibus, ſingulis propemodùm diebus ſolent vſuuenire. Quoniam verò circa hęc nullus diſcurſus ab Intellectu formatur, nec ab Imaginatrice figura, aut ſymmetria vlla fabricatur, ſupereſt, vt hæc diſciplina Memoriæ ſolum ſubſtrata ſit. *Notatio. Gradus.*

Et verò Iuriſprudẽtia Theorica etiam ex Memoriæ Archiuio proficiſcitur,quæ ceteras tamen medio illius qualitatis gradu exſuperat. Verùm,ſuperius diximus Practicam Intellectui ſubſeruire,nunc probandum eſt Theoricam ſub Memoriâ militare. Equidẽ Lex nil aliud eſſe videtur,quàm quædam legiſlatoris voluntas, quæ quî ſubditi viuere debeant,vt in pace degant, vt virtutes proſequantur, vt ſcelera fugiant,vt ſuum cuique tribuant,vt neminem lædant, & denique, vt iuxtà legis normam quiſque viuat,præſcribit. Atque hinc interdictũ eſt,c.1.de conſtit.vt in Iudicijs nemo ſuo ſenſu vti audeat, ſed legum ſolummodò auctoritate ducatur. Quoniam legum auctoritas tãta eſt vt etſi dura ſit,l.proſpexit, in princ. ff.qui, & à quibus: omnes ijs tamẽ auſcultent,& nemo,qui eiſdem cõtradicat,reperiri poſſit. Ex quo fit, vt Theorico ab earum decretis diſcedere nullatenùs liceat, ſed earũdẽ diſpoſitioni acquieſcere debeat. Quæ res in cauſâ fuit,vt leges tot Theoricorum veſtigijs, ac ſcriptis nobilitatæ ſint. Ideò Theorici pręcipua cura erit, vt legum varietatem, & ſententias omnes in Memoriâ veluti deſcriptas obtineat,earum appendices, limitationes, atque his ſimilia apprimè teneat, totumq. illarum textũ ob oculos quaſi habeat,vt incidente caſu aliquo,ſtatim illas allegare,& cõſulenti ſapienter reſpondere poſſit. Atque inter hunc,& Practicum hoc diſcriminis exſiſtit,quòd is ex allegatis legibus pro cauſæ ſuæ tutamine, plurima argumenta,propter Intellectus bonitatem eruet, locisq. opportunis applicabit: ille autem, etſi Pandectas Memoriæ infixas habeat: vix tamen ob eius defectum ex omnibus illis Enthymema vnum efformabit. E contrà verò, quia ad Memoriam copia verborũ ſpectat, rerumq. recordatio,is pro ſuggeſtu in recitãdis,compilandisq. legibus, iisq. cum quadam dictionis pompâ, phraſiumq. lenocinio prælegendis, Practicum longiſſimè ſuperabit. *Iuriſprudentia Theorica. Gradus. Legis finis. Prohibitio. Diſcrimen inter Practicum, & Theoricũ.*

Hæc facultas ergò ad Memoriam pertinebit,vt etiam in eodẽ gradu Sacri Canones, qui ex Summorum Pontificum Decretis, Conciliorum Statutis,Sanctorũq. Patrum Placitis conflantur, & idcircò nil aliud apparent eſſe,quã quędam concinna ſacrarũ legũ collectio,quę, cùm iam facta,& definita ſit, circà eam nullo opus eſt diſcurſu, ſed tã- *Sacri Canones. Gradus.*

Ii tùm

Digitized by Google

tùm obſequio. Ac cuncta hæc nobis ad piè, feliciterq. viuendum ſancita, non Phantaſiæ proportionibus, & figuris, ſed Memoriâ tantummodò firmâ, & tenaci poſſunt contineri.

Theologia Practica. Gradus.

Sic quoque de Theologiâ Practicâ iudicandum eſt, quæ ex Tertio etiam Siccitatis gradu prodit, quęque Dei, ac Eccleſiæ præcepta nobis proponit ſeruanda, & obſeruanda; Sacramenta exhibet; Miniſtros inſtituit, & quibus illa, quouè modo, ac tempore danda ſint, inſtruit; omnia Virtutum, ac Peccatorum genera, vt hæc vitemus, illa ſequamur, oſtendit; Cenſuras profert, monſtratq. viam nè in illas incurramus, & incurſis, vt è veſtigio abſoluamur, & plurima denique alia ediſſerit, quę ad noſtram ſunt ſalutem diuinitùs inſtituta. Omnia porrò hæc nõ amplius in diſcurſu, & ſymmetriâ, ſed tantũ in eo ſita ſunt, vt pro debito eorum exercitio, quàm optimè Memoria comprehendantur. Ex quo concludimus, eum præſtantem Theologum Practicũ futurum, qui Memoriâ inſigni valebit, ſed in Theoricâ ſubſeſſurum.

Sacra hiſtoria. Gradus.

Ad hanc quoque Ingenij differentiam Sacræ hiſtoriæ peritus pertinere videtur; quippè quæ, cum illa Mundi natalitium, & quæ ſingulis diebus condita ſunt, deſcribat, Adami lapſum, & exilium, filiorum eius genealogias, Noeticam eluuiem, gentium bella, Hebræorum leges, atque ſacra, Chriſti ſeruatoris noſtri ortum, vitam, atque obitum, diuini Pneumatis aduentum, Apoſtolorũ peregrinationes, & Euangelia, & infinita propemodùm alia hiſtoricè tractet, fit, vt hæc, nec Intellectu, nec Phantaſiâ, ſed Memoriâ ſolum prout geſta, & exarata ſunt, concipiantur.

Geneſis rerum, & Cataſtrophe. Gradus.

Vltimò tandem ſacra rerum Geneſis, & earum Cataſtrophe nobis ex eodem Tertiò ſiccitatis gradu obuiam venit, quæ etiam, cum Vniuerſi huius primordia, ędificiumq. enarret, eiuſq. excidium, ruinamq. recenſeat, ſequitur, vt ſacræ hiſtoriæ aſſimiletur, & in eiuſdem Potentiæ porticu vnà commoretur.

Apoſtrophe.

O Domine IESV eia fac nos tecum in tuæ Potentiæ porticu commorari, vt cùm vltima Mundi euerſio euenerit, non euertamur, nec tu clementiſſimam faciem tuam à nobis auertas, nè à te excisi, excidium perpetuum experiamur, & in æternâ orbis ruinâ ſepulti, ob immenſos peccatis noſtris cruciatus meritò in Inferno debitos, ſic nec tibi viui, nec nobis mortui viuamus. Tuæ igitur benignitatis intuitu, largire, vt in cælum aſſumpti, te in æternum contemplando, colamus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM PRIMVM.

De Grammatica.

Grãmatica encomia.

GRAMMATICA quamquàm humilis quibuſdam, atque vilis viſa ſit: à viris prudentiá tamen claris in pretio ſemper eſt habita. Nam, ſi ex antiquitate, rei nobilitatem cognoſcimus, ſi ex cõſuetudine, probamus actionẽ, ſi ex neceſſitate rei prꝏſtantiam veneramur, quid amabo Grãmaticâ antiquius, quid conſuetudine per orbis vniuerſi nationes vſurpatius, quid ipſã magis necesſũ intuebimur? Si extrema retro tẽpora animis reuoluerimus, recognoſcemus Grammaticam in ipſis Mundi incunabulis vnã cum Adamo natam fuiſſe, & pedetentim ità inualuiſſe, vt nullum modò ſit Regnum, nulla Ciuitas, nullus Pagus, nulla fere Domus in quâ nõ triumphet; ſi antiquitatis annales replicauerimus, & cùm noſtris temporibus conferre voluerimus, nihil Grammaticâ inueniemus conſuetudine ſanctius, & ſolidius firmatum. Hæc enim non apud nationes modò, quas morum elegantia perbellè excoluerat, ſed apud illas etiã, quas barbaries fœdiſſimè infuſcárat, tãtum ſemper valuit, vt maximâ animorum contentione, ac auiditate perpetuò fuerit excepta, & recepta. Ac, cùm plurimarum ſcientiarum cognitione carere poſſimus, quis autem nos hac vacare poſſe, affirmabit? Muti eſſemus quaſi, & elingues: nihil ſcitè, nihil congruè diceremus; omnia eſſent quadã ignorationis nube ità obducta, vt nulla iã toto orbe perfecta ſcientia exſtaret. Quis enim ſcientias abſque Grammaticâ litteris cõſignaſſet, quarum omniũ hæc baſis exſtitit? Hęc litteras cõmenta, hæc ſyllabas architectata, hæc voces enixa eſt; hæc cõgruè loquendi formas ſuppeditauit, & probè diſſerendi rationem, & præcepta demõſtrauit. Et verò in tantâ honoris exiſtimatione hanc habuit Carolus etiam ille Magnus Cæſar, vt Grãmaticam Germanicã formauerit, & noua nomina ventis, mẽſibusq. impoſuerit. Scitè enim Quintilianus li. 1. Inſtitutionũ. Ne quis igitur, inquit, tanquã parua faſtidiet Grãmatices elemẽta, quia interiora, velut ſacra huius adeuntibus, apparebit multa rerũ ſubtilitas, quę nõ modo acuere ĩgenia puerilia, ſed exercere altiſſimã quoque eruditionẽ, ac ſcientiã poſſit. Atque ideò aſſerit hanc eſſe neceſſariã pueris, iucundã ſenibus, dulcẽ ſecretorum comitem, & quę, vel ſola oĩ ſtudiorũ genere

Carolus Grammaticus.

Quintilian.

Grãmatices priuilegiũ. plus habeat operis, quàm oſtentationis. Meritò igitur Grammaticæ Magiſtris olim immunitas indulta fuit, nè hoſpites ſuſcipere teneren-

Arcadius Iuriſconſultus. tur, vt Arcadius Iuriſconſultus in l. fin. §. fin. de mun. & hon. lib. 50. tit. 4. & l. fi. de Profeſſoribus, & Medicis lib. 10. C. tit. 52. teſtatũ reliquit.

Porrò, qui Grammatices elemēta reliquarum nationum poſt Adamum excogitauerint, Tacitus lib. 11. Annalium commemorat. Ac nouas, inquit, litterarũ, formas addidit, vulgauitq́; cõperto Græcã litteraturã non ſimul cęptã, abſolutãq́. primi per figuras animalium Aegyptij ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumēta memoriæ, impreſſa ſaxis cernuntur, & litterarũ ſemet inuētores perhibent: indè Phęnicas, quia mari præpollebant intuliſſe Græciæ, gloriãq́. adeptos, tamquã repererint, quæ acceperant. Quippè fama eſt Cadmum claſſe Phęnicã vectũ rudibus adhuc Græcorũ populis, artis eius auctorem fuiſſe. Quidã Cecropē Athenienſem, vel Linũ Thebanũ, & tēporibus Troianis Palamedē Argiuũ memorãt ſexdecim litterarũ formas, mox alios, ac præcipuè Simonidē ceteras reperiſſe. In Italia Ethruſci à Corinthio, Aborigenes Arcades ab Euandro didicerunt. Et formæ litteris Latinis, quæ veterimis Græcorũ. Sed nobis quoque Punicæ primũ fuēre, deindè additę ſunt. Quo exēplo Claudius tres litteras adiecit, quæ vſui imperitante eo poſt obliteratæ aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora, ac templa fixo.

Tacitus. *Litterarũ inuentores.*

Grammaticus quid ſit. *Nepos.* *Ficinus.* Grãmaticus autē ille eſt, teſte Cornelio Nepote, qui diligenter, & acutè, ſcienterq́. poteſt, aut dicere, aut ſcribere. Et Marſilius Ficinus in Platonis Philebo, Grãmaticus, inquit, eſt, qui tenet quot, & quales in ſpecies vox diſtingui poteſt, dũ verba mente concepta, ore diſtinguuntur.

Grãmatica quid ſit. Grammaticam verò Ammonius, & Porphyrius definiuerunt eſſe peritiam eorum, quæ magnâ ex parte à Poëtis, & rerum ſcriptoribus dicuntur. Sed Simplicius in Phyſicá ſic eam deſcribit. Grammatica eſt ſcire cõfuſionē de ipſis Vigintiquattuor litteris. Sed heus, quid agimus, quid cogitamus? Si Grãmaticam pro dignitate nõ laudauerimus, Grãmatici nobis ſubiraſcentur, ſi nimiũ extulerimus, reliqui in nos ſcõmata proijcient. Conſultius ergò eſt huius laudes potiùs venerari tacendo, quã dicendo imminuere, nobiſq. aliorũ iras ſuccendere; ſed nihilominus tamen, cum Deus nobis Grãmaticæ ornamēta cõceſſerit, q̃dquid de Deo, q̃dquid de ipſius rebus diuinis dixerimus, id totum Grãmaticæ laudibus cedet per cõſequens, & ſuccedet. Nam nihil eſt in Ingeniorũ theatro, & ſcientiarũ, ꝙ non diuinũ Numē tãquã oĩum virtutũ fontē, & auctorē loquēdo, & tacēdo ēt recognoſcat.

Apoſtrophe Tibi itaque Domine perēnes agimus gratias, quòd nobis articulatè loquēdi gratiam tribuiſti, quòd nos diſcurſu, & loquelã omnibus alijs animantibus præcellere conceſſiſti, quòd nos demùm de te piè, verè, & ſanctè ſcribere grammaticè permiſiſti.

MEM-

MEMBRVM

SECVNDVM.

De Arithmetica Practica.

HVIVS tantum eſt neceſſitudinis pondus, vt Platone in Epimenide aſſerente, abſque hac neque ſcientia vlla, neque ipſa hominum ſocietas conſiſtere poſſit. Numeratio igitur eſt cuiuſuis numeri propoſiti per proprias figuras deſcriptio. Vtuntur autem Arithmetici Decem characteribus ad omnium numerorum deſcriptionem. Numerorum methodus verò docet, vt à dextro ad ſiniſtrum latus progrediamur, Phęnicum more, qui eam feruntur inueniſſe.

Arithmetica neceſſitas.
Plato.
Numeratio
Numeri, vt ſcribuntur.
Arithmetica inuentor.

Porrò hæc Additionem, ex ſe progenerat, duorum, vel plurium numerorum in vnam ſummam collectionem; Subtractionem, minoris numeri ex maiori, vel æqualis ex æquali ſubductionem, quorum maior erit, cuius figura vltima maior exſiſtet. Quòd ſi vltimæ figuræ duorum numerorum æquales ſint, ille maior erit, cuius penultima figura maior eſt. Et ſi penultimæ etiam figuræ ſint æquales, ille maior erit numerus in quo priùs maior figura ſeſe exerit. Sed multiplicatio eſt vnius numeri in alium ductus. Porrò tunc quilibet numerus in alium duci dicitur, cum alter ipſorum toties augetur, quoties in altero vnitas continetur. At Diuiſio, eſt propoſiti numeri in partes ab altero numero dato denominatas, diſtributio. Quorum aliqui ſunt integri, alij fracti. Equidem Fractio numeri, ac Minutia, eſt vnius, vel plurium partiū alicuius totius, in plures ęquales partes diuiſio; vt ſi totū aliquod ſectum in quinque partes ęquales eſſet, vna iſtarum partiū fractus numerus tunc dieeretur. Quęlibet autem Minutia duobus numeris conſtat, Numeratore, qui numerat quot partes contineat fractio propoſita ex illis, in quas totum, cuius eſt fractio, diuiſum eſt; Denominatore, qui omnes illas fractionis partes denominat, in quotnam partes totum eſſe diuiſum intelligitur. Ac Minutiæ cuiuſuis æſtimatio augetur, cū Numeratore manente eodem, Denomi-

Additio.
Subtractio.
Multiplicatio.
Diuiſio.
Fractio.
Numerator.
Denominator.

nator minuitur; vel cum Denominatore manente eodem, Numerator augetur. Et Minutiæ cuiuſuis valor minuitur, cùm Numeratore manēte eodē, Denominator augetur; vel cū Denominatore manē te eodē, Numerator minuitur. Ceterum Minutiæ quæcumque quarum vnus numerus ad ſuum Denominatorem eãdem proportionem obtinet, quàm reliquarum, Numeratores habent ad ſuos Denominatores, inter ſe æquales ſunt. Verū Fracti numeri ſubtractionē, Detractionē, Diuiſionē, & Inſitionē æquè, ac alij integri numeri patiuntur.

Aurea regula. Quòd reliquum eſt, regula Aurea, vel Proportionum ideò dicitur, quòd in quattuor numeris proportionalibus, quorum priores tres noti ſunt, quartus ignotus emergit. Vndè, & regula Trium à vulgo appellatur. *Euerſa regula.* Solet autem ex hac regulá, alia quædam, quæ Euerſa nominatur, proficiſci, cum ſcilicet primus numerus per ſecundum multiplicatur, numerusq́. productus per tertium diuiditur. Et verò nonnumquam euenit, vt plures, quàm tres numeri noti proponantur, ſed principales nihilominus ſemper tres ſunt, ac reliqui minùs principales vel tempus, vel lucrum, vel damnum aperiunt. *Compoſita regula.* Quòd vbi acciderit, regula trium compoſita exſurgit, quæ bis, aut ter inſtituēda eſt, aut numerus per ſibi adiunctos multiplicandus certò, vt fiant tres dumtaxat numeri noti, per quos quartus ignotus eliciatur.

Societatum regula. Societatum porrò regula a Mercatoribus adhibetur, quandò illorum plures conſortium aliquod mercimoniarum iniuerint, & collectis ſingulorum pecunijs in vnam ſummam, numerus collectus, primo loco, in regulá Trium ſtatuitur; lucrum, vel damnum, quod omnium pecunijs prouenit, ſecundo loco moratur; tertio demùm loco ſingulorum pecuniæ exſiſtunt. Ac toties poſtea repetenda eſt regula Trium, quot ſunt illi, qui ſocietatem iniuerunt. Quandò autem temporum diuerſitas interuenit, tunc multiplicanda eſt cuiusque pecunia pro temporis diuturnitate antequam omnium pecuniæ in vnā ſummam colligantur; deindè hi numeri producti in vnam ſummam colligendi ſunt, vt primus numerus in regulá Trium habeatur; tertium verò locum ſinguli numeri producti occupabunt, ex multiplicatione pecuniæ cuiusq. in ſuum tempus, rurſum lucro, vel damno communi, in medio loco collocato. Equidem qui Mercaturam exercent, ſolent interdum varias merces variorum pretiorum miſcere, illisq́. omnibus idem pretium conſtituere. *Alligationis regula.* Nè verò in vendendo errent, regulâ Alligationis vtuntur, ſic dictá, quòd varias merces ſimul alliget. *Falſi regula.* Sed regula Falſi eſt illa, quæ ex falſo poſito, verum eruit; quòd quidē fit, cùm quemuis numerum ponimus, quem propoſitæ quęſtioni ſatisfacturum putamus, etiamſi non ſatisfacere poſſit. Hæc verò duplex eſt, vna ſimplicis Poſitionis, in quâ vnius ſolum numeri, vnica fit poſitio, quæ ſatisfactura quæſtioni creditur; altera duplicis Poſitionis, quæ,

cum

cum duos numeros deponat,vtrumq. illorũ quæſtioni ſatisfacere autumat. Inter has duas regulas verò hoc diſcriminis eſt, vt quidquid per primam ſoluitur,etiam per poſteriorem explicetur,non autẽ contrario modo accidere patiatur.Sed regula Falſi duplicis Poſitionis fit, ſi quiuis numerus,aut magnus,aut paruus ponatur,isq. iuxtà quęſtionis tenorẽ examinetur.Si enim is quæſito reſponderit,ſoluta erit quęſtio, ſin minus notandus erit, vel defectus,vel exceſſus quo à veritate aberratum eſt. Deindè rurſus aliquis alius numerus, ſiuè maior, ſiue minor priore ponendus eſt, vt eodem modo examinetur. Nam ex duplici hac poſitione,ac errore,veritas erumpet,minori errore,ex maiori ſubtrahendo,numerumq. relictum pro Diuiſore ſeruando. Deindè numerus primò poſitus per ſecundum errorem, & numerus ſecundò poſitus per primum errorem multiplicetur,minorq. numerus productus ex maiori detrahatur. Siquidem numerus hic reſiduus,per Diuiſorem iam inuentum, diuidatur, dabit quoties numerum quæſitum, qui quæſtioni propoſitæ ſatisfaciet.Si verò in alterutrà poſitione,à veritate diſceſſum eſt per exceſſum, & in alterâ per defectum, colligẽdi erunt duo errores in vnam ſummam, vt habeatur Diuiſor. Similiter duo illi numeri, qui ex multiplicatione numerorum poſitorum, per errores,vt dictum eſt,producuntur,in vnam ſummam ſunt colligendi,vt numerus diuidendus habeatur.

Progreſſio Arithmetica.

Atqui Progreſſio Arithmetica eſt ſeries plurium numerorum ſe æqualiter,ſuperantium,atque hæc in ternas partes diſpertitur. Nam prima Naturalis vocatur, incępitq. ab vnitate in quâ omnes numeri ſe ordine ſuperant;altera eſt numerorum impariũ,orditurq. ab vnitate in quâ omnes quoque numeri ſe ordine pariter binario excedunt; Tertia denique numerorum pariũ nominatur, progrediturq. à binario,qui eſt primus numerus par, & in hac numerorum pariũ progreſſione,omnes numeri ſe ordine exſuperãt etiam binario annumerato.

Progreſſio Geometrica

Progreſſio autem Geometrica eſt plurium numerorũ ſeries ſe in eadem proportione per duplam ſuperantium,ità,vt duplo maior ſit numerus ſubſequens,eo qui pręceſſit:& ſic de reliquis.

Numerus quadratus.

At numerus quadratus eſt is, qui ex aliquo numero in ſeipſum multiplicato producitur,qualis eſt Quattuor,qui ex multiplicatione binarij,in ſeipſum gignitur,& ſic de alijs. Numerus autẽ,qui in ſe multiplicatus, producit quadratum numerum, appellatur Latus,ſiuè Radix quadrati.

Radix quadrati. Exſtractio.

Exſtractio igitur radicis quadratæ, eſt inuentio numeri, qui in ſe multiplicatus numerum propoſitum producat ſi quadratus eſt,ſin minus, maximum numerum quadratum in eo contentum. Primus autem numerus propoſitus,cuius radix inueſtiganda eſt, punctis quibuſdam ſignandus eſt, poſito puncto ad dextram ſub primâ figurâ, & alio ſub tertiâ, ſub quintâ,alijsq. imparibus; ità, vt quodlibet punctum duas

figuras habeat, illam ſcilicet ſub quâ punctū ſignatum eſt, & aliā quæ hanc verſus ſiniſtram præcedit, excepto vltimo puncto ad ſiniſtram, quod aliquandò vnicam figuram habere ſolet, cùm videlicet figurarum numerus impar exſiſtit. Tot verò figuras radix propoſiti numeri obtinebit, quot puncta conſpicientur. Vt autem propinquior radix inueniatur, in infinitum progrediendum eſt, & minor quàm vera conſpicietur; quippè, quæ eius quadratus numerus, ſemper à numero propoſito ſuperabitur. Quòd ſi altero modo eundum eſt, in infinitum quoque permeare oportet, & veram nihilominùs excedet; cum eius numerus quadratus ſemper propoſito numero maior ſit futurus. Demùm vtraque via à Theone Alexandrino in librum primum Almageſti Ptolomæi, à Federico Comanderio in librū Archimedis de Demenſione Circuli, & ab eruditiſſimo Chriſtophoro Clauio è Societate I E S V demonſtrata eſt in ſuâ Arithmeticâ.

Theon. Comandin. Clauius.

Apoſtrophe.

Faxit Deus, vt in nobis omnia quadrata ſint affabrè à virtutibus dolata, vt nulla vitiorum ſuperfluitas, nulla lubrica Mundi rotunditas, nulla inſtabilis fortunæ pila locum aliquem ſibi vendicet, vt ſic probè quadrati, & firmati, numerū omnē, quem infeſta humano generi Beſtia inter cornua præſe fert, in infinitum ſuperemus, & ſuperando ex hiſce fluxis, caducisq́. rebus, ad æternas, cæleſtesq́. peruolemus.

MEM-

MEMBRVM TERTIVM.

De Muſica Practica.

PLATONEM tanti feciſſe Muſicam legimus *Plato.*
vt in Timæo aſſeruerit Cælis ſingulis ſingulas *Calcidius.*
Sirenes aſſiſtere. Nec à Doctore Calcidius Pla- *Pontus.*
tonicus lib. 9. Panepiſtenon, Pontus Tyardeus
Tractatu de Muſicâ,& Ficinus diſcrepârũt. Stoi-
ci quoque his adſtipulantur, qui aſſerunt Mun- *Muſica mũ*
dum,Muſicâ mediante, productum, atque ideò *di mater.*
Pſellus in Muſices Sinopſide dixit hanc ſuo concentu omnia com- *Pſellus.*
plecti,nihilq. ſinè huius, & Geometriæ adminiculo productũ. Iam-
blicus certè, Porphyrius, Proculus, & Syrianus, apud Franciſcum
Georgium Venetum in ſuâ Mundi Harmonia, affirmant Naturam *Georgius.*
in Mundo producendo nihil antiquiis Muſicâ habuiſſe. Et Cicero, *Macrobius.*
& Macrobius lib.2. de Somnio Scipionis volunt Cęlos Muſices ſono *Muſica cæ-*
moueri. Huius porrò inuentionem Plinius Antiopæ, & Iouis filio *leſtis.*
tribuit: Græci apud Euſebium lib.11.Præp. Euang. Dionyſio: ipſe *Muſica in-*
lib.10. Zetho, & Amphioni fratribus, tempore Cadmi, conceſſit: *uentores.*
Polybius lib.4. Arcadibus permiſit, Diodorus, & Philoſtratus Ima- *Euſebius.*
ginum libro Mercurium conſtituerunt. Iſidorus ex aliorum ſentẽtiâ *Polybius.*
refert Pythagoram ex malleorum, & incudinis ſonitu Muſicam *Diodorus.*
excogitaſſe: Chamaleon Ponticus apud Athenæum lib.9. Gymnoſo- *Iſidorus.*
phiſtarum contendit Muſicam ab Auium cantu originem traxiſſe. *Athenæus.*
Verius tamen eſt, quod Moyſes cap. 4. Geneſeos ſcribit, Tubal,pa- *Moyſes.*
trem fuiſſe canentium Citharâ, & Organo, & per conſequens Mu-
ſices inuentorem exſtitiſſe. Arcades porrò, vt narrat Athenęus lib. 13. *Athenæus.*
Cenæ Sapientum à teneris annis Muſicæ operam dabant, vt poſteâ
in Deorum honorem hymnos cãtare callerent. Et certè in tantâ ve-
neratione apud priſcos ſemper Muſica fuit, vt aſſerente Tullio in *Tullius.*
Tuſculanis, cùm Themiſtocles Athenienſis in quodam conuiuio nec
cantum, nec lyrã acceptare voluiſſet, indoctus habitus fuerit, & Epa-
minondas Thebanus, qui vtrumq. fuerat amplexus, pro erudito cele- *Quintilia-*
bratus. Plato equidem apud Quintilianum lib. 1. Inſtitutionum, Mu- *nus.*

ſicam

ſicam homini Politico neceſſariam eſſe affirmabat. Et Ariſtoteles in ſuâ Politicâ, eam inter artes Liberales collocauit. Nam Quintilianus ad rem præclarè. Quis, ait, ignorat Muſicam tantùm illis iam antiquis temporibus, non ſtudij modò, verum etiam venerationis habuiſſe, vt ijdem Muſici, & vates, & ſapientes iudicarentur.

Quintil.
Ariſtot.

Muſicæ poteſtas.

Hinc Timothæus Muſicus apud Plutarchum Phrygio cantu ſic Alexandri animum accendebat, vt efferatus in arma corrueret; vel ſi luberet, eum remollitum ab armis ad epulas retrahebat. Et Plutarchus recenſet, cum idem Antigonidam tibiâ modos incidentem, qui Harmatij dicuntur, audiuiſſet, ità inflammatum fuiſſe, vt manus in proximè aſſidentes iniecerit. Tullius cùm Boetio narrant Pythagoram, quemdam Taurominitarum vino madidum, cùm domum quâ detinebatur comburere vellet, ſpondęo reſonante pacatum reddidiſſe. Galenus quoque li. 5. de Hippocratis, & Platonis Decretis, affirmat Damon furibundos ſono compeſcuiſſe. Scribit Strabo tympano allici Elephantos, Ceruos ſonis detineri, & modulato carmine capi, cygnos hyperboreos cytharâ, & cantu vinci, auiculas fiſtulis irretiri, & auenâ paſtorali paſtu progreſſis quietem imperare gregibus. Profectò teneros etiam puellorum ſenſus, permulcet concentus, & crepitaculis vagientes conticeſcunt; vt è contrà in bello tympanorum boatu, militum animi in iras exardeſcunt. Quòd autem ſonus tantoperè animos hominum, vel commoueat, vel compeſcat, vel erigat, indè fortè euenire ſolet, quòd percuſſus à duris, ſolidiſq. corporibus aër externus, & ſoni qualitate affectus vicinum aërem alterat, hic proximum afficit, donec continuatione quadam ad ſpiritus illos, qui in corde degunt tremulus, ac ſubſultans, aut pacatus, & cōpoſitus aër in pectus recipitur, & cùm ſibi affini in vnum coaleſcit. Quod etiam Scaliger, Exercit. 302. intellexiſſe videtur. Inſuper voluit Vetuſtas Muſicâ morbis curandis, expellendiſq. aptiſſimâ eſſe. Vndè Aſclepiades medicus fertur Tubâ ſurdis mederi conſueuiſſe, cantuq. populi ſeditiones compeſcuiſſe; Iſmenias Thebanus Boëtiorum pluribus coxendicum dolore melodijs abſterſiſſe; Xenocrates organi concentu lymphaticos curauiſſe; Thales Mileſius cytharâ Peſtilentiam fugauiſſe, & Chiron Aeſculapij Magiſter, Saturnniq. filius cytharâ quoque, teſte Staphilo lib. 3. rerum Theſſalicarum, & Boëtio in Muſica, nonnullos morbos ſedauiſſe. Et eò opinione amenti progreſſi ſunt, vt crederent Doricâ melodiâ prudentiam, caſtitatem, & doctrinam; Phrygiâ furorem, atque pugnas; Lydiâ denique ad Celeſtium rerum cupidinem auditores imbui.

Muſica duplex.
Clauis.

Verùm Muſica alia eſt Choralis, quæ ſimplicem, & vniformem in ſuis notulis ſeruat menſuram; alia Figuralis, quæ diuerſam figurarū quantitatem, iuxtà varia præcepta, ſigna exprimit. Huius Clauis, eſt

vocis

vocis formandæ index, æq. Viginti ſunt in Geminatæ Maiores, & Minores diſtributæ, & harum quinque ſunt ſignatæ, quæ in cantus exordio expreſſè ponuntur. Vox porrò eſt ſyllaba, quâ Tenor Clauis exprimitur, & alia eſt ſuperior, alia inferior, aliæ ſunt molles, naturales, & duræ, qui mollem, mediocrem, & durum ſonum reddunt, ex quibus Cantus oritur, qui eſt apta vocum ſecundùm Muſices præcepta digeſtio. At, quia non ſemper in eâdem voce perſiſtitur, hinc fit Mutatio, quæ eſt vocis in vocem in eâdem Claui vniſona variatio. In his etiam accidere ſolet figura, quæ eſt Silentij, ac vocis ſignum. Et Silẽtij quidem eſt Pauſa; vocis eſt Nota, quæ character dicitur ſecundum quem vox, & ſonus in Cantu formantur. Notæ verò aliæ ſunt Simplices, quæ abſque colligatione alterius notæ ponuntur, nimirũ Maxima, Longa, Breuis, Semibreuis, Minima, Semiminima, Fuſa, Semifuſa; Ligatæ aliæ cùm duæ, vel plures ſimplices notæ per virgulam in dextrâ, vel ſiniſtrâ parte coniunguntur, & hæ paſſim ligaturæ vocantur. Et harum item alia Recta eſt, cuius notæ quadrato corpore pinguntur; alia Obliqua, cuius notæ oblongo, & tranſuerſo corpore delineantur. At notæ Legibiles aliæ ſunt Maxima, Longa, Breuis, Semibreuis; Initiales aliæ, ſiuè primæ ligaturæ notæ; aliæ Finales, & vltimæ notæ ligaturæ; aliæ Mediæ, demùm, quæ ſunt notæ inter primam, & vltimam collocatæ. Concinnè. Nàm in medio conſiſtit Virtus. *Clauis. Vox. Cantus. Mutatio. Figura. Pauſa. Nota.*

Colloca nos igitur Domine Deus in medio, vt omnibus Virtutum notis non modò ſignati, ſed planè, ac plenè imbuti, diuinam Muſicam, cùm Angelicis illis mentibus permixti, aliquandò tibi canamus. *Apoſtrophe.*

MEM-

MEMBRVM QVARTVM.

De Rhetorica.

Rhetorica præſtantia. Rhetorica quid ſit. Quintil. Ariſtot. Tullius.

QVAMVIS Oratoriæ tanta ſit vis, tãtus ſplendor, tãta magnificẽtia, vt nõ modò omniũ ora, atque oculos, ſed animos ẽt oratione in ſe conuertat, mærentem populum excitet, effrenatũ moderetur, bonos laudibus, improbos vituperijs proſequatur: hæc oĩa tamen non tãtũ illi, quàm huic cõcedere æquum eſt. Nam hæc ſuis præceptis Eloquentiam enixa eſt, hæc docuit Orationes ſapientiſſimis ſententijs, lectiſſimiſq. verbis perpolire, & admirabili figurarũ ſplendore illuſtrare. Rhetorica enim, iuxtà Quintilianum, lib.2.c.5. Ariſtotelem Rhetoric.1.cap.1.& Tullium 2. de Oratore, eſt Ars benè dicendi. Quò fit, vt nihil ſit ſub cælo mortale, & caducum, vel ſuprà immortale, & æternum, quod non Rhetoricæ terminis ſeptũ teneatur. Omnia ſiquidem, quæ in hominum diſceptationem cadere poſſunt, Rhetoricæ regioni ſubijciuntur.

Exornatio. Deliberatio. Iudicium. Inuentio. Diſpoſitio. Eloquutio. Memoria. Pronũciatio

Atque hinc oritur Exornatio, quá laus, & vituperatio, tempus præſens, & præteritum; Deliberatio, quá ſuaſio, & diſſuaſio, tempus futurum; Iudicium, quo accuſatio, & defenſio denique continentur. Vt autem hæc omnia pro dignitate exerceantur, Inuentionem habere oportet, quæ eſt rerum verarum, aut veriſimilium, quæ quæſtionem probabilem reddunt, excogitatio; Diſpoſitionem, quæ eſt rerum inuentarum in ordinem diſtributio; Eloquutionem, quæ eſt idoneorũ verborum, & ſententiarum ad Inuentionem accommodatio; Memoriam, quæ eſt firma animi rerum, ac verborum ad intentionem perceptio; Pronunciationem, quæ eſt rerum, & verborum cum dignitate, corporis, atque vocis denique moderatio. Et quamquam hæc, quæ diximus, ipſa Rhetorica ſubminiſtrare videatur: ſunt tamen ipſius Oratoris quoque partes. Qui, vt Rhetoricæ aditus magis penetret,

Natura.

Naturá, Arte, Exercitatione, & Imitatione debet eſſe compoſitus. Siquidem prima ità neceſſaria eſt, vt ſi nos hæc deſeruerit, ad re-

liqua

Digitized by Google

liqua obeunda inhabiles omninò ſimus. Hæc enim nobis linguam ſo
lutam, vocem ſonoram, latera firma, vires proportionatas, & quam-
dam gratam totius oris, atque corporis figuram ſolet impertiri. Se-
cunda, ità nobis quoque coniuncta eſſe debet, Vt ſi abſque Arte, ſolũ *Ars.*
naturâ duce diceremus, temerè profectò, nullâ ratione firmâ edicere-
mus. Si tertia a nobis excluderetur, quî nos tanti, vt tam diuina extẽ- *Exercitatio*
plò commentari poſſemus? Si quarta à nobis exſularet, quàm nos ſę- *Imitatio.*
pè ingrata blæſitas, cõſuetudo, deformitas dicendi, atque eloquendi
barbaries inuaderet? Omnia penitùs in nobis ſileſcerent. Verùm, vt
quæ optimè inuenimus, pari diligentiâ collocemus, & collocata di-
ſponamus, Oratione opus eſt, cuius primus aditus Exordium eſt, qđ *Exordiũ.*
animum auditoris idoneè ad reliquam actionem comparat, eum be-
neuolum, attentum, docilemq. faciendo. Atque ideò illud eſſe decet *Exordij qua*
labore accuratum, acutum ingenio, ſapiens ſententijs, ſplendidum fi- *litates.*
guris, ornatum verbis, pompoſum dictione, & per conſequens non
vulgare, non commune, non commutabile, non oblongum, non ſe-
paratum, translatumq. Hoc ſequitur Propoſitio, totius rei quaſi in- *Propoſitio.*
dex; hanc Narratio, quædam rerum Orationis explicatio, & ſedes fi- *Narratio.*
dei ſtabiliendæ, quæ Breuis, Dilucida, Probabilis, & Iucunda eſſe de- *Narratio-*
bet, vt auditor intelligat, meminerit, credat, & delectetur. Hâc po- *nis qualita-*
ſitâ, & benè diſpoſitâ, Confirmationem ſequi eorum, quæ dicta ſunt, *tes.* *Cõfirmatio.*
neceſſe eſt, vt noſtra confirmemus, & ſi opus erit, aduerſarij infirme- *Genera di-*
mus. Quod, vel Subtili, Acuto, & Tenui; vel Vehementi, Copioſo, & *cendi.*
Graui; vel demùm Temperato dicendi genere, pro cauſæ, perſona-
rum, loci, & temporis qualitate perficiendum eſt. Ceterùm ad Ora-
tionem ex arte abſoluendam, Peroratione, quæ in Amplificationem, *Peroratio,*
& Enumerationem partitur, vti oportet. *eiuſq. par-*

Si nos hanc, eiuſq. membra ſecluſerimus, & nec amplificando tuæ *tes.*
Diuinitatis ò Deus tam infinita, tam varia, tam ſplendida argumen-
ta immorabimur; nec enumerando tuæ benignitatis tàm præclara,
diuina, & immortalia in nos collata beneficia hæſerimus, precamur *Apoſtrophe*
Domine, vt noſtræ balbutiei conſcius, non ęgrè feras, ſed potiùs tuo
Spiritu diuino afflati, vt loqui conceſſiſti, ſic eloqui aliquandò lar-
giaris.

MEMBRVM QVINTVM.

De Humana Hiſtoria.

CVM omnes laude ſingulari quadam digni videantur, qui omnem induſtriam in aſſequẽdis humanitatis diſciplinis collocant; tum ij præcipuè, qui quodã maiori ſapientiæ ſpiritu perculſi ad prudentiam ſibi comparãdam omnes cogitationes ſuas, omnes labores, & omnem operam conuertunt. Inter quæ profectò litterarum ſtudia, nullum magis accommodatum, nullum magis proprium, nullum magis peculiare videtur eſſe, quàm veterum temporum, & antiquitatis cognitio. Nam qui nullam rerũ geſtarum memoriam, nullam præteritorum ſæculorum notionem, nullam priſcorum hominum obſeruationem tenet, is ſe nihil planè ſcire, nihil ex ijs, quæ, aut ad vitæ vſum, aut ad humanitatis cultum, aut ad Reipublicæ gubernacula attinet, intelligere, decet fateri. Siquidem hæc nõ modò minores, ſed Philoſophos etiam ipſos inſtruit; iuuenes prudentiã cùm ſenioribus comparat, ſeniores eorum, quos experti ſunt, caſuum comprobatione, confirmat; Conſiliarium cognitis maiorum ſuorum rebus, notatiſq. euentibus, conſilium patriæ fructuoſum adferre, docet; belli ducem ad faciendas, vel euitandas inſidias, ad hoſtium exploranda conſilia, ad ducendum exercitum, ordinandam aciem, ad compeſcendam ſeditionem, ad diſſoluendum metum imbuit, & quod caput eſt, omnes homines ad virtutem colendã incredibili quodam gloriæ ſtudio, atque eximio immortalitatis amore inflammat. Hæc turpiter factorum iudex eſt; hæc viam felicitatis oſtendit; hæc cauſas rerum aperit; hæc virtutis pulchritudinem, hæc vitij deformitatem demonſtrat, hæc earum rerum, quæ cùm virtute actæ ſunt, teſtis eſt denique ſempiterna. Reliqua enim omnia, vel vi extingui, vel vetuſtate conſumi poſſunt; Hiſtoria autem per vniuerſum terrarum orbem diſtracta, perpetuam ſui cuſtodem, æternitatem ità conſequitur, vt nulla illã malorum hominum inuidia, nulla viuentium ſeculorum diuturnitas delere poſſit, quin imò æternis annalium monumentis res præclarè geſtas ab interitu vindicat.

Hiſtoriæ vtilitas.

Macro-

Digitized by Google

Macrobius certè lib. 1. Saturnalium, cap. 8. antè Saturni aduentum in Italiam aſſerit res omnes in tenebris, & ſqualore iacuiſſe, nec vllis fuiſſe litteris conſignatas. Poſteà quàm verò populos ex agreſti ad cultiorem viuendi rationem traduxit, tunc Hiſtoriam incepiſſe, & hinc fieri, vt in ſublimioribus fanorum locis Saturno dicatorum, Trithones collocati cùm ſonoris buccinis conſpiciantur, vt hoc Symbolo vetuſtas denotaret, Saturno auctore, mortalium facta eſſe mortalibus patefacta; quamquàm Plinius lib. 7. Cadmum Mileſium, Ioſephus lib. 1. Antiquitatum Græcos, Suidas Philiſtum Naucraticum, Laërtius Xenophontem Grilli liberum, Socratiſq. auditorem, Hiſtoriæ auctores conſtituant. Veriſſimum tamen eſt, quòd Euſebius de Præparat. Euangelicâ, & Franciſcus Balduinus libro de Inſtitutione Hiſtoriæ ſcribunt, Moyſem huius primùm inuentorem fuiſſe.

Macrob. — Hiſtoriæ inuentores. — Plinius. — Ioſeph. — Suidas. — Laert. — Xenophon. cuius filius. — Balduin.

Hiſtoria autem eſt rerum geſtarum cùm laude, vel vituperio, narratio, vt A. Gellius libro 5. Lucianus Samoſatenus libro de Scribendâ Hiſtoriâ, & Ariſtoteles lib. 2. Animaliũ, Strabo lib. 11. Geographię, Polibius lib. 12. & Ioſephus lib. 2. contrà Appionem teſtantur. Huius porrò Subiectum ſunt homines, quatenùs tractant, & ſubeunt publicam prouinciam, & maximi momenti negotia.

Hiſtoria quid ſit. — Gellius. — Lucianus. — Ariſtot. — Strabo. — Polybius. — Ioſeph. — Obiectum.

Præclarè Cicero. Nihil earum rerum, inquit, ſcire, quæ antequàm naſcereris factæ ſunt, hoc eſt ſemper eſſe puerum: cognoſcere verò res geſtas antiquitatum, exemplorumq. memorabilium habere notitiam, vtile, decorum, laudabileq. ac propè diuinum eſt. Et alibi. Iuuènibus cognitio hiſtoriarum ità valet, vt etiam anteactis ſæculis vixiſſe videantur. Diodorus verò Siculus aiebat, Pulchrum eſſe aliorũ erroribus vitam noſtram in melius inſtituere, & quid appetendum, fugiendumuè ſit, ex aliorum exemplis poſſe dignoſcere. Vndè Polibius dicebat, Cognitionem hiſtoriarum eſſe veram inſtitutionem, & præparationem ad publica officia cùm dignitate ſubeunda.

Tullius. — Hiſtoria neceſſitas. — Diodor. — Polybius.

Atque ideò ferunt Scipionem lectitare Cyripediam conſueuiſſe, Iulium Cęſarem ex Q. Curtio heroica Alexãdri facta, D. Carolum V. Cæſaris libros, vel Philippi Cominæi de rebus à Ludouico XI. geſtis, & Solymanũ Turcarum Tyrannum Cæſaris annales continuò triuiſſe. Quæ enim ſcientia, ac Hiſtoria melius Regnorum ortus, obitus, & conuerſiones oſtendit? Quæ pulchrius hominum mores, leges, ac inſtituta delineat? Quæ accuratius res omnium temporum, omnium nationum, omnium ætatum pace, belloq. geſtas deſcribit? Quæ callidiùs hominum verſutias, technas, impoſturas, & quæque machinamenta venatur? Quæ religioſius priſcorum vitas, aut virtutibus illuſtres, aut vitijs denigratas percurrit? Quæ denique copioſius tot, tamq. varijs ex vltimâ vetuſtate exẽplis accerſitis in nobis procreat, & nutrit prudentiam, quàm Hiſtoria?

Scipio. — Cæſar. — Carolus V. — Solyman. — Hiſtoria lumina. — Hiſtoria conditiones.

Quæ,

Verax. Quæ, vt conſequatur, neceſſe eſt illam Veracem fore, immò, vt Cicero loquitur, Lucem veritatis, in quo a Poëſi differt, quæ veris falſa interſerit, vt oblectet. Ex quo fit, vt plurimi Hiſtorici mendacij notentur, illiſq. fides integra non habeatur. Quis enim dicet apud Diodorum Siculum vera eſſe ea, quæ ipſe antè bellum Troianum, ſex libris, accidiſſe commemorat? Quis etiam in tenebris conſtitutus Herodoti, Theopompi, aliorumq. plurimorum fabellas non cognoſcit? Quare Sapienter Thucydides ob veritatem quâ ipſius libri fulgent, ſcripſit ſe immortalem poſteris Hiſtoriam relinquere. Huius

Candor. Candor comes aſſiduus eſſe debet, & omnis fucus, & adulatio quã remota. Siquidem adulatrix Hiſtoria, vel eſt mutila tranſeundo factum aliquod nimius prudens, vel eſt affectata res nimium extollendo, vel eſt fabuloſa falſa veris confundendo, vel denique talis, aut nullà ei fides à quoquàm meritò debeatur. Sapienter ſanè Alexander, Hiſtoriam Ariſtobuli, quæ plurima adulationis continebat, & egregia facinora, atque diuina contra Porum Indiæ Regem minimè facta,

Odium. recenſebat, dicitur in fluuium deiecisse. Neque verò ob Odium decet aliter res, quàm geſta eſt, narrare, & maledictis, atque probris aliquẽ lacerare, vt fecit Zozimus Gazæus ille, qui armatus gentilitiã impietate in Chriſtianam religionem dentes, calamumq. exercuit. Conue-

Tempus. Loca. Perſonæ. Breuitas. nit autem, vt Hiſtoricus temporum ordinem ſeruet, dilucidè abſque inuolucris loquatur, vt loca rerum geſtarum, regiones, perſonaſq. deſcribat, & tersè, eleganter, non tamen oratoriè ſcribat, & affectatè. Ita pariter neceſſarium eſt, vt non ſit nimius, ſed breuis, at ſic breuis, vt neceſsaria ſaltem nullatenùs prætermittat.

Hiſtorici conditiones. Et quòd ſumma rei eſt, debet eſſe vir inſigni prudentiã decoratus, & præſtanti iudicio præditus, antiquitatis peritus, exemplis copioſus, diues ſententijs, in publicis negotijs verſatus, ſedulus arcanorum explorator, rerum bellicarum expertus, & denique grauis, verax, ſeuerus, doctus, integer, vrbanus, atque diligens.

Gellius. Hiſtoriarũ varietas. Qui ergò hiſcè virtutibus exornatus fuerit, poterit, aut Ephemeridem, vt A. Gellius lib. 5. Noctium Atticarum loquitur, conſcribere, vt quidquid ſingulis diebus accidit, ſciatur; aut Calendarium, vt res ſingulis menſibus geſtæ, in lucem prodeant; aut Chronicom, vt

Tullius. hominum facta quotannis cognoſcantur, de quâ ſic Tullius lib. 2. de Orat. Erat Romanis Hiſtoria nil aliud, niſi Annalium confectio; aut cuiuſque Prouinciæ particularis res exarare; aut demũ totius Orbis Hiſtoriam vniuerſalem componere.

Quis nobis dabit pennas Aquilæ ad volãdum, vt omnia cernamus, & poſteà ad ſcribendum Vniuerſi Hiſtoriam, vt quod Deus fecit, & perfecit, omnibus innoteſcat. O vtinam Oceanus ipſe in Atramentum, Cælum in papyrum, arborum frondes in calamos verterentur;

vti-

Digitized by Google

vtinam Aeternitas ipſa ſcriberet, Tempus chartam, Hora atramentum ſubminiſtraret, vtinam Momentum ſingulis momentis folia verteret. Errauimus. Nam, etſi hæc omnia ita forent, & nullus ſcribendi finis, nullus materiæ exhibendæ terminus, nullus interruptus ſcriptionis vnquam curſus exſtaret: impoſſibile tamen eſſet pro dignitate ea omnia, quæ Deus fecit, non laudare, ſed nec quidem recenſere. Statuimus ergò Domine melius eſſe ingentia totius orbis opera, quæ molitus es, potiùs ſilentio, quàm ſcriptione modò venerari. *Apoſtrophe.*

MEMBRVM SEXTVM.

De Dialectica.

Dialectica vndè. Ariſtoteles.

CVM omnibus hominibus quidam ſciendi igniculi à naturâ indìti ſint, vt ſapienter Ariſtoteles etiam Metaph. 1. cognouit, factũ eſt ad rerum ſcientias capeſſendas, vt quamdam diſſerendi doctrinam, quæ ex notis ignota diceret, & probas diſceptandi formas ſuppeditaret, quam Dialecticam nominârunt, viri ſapientes commenti ſint.

Tullius. Dialectica quid ſit. Tullius. Dialectica, & Rhetorica cõparatio

Hanc Cicero in Oratore ad Brutum, Orationem Philoſophorum appellauit, & in Academicis Quæſtionibus in Varronis perſonâ, Orationem ratione concluſam nominauit. Vndè aliqui hanc Rhetoricæ affinem eſſe aſſeuerant. Nam Tullius lib. 2. de finibus, affirmat Zenonem Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno comparaſſe; nimirum quia hæc preſſiùs, & religioſius, illa fuſiùs, & liberius vagetur.

Signa formalia. Signa inſtrumentalia. Signa naturalia. Signa ex inſtituto.

Verùm Dialectica cùm Ars diſſerendi exſiſtat, nos nomina quædam, atque verba mente fabricare docuit, vt eadem poſteà voce, aut ſcripto proferamus. Horum quaſi comites ſunt Signa Formalia, quæ potentiam cognoſcentem ſimilitudine rei ſignificatæ informant, & Inſtrumentalia, quæ potentijs itidem cognoſcentibus obiecta, in alterius rei cognitionem, quaſi inſtrumentis quibuſdam nos deducunt. Signa verò Naturalia ſunt ea, quæ ex rerum naturis proficiſcuntur, & abſque alio interprete intelliguntur, & ſigna ex Inſtituto, quæ ex hominum conſpiratâ voluntate dependent; quorum alia ex Impoſitione, alia ex Conſuetudine ſignificant.

Conceptus medius. Conceptus vltimus.

Conceptus porrò ſub ſignis formalibus, & voces, atque ſcripta ſub Inſtrumentalibus militant; & primi ſunt ſigna naturalia earum rerũ quas ſignificant; Secunda ex Inſtituto. Et conceptus quidem alius eſt Medius, qui naturaliter ipſam vocem, aut ſcripturam, quæ proponitur, ſignificat; alius Vltimus, qui uocis, vel ſcripturæ ſenſum edicit.

Nomen. Verbum.

Atque hinc Nomen Dialecticum, eſt vox ex inſtituto ſignificans, definitè, ac ſinè tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparatim, quæq; adiuncto Eſt, vel Non, efficit orationem, quæ verum, aut falſum ſignificet. Et Verbum eſt quoque vox ex inſtituto, ac cùm tempore præ-

ſenti

ſenti ſignificans, cuius nulla pars ſignificat ſeparatim, & ſemper eorum, quæ de alio prædicantur, eſt nota. Nomen autem aliud eſt Caſu Aequiuocum, quod diuerſis rationibus ſua ſignificata ſignificat, nulla habitá rerum ſignificatarum ratione cognationis; aliud Conſilio Aequiuocum, quod etſi diuerſis rationibus quodammodò intelligatur: eſt tamē ferè idem in ſuis ſignificatis denotandis, & huius vnum eſt Proportione; alterum Relatione; tertium Comparatione. Sed nomen Vniuocum eſt, quòd eádem omninò ratione ſua ſignificata ſignificat; Concretum quòd compoſitá; Abſtractum, quòd à compoſitione liberum, hocq; naturá, & ratione primarium eſt. Connotatiuum verò nomen, eſt quòd ſignificat aliquid quaſi adiacens alicui, & Abſolutum, quòd ſignificat aliquid quaſi per ſe exſiſtens. Et verò nomen Denominatiuum, eſt Connotatiuum, quod à priori aliquá notá deducitur, & Denominans à quo Denominatiuum voce, ac ſignificatione depromitur. Nomen Commune porrò, eſt, quòd de pluribus, & Singulare, quòd de indiuiduis tantùm prædicatur; Tranſcendens, quòd de omnibus, ac ſolis veris rebus dicitur; Super tranſcendens, quòd de omnibus veris itidem rebus, alijſq. verè affirmatur. Sed Negatiuum alicuius negationem: Poſitiuum nullius ſignificat. Nomen Repugnans, eſt quòd de eádem re affirmare non poteſt, cuius alterum Oppoſitum, alterum Diſparatum nominatur, & Non repugnans, quòd aſſerere valet.

Nomen caſu æquiuocũ. Nomen conſilio æquiuocum. Nomẽ vniuocum. Nomen concretum. Abſtractũ. Connotatiuum. Abſolutum. Denominatiuum. Commune. Singulare. Tranſcẽdẽs. Supertranſcendens. Negatiuũ. Poſitiuum. Repugnans. Oppoſitum. Diſparatũ. Non repugnans.

Ceterùm nomina Primæ intentionis, ſunt rerum nomina, & Secundæ, nominum nomina exſiſtunt. Ex hac igitur nominum acie ſic diſpoſitá, Oratio, quæ eſt vox ex inſtituto ſignificans, cuius aliqua pars ſignificat ſeparatim, exſurgit, quæ, vel Perfecta eſt, & integram ſententiam, vel Imperfecta, & mutilam enunciat. Enunciatio autem, eſt oratio perfecta, quæ verum, aut falſum ſignificat. Et verum quidem, cùm ſignificat id quod eſt, eſſe, & quod non eſt, non eſſe; & falſum, quòd contrarium oſtendit. Harum verò quædam eſt Simplex, quæ vnum de vno enunciat, ſiuè id ſimplex, ſiuè ex multis compoſitum ſit; quædam Abſoluta, quæ abſolutè ſignificat aliquid ineſſe, aut non ineſſe alicui; quædam Modalis, quæ quo modo aliquid inſit, aut non inſit alicui, pronunciat. Coniuncta, quæ ex Simplicibus coniunctione aliquá nectitur. Equidem omnis Enunciatio abſoluta conſtare debet tum qualitate eſſentiali, coniunctione ſcilicet prædicati cùm ſubiecto, aut accidentali, nimirùm falſitate, aut veritate; tùm Quantitate, extenſione videlicet, aut vnitate numerali earum rerum pro quibus ſubiectum ſub prædicato accipitur; tùm Materiá, habitudine vtpotè quadam prædicati ad ſubiectum, quæ in quibuſdam vel neceſſaria, vel contingens, vel impoſſibilis reperitur. At hæ enunciationes interdùm ſibi opponuntur, quæ Oppoſitio videtur duarum abſolutarum

Nomina prima, & ſecunda intentionis. Oratio. Enunciatio. Enũciationis ſpecies. Simplex. Coniuncta. Abſoluta. Modalis. Oppoſitio.

rum enunciationum eodem ſubiecto, & prædicato conſtantium ſecundùm affirmationem, & negotionem eſſe repugnantia, quæ ſic oppoſitæ, ſi fuerint vniuerſales, *Contrariæ.* Contrariæ exiſtent; ſi particulares, *Subcontraria.* Subcontrariæ; ſi altera vniuerſalis, altera particularis, vel vtraque ſingularis, *Cōtradicēs.* Contradicentes dicētur; ſi vtraque enunciatio affirmauerit, aut negauerit idem de eodem, altera in totum, altera in partem, *Subalterna* Subalternę vocabuntur. *Aequipollens.* Aequipollentes autem enunciationes ſunt, quæ eodem ſubiecto, & prædicato conſtant, eodemq; robore pollent, ſeſeq. mutuò inferunt, quamuis vnâ, aut alterâ negatione differant. *Conuerſio.* Harum Conuerſio, eſt extremorum, ſeruatâ qualitate, & veritate commutatio, quæ triplex reperitur, *Simplex.* Simplex in quâ ſeruatur eadem quantitas, nullaq. alia particula additur; *Per accidēs.* Per accidens in quâ mutatur quantitas; *Per contrapoſitionem.* Per Contrapoſitionem, in quâ, & ſeruatur eadem quantitas, & additione negationum ex finitis extremis ſimplicibus, infinita emergunt.

Modalium enunciatio. Porrò Modalis enunciatio aut ex neceſſario, aut contingenti, aut poſſibili, vel impoſſibili conſtat. Hæc autem duabus formulis in actu exercito, Nomine ſcilicet, & Aduerbio, effertur. *Modalium qualitas.* Et quoniam Modalis duo obtinet ſubiecta, & prædicata, per conſequens duplicem qualitatem, quantitatem, & materiam poſſidebit. Et qualitas quidem altera in affirmatione, & negatione modi, altera in affirmatione, & negatione prædicati, quod continetur in Dicto, cernitur. Atque hinc Modalium quædam vtrũque prædicatum affirmant, quædam vtrũque negant, quædam Modum affirmant, & prædicatum Dicti negant, quædam denique Modum negant, & prædicatum Dicti affirmant. Vndè quæ Modum affirmauerint, affirmatiuę, & quæ negauerint, negatiuę dicendæ ſunt, etiamſi Dictum negatiuum, vel affirmatiuum exſiſtat. *Modalium quantitas.* Qualitas autem accidentalis Modalium ità eſt conſtituta, vt numquam ſpeciem mutet, ſed ſemper aut vera, aut falſa permaneat. Quantitas verò harum altera in ſubiecto minùs principali Dicti cernitur, nempè vniuerſalis, particularis, indefinita, & ſingularis, altera in ſubiecto principali, nimirùm Dicti copulâ, eáq. temporis quantitate, quæ, aut vniuerſalis eſt, & Copulam Dicti in omne tempus diſtribuit, aut particularis, & in aliquod contrahit. *Modalium materia.* Vltimò, Modalium Materiâ altera apparet inter Modum, & Dictum, altera inter prædicatum, & ſubiectum Dicti, quæ, vel neceſſaria, vel contingens, vel impoſſibilis exſiſtit. *Modalium oppoſitio.* Sed nunc Modalium Oppoſitionem videamus. Et quidem Contrariæ, ex Dicto ſingulari, Modo vniuerſali, & Dictis contradicentibus conſtant; Subcontrariæ, Modo eodem particulari, & Dictis contradicentibus conflantur; Contradicentes, eodem Dicto, & Modis contradicentibus coagmentãtur; Subalternæ tandem Modis, Dictiſq. contradicentibus oriuntur. Sed Contrariæ Modales quoad Modos quæ Dicto Communi procreantur, Modo eodem vniuerſali;

Sub-

Digitized by Google

Subcontrariæ eodem particulari;Contradicentes,& Subalternæ Modis contradicentibus exſurgunt. Quæ verò, quoad Dicta, Contrariæ, Subcontrariæ, & Subalternæ, ſi ex neceſſario conſtiterint, Dictis Cõtradicentibus, aut Contrarijs; ſi ex Poſſibili,aut Contingenti, aut Impoſſibili, Dictis Contradicentibus, aut Subcontrarijs gaudebunt, Contradicentes vltimò idem Dictum capeſſent. Quòd verò ad Modalium Aequipollentiam attinet,oportet, vt omnes Modi,vel vniuerſales, vel particulares euadant, & Dicta enunciationum ex Poſſibili,& Impoſſibili,eadem inter ſe exſiſtant, Dictis uerò enunciationum ex Neceſſario obuerſentur. Poſtremò Modalium Conuerſio, eſt eorum extremorum, quæ in Dicto continentur,ſeruatâ Dicti qualitate,& totius Modalis veritate, commutatio. Vt probè autem hoc fiat, vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, ſimpliciter conuertitur,vniuerſaleſq; per accidens reuoluuntur;ſed particularis negatiua,ad falſitatem eluendam,numquàm reciprocatur. At enunciationes affirmatiuæ ex contingenti propriè ſumpto,eodem modo, quo abſolutæ conuertuntur.

Modalium æquipollentia. *Modalium conuerſio.*

Nunc, Coniuncta enunciatio, aut connectit, aut ſeparat ſententias; ſi eas ordine conſequutionis iungit, Conditionalis,ſiuè Hypothetica ſi ſinè ordine, Copulatiua nominatur; ſi diuidit, Diſiunctiua appellatur. Harum qualitas eſſentialis dependet à Coniunctionibus affirmatis,aut non negatis;accidentalis, vt in reliquis;ſed quantitatis omninò ſunt expertes.Itaque Coniunctę enunciationis Oppoſitio ex ipſâ contradictionis formâ cognoſcitur;cùm alteri negatio præponitur,alteri minimè,& in alijs,debent alia,quæ diximus, ſeruari. At Conditionalis enunciatio duabus ſimplicibus præcipuè conſtat partibus, quarum altera, quæ proximè ſequitur coniunctionem, Antecedens,& quæ ex illâ efficitur, Conſequens nuncupatur. Et Conditionalis poteſt vtráq; affirmatiuâ, aut negatiuâ, aut antecedente affirmatiuâ, aut conſequente negatiuâ, aut è conuerſo conſtare, & huius veritas in ſolâ conſequutione reſplendet.Ad Conditionalem, Rationalis,Temporalis,Cauſalis,& Localis reuocantur.Vt verò Conditionales ſibi mutuò opponantur, neceſſe eſt Contrarias, Subcontrarias, & Subalternas, eodem antecedente, & contrario, aut contradictorio conſequente,conſtare debere.Copulatiua enunciatio verò nullo certo partium numero conflatur principalium, ſed quibus tamen conſtat, omnes veræ eſſe debent, vt ipſa vera eſſe poſſit. Ad hanc Aduerſatiua enunciatio reuocatur. Copulatiuæ autem Oppoſitio debet ſuas Contrarias,Subcontrarias,& Subalternans habere ſimplicibus Contrarijs,aut Contradictionibus effectas. Ità quoque Diſiunctiua enunciatio nullis certis partium membris concluditur, quæ, vt vera ſit, neque omnes falſas, neque omnes veras partes habere de-

Coniuncta enunciatio. *Conditionalis.* *Copulatiua.* *Diſiunctiua* *Antecedens* *Conſequens.* *Rationalis, Temporalis Cauſalis, Localis.* *Aduerſatiua.*

Digitized by Google

bet, ſed ſufficit, vt vna illarum vera ſit. Huius Oppoſitio fit, cùm Contrariæ, Subcontrariæ, & Subalternæ, ſimplicibus contra- *Excluſiua.* dicentibus, aut Subcontrarijs conſtiterint. Excluſiuæ enunciationes porrò ſunt quæ ſigno excluſiuo conſtant, & huius duo genera exſiſtunt, quorum vnum excluſi prædicati, alterum excluſi ſubiecti ap- *Exceptiua. Reduplicatiua.* pellatur. Et Exceptiua enunciatio eſt illa, quæ ſigno Exceptiuo; Reduplicatiua, quæ ſigno geminato conſtat.

Verùm, quoniam ex hiſce enunciationibus argumentationes eruuntur, non erit abs re, ſi paucula de eiſdem proferamus. Et, vt à *Conſequentia.* Conſequentia exordiamur, dicimus eam eſſe Orationem in quâ ex aliquo aliquid colligitur, & quod colligitur Conſequens, ex quo colligitur Antecedens nuncupatur. Huius quattuor genera reperiuntur. Nam, vel quælibet enunciatio ex ſeipſâ, aut ex ſuâ æquipollente colligitur; vel antecedens, & conſequens ijſdem planè verbis, ac ordine conſtans, non eumdem valorem obtinet tamen; vel antecedens, & conſequens ijſdem præciſè verbis, ſed non eodem ordine collocatur; vel antecedens plura poſſidet, quàm conſequens. Ho- *Conſequentiæ varietas* rum Conſequentia, aut Formalis eſt, quæ vi formæ; aut Materialis, quæ vi materiæ concludit; aut Neceſſaria, cuius conſequens neceſſariò ex antecedente; aut Probabilis, cuius conſequens non neceſſariò ex antecedente colligitur.

Argumentatio. Ex his igitur Argumentatio exſurgit, quæ eſt Oratio in quâ ex argumento explicato, altera pars quæſtionis concluditur. Vt hæc autem artificiosè formetur, neceſſaria omninò eſt argumentorum inuentio ad materiam ſuppeditandam, eorumdemq. ad inſtitutum confirmandum accommodatio, quæ eſt quædam Iudicij ad formam *Syllogiſmus.* adhibendam actio. Sed alijs Argumentationis generibus miſſis Syllogiſmum ſolùm perſequemur, qui cùm Ariſtotele lib. 1. Priorum, eſt Oratio in quâ quibuſdam poſitis, aliud quiddam ab ijs, quæ poſita ſunt, ex neceſſitate accidit, eò quòd hæc ſunt. Et Syllogiſmi ſim- *Propoſitio quid ſit.* plicis materia propinqua, ſunt Propoſitiones ex quibus ille fabricatur; & Propoſitio, eſt oratio, quæ aliquid de aliquo aut negat, aut affirmat. Materia autem remota ſunt Termini, in quos Propoſitiones reſoluuntur. Itaque duabus propoſitionibus, vnâ concluſione, & tribus terminis omnis Syllogiſmus abſolutus conficitur. Et qui- *Termini.* dem Terminus vnus dicitur Maius extremum, quòd præſtantiorem locum: alterum Minus extremum, quòd inferiorem in illo poſſidet; tertius Medius terminus vocatur, qui bis in antecendente, & ſemel *Propoſitiones.* iunctus maiori extremo, ſemel minori ponitur. At Syllogiſmi propoſitiones vna eſt Maior, quæ ex maiori extremo, & medio oritur; altera Minor, quæ ex minori extremo, & medio ſtruitur, & Concluſio, quæ ex maiori, & minori extremo copulatur.

Et

Digitized by Google

Figura quid ſit. *Modus quid ſit.*

Et verò Abſoluti Syllogiſmi figura, eſt extremorum cùm medio ad aliquid concludendum apta collocatio, & Modus ſumptionum ad concluſionem colligendam ſecundùm quantitatem, & qualitatem proba complicatio. Figuræ autem, vt ſuperius diximus tres tantùm exſiſtunt; Prima in quâ medius terminus alteri extremo ſubijcitur, & de altero prædicatur; Secunda in quâ prædicatur de vtroque; Tertia denique in quâ vtrique ſubijcitur.

Apoſtrophe.

Age Domine Deus, vt vtrique, & Chriſto filio tuo, & eius in terris Vicario, & huic potiſſimùm Summo Pontifici Paulo V. nomine, & re ſanctiſſimo hominum Vniuerſitas ſubijciatur; age Deus, vt cæcitate cordis amandatâ, mentiſq. tenebris, veritatis luce diſcuſſis non aliam Fidem, quàm noſtram; non aliam Sedem, quàm Romanam; non alium Eccleſiæ Principem, quàm Petri ſucceſſorem, animorum noſtrorum rectorem, uirtutum omnium ſatorem amplectatur; Age Deus, vt qui ſe Chriſti Domini Vicario in Eccleſiâ Militante ſubiecerint, in Triumphante poſteà dominentur.

MEMBRVM SEPTIMVM.

De Notatione.

Notatio quid ſit. NE Tempus edax omnia exederet, Notatio inuenta
fuit, quæ eſt animaduerſio, & nota eorum, quæ pe-
rennare optamus, ac ideò ea notamus, vt poſteà idem
Tempus exſiſtat eorum cuſtodia, veritatis index, re-
rum geſtarum memoria, & fugitiuæ antiquitatis
Notarius operum retractio. Et Notarius eſt is, qui Iudicij acta
quid ſit. notis excipit, quiq; etiam, vt refert Ioannes de Plateâ, Tabellio voca-
Platea. tur, eò quòd acta in tabellis inſcribat; Scriniarius, eò quòd eorum
ſcripta in ſcrinijs ſeruat; Librarius, eò quòd in Libros ea digerat;
Protocola, & Graphiarius ob eandem cauſam quoque dicebantur.
Notariorũ auctor. Certè D. Clemēs Pōtifex Primus fuit qui Notarios creauit, Romáq.
in ſeptem regiones diuiſit, eaſq; ſeptem Notarijs, qui Martyrum
geſta omni curâ, & fidelitate conſcriberent, conceſſit, vt Liber de
Martyrolo Pontificibus teſtatur. Sed Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus primus
gij auctor. omnium Martyrologium confecit, vt Beda in Act. Apoſt. c. 1. Vual-
Strabo. fridus Strabo libro de rebus Eccleſ. cap. 28. & Molanus libro de Mar-
Molanus. tyrologijs c. 2. fatentur. Horum munus, C. lib. 12. tit. de Primicerio ce-
lebratur; cùm Notarius perſona exſiſtat publica, & ſuo officio Iudicis
Zaſius. officium fulciatur. Vndè Vdalricus Zaſius in ff. tit. de Orig. Iuris. vult
eos Pontificiâ, aut Imperiali auctoritate conſtitui, legitimos, & iura-
tos eſſe debere. Hoſtienſes porrò affirmat eos ſummâ fide Inſtrumen
ta, Proceſſus, Teſtamenta, Contractus, & ſimilia condere teneri, nul-
lumq; tamen Vſuris deturpatum conficere poſſe abſque criminis no-
tâ, & proindè quidquid acturi ſunt, illud tutâ Conſcientiâ, amotâ om
ni timoris, odij, amoris, ac ſimilium ſuſpicione, exequantur. Ceterùm
Gulielm. Gulielmus in ſuo Speculo aſſerit ſingula Inſtrumenta inuocationem
Domini Ieſu Chriſti, nomen Papæ, Cæſaris, aut alterius Domini
loci, pariterq; Teſtium, Notarijq. nomina, & Signum, Annum ſi-
militer, Indictionem, Menſem, atque Diem continere debere, de qui
Annus. bus minuta quædam diſſeremus. Et quidem Annum, Aegyptij, teſte
Orus. Oro Apolline, depingebant inſtar Draconis annulati caudam ore te-
Claudianus. nentis, ad quod ſic Claudianus in Stiliconem alluſit.

Eſt

Eſt ignota procul, noſtraq́, imperuia menti
Vix adeunda Deis, Annorum ſqualida mater,
Immenſi ſpelunca Aeui, quæ tempore vaſto
Suppeditat, reuocatq́, ſinu. Complectitur antrum,
Omnia qui placido conſumit nomine Serpens,
Perpetuumq́, uiret ſquammis, caudamq́, reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.

Aegyptiorum porrò Annus, vt Plinius lib.7. refert, erat ſex duntaxat menſium; Beda aſſerit quattuor; Xenophon Tractatu de æquiuocis temporum illis interdum Vnum, aliquandò Duos, Tres, & Quattuor conceſſit. Vndè non videntur tam incredibilia conſideranti, quæ Aegyptij, & Chaldæi de ipſorum antiquitate ſcripſerunt. Ferūt enim vſque ad Ptolomæum Cleopatræ patrē, ſe Reges ſuprà ſeptuaginta annorum millia habuiſſe, & Aſtrorum ſciētiam apud illos vltrà centū annorum millia perduraſſe, vt Diodorus Siculus, Pomponius Mela, & Laërtius commemorant. Quoniam illi annos, aut ex Lunaribus curſibus, aut ex vniuſcuiuſque Planetæ conuerſione efficiebant. Chaldæi verò eodem argumento ſe cęleſtium rerum peritiam vltrà ſeptuaginta, & quadringentos mille annos obtinere aſtruebant; cum tamen ex Porphyrio Mirandulanus lib. 11. contrà Aſtrologos referat Calliſthenē Ariſtotelis diſcipulum, & nepotem, bellorumq; Alexandri Magni comitē Babylone omnia Chaldęorum monumenta euoluiſſe, & rerum cæleſtium obſeruationes quæ omnium vetuſtiſſimæ habebantur, nō amplius quàm nōgentorum, & mille annorū fuiſſe. Quo fit, vt in eam ſententiam libenter eamus, eorū annos noſtris multò breuiores exſtitiſſe. Atque hinc Cēſorinus aſſerit antiquiſſimū illorū annū bimeſtrē fuiſſe, poſt à Piſone Rege quadrimeſtrem factum, tādemq; ad menſes tredecim, & dies quinque pertractum. Atqui nūc ſi quis vltimam annorum compoſitionem, cum primâ inſtitutione conferre & ſupputare voluerit, abſque dubio, ad illā penè ſummam aſcendet, quam illi ſe vixiſſe gloriantur. Ad huius rei robur facit, ꝙ Diodorus refert à veteribus traditum, ſingulos illorū Reges ſuprà mille ducētos annos regnaſſe. At cū hominis alicuius vita, tam procul extendi non poſſit, in confeſſo eſt, illorum annos noſtratibus maximis interuallis anguſtiores fuiſſe, nec vltimam annorum creationē, cum primâ miſcendam eſſe, ſed ſolùm ex priori annorum ſanctione ſummam deducendam. Accedit ad hoc gentes illas fortaſſe, vt cæleſtium rerū ſtudijs plurimum deditas, vniuſcuiuſque Planetæ conuerſionem pro anno computaſſe, ſicq; tam ingentem annorum ſummam confeciſſe. Illud verò falſum omninò eſt, quòd Ae-

Aegyptiorū annus.

Aegyptiorū antiquitas.

gyptij

gyptij mendaciorum parentes dictitāt ex quo Aegyptus ſtat quater curſus ſuos vertiſſe ſidera, & bis Solem vndè nunc oritur, occidiſſe, vt Mela lib. 1. cap. 9. prodidit. Illi etiā innouare ſolebant ſuorum annorum interualla, quoties à nouis victoribus leges accipiebant. Et hinc exſtant illæ antiquiſſimæ Epochæ Naboneſſari, Philippi, mortis Alexandri, & Philadelphi. Hinc etiam accepta eſt Epocha Auguſti Actiaca, & Diocletiani, quam etiamnum Chriſtiani Aegyptij retinent. Et cùm ij, Anni obſeruationem in Caniculæ ortu ſtatuerent, ideò Annum ſuum Canicularem vocabant. Arcadum verò apud Florum lib. 1. Trium menſium erat, apud Iberos aliquandò quattuor, aliquandò duodecim; apud Arcananos ſex; apud Lauinos tredecim. Græcorum autem Annus CCCLX. diebus conſtabat, vt Plinius recenſet. Nulli, ait, arbitror plures ſtatuas dicatas, quàm Demetrio Phalereo Athenis; ſiquidem 360. ſtatuère, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. Varro etiam apud Nonium ſcribit Demetrium tot ſtatuas adeptum fuiſſe, quot luces habet annus abſolutus. Sed Annus Boëtiorum vetuſtiſſimorum, vt in Thargelione Attico apparet, à Vigiliarum ortu matutino incipiebat. Refert Cenſorinus Annum Magnum Methonis 6940. diebus conſtaſſe. Prætereà, ait, ſunt anni Magni complures, vt Methonicus, quem Methon Athenienſis ex Annis Vnde viginti conſtituit, eoq. Enneade ceteris appellatur, & intercalatur ſepties, in eoq; anno ſunt dierum ſex millia, & nongenti, & quadraginta. De Anno Indorum ſic autem Q. Curtius lib. 8. commemorat. Menſes in xv. deſcripſerunt dies. Anni plena ſpacia ſeruantur. Lunæ curſu notant tempora, non vt plerique cùm orbem ſidus impleuit, ſed cum ſe curuare cępit in cornua, & idcircò breuiores habent menſes, qui ſpacium eorum ad hunc Lunæ motum dirigunt. Idem de Iaponenſibus, Aloyſius Froes è Societate IESV in quadam ſuá epiſtolá ex Inſulá Iapan, anno 1565. ſcripſit, & Polus Venetus de Prouinciá Tangut idem teſtatum reliquit. Totum Anni circulum, ait, per Lunationes computant, nec alios habent mēſes, aut hebdomadas, quàm Lunares. Annus Cilicibus, atque Turcis, eſt Hegira. Hic enim Annus incępit eo tempore, quo Mahometes lege ſuá publicatá coactus fuit fugam ſibi ex Mechá conſciſcere. Sed Philolai Pythagorici Annus Magnus apud Cenſorinum ex quinquaginta nouem Annis conflabatur. Eſt, ait, & Philolai Pythagorici Annus ex annis quinquaginta nouem in quo ſunt Menſes intercalares viginti & vnus. Et de Anno Democriti Abderitæ Magno, ſic idem. Et Democriti ex annis octuaginta duobus, cùm Intercalares ſint Duodetriginta. Porrò de Anno Oenopidæ Chij Aſtronomi hæc idem Cenſorinus recenſet. Philolaus, inquit, Annum naturalem dies habere prodidit tercentū

Mela. *Epocha.* *Annus Canicularis.* *Arcadū annus.* *Florus.* *Græcorum annus.* *Boetiorum annus.* *Methonis annus.* *Cenſorinus.* *Indorū annus.* *Curtius.* *Iaponenſiū annus.* *Froes.* *Polus.* *Turcorum annus.* *Philolai annus.* *Democriti annus.* *Oenopidæ annus.*

ſexa-

ſexaginta quattuor,& dimidiatum; Aphrodiſius Tercentum ſexaginta quinque,& partem diei octauam; Calippus autem Octingentos ſexaginta quattuor, & Ariſtarchus Samius tantumdem, & præterea diei partem Milleſimam ſexceenteſimam Vigeſimam tertiam. Meton verò Tercentum ſexaginta quinque, & dierum duorum, & viginti partem vndeſexageſimam. Priſcis verò Germanis Annus Lunaris fuit, vt Tacitus prodidit. Coëunt, inquit, niſi quid fortuitum, & ſubitum inciderit, certis diebus, cùm, aut inchoatur Luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. Immò affirmat Iulius Firmicus lib.2. Germanos decreſcente Lunâ pugnare non conſueuiſſe. At veterum Danorum, atque Saxonum Anni ordinatio, ex Oceani fluctibus, cuius litora incolebant, deſumebatur, quorum, & menſium nomina Beda recenſet. Et veteribus Gallis, Iulius Cæſar Annum noctibus ſolummodò conflatum attribuit, quorum ſæculum quoque Triginta annis Lunaribus finiebatur; de quibus etiam Plinius lib.16. de Viſco. Petitur antè, ait, omnia ſextâ Lunâ, quæ principia menſium, annorumq; ijs facit, & ſæculi poſt triceſimum annum. At veteribus Romanis antè ordinationem Iulianam, Annum à Numâ inſtitutum fuiſſe, omnes ferè perſuaſum habebant. M. autem Varro Annum antè ordinationem Pompilianam, non ſolùm Decimeſtrem fuiſſe, ſed à Romulo cùm ipſâ Româ conditum prodidit. Huic ſententiæ Ouidius quoque ex Romuli ſtatuto applaudit.

Germanorum annus. *Firmicus.* *Danorum, Saxonumq́, annus.* *Gallorum annus.* *Plinius.* *Annus Romanus.* *Ouidius.*

Quod ſatis eſt, vtero matris dum prodeat infans
Hoc Anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Ac Seculum apud eoſdem erat Luſtrorum Viginti duorum, periodorum quinque, Annorum Centum, & decem. Vndè appoſitè Horatius in carmine Sęculari.

Sæculum. *Horatius.*

Certos vndenos decies per annos
Orbis, vt cantus, referatq́, ludos.

Ob eam enim cauſam Anno Centeſimo decimo vertente, ineunte centeſimo vndecimo, Ludi Sæculares inſtituti, quo tempore Annus, in Solem, Luſtrum, in Annum, Periodus in Luſtrum conueniret. Calecutenſes etiam, qui nobiliſſimum Indiæ emporium incolunt, Annos ſuos à condito Calecut ordiuntur. Tyrij à deductâ à Romanis Coloniâ Annos ſuos ſupputabant, eâq; Epochâ faſtos ſuos, & omnes actus legitimos ſignabant, de quo Vlpianus de Cenſibus. Sciendum eſt, inquit, eſſe quaſdam Colonias iuris Italici, vt eſt in Syriâ Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum Colonia, vndè mihi origo eſt, nobilis regionibus, ſerie ſæculorum antiquiſſima, armipotens, fœderis, quod cùm Romanis percuſſit, tenaciſſima. Huic enim D. Seuerus, & Imperator noſter ob egregiam in Remp. Imperiumq;

Ludi ſæculares. *Calecutenſis annus.* *Tyrius annus.* *Vlpianus.*

Roma-

Romanum inſignemq; ſid em,ius Italicum dedit.

Macedonicus annus. Macedonibus verò qui ſub Seleucide in Syriâ, & Aſiâ fuerunt, erat Annus veteris periodi Macedonicæ,& Calippicus Lunaris.

Chaldaicus annus. Chaldæis autem, & Armenis in duodecim menſes æquabiles, & quinque appendices dies ſinè vllis ſcrupulis Annus deſcriptus fuit; & parum,aut nihil inter ſe Neomeniæ menſium diſcrepabant.

Perſicus annus. *Curtius.* At Perſarum Annus 365. continebat dies, de quo ſic Q. Curtius lib.3. Magi proximi patrium carmen canebant. Magos Trecenti, & ſexaginta quinque iuuenes ſequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius Anni pares numero. Hi porrò Annum ſuum vocant Neuruz, eiuſq; initium in Vere ſtatuunt, idq; epulis, & pompâ proſequuntur,vt etiam Fernandus Lopez Caſtagneda Indicarum rerum lib.6. ſcriptum reliquit: Balthaſarem, ait, Perſonam detinuerat Præfectus, vt omnem apparatum ſollemnitatis Neuruz,& pompam regiam videret. *Lopez.*

Mexicanicus annus. Huic perſimilis eſt Mexicanorum, & totius illius magnæ Peruſianæ continentis Annus,qui in 365. quoque dies diſpertitur, ac ſingulis diebus heroum nomina, aliarumq; rerum præclariſſimarum notas imprimunt. Igitur eorum Annus in duodeviginti menſes tribuitur;menſis vicenis diebus explicatur de quibus omnibus Petrus Martyr, qui itidem retulit illos Annum ab occaſu Heliaco Virgiliarum incipere,& menſibus Lunaribus claudere. *Martyr.*

Deniq; Annus Aſtronomicus eſt à primo puncto Arietis, ad idem punctum reuolutio.

Olympias Annus autem ab Iphito Praxonidæ filio inſtitutus fuit, iſque cùm 23. intercalati eſſent, Elidenſes Olympiade tempus illud notabant,quòd annorum quinque exſtabat.Vndè Ouidius. *Ouidius.*

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta,
Iam tempus Luſtri tranſit in alterius.

Planetarius annus. Sed Annus Planetarius, eſt cuiuſcunque Planetæ perfecta periodus.

Solaris annus. Atque hinc Hipparchus Annum ſolarem fecit ab Aequinoctis ad idem Aquinoctium reditu, & ab vno Zodiaci puncto, ad idem conuerſione, quod fit iuxta Alphonſum Hiſpaniæ Regem ſpacio dierum 365. horis 5. minutis 49.& 16.Secundis.

Lunaris annus. Annus Lunaris porrò,eſt illud ſpacium quod Luna ſecundùm proprium curſum, Zodiacum circuit, quem, teſte Alphonſo, ſpacio 27. dierum,horarum 7.minutorum 44.& Secundarum 5. abſoluit.

Platonicus annus. *Durandus.* Et Annus Platonicus,quem Gulielmus Durandus lib.8.c.3.Rationalis,Magnum vocauit,eſt ille,qui Quadraginta nouem millibus annis Romanis abſoluitur, cùm ſcilicet omnia ſidera ad loca, quæ in

Crea-

Digitized by Google

Creationis initio accepêre, denuò reuertentur.

At Annus Emergens, eſt ille in quo heroicum aliquod factũ emergit, à quo poſtea in ipſius memoriam Annum incipimus cõputare. *Emergens annus.*

Annus Vſualis eſt, is, qui ex hominum inſtituto, & compoſitione quadam auſpicatur. *Vſualis annus.*

Luſtrum eſt Annorum quinque ſpacium, ſic dictum, quià quinquennio peracto vrbs Romana cenſu luſtrabatur. *Luſtrum.*

Verùm Indictio ter quinos continebat annos à Romanis ob tributorum ſolutionem indicta. Siquidem difficile erat ſingulis annis Romam ex remotiſſimis quibusque orbis partibus ad pendendum tributum proficiſci, & arduum quoque exigi; ac ideò veteres Romani indixêre, vt primo quinquennio Ferrum ad arma fabricanda Romam importarent; Secundo Argentum ad pecuniam cudendam, pro ſtipendijs militibus erogandis adferrent; Tertio Aurum ad Deorum ſimulachra exſtruenda aduehererent. Indictio porrò 24. Septembris initium ſumebat, & triennio ſolùm antè Chriſti Domini noſtri Natiuitatem inſtituta fuit, Olympiade 194. Apud nos verò in die Circumciſionis Domini exorditur. *Indictio.*

Demùm Aera quid ſit, videmus. Etenim Alphonſus Rex vult in ſuis Tabulis Heram ſcribi debere, creditq; eſſe tempus quoddam heroicum. Vndè initio regnorum Philippi, Alexãdri, & Nabuchodonoſoris Heram vocauit, quem errorem Vaſæus in Chronico & Didacus Couarruuias lib. 1. Varias. Reſol. cap. 12. refutauit, & eadem ratione refellitur ipſe Couarruuias, & Geneſius Sepulueda à Reſendio, quorum alter credebat hoc nomen à Notarijs abbreuiatũ fuiſſe; alter dicebat primum elementum à reliquis litteris interpunctione eſſe ſeparandum. Lucilius lib. 29. Aeram numeri notam arbitratur, Fauſtus Regienſis lib. 1. de Spiritu Sancto, Aeram ſupputationem appellat, aſſeruntq; ſic dictam, quod in ære numeri nota cælata fuiſſet. At veriſſimum eſt, quod Iſidorus lib. 5. Ethym. ſcriptũ reliquit Aerã ab ære dictam, tributoq; penſo, quæ ſub Octauiano ab Hiſpanis domitis cœpta eſt, anno vigeſimo octauo antequã Chriſtus naſceretur, vt D. Iulianus Toletanus Epiſcopus lib. 3. cõtrà Iudæos Eruigio Regi perſcripſit. Quod reliquum eſt, proſequamur. *Aera. Alphonſus. Vaſæus. Couarruuias. Sepulueda. Lucilius. Regienſis. Iſidorus. Iulianus.*

Menſis, quorum duodecim Annum efficiunt, à menſurâ appellatus eſt, Tullius enim lib. 2. de Natura Deorũ. Qui, quia, inquit, menſa ſpacia conficiunt, Menſes nòminantur. Ouidius lib. 1. Faſtorum decem ſolummodò à Romulo inſtitutos fuiſſe affirmat. *Menſis. Tullius. Ouidius.*

Tempora digereret cùm Conditor vrbis in annum,
Inſtituit Menſes quinque bis eſſe ſuos.

Sed Numa Pompilius addidit Ianuarium, quaſi reliquorum ianuam, quẽ Iano dicauit, & Februarium, quem febribus, & ſebruis oblationibus *Ianuarius. Februar.*

bus demortuorũ, ipſoq; Plutoni ſacrauit. Martium Marti Romulus addixit: Aprilis ex anni temperamento nomen accepit, eò quòd tellus tunc ad germinandum aperiatur. *Maius.* Maius à maioribus, Iunius à iu- *Iunius.* nioribus; vel primùs à Maiá Mercurij matre, & ſecundus à Iunone *Quintilis.* vocatus eſt. Quintilis poſt Martium, Iulius à Iulio Cæſare dictus eſt; *Iulius.* cùm eo menſe, & natus ſit, & de Antonio triumphum reportauerit. *Sextilis.* Sextilis quoque Auguſtus, ab Auguſto Imperatore fuit appellatus. Reliqui ab ordinis loco nomina ſunt ſortiti. In quolibet autem Menſe tres celebres dies reperiuntur, *Calendæ.* Calendæ, quæ in Iunonis honorem celebrantur. *Ouidius.* Vndè Ouidius.

Vindicat Auſonias, Saturnia Iuno, Calendas.

Nonæ à nono die poſt Calendas ita nuncupatæ. Idus à menſis, vel nũdinarum diuiſione quæ in nonis fiebant, ſic nominati.

Nonæ. *Idus.* Dierum verò alius eſt Naturalis, quo Sol vigintiquattuor horarum ſpacio totam terram ab Oriente in Occidẽtem peragrat, ſic nucupatus, *Dies naturalis.* quià duo tempora lucem, ac tenebras comprehendit; alter eſt Artificialis, quo Sol ſuprà noſtrum Hemiſphærium ab Ortu ad Occaſum moratur, ſic dictus, quia exercẽdis hominum artificijs aptus exſiſtit. *Dies artificialis.* Diei autem tres partes numerantur, Mane, lux permanens; Meridies, media dies; Sero, ferarum clauſura ob venturam Noctem, à *Diei partes.* nocendo nominatam, cuius quoque partes ſunt *Noctis partes.* Veſperum ab Heſpero ſidere tenebras præcedente vocatum; Crepuſculum, quod lux iam quaſi crepuerit; Conticinium, omnium ſilentium; Intempeſtum, tempus ad omnia, præterquàm ad ſomnum, intempeſtiuum; Gallicinium, Galli lucis prænuncij cantus; Matutinum, noctis maturæ indicium, & abſceſſus; Diluculum denique, diei prima, paruaq; lux. Porrò dies Biſſextilis ex biſſe momentorum collectâ, eſt, qui bis ſexies ductus aſſem procreat, diemq; vnum perficit.

Dies Biſſextilis. Ceterum Hebdomada habet ſeptem dies, Dies viginti quattuor horas; *Hebdomada.* Quadrans ſex horas; Hora ſexaginta minuta; Minuta ſexaginta ſecundas; Secunda ſexaginta tertias; Punctus duodecim momenta; *Diei partes.* Momenta duodecim vncias; Vncia qaadraginta ſeptem atomos; Atomus verò in indiuiſibili conſiſtit.

Largire precamur Domine Deus, nos tibi Atomos fieri, nè diuiſi pereamus; annecte nos tibi, & connecte ex omnibus Virtutibus cingulo confecto, vt à te numquàm ſeparemur; agglutina nos, & condenſa Chriſti Filij tui Religione, pietatis officijs, & amore, ac omnibus Orthodoxæ Fidei excellentiſſimis moribus, vt ita probè, & ſan- *Apoſtrophe.* ctè diuinitùs facti, & ſepti, inſtar Atomi indiuiſibilis, nullus Dæmonum incurſus, nullum ipſius præſtigium, nulla potẽntia nos cædere queat, quin ad Cœleſte domicilium tuum ſublati, penetremus.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM OCTAVVM.

De Iuriſprudentia Theorica.

SI vlla poſt homines natos illuxit ſcientia, quæ mortales freno rationis a vitiorum cœno, ad virtutis viridarium pelliciat, à turpitudine vitæ, ad morum honeſtatem dirigat; ab iniuſtitiá, ad iuſtitiam, ab iniurijs ad pacem, & felicitatem deniquè pertrahat, hæc profectò exſiſtit, quàm Papinianus hominum prudentum Statutum, nocentium frenum, baſim, & fulcrum Reipublicæ appellauit. Baldus quoque turrim triangularem, tribus ſolidiſſimis præceptis munitam Honeſtè viuendi, Nemini nocendi, Vnicuique quod ſuum eſt, tribuendi, nominauit. Hanc Tullius 2. de Legibus ob ciuium ſalutem, ſecuritatem ciuitatum, quietem, & felicitatem omnium gentium inuentam eſſe, teſtatus eſt. Vndè ſapienter Ariſtoteles libro de Vitá, & Morte aſſeruit, hanc eſſe animam, vitamq; ciuitatis. Siquidem, vt corpus abſque animá conſiſtere nequit, ità nec ciuitas ſinè legibus eſſe poteſt. Quòd etiam Macrobius lib. 1. de Somnio Scipionis cognouit. Hic, ait, exiguus hominum cœtus ſine illis eſſe non poteſt. Quare Ariſtoteles in Politicis. Sicut optimum, inquit, animalium eſt homo fruens legibus; ſic peſſimum animalium eſt homo à Lege, & Iuſtitiá ſeparatus. Et lib. 1. de Secretis demonſtrat Legum carentiam eſſe cauſam ciuitatum interitus, & ruinæ. Etenim ſic ſecum ratiocinatur. Inuidia generat detractionem, detractio odium, odium iracundiam, iracundia repugnantiam, repugnantia inimicitiam, inimicitia bellum, bellum Legum diſſolutionem, diſſolutio, populorum euerſionem, & ciuitatum labem, & interitum. Quocirca Xenophon libro de Monarchiá affirmabat Leges vnicuique ſtatui ad regimen corporis, & animi vtiles, & neceſſarias eſſe. Igitur iure merito eas tali encomio celebrat Tullius. Lex, inquit,

Iuriſprudentia laus.
Papinianus.
Baldus.
Iuriſprudentia quid ſit.
Tullius.
Iuriſprudentia quare.
Ariſtoteles.
Macrob.
Iuriſprudentia neceſſitas.
Exemplū.
Lex quid ſit.

Digitized by Google

quit, eſt vinculum ciuitatis, fundamentum libertatis, æquitatis fons, mens, animus, conſilium, ſapientia, & vt corpora noſtra ſinè mente, ſic ciuitas ſinè Lege, eſſe non poteſt, cum hæc omnia commoda, atque virtutes pariat, prohibeatq; contraria. Atque hinc S. Canones Tractat. de Pœnitent. diſtinct. 2. Iuriſperitos, Solares radios vocârunt. Hinc ſuos Legiſlatores tanti fecit antiquitas, vt Deorum inſtar eos coluerit. Quid dicemus de Cecrope Moyſis coæuo, primóq; Athenienſium Rege, & de Mercurio Triſmegiſto, qui primi Aegyptijs leges dedêre? Quid de ceteris, quorum Draco, & Solon Athenienſibus; Licurgus, Lacedæmonibus; *Legum conditores.* Deucalio, Delphis; Magi Perſis; Druides, Gallis; Zeleucus, Locrenſibus; Hippodamus, Mileſijs; Phidon, Corinthijs; Gymnoſophiſtæ, Indis; Belus, Chaldæis; Aeacus, Aeginæ; Zamulſis, Scythis; Charondas, & Phalæon, Carthaginenſibus; Saturnus Italis condidêre? Certè Tullius libro de Naturâ Deorum affirmat Apollinem Arcadibus; Volaterranus, Philolaum, Thebanis; Valerius Maximus libro de Simulatâ Religione, Minoem, Cretenſibus; Iſidorus, Phoronium, Græcis; Cælius, Zoroaſtrem Bactrianis; Platonem, Magneſijs; Romulum, Numamq; Romanis conſcripſiſſe? Ac, vt magis leges eorum apud populum venerationi eſſent, veteres illi commenti ſunt, ſe illas à Dijs accepiſſe. Vndè Zoroaſter, ab Oromaſo; Triſmegiſtus, à Mercurio; Charondas, à Saturno; Draco, & Solon, a Mineruâ; Zamolſis, à Veſtâ; Plato ab Appolline; Minos à Ioue; *Dij Legiſlatores.* Numa Pompilius ab Egeriâ illis dictatas fuiſſe fabulabantur. Hi verò omnes in ſuis Legibus, vt Marſilius Ficinus *Ficinus.* animaduertit, inſtar Simiarum, Moyſem imitati ſunt, qui ab ipſo Deo eas ſuſcepit. *Plato.* Etenim Plato in libro de Legibus, nullas Leges abſque aliquo lumine cælitùs dato, condi poſſe, cognouit. Quòd in Protagorâ quoque affirmauit, quandò omnes artes, *Prometheus quid ſit.* atque humanas diſciplinas à Prometheo deriuare, hoc eſt, ab humanâ Prudentiâ, aſſeruit; Leges verò, ſolùm à Ioue per Mercurium, ſcilicet à Deo per Angelum fluere. Et Tullius in *Lex quid.* Philippicis, Lex, ait, nil aliud eſt, niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio. Hoc idem Imperatores in C. titul. de Præſcriptionibus, & in Canon. capit. Nemo. cau. 16. quæſtio. 3. teſtantur, vbi aſſerunt Leges per ora Principum eſſe diuinitùs promulgatas; quod videtur illud Prouerbiorum confirmare. Per me *Ariſtoteles.* Reges regnant, & Legum conditores iuſta decernunt. Ariſtoteles quoque lib. 1. de Rep. cap. 1. agnoſcit Originem Legum ex ipſâ Naturâ, nimirùm Deo, naturæ parente, proficiſci.

Leges

Digitized by Google

Leges porrò, quas Romulus Romanis dedit, Curiatæ dicebantur.
Poſt has Numa Pompilius, Tullius Hoſtilius, Ancus Martius, Tar- *Lex Curiata.*
quinius Priſcus, Tullius Seruilius, & vltimò Tarquinius Superbus
alias tulit, quas omnes Sextus Papyrius in librum congeſſit, & ab ipſo *Papyrius.*
nomen accepêre. Verùm abactis Regibus, Romani XXII. annis *Lex Papyriana.*
abſque legibus vixêre, donec ijs ſuas Græci communicarent, quas in
XII. tabulis æreis inſcripſêre, & leges ipſæ Duodecim Tabularum *Lex Tabularum.*
dicebantur. Eodem tempore methodus quædam cauſarum diſce-
ptandarum euulgata fuit, quæ legis Actio, aut legitima Actio voca- *Legis actio.*
batur. Sed propter Plebis diſſidium, quæ ſe ad Auentinum ſubtraxit,
lex Plebiſcita geneſim capeſſiuit. Indè Senatusconſultum, cum po- *Plebiſcita.*
pulus cum plebe diſſentiebat, ad Senatores Reipublicæ regimen, *Senatusconſultum.*
clauuſq. delatus fuit; & hinc quæ ipſi ferebant, mandabantq.
Edictum Prætoris, vel Ius Honorarium appellabatur. Tempore autē *Edictum prætoris.*
Conſtantini hiſcè legibus, nouæ additæ fuerunt, quæ, cùm ſinè or-
dine digeſtæ eſſent, vt Iſidorus loquitur, in volumen, quod Theo- *Theodoſianum.*
doſianum appellatur, ad Hermogeniani, & Gregoriani imitatio-
nem, reduxit.

Iuſtinianus poſteà Cæſar cupidus ex tam vaſtâ Legum ſiluâ me-
dullas ipſas ſeligere, decem Iuriſperitis hanc prouinciam demanda-
uit, vt ex omnibus, vnum volumen conficerent, quod Codex iam no- *Codex.*
minatur, à Cogendo, vt autumat Azo in ſuâ Summâ, ſic nuncupa- *Azo.*
tus. Rebus itaque ſic geſtis, Iuſtinianus Imperator omnium Iuriſ-
prudentum reſponſa, Vlpiani, Gaij, Scæuolæ, Galli, Papiniani, alio-
rumq. in vnum quaſi faſciculum ſimul compingere imperauit, quæ
duobus millibus Pandectarum libris continebātur. Sed quoniam hæ *Pandecta.*
leges adhuc non probè collocatæ erant, mandauit, vt ſuperflua tolle-
rentur, & meliori ordine diſponerentur. Vndè Digeſtum, quod *Digeſtum.*
quinquaginta libris conſtat, nomen accepiſſe creditur. Hoc porrò *Infortiatū.*
denuò in Infortiatum à legibus fortioribus ſic dictum, & in Præto- *Inſtituta.*
rum recentiorum Edicta, diſpartitum fuit. Poſteà verò Inſtituta, pro *Repetita prælectio.*
Iuris tyronibus conſcribi curauit, & poſt illa, Repetita Prælectio à *Vlpianus.*
ſecundâ editione ſic dicta, vt vult Vlpianus in libris Saberio ſcriptis, *Nouellæ.*
exorta eſt. Vltimò tandem liber Nouellarum prodijt, ſic vocatus, *Cuiacius.*
ex Cuiacij ſententiâ, quia hæ leges nouiſſimê poſt Codicem Iu- *Expoſ. Nouel. Conſt.*
ſtiniani Repetitæ prælectionis promulgatæ fuerunt. Albertus
verò Roſat. credit ex Nouellis, Authenticas profectas eſſe, & com- *Roſat.*
pendioſiori ſtylo conſcriptas; quibus additus eſt liber Feudorum, & *Authentica*
Federici Minoris, Maioriſuè, & Conradi, atque Henrici VII. con- *Feuda.*
ſtitutiones, atque leges.

Verùm enim verò Ius Naturale eſt, quod hominum vniuerſitati *Ius naturale.*

Digitized by Google

vbique non conſtitutione aliquâ, ſed quodam naturæ inſtinctu conuenit; *Ciuile.* Ciuile, quod quæque gens, atque ciuitas ſibi proprium diuinâ, vel humanâ cauſâ conſtituit; *Gentium.* Gentium quòd omnes gentes hoc tanquàm proprio vtuntur: *Militare.* Militare, quòd ea, quæ ad Militiam ſpectant, decernit; *Publicum.* Publicum, quòd Sacra, Sacerdotes, & Magiſtratum concernit. Publicum profectò; ſed cum noſtra reſpicimus, Priuatum.

Apoſtrophe. Infelix ætas! Siccinè publica priuatis, Sacra profanis, Sacerdotes impijs, exlegibus Magiſtratum commutabimus? Succurre Deus, ne leges, quas hominum cœtui ex Naturæ theſauris, ex morum Sacroſancta probitate, ex Rationis archiuio dediſti, homines hominum verorum deſertores, ſpecioſæ probitatis ſectatores, naturæ clandeſtini hoſtes euertere conentur. Tua protege Domine tuâ potentiâ, vt quæ ſemel pro vniuerſorum ſalute fixiſti, ab omnibus vnanimi, virilique conſenſu conſeruentur, nulloq. vel ariete, vel etiam æneis quibuſcumque machinis, refigi patiaris.

MEM-

MEMBRVM NONVM.

De Sacris Canonibus.

SACRORVM Canonum, cum patentiſſimus ſit campus, itq. variarum quaſi arborum fructibus vndiq. decoratus, & circumfuſus, nè in ijs omnibus decerpendis ſimus, & nobis, & alijs moroſiores, quarundam ſaltem arborum fructus ſeligemus, eorumq. ſumma dumtaxat corticum cacumina, quæ Tribunal concernunt, attingemus. Etenim ius Canonicum eſt Chriſtiani hominis ad finem æternæ beatitudinis apta directio. Nam qui Chriſtianus non eſt, nec iuri Canonico, nec Pontifici ſemper ſubijcitur; Cùm quæ extra nos, nihil ad nos, cap. Multi. 2. q. 1. cap. de Infid. de Conſ. & Aff. cap. Gaudemus, de Diuort. & Abbas in cap. 1. de Conſt. Quamquàm in aliquibus caſibus etiam in Infideles Papa Iuriſdictionem ſuam exercere poſſit, vt videre eſt apud Domin. in d. cap. Multi, & Ioannem Andream in cap. Quod ſuper his, de Voto. 27. q. cap. 1. ſępè; apud Abbatem in cap. fin. de Conſtitu. & in c. Nouit, de Iudic. & apud Archid. in cap. Si quis ſuadente, 17. q. 4.

Ius Canonicum quid.
Non Chriſtianus iure Canonico nō ſubijcitur ordinariè.
Abbas.
Dominicus.
Andreas.
Abbas.
Archidiaconus.

Imperator autem, nec iuri Canonico, nec Pōtifici ſubeſſe videtur, ex l. Princeps ff. de ll. l. Ex imperfecto. ff. de legat. 3. At verius multò eſt Imperatorem quoque hiſcè legibus in omnibus ijs rebus quæ ſalutem ipſius, bonum commune, religionem, & mores concernunt, arctari, cap. Omnes. de Maior. & Obed. & diſtin. 96. cap. Duo ſunt. & cap. Imperator. & cap. 1. de Conſti. cap. Nouit. & in c. Cler. de Iud. & in cap. Per venerabilem, qui fil. ſint legit.

An Imperator ſubijciatur iuri canonico.

Sed ius Diuinum, eſt legis Moſaicæ, & Euangelicæ immutabile præceptum; cum neque Pontifex ipſe ſummus ſuper hoc diſpenſare poſſit, §. His, diſt. 6. Arch. de Pęnit. diſtin. 6. Abbas in capit. Litteras. de Reſtit. Spol. poſt, gl. 25. q. c. 1. Sunt multi.

Ius diuinū.
An Papa poſſit ſuper hoc diſpenſare.
Archidiaconus.
Abbas.

Conſuetudo autem ex Iſidoro lib. 9. Etymol. capit. 3. eſt ius aſſiduis actibus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur. Si enim pro lege à totâ

Iſidorus.
Conſuetudo.

ciuium multitudine non ſuſciperetur, Conſuetudo non eſſet, vt benè
apparet ex.ff.de Itin.actuq. priu.l.1.§. Iulianus rectè ait. & l.fin. Cùm
verò pro lege vſurpatur, ſecundum illam optimè iudicatur, cap.Cùm
veniſſent,de eo qui mit.in poſſ.& diſt.12.capit. Illa, & diſtin.32.capit.
Placuit.Et bonæ Conſuetudinis, ac legis deſertor punitur, capit. In
Abuſus. his, diſtin.12.cap.penult. At mala Conſuetudo, eſt potiùs inueteratus
error, & abuſus etiam eliminandus, qui iuſtè neminem ad eius ob-
ſeruationem obſtringere poteſt, etiamſi iuramento ſit firmatus, cap.
Mala.& cap.Conſuetudo.diſt.8.cap. Quantò, de Iureiur. Porrò qualis
Conſuetudinis conditiones. Conſuetudo eſſe debeat, deſcribitur in cap.Fruſtrà.diſt.8.& in ca.Qui
contra, & in cap.fin.de Conſuet.& in cap. In quod ſuper,de Cõſang.&
Affin.& in l.de quibus,ff.de leg.

Conſtitutio. Sed iam Conſtitutionem deſcribamus, quæ lex quædam ab Eccleſiâ, Euangelijs, & Canonibus conſentanea, ſcripta eſt. Hæc autem, vel eſt Conciliorum Vniuerſalium, Prouincialium, & Epiſcopalium Conſtitutio; vel Pontificum Decreta; vel Sanctorum Patrum Dogmata.

De hiſcè ſatis: nunc de Epiſcoporum auctoritate videamus, quã
ferè Summi Pontificis,Patriarcharum,& Archiepiſcoporum quoque
Epiſcopi auctoritas. poteſtatem comprehendimus. Epiſcoporum verò auctoritas per-
magna eſt. Hi enim habent facultatem non ſolùm ſibi ſubditos, &
Clericos,& ſæculares iudicandi: verum etiam Ligandi, & Soluendi,
Diœceſim viſitandi, Chriſma conficiendi, Deo, Diuiſq. Altaria,
& Delubra conſecrandi,polluta repurgandi,Clericos ordinandi, Su-
ſpendendi, Deponẽdi, Excommunicandi, Purgationem indicendi,
Diſpenſandi, & quamplurima ſimilia agendi, vt patet in capit.Epi-
ſcopum.10.q.1.& cap. Conquerente. de Offic.Ord.& capit.Epiſcopus
Firmanus. de Offic.ord.in 6.Apud Firmanum tractatu de Epiſcopis in 2. par.lib.
Concilium Tridentinũ. 4.& in varijs locis Concilij Tridentini;apud Iacobum Naclantum in
Naclantus. Tractatu de Epiſcopali Poteſtate, & denique apud Thomam Campe
Campegius. gium de Reſidentia Epiſcoporum.

Electio. Porrò Epiſcopi, aut per Electionem, quæ eſt hominis alicuius ad
Poſtulatio. dignitatem facta ſelectio:aut per Poſtulationem,quæ eſt concors Ca-
Nominatio. pituli alicuius petitio; aut per Nominationem,quę eſt plurium ſimul
exhibita Pontifici nominatio,ad munus Epiſcopale aſſumitur. Poſt-
quàm verò aliquis horũ per Examen,Proceſſumq. formatũ,tanto mu
Electi poteſtas. nere dignus fuerit inuẽtus,tunc a Sũmo Pontifice Cõfirmatur,ita tñ,
vt ſolum illius Eccleſiæ ſuæ ſponſæ Iuriſdictionis,ſed nõ Ordinis res
Cõſecratio. adminiſtrare valeat. Quoniam ad vtrũque legitimè regendum,Con-
ſecrationis Ordine opus eſt,quem intrà tres menſes,niſi legitimũ ob-
ſtiterit impedimentum,ſuſcipere tenetur,cap.Vt qm.diſt.100.c.Quo-
niam. diſt.75.c.De Syracuſanæ. diſt.28. & Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.2.

Et

Digitized by Google

Et huius Conſecrationi tres Epiſcopi intereſſe debent,c.Epiſcopalis. diſt.64.Et idem Damaſus Papa mādauit, cap. Coriepiſcopi. §. Quod autem.diſt.68. *Epiſcopi cō ſecratores.*

Qui autem hoc Conſecrationis munus obtinet, nullo crimine notatus, nullo, neque ſuſpicionis alicuius næuo tinctus eſſe debet, quin potius omnium virtutum corollis redimitus, iuxta D.Pauli 1.ad Timoth.3. &cap. Quid proderit. diſt.41. & l.Magiſter. C.de Profeſſ.& Medic. lib. 10. & præclarè Concil.Trid.ſeſſ.22.c.2. Huic rei profectò appoſitè Claudianus in Honorium alluſit. *Epiſcopi qualitas. Paulus. Claudianus*

------Tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi: componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos præcepta valent, ac vita Regentis.

Exemplum quanti ſic momenti.

Verùm,vt ſuperius propoſuimus,inter præcipua Epiſcopi munia, eſt Iudicia exercere. Et Iudicium quidem eſt, Cauſæ coram Iudicis Tribunali ritè facta diſcuſſio. Vndè cauſa,tamquàm negotij origo & Iudicij materia exſurgit. Iudicia autem alia ſunt Eccleſiaſtica, alia Imperialia, & his ſæculares, illis Eccleſiaſtici ordinariè ſubijciuntur: quamuis & Eccleſiaſticus ſæculares, & ſæcularis Eccleſiaſticos pluribus caſibus iudicare poſſit, quos accuratè Stephanus Aufrerius Toloſanus, tract. de Poteſt. Sæculari ſuper Eccleſia.& de Poteſtate Eccleſiæ. ſuper Laicis, & Bernardus Laurentij in quodam ſimilium Caſuum collectione, & Iulius Clarus in ſuâ Praxi Criminali fusè recenſent. *Iudicium quid ſit. Iudicij varietas. Aufrerius. Bernardus. Clarus. Proceſſus.*

Vt verò Epiſcopus iuridicè omnia perficiat, & nullas Iudicij neceſſarias ſollemnitates omittat,totius Iudicij vniuerſa acta per Notarium aliquem, probatæ & eruditionis,& famæ debet facere conſcribi,capit. Ad audientiam, de Pręſcript.& capit.Illud de Præſumpt. Et quoniam omnium Iudiciorum baſis, ac fundamentum, Citatio eſt, illa nullo modo prætermitti debet, quâ omiſsâ, etiamſi ingens ædificatus eſſet Proceſſus, illius ſtructurâ neceſſe eſſet corruere vniuerſâ, l.De vnoquoque,ff.de re iud.Clem.Paſtoralis.cap.Inter quattuor.cap. Caueant.& capit.Omnia.3.q.9.l. Ea quæ.C.Quomodo, & quando Iudex. Abbas in capit.Quoniam contra, de Prob.& Legiſtæ in l. Nec-quidquam,§.Vbi decretum.ff.de Officio Proconſul. Quòd ſi pars iuridicè citata Iudici ſe ſiſtere neglexerit,nullâ legitimâ causâ prępedita, aduerſario accuſante, contumaciæ crimen incurret, Abbas in capit. *Citatio. Cōtumacia. Abbas.*

Speculator. Cõtumacia qualis. Cõtumacia quid ſit. Hoſtienſis. Abbas. Contumacia duplex. Contumacis pœna. Abbas.

Conſtitutis,in princ.de Proc.& in capit.Prout,eodem, & in Practicâ, cap.18.Speculator in tit.de Contumac.Abbas in c.Conſuluit.de Offic. deleg.& l.Properandum,§. Et ſi quidem.C.de Iud. vbi Baldus.l.Conſentaneum, & ibi Barthol.C.Quomodo.& l.Omne.§.Contumacia.ff. de re Milit.Abbas.in cap.1.verſ.Nota Contumaciam,de Iudic.Ex his etiam apparet Contumaciam eſſe peccatum lethale, & ſupplicio capitali interdum puniendam. Contumacia verò eſt erga Epiſcopum commiſſa inobedientia, vt eam Hoſtienſis in ſuâ ſummâ,& Panormitanus in ſuâ Practicâ,cap. Quis ſit contumax, deſcripſit. Contumacia autem duplex eſt,Realis,& Ficta, de quibus Iuriſperiti in ſi. ff.de Reſt.in Integ.& in l.Properandum,§. ſin autem Reus.C.de Iudi. fuſius agunt. Porrò Contumaces reales variè etiam coërcentur,ſcilicet colonis interdicendo,nè Dominis contumacibus,vel prouentus reddant,vel ipſorum agros colant,Abbas in cap.Grauem,de Senten. Excom. Vel Litis damno, l.Contumacia.ff.de re iudic. Vel Multa,l. 1.ff.ſi quis iuſd. nõ obtemp.l.1.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.Vel Refectione,l.Sancimus.C.de iud. Vel ſententiæ Eccleſiaſticę innodatione,cap. Quoniam frequenter,§.fin.Vt lit.non conteſt.c.1.eo.in 6.cap. Conſtitutus. de Senten.Excom.in 6.

Libellus quid ſit. Libellus vitioſus. Libellorum varietas. Speculator.

Quòd ſi reus contumax non extiterit, ſed coram Iudice, citatus, comparuerit, tũc Actor tenetur Iudici libellum offerre nullis ſinuoſis anfractibus, nullis technis,nulliſuè cauillis coopertum, ſed potius ità clarum, planumq. vt, & Reus cauſæ merita, & Iudex ſententiam futuram ex ipsâ facili negotio eruere poſſint. Atque hinc Libellus nil aliud eſt,quàm clara, apertaq. Scriptura, Actoris continens intentionem, & contrà aduerſarium neceſſariò concludens. Igitur iuxta Sacros Canones vitioſa eſt libelli nimia garulitas, capit.2.eod. Ita eiuſdem Alternatio,l. Prætor edixit,§. Quod autem.ff.de Iureiu.Sic quoque Conditionalitas,§.Ex cõditionali.Inſtit.de verb.oblig.Pari modo Aequiuocatio, capit.fin.de Reſcript.l.Si is qui ducenta.ff.de reb.dub. Similiter demum Obſcuritas, not.in cap.Conſtitutus, de in integr.reſtitut.apud Inn.& Abb.in cap.1.eod. Libellorum verò alij ſunt Accuſatorij,alij Cõuentionales,de quibus Speculator De Libellorum concept.in cap.Quot ſunt ſpecies libellorum.

Exceptio. Exceptionis varietas. Reconuẽtio.

Reus porrò libello perſpecto,poteſt interdùm licitè Exceptionem obijcere, quæ eſt actionis, vel intentionis excluſio, foriq. declinatio. Exceptio autem alia eſt Peremptoria, & Anormala; alia Dilatoria, quæ vel Iudicis incompetentiam arguit, vel de ipſo ſuſpicionem ingerit,cap.Si diligenti.tit.de foro compet. Si verò nulla exceptio adſit, tunc Reus mutuis petitionibus, ſiuè reconuentionibus aduerſarium ſuum coram eodem Iudice, antequàm litem conteſtetur, fatigare

poterit,

poterit, Bald.in capit. Cum veniſſent.de Iud. Iaſon in l.Non ſolum.§. Monte.ff.de oper.num. Verùm ſi Actor Beneficio Eccleſiaſtico, aut alijs bonis,& iuribus ſuis à Reo fuerit ſpoliatus, Reus Actorem nullo modo reconuenire poterit,capit.fin.de Ord.Cognit.Sed ſpoliatus eſt antè omnia,& quò ad omnia reſtituendus,eidemq. omnia damna reſarcienda, & cuncta amiſsa reintegranda, c. Grauis.De reſt.ſpol.c. Accedens. Abb.in pen.not.vt lit.non côteſt.Rota Deciſ.25.l.1.§.Vtrũ vi,& l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi arma. Nec pignora, aut obſides tenetur Actor à Reo acceptare,cap.Cum aliquibus,de Sentent.Excom. & not.in capit.Epiſcopi.§.1.3. quæſt.1. Immò de æſtimatione rerum ablatarum, ſtabitur ſpoliati aliàs iuramento, capit.fin.de his, quæ vi met.cauſa. *Baldus.* *Iaſon.* *Abbas.* *Rota.*

Diſcuſsis igitur litigantium præludijs, ad litis Conteſtationem deuenitur, quæ eſt quoddam Iudicij totius quaſi fundamentum, ſuprà quod litis ædificium conſtrui debet, ſinè quâ,nec teſtes recipi,nec ad ſententiam deueniri poteſt. Hæc verò fit per petitionem, & congruam Partis reſponſionem animo litem conteſtandi,cum Iudex per negotij narrationem cauſam audire cœperit. Auditâ ergò per Iudicẽ litis conteſtatione,illicò iuramentũ Calumniæ vitandæ Partibus proponit. Quod ſi Actor,& Reus præſtare recuſauerint, ille ab inſtitutâ cadet actione, & iſte pro confeſſo habebitur,cap.fin.§.fin.eod. *Conteſtatio.* *Iuramẽtum calumniæ.*

Ceterùm lite conteſtatâ, iuramento præſtito, & ſatiſdationibus exhibitis, quæ tùm à Reo debent dari de Iudicio ſiſti,l. Sciendum.ff. Qui ſatiſd.cog.cum reorum ſit fugere.l. Properandum.§. ſi.C.de Iud. tùm etiam ab Actore de iudicato ſoluendo, Inſtitut.de ſatiſd.§. Sed hodie, in Auth.C.de Epiſc.& Cler.& in Auth.de litig.§.ad excludendas: quamquàm immobilia poſſidens, ordinariè ab hac ſatiſdatione releuetur, ſic in Auth.Offeratur.C.de lit.conteſt.& tit.qui ſatiſd.cog. & in l.1.ff.Si quis in ius voc.non ierit. *Satisdationes.*

Ad merita Cauſæ poſteà, & probationes deſcenditur, lite interim pendente, nihil innouando, ſic eod.tit.in 6. Rota eod.tit.deciſ.3. niſi quis vellet fructus rei dilapidare, qui etiam pendente lite poterunt licitè ſequeſtrari, c.fin.de ſeq.poſſ.& fruct.l. Ab exequutore.C.Quorum appellation.non recip.Ad cauſam inquam Probationibus fulciendam itur,vel Partium confeſſione,vel Teſtium depoſitione, vel Inſtrumẽtorum exhibitione, vel Iuſiurãdi religione, Iudicis inſpectione, Rei notorietate,ſuſpitione vehemẽti,vel denique famâ,atque alijs adminiculis peragitur.Probatio autem eſt idoneis argumentis,& legitimis medijs facta demonſtratio,quę fieri incipit, cum reus Poſitionibus reſpõdet,quæ ſunt breues quædam narrationes facti ſeriẽ continẽtes ad veritatẽ eliciendã conceptæ,ſuper quibus quis petit ab aduerſario ſibi *Cauſæ meritum.* *Rota.* *Probationes* *Probatio quid ſit.* *Poſitiones.*

Articulis. reſponderi. Differunt autem Poſitiones ab Articulis, quia illæ ſunt breues, hi longiores, & teſtium nomina, vel ſcripturas continentes, Bald. in l. Generaliter. §. Iuramento. C. de reb.cred. Speculator in tit.de Teſte. §. Nunc videndum,& c. Præſentium, de Teſtam.in 6. A Libellis etiam diſcrepant, quia libellus habet concluſionem, & illi reſpondens litem conteſtari videtur.

Baldus. Speculator.

Sententia quid ſit. Quo feratur. Itaque lite iam legitimis probationibus ad finem perductâ, reſtat, vt Iudex Sententiam ſedendo, atque in ſcriptis ferat, quæ eſt Controuerſiæ propoſitæ ritè facta definitio. Quòd ſi hæc prætermitteret Iudex, & aut ſtando, deambulando, aut viuá voce proferret ſententiam, illa nullius eſſet ponderis, & momenti. Anima enim quieſcendo fit ſapientior. Vndè D. Hieronymus ſuper illa verba capitis 1. Danielis: Antiquus dierum ſedit. Sedens deſcribitur, inquit, vt maturitas ſententiæ comprobetur. Pari quoque ratione ſcribitur, vt cum maturitate, & ventilatione feratur, Abbas in c. Sicut, eod. Valida nihilominùs eſt illius ſententia, qui ex equo eam proferret, Argum. l. Qui ſella.ff. de ſeru.præd. ruſt. & c. Dilectus, & c. Significaſti, de Homic. Ita etiam, qui, vel ex altâ turri, vel palatio, ob metum, Partibus inferiùs audientibus Sententiam pronunciaret, cap. Cum locum, de Spon.c.Bonæ.1.de elect.& l.Quod meo.§.Si uenditorem.ff. de acquirend.poſſ.& c.Statuimus, de Offic.deleg.in 6.& c.fin. de Hæret. eo.lib.

Sententia. Hieron.

Abbas.

Sententia interloquutoria. Definitiua. Verùm Sententiarum alia eſt Interlocutoria, quæ nimirū inter principium, & cauſæ finem fertur ſuper his, quæ incidunt, vel emergunt; alia Definitiua, quæ ſcilicet, aut condemnando, aut abſoluendo, principali controuerſiæ finem imponit.

Definitiua quomodo, et quando feratur. Definitiua verò Sententia ferri debet vocatis Partibus, cap. Cum olim, de teſt.Cle. Paſtoralis, de re iud.& l.ea quæ.C.quomodo, & quando Iudex. Abbas in c.Cauſam quæ, de Iud.& cap.Quoniam contrà, de prob. Item loco, ad Ius reddendum, conſueto, l.pen.ff.de Iuſt. & Iu.& Legiſtæ in l. Cum ſententiam.C.eod. Item tempore congruo, l.fin.C. de Ferijs, & l.2.ff.Si quis in ius voc.non ier.& l.1.C.quō, & quando Iudex. Item inter diù, & non noctu, l. More Romano.ff.de Ferijs, & c. Cōſuluit.de Off.deleg.ſententiare oportet. Sententiâ autem prolatâ, ſi nulla legitima appellatio occurrerit, intrà ſtatuta tempora erit exequutioni mandanda.

Abbas.

Apoſtoli. Appellatio. Sed ſi à Iudicis Sententiâ, altera Pars appellabit, cùm cauſæ ſuſpenſione, dandi ſunt à Iudice à Quo ad Iudicem ad Quem, Apoſtoli, vel Reuerentiales litteræ in termino à Iure ſtatuto. Appellatio autem eſt prouocatio ad maiorem Iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi. Ad pares enim, vel minores non decet appellare, cap. 2.de conſuet. in 6. & l.1.§.Si quis in Appellatione.ff.eod. Etſi, omiſſo ali-

Digitized by Google

aliquandò medio, ad ſummum Iudicem appellare liceat, cap. Referente, & cap. Romana. §. 1. eod. At Appellationis duæ ſpecies exſiſtunt; vna ab Interloquutoriâ, alia à Definitiuâ Sententiâ, cap. 1. de Appell. in 6. & cap. Cum ſit, & cap. Super eo. Porrò ſi quis Appellationis remedio deſtitutus eſt, & ſe prolatione Sententiæ grauiter læſum conqueritur, Reſtitutionem in integrum apud ſummum Iudicem implorare poterit, & in hac etiam, ſi Cauſâ decidat, Reuiſionem apud nonnullos, iuſtis de cauſis, maximè Minor, & Eccleſia, cap. Conſtitutus, & cap. Tam ex litteris, impetrabit. Hæc quidem de Iudicijs Ciuilibus dicta ſufficiant; nunc ad Criminalium ſpecies attingendas ibimus. *Appellatio duplex.* *Reſtitutio.* *Reuiſio.*

Etenim Criminalia Iudicia, aut per Accuſationem, quæ eſt alicuius patrati criminis ſolemni præcedenti inſcriptione per accuſatorem coram Iudice acceſſio; aut per Denunciationem, quæ eſt ſinè inſcriptione alicuius ad Iudicem delatio; aut denique per Inquiſitionem, quæ eſt præcedente diffamatione, & quaſi denunciante famâ de alicuius crimine, Iudicis inquiſitio, peraguntur. Verùm, ſemper haud eſt neceſſarium, vt Infamia præcedat, quòd in generali Diocæſis Viſitatione, quotannis ab Epiſcopo faciendâ, contingere ſolet, cap. Sicut. eod. & cap. Romana. de Cenſibus, in 6. & apud Abb. in cap. Qualiter. 2. eod. cap. Cū venerabilis, de Cenſibus. Sic in alicuius Caſtri etiam generali Viſitatione, cap. 1. de Off. ord. l. congruit. ff. de off. præſid. Neque verò etiam neceſſe eſt talis Inquiſitio contrà aliquem priuatum virum, vbi non agitur ad pœnam, ſed ex Officij debito, cap. Poſtquàm, & cap. Cum dilecti, & cap. Nihil. & Innocentius, cap. 1. de Exceſſibus Prælatorum. Hoſtienſis in cap. Vni. Vt Eccleſ. Benefi. & Abbas in cap. Qualiter, & in cap. pen. eod. Neque ad pœnam quoque, quandò hæc ſpecialis Inquiſitio ad Fiſcalis inquiſitionem procedit, l. Ea quidem. C. eod. cap. Prætereà, de teſt. cogen. Si quis autem omnibus numeris abſolutam de hiſcè Criminalibus Iudicijs tractationem ſcire cupiat, inter ceteros, Iulij Clari, & Proſperi Farinacei, Cameræ Apoſtolicæ Fiſcalis, qui in hiſcè principem locum tenet viri ingenio, iudicio, doctrinâ, clariſſimi, Practicam Criminalem legere non pigeat. *Accuſatio.* *Denūciatio.* *Inquiſitio.* *Viſitatio.* *Abbas.* *Hoſtienſis.* *Abbas.* *Clarus.* *Facinaccius*

Ceterum, cùm criminoſus, nec teſtibus, nec propriâ confeſſione conuictus ſit, nec accuſator aduerſùs cum inſiſtat, & tamen alicuius criminis publicâ laborat infamiâ, eſt ei in ſupplementum Canonica purgatio indicenda, quæ eſt ſuper obiecto crimine, innocentiæ demonſtratio, quæ profectò, aut Vulgaris eſt, & vel igne, aquâ, ferro, vel ſingulari certamine, & Monomachiâ peragitur, & hanc Canones excluſerunt, ſuoſq. limites exulare iuſſerunt; aut Canonica, & à Sacris *Canonica purgatio.* *Monomachia.*

cris Canonibus comprobata, quæ iuramento purgat infamiam.

Apoſtrophe. O miſeri mortales! ô irati Numinis in nos animaduerſio! At! at! Miſericordis potiùs operatio. Verum equidem; ſed optandum nihilominùs eſſet, vt nullus lubricas vitiorum ſemitas calcaret, nullus in ijs delectaretur, nullus illas ſectaretur, ut per conſequens nullus ſe Iudici quoque ſiſtere teneretur. At heù quid fruſtrà poſcimus? Labem ex Adamo contraximus, contractam nobiſcum in tumulum vſque inferimus. Quocircà nil ſupereſt, niſi, vt Adami factori Deo ſupplices preces offeramus, vt ipſe naturæ fragiles ſenſus recognoſcens, internis beatitudinis ſummum deſiderium, & externis, ad eamdem conſequendam, modum, robur, conſtantiam, & exequutionem largiatur.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM DECIMVM.

De Theologia Practica.

CONDITOR humani generis Deus poſtquàm vidit non ſolùm Adami, ſed,& filiorum eius, atque poſterorum multiplices lapſus, vt legum timore, atque freno eos à turpitudinū uitijs, ad uirtutum calles reuocaret errantes, non multis, ſed decem tantùm principiò legibus!, ac pręceptis voluit homines, Moyſe uiro ſancto, & fideli, Internuncio, ac Doctore imbui. Temporis verò ſucceſſu, hominumq. malitiâ, ac eorumdem ſalute efflagitantibus, hic Pręceptorum quaſi manipulus, frondoſam, ac ingentem plurimarum rerum ſiluam, quibus hæc Theologia Practica, Poſitiua, aut Conſcientiæ Caſus fulciuntur, emiſit. Nos autem ex hoc amplo uariarum arborum nemore quaſdam dumtaxat, eaſq. præcipuas arbores ex quibus reliquæ pullulârunt, pro huius Theologię fabricâ conſtruendâ, ceteris iam relictis, accipiemus, eaſq. affabrè dolando ſub mortalium oculos erigemus.

Vndè legum numerus.

Itaque propter hominis peccatum, quod eſt dictum, factum, uel concupitum contrà legem Dei ęternam, lex prodijt, quæ hoc loco, eſt reuelata Dei uoluntas, intellectum, & uoluntatem hominis dirigens, bonum, & uerum pręcipiendo, falſum, & malum prohibendo. Vndè fit, ut Deo tamquàm ſummo totius orbis, ac hominum Monarchę Fidelitatem, Reuerentiam, & Famulatum tribuamus; Proximo Dilectionem, quę ex corde, fraternam correctionem, quæ ex uerbis, miſericordiam, quæ ex operibus conſiſtit, debeamus; nec eum corde per iudicium temerarium, nec uerbo per contentionem, nec opere per ſcandalum, nec hîccè, uel in corporis, uel honoris, uel fortunę bonis offendamus. Quibus ſeruatis, exurgit ergà Deum perfecta Charitas deſiderio plena Deo obſequia debita tribuendi; eumq. præ ceteris omnibus æſtimandi.

Peccatum quid.

Deus monarcha.

Quæ Deo debeamus.

Quæ proximo.

Quòd, ut excellentius fieri poſſit, & nos Gratiæ ipſius ſuſcipiendæ digniores, Chriſti Seruatoris noſtri Sacramenta pio affectu ſuſcipere, & cognoſcere debemus. Sacramentum uerò Nouæ legis, eſt

Sacramētū quid.

res

Digitized by Google

res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Chriſti inſtitutione ſanctitatis, & Iuſtitiæ tùm ſignificandæ, tum efficiendæ vim poſſidet. Hæc porrò ſunt Septem, Baptiſmus, Regenerationis ſacramentum per aquam in verbo vitæ; Confirmatio, Vnctio frontis baptizati ab Epiſcopo facta ſub certâ verborum formâ; Pœnitentia, dolor de peccatis commiſſis cũ propoſito ſe emendandi, & Eccleſiæ clauibus ſubijciendi per Confeſſionem; Eucharistia, quâ Chriſtus integer, & perfectus ſub ſpeciebus viſibilbus continetur, & gratiâ confert ſuſcipienti; Ordo, ſignaculum quiddam in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato; Matrimoniũ, viri, & feminę coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens; Extrema Vnctio denique extremorum ſenſuum corporis vnctio a Sacerdote facta ſub certâ quoque verborum formâ.

Baptiſmus. Confirmatio. Pœnitẽtia. Euchariſtia. Matrimonium. Extrema vnctio.

Diſcrimẽ inter veteris, & noua legis ſacramẽta.

Verùm Sacramenta hæc, à Legis priſcæ Sacramentis in cauſâ Efficienti ità diſtinguuntur, vt hæc immediatè à Chriſto inſtituta ſint, illa à Deo, Moyſe interprete ſint promulgata; in cauſâ Finali, vt hæc non modò ad repræſentandam, vt illa, ſed etiam ad efficiendam gratiam ſint inuenta; in Materiali, vt res ſenſibiles, quibus vtraque Sacramenta conferuntur, longè diuerſæ extiterint; in Formali demum, quia noſtra conſtant verbis tamquàm formis; at uetera nec verbis, nec ex opere operato iuſtificabant, neque Vitæ æternæ aditum reſerabant. Teſtis huius veritatis eſt Baptiſmus, regeneratio in uitâ ſpirituali; teſtis Confirmatio, regeneratio in vitâ ſuſceptâ; teſtis Pœnitentia, reparatio gratiæ deperditæ; teſtis Euchariſtia, nutritio uitę ſpiritualis, & augmentum gratiæ ſuſceptæ; teſtis Ordo, recta, & legitima Sacramentorũ adminiſtratio; teſtis Matrimonium, legalis hominum propagatio, ac prolis educatio; teſtis denique Vnctio extrema, ad pugnam ſpiritualem confortatio.

Quæ ſacramẽta conferunt characterem, Sacramẽtorum modus.

Horum porrò, Baptiſmus, ſolùm, Confirmatio, & Ordo conferunt Characterem, neque abſque Sacrilegio reiterari poſſunt: reliqua verò pro neceſſitate, & cuiuſque voluntate ſępius poſſunt repeti. At Sacramenta omnia in vſu conſiſtunt, tranſeunt actu, & manent effectu, Euchariſtiâ exceptâ, quę, etſi, in vſu non conſiſtat: actu tamen tam diù manet, quamdiù ſpecies conſecratæ exiſtunt, & hæc ſola Chriſtum actu continet, reliqua ſolummodò eius virtutem comprehendunt.

Sacramẽtis eſſentialia, & accidẽtalia.

Horum materiæ eſſentiale eſt, vt ſit eadem ſpecie, quam Chriſtus inſtituit, & realiter ſuſcipientem attingat, & formæ, morali ſaltẽ coexiſtentiâ coexiſtat. Accidentale autem materię eſt, vt ſit magna, vel parua, perfecta, vel imperfecta, & vel à naturâ, vel arte facta. At formæ eſſentiale eſt, vt verba ſenſum exprimant, quem Chriſtus intendit, & neque ſubſtitutione aliorum verborum, neque corruptione prolationis, neque additione, neque diminutione, neque eorum interruptione, & tranſpoſitione immutentur, ſed vnà cùm materiâ concurrant.

Quo

Digitized by Google

Quo autem idiomate hoc fiat,& an multis, vel paucioribus precibus, & cæremonijs abſoluatur,cùm hæc ad verborum eſſentiam non ſpectent,formæ non erit eſſentiale. Sed eſſentiale Miniſtro eſt,vt is habeat legitimam adminiſtrandi Sacramenta facultatem,et explicitam intentionem Sacramentum conficiendi, & faciendi ea omnia quæ Eccleſia facere conſueuit. Accidentale eſt Miniſtri qualitas, ſcientia, poteſtas. Verùm ſuſcipienti eſſentiale eſt,vt ſit homo, quia pro hominum ſalute ſolùm, Chriſtus Sacramenta inſtituit; ſimiliter, vt morti adhuc ſit ſubiectus,quia beato,aut damnato, aut in Purgatorij pœnis degenti, incaſſum Sacramenta conferuntur; & accidentale illi eſt,vt non ſit Cenſuris irretitus, & vt ſit ad ſingula Sacramenta ſuſcipienda benè diſpoſitus.

Legis eccleſiaſtica varietas. Enim uerò iam dicendum ſupereſt de lege Eccleſiaſticâ, quæ aut eſt Præceptiua, aut Pœnalis, & illa quidem, vel Communis,vel Propria. *Lex communis.* Communis certè omnibus Chriſtianis eſt Sanctificandi Feſta; Ieiunandi diebus ab Eccleſia præceptis; Confitendi ſemel in anno; Communicandi circa Feſtum Paſchatis; Decimas, cui competunt, ſoluendi. *Lex Clericalis.* Clericis, autem, & Beneficiatis commune præceptum eſt, ut in decenti Habitu, & Tonſurâ incedant; vt ſæcularibus negotijs non ſe immiſceant; ut Caſtè viuant, ut legitimè,tum adminiſtrent, tùm Sacramenta recipiant; ut denique horas Canonicas perſoluant. *Lex Pontificum.* Proprias uerò leges quaſdam obtinent Summus Pontifex, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi: Cardinales, Nuncij, Archidiaconi, Archipresbyteri,Parochi,Patroni, & vtriuſque ſexus Regulares; *Lex Regū.* item Imperator,Reges,Principes,Milites,ſuas habent leges; Similiter *Lex Iudicū.* Iudices, Accuſatores, Rei, Teſtes, Aduocati, & Notarij legibus uallantur. *Lex Doctorum.* Neque uerò deſunt leges Doctoribus,Medicis,& Studioſis. *Lex Pœnalis.* At Pœnalis lex, uel continet Cenſuras, Excommunicationem utramque, Suſpenſionem, & Interdictum; uel illas non coërcet, ut Irregularitatem,Degradationem, Depoſitionem, Ceſſationem à diuinis, Detentionem in carceribus,& ſimiles. *An lex obliget ad mortale.* Equidem lex hæc obligat ad mortale, ſi à legitimâ poteſtate feratur, quæ ſuâ lege uelit ſubditos hoc modo obligare, & ſi ſit materiæ dignitas,& grauitas,ut ſub mortali præcipi poſſit; ſi legitima adſit promulgatio, eiuſdemq. notitia; ſi quoque adſit in quibuſdam caſibus ſubditorum acceptatio. *Epiſcopi poſſunt leges ferre.* Quamquàm de iure, Epiſcopi abſque ſubditorum conſenſu leges condere, & ferre poſſint, & ad earumdem obſeruationem eos adſtringere: nihilominùs tamen lex neminem arctabit, ſi per contrariam conſtitutionem, & conſuetudinem abrogetur; ſi ſuper eâdem, uel à Romano Pontifice, qui in omnes Eccleſiaſticas leges ſummum imperium habet, diſpenſabitur; ſi à proprio Epiſcopo, qui etiam directè

in

in omnes leges, aut à ſe, aut ab anteceſſoribus ſuis latas ius habet moderandi, & indirectè etiam in omnes alias leges Eccleſiaſticas ſiuè à Concilijs generalibus, ſiuè à Summis Pontificibus latas, ſi illarum diſpenſatio ex iure, vel conſuetudine Latori, aut alteri non reſeruatur, ex legitimá cauſá diſpenſabitur.

Apoſtrophe. At toto cordis affectu optandum eſſet, vt populus Chriſtianus ſalutares leges omnes flagranti, atque pio deſiderio acceptaret, & acceptatas forti, & generoſo animo exactiſſimè vſque ad vltimum ſpiritum obſeruaret, ut obſeruatas, poſteà nullá eſſet opus diſpenſatione, imbecillitatis clariſſimus index, nullá à pijs, boniſq. operibus relaxatione, nullo denique tali fragilitatis noſtræ argumento, quin potiùs priſcos illos ſanctiſſimos moribus, uitá, legibus imitando, poſſimus ad eumdem beatitudinis gradum peruenire, ad quem ipſi uitæ ſanctimoniá aduolárunt.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM VNDECIMVM.

De Sacra Hiſtoria.

HISTORIAE Sacræ nomine cùm Vetus, tū Nouum Teſtamentum intelligimus, quæ profectò nil aliud eſſe videntur, quàm quædam diuini Numinis operum hiſtorica explanatio ad ipſius diuinitatem nobis patefaciendam facta, & ad noſtram ſalutem compoſita. Ac prioris quidem Deus auctor exſtitit; ſecundi Chriſtus Dominus eius filius, ac verus Deus princeps fuit, qui fecit, ut ad nos ex Apoſtolorum traditionibus, Sanctorum Patrū doctrinis, Conciliorum decretis perueniret, qui diuino afflati Spiritu hoc ſcripſerunt. Vndè D. Paulus cap. 1. ad Galatas præclarè; Euangelium, inquit, quod euangelizatum eſt à me, non eſt ſecundùm hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Vetus verò, Moyſe mediante, cui reuelatum à Deo fuerat, in noſtram cognitionem deuenit. Et verò, cùm Moyſes huius Sacræ hiſtoriæ primus fuerit Scriptor, de illo paucula ſcribere ſtatuimus, vt quantis ornamentorum ſplendoribus fuerit decoratus hic auctor, omnibus innoteſcat. Nam, cùm homines maximi ſemper faciant generis alicuius antiquitatem, & quò antiquius illud, eò magis ab omnibus honoretur, & æſtimetur, quid de Moyſe dicemus, qui poſt orbem conditum primus Scriptor exſtitit, omneſq. alios multis ſeculis anteceſſit? Græcia certè, Homeri Poëmate, vt Ioſephus lib. 1. contrà Appionem prodidit nihil antiquius habebat, Moyſes autem quingentis annis Homerum ſuperauit. Siquidem Moyſes, Cecropis primi Athenienſium Regis æqualis exſtitit. Liquet uerò, ac certis argumentis obſeruatum eſt, quæcumque à Græcis ſtupenda facinora, ſiuè hiſtorijs propalata, ſiuè fabuloſis exaltata miraculis de ipſorum Heroibus, ac Dijs exarantur, ea omnia poſt Cecropem contigiſſe. Poſt ipſum enim, Deucalionis diluuium, Phaëtontis incendium, Proſerpinæ, & Europæ raptus, Ceceris myſteria, & partus Apol-

Sacra hiſtoria quid ſit.

Veteris teſtamenti auctor.

Noui teſtamenti auctor. Paulus.

Moyſes primus hiſtoricus.

Ioſephus.

Moyſis antiquitas.

Cecropis ætas.

Digitized by Google

Priſcorũ miracula. Apollinis extitêre; poſt Cecropem Cadmus Thebas condidit, primuſq. litteras à Phœnicibus acceptas, Græcis tradidit; Liber pater Indós ſubegit, & Orientem domuit; Minos leges Cretenſibus dedit; Aeſculapius Medicinæ gloriâ excelluit; poſt Cecropem, Perſei victoriæ, Theſæi facta, Herculiſq. labores celebrantur; poſt Cecropem, Poëtæ, à quibus Græcorum Theologia profluxit, Amphio, Linus, Muſæus, Heſiodus, & Orpheus floruerunt; poſt Cecropem, bellum *Troianum bellum.* Troianum quadringentis annis geſtum eſt, & Troiæ excidio Centum annis poſterior fuit Homerus. *Homeri ætas.* Nec verò Moyſes priſcos tantùm Gentilium Poëtas, & Theologos anteiuit, ſed Mercurium quoque Triſmegiſtum apud Aegyptios Philoſophiæ inuentorem, maioris Mercurij nepotem, cuius auus Atlas Aſtrologus, & æqualis Promethei fuit, anteceſſit. Proditum quoque eſt, Socratem, ex quo velut pa- *Socratis ætas.* rente tot nobilium Philoſophorum familiæ proſeminatæ ſunt, poſt Prophetas Zachariam, Aggæum, & Malachiam fuiſſe, qui tamen poſt Salomonem plus quadringentis annis uixerunt, Moyſemq. hos omnes, ac etiam Septem illos Græciæ ſapientes, quorum Princeps Thales exſtitit, anteceſſiſſe. Ex quibus conſtat Moyſen primum Theologum, Poëtam, Philoſophum, ac Hiſtoricum fuiſſe.

Vt autem ad Sacram Hiſtoriam reuertamur, quæ Biblijs continetur, *Hugo.* ſic eam Hugo Victorinus definiuit: *Sacra hiſtoria quid ſit.* Sacra Scriptura, eſt liber vitæ, cuius origo eſt æterna, eſſentia incorporea, ſcriptio indelebilis, aſpectus deſiderabilis, doctrina facilis, ſcientia dulcis, profunditas inſcrutabilis, verba innumerabilia. *Driedo.* Sed Ioannes Driedo dicit eam eſſe ſermonem Spiritus ſancti, qui loquutus eſt per ora Prophetarum, & Apoſtolorum, eorumq. ſucceſſorum ex communi totius Eccleſiæ conſenſu in numero, & ordine Sacri Canonis. *Definitio.* Nos autem dicimus Sacram Hiſtoriam nil aliud eſſe, niſi Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti rerum geſtarum, ac inſtitutarum vera, & ſancta narratio. Ex quo apparet, hanc plurimùm à reliquis differre. *Iſidorus.* Iſidorus enim lib. 3. de Summo Bono, Gentilium dicta, inquit, exteriùs verborum eloquentiâ nitent, interiùs vacua virtutis ſapientiâ manent: Eloquia autem Sacra exteriùs incompta verbis apparent, intrinſecùs autem myſteriorum ſapientiâ fulgent. Quocircà non minùs verè, quàm ſapienter *Dauid.* Dauid regius Vates cecinit. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia Auri, & Argenti: Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum: Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel, & fauum; Quid ni? Omnia mandata tua veritas. *Auguſtinus.* Vndè D. Auguſtinus lib. 13. Confeſſionum, cap. 29. O Domine, ait, iſta tua Scriptura uera eſt, quoniam tu verax, & in veritate edidiſti eam. Verè enim, Lucerna

pedibus

Digitized by Google

pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis: Delectatio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis: Pax multa diligentibus legem tuã,& non eſt illis ſcandalum. Et D.Hieronymus in Pſalmum 147. Pinguiſſimus, inquit, eſt ſermo Dei, omnes in ſe habens delicias. *Hieronym.*

Atque hinc profectum eſt, vt qui huius ſacræ Hiſtoriæ lectioni frequentius aſſidebãt, plures eius ſenſus rimati fuerint. Etenim idem D.Hieronymus in Epiſtolã ad Heluidiam, tres aſſignat, Hiſtoricum, Tropologicum, & Spiritualem. Et Hugo Victorinus lib. 3. de Clauſtro Animæ. In Refectorio, ait, Sacræ Scripturæ, tres ſunt menſæ, Hiſtorialis, Myſtica, & Moralis. Prima menſa eſt pro indoctioribus; ſecũda pro doctis; tertia pro vtriſque. Prima eſt cibi craſſioris; ſecunda ſubtilioris; tertia dulcioris. Prima continet ſaporem exemplorum; ſecunda myſteriorum; tertia morum. Prima paſcit miraculis; ſecunda figuris; tertia verbis. D.Aurelius autem libro de Vtilitate credendi, & libro de Geneſi ad litteram, quattuor conſtituit, Hiſtoricum, cùm res planè, prout, ſiuè diuinitus, ſiuè humanitùs ſucceſſit, narratur; Allegoricum, cũ dicta figuratè intelliguntur; Anagogicum, cùm Veteris, ac Noui Teſtamenti proportio demonſtratur; Etymologicum, cùm cauſa, cur hæc, vel illa res facta ſit, oſtenditur. Alij porrò vberius melius ſuè ſex ſtatuunt, Litteralem, cùm in litterarum, verborum proprietate, ac Etymologiã ſenſum eruimus; Moralem, cùm quæ ſcripta ſunt, ad animæ virtutes, & iuſtitiæ opera referũtur; Tropologicum, cùm ex diuerſis tropis, ac figuris ſenſum, & verba ad Eccleſiæ ſenſum reducuntur; Anagogicum, cum omnia ad Dei gloriã, & vitæ cæleſtis contemplationem reuocantur; Tipicùm, cum res ad temporum mutationem, regnorum, ſæculorumq. reuolutionem trahuntur; Phyſicum, cũ res naturalis naturaliter in ſacrã Hiſtoriã conſideratur, vt interim Ioãnem Picum tranſeamus, qui in ſuo Heptaplo huius diuinæ Hiſtoriæ, præter iſtos, alios ſeptem ſenſus excogitauit. *Hieronym.* *Scripturæ ſenſus.* *Hugo.* *Auguſtinus*

Ceterùm huius ſacræ Hiſtoriæ interpretatio, neque apud gentes Idolorum cultui deditas, neque apud Meſſię perfidos ſpectatores, neque apud Fidei noſtræ deſertores, neque demùm apud homines alios hæreticã prauitate forſcennatos verè commoratur, ſed ſolùm apud Eccleſiam Romanam, Catholicam, Apoſtolicam, Orthodoxam, Chriſti Domini pretioſiſſimo cruore fundatam, tantiſq. miraculis illuſtratam, mirã tot Sanctorum Patrum doctrinã imbutam, & tot Martyrũ ſanguine purpuratã, illęſa perennat. Quis enim dicet illos Sacras litteras probè interpretari poſſe ab oĩbus tribus Deitatis, perſonis dictatas qui cõtrã illas, ſuãq. Eccleſiã impietate armati, & ſpiritu Spiritui Sancto, contrario tumidi, debacchantur? Qui illorum Fidei, ac Virtutum gemmas, nec nouit, nec noſcere cupit, qui gemmas conchas in tam *Cui cõpetit huius hiſtoriæ interpretatio,*

Digitized by Google

vaſto,ac profundo ſenſus Scripturæ oceano, comperiet, quibus retibus extrahet, quibus ferramentis aperiet, vt veritatem eruat, cùm ille extrà Eccleſiæ veritatem, & ſenſum per obſcuras errorum tenebras vagetur? Sapienter certè Origenes in Proœmio librorum Periarchon: Illa,inquit,ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſticâ traditione diſcordat. Nam præclarè admonuit Clemens Epiſt. 5.de Communi Vitâ. Porrò,ait,etſi multa verba ſint, in Scripturis diuinis,quæ poſſent trahi ad eum ſenſum,quem ſibi vnuſquiſque ſpontè præſumpſit: non tamen id fieri oportet: Non enim ſenſum,quem extrinſecùs adulteratis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ex Scripturarum auctoritate confirmare, ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere veritatis. Quoniam Scriptura diuina, inquit, D. Chryſoſtumus Hom.10. in Geneſim,nihil temerè,vel fortuitò loquitur,ſed,& ſyllaba,& apiculus vnus reconditum habet theſaurum.

Origenes. *Clemens.* *Chryſoſt.*

Quamobrē ſapientiſſimè ſimul,ac ſanctiſſimè ab Oecumenico Cōcilio Tridenti congregato dec.2.ſeſſ.4. factum, & ſancitum eſt, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus Fidei, & morum ad ædificationē doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, Sacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorqueat,aut contrà eum ſenſum quem tenuit,& tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & Interpretatione Sanctarum Scripturarum, aut etiam contrà vnanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam Sacrā interpretari audeat, etiamſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquàm tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint,per Ordinarios declarentur, & pœnis à Iure ſtatutis,puniantur.

Dogma.

Apoſtrophe. O faxit Deus, qui cuncta regit ſuauiter,ac diſponit, vt nullus vnquam,neque ſub Eccleſiæ Militantis vexillo conſtitutus, neque illius deſertor,ac rebellis tantum ſibi præſumere audeat, vt peregrinum,& Dæmonis toxico cōditum ſenſum ex ſacrâ Hiſtoriâ comminiſcatur; Faxit Deus,vt nullus ab Eccleſiæ vnione, & concordi animorum cōſenſu,Dæmonis artificio,auellatur; Faxit Deus, vt vniuerſi Vniuerſa gens,diuino Peneumate afflata eadem credat, & ſentiat, quæ Sancta Mater Eccleſia, vt nec à Deo in Cælis,nec ab Ordinarijs in Terris hac de causâ condemnetur.

MEM-

MEMBRVM DVODECIMVM.

De Sacra rerum Geneſi, & earum Cataſtrophe.

QVONIAM præcedenti membro de ſacrâ Hiſtoriâ curſim quædam in medium protulimus; nunc non erit ordini noſtro incõgruum, ſi de ſacro Mundi Ortu, & eiuſdem Obitu Laconicè diſſeramus. Ac, vt altius rẽ exordiamur, legimus apud Irenæum lib. 1. aduerſus Hæreſes, cap. 20. Simonem illum Magum Doſithei diſcipulum, Mundum non à Deo, ſed ab Angelis conditum exiſtimaſſe, hosq. Deum ex Selene quadam pellice, generaſſe. Idem penè ſenſit Menander Simonis iſtius auditor, eodem Irenæi libro, cap. 21. niſi quòd, non minus impiè, quàm ſtultè, Angelos, qui Mundum fabricârint, haud ex Selene, ſed ex Ennoca procreatos, arbitraretur. Et Baſilides, Menandri quoque diſcipulus, cap. 23. eiuſdem libri Irenæi, hunc Mundum inferiorem, ab Angelis, qui in infimo cælo degunt, productum fuiſſe, credebat. His etiam aſſentit Saturninus cap. 22. apud eumdem Irenæum, Tertulianum libro de Præſcriptionibus, & Auguſtinum libro de Hæreſibus, Hæreſi 3. affirmans Mundum, ſinè Dei Patris conſenſu à Septem Angelis conſtructum fuiſſe. Quod idem planè Cherinthus, cap. 26. eiuſdem libri Irenæi ſomniaſſe videtur, dum Mundum, Deo neſciente, à quadam Virtute factum eſſe putârit. Prodidit etiam Irenæus cap. 24. Epiphanius Hæreſi 27. Gnoſticos, ſiuè Carpocratianos autumaſſe Mundum non à Deo, ſed ab Angelis multò inferioribus ingenito Patre, creatum fuiſſe. Porrò iſtorum quidam, teſte Epiphanio, Hæreſi 26. Mundum quidem à Deo, ſed Malo, Bono otioſo, ſentiebant creatum. D. autem

Irenæus.

Stulta impietas de mundi creatione.

Tertullian.

Auguſtinus.

Epiphanius.

Digitized by Google

Auguſtinus Hæreſi 46. & Epiphanius Hæreſi 66. referũt Manichæos cum Gnoſticis quaſi ſenſiſſe, dum iſti omnes res corporeas à quodam Deo Malo, non Bono exſtitiſſe, affirmarent. Albigenſes verò cum *Antoninus.* Manichæis, referente Antonino par. 3. Hiſt. tit. 19. cap. 1. erant concordes, dum omnes creaturas viſibiles, non à Bono, ſed à malo Deo profectas eſſe opinarentur. Audiani denique Antropomorphiti, te- *Theodoret.* ſte Theodoreto libro 4. Hiſtor. cap. 20. & libro 4. Fabul. Hæret. & Auguſtino Hæreſi 75. Aquam, Ignemq. à Deo creata eſſe, pernegabant.

At iſta ſunt delirantium hominum potius ſomnia, quàm commenta; cum certiſſimum ſit res planè omnes, quæ Deus ipſe non *Omnes res à Deo.* ſunt, aut immediatè, aut mediatè à Deo, tanquam à cauſa efficiente, & principe, productas fuiſſe. Aliter enim, aut nihil vnquàm eorum, quæ fiunt, Deus egiſſet immediatè, & eſſent aliquæ cauſæ præter Deum, non ex Deo, ſed ex ſe, atque ità Deus; aut certè fatendum eſt Deum immediatè agere. Quamquàm negari quoque non poſſit, Deum interdùm mediatè agere, dum res huius Vniuerſi ſua munia, iuxtà cuiuſq. Ingenium, & inſtinctum obire facit, quæ rerum quæ- *Cõſeruatio. Aquinas.* dam Conſeruatio eſt, & earum continuata productio, vt benè etiam D. Thomas par. 1. quæſt. 104. art. 1. cognouit. Et quamuis hoc verum ſit, vt Deus etiam mediatè aliquandò agat; hallucinatus ta- *Durandus.* men eſt Durandus in 2. diſt. 1. q. 5. num. 11. aſſerens Deum mediatè dumtaxat eſſe cauſam efficientem rerum omnium.

Ex his itaque clariſſimè apparet falsò cenſuiſſe Marcionem apud *Tertullian.* Tertullianum lib. 5. contrà eumdem, & Hermogenem, eodem teſte, *Materia Prima à quo.* Materiam Primam non fuiſſe à Deo productam, ſed eſſe ipſi coæternam; quòd etiam Manichæi, aſſerente D. Gregorio Nyſſeno libro de Opificio Hominis, cap. 23. & Seleucus, & Hermias apud D. Au- *Nyſſenus. Auguſtin.* guſtinum Hæreſi 59. ſomniárunt. Nam, ſi Materia Prima eſſet ex ſe, & non ex Deo, tùm eſſet ens infinitum ſimpliciter, atque ipſe Deus; tùm, cùm quidquid eſt entitatis in Materiâ, illud finitum ſit, & cadit immediatè in cognitionem, & voluntatem diuinam, ſequitur profectò, quòd à Deo rerum omnium parente producta ſit. Hoc etiam euincunt Sacræ Hiſtoriæ teſtimonia, Rom. 11. Quoniam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia; Ioann. 1. Omnia per ipſum facta ſunt; Acto. 4. Domine tu, qui feciſti Cælum, & Terram, Mare, & omnia, quæ in eis ſunt; Geneſis denique 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat. Itaque in Sapientum omnium luce apparet, Deum optimum maximum ex nihilo, vel immediatè, vt Geneſis 1. In principio creauit Deus Cælum, & Terram; vel mediatè, vt Geneſis 2. Formauit Deus illum de limo terræ, vniuerſa condi-

Digitized by Google

condidiſſe. Quòd etiam ſapienter D. Auguſtinus lib. 1. de Geneſi contrà Manichæos, cap. 6. intellexit, dum ſic diſputat. Ideò Deus, inquit, rectiſſimè creditur omnia de nihilo feciſſe, quia etiamſi omnia formata de ipſa Materiâ, facta ſunt: hæc ipſa tamen materia de omninò nihilo facta eſt. Ita quidem de rebus dumtaxat corporeis, & ſublunaribus, quoniam Angelos, Animaſq. hominum ex nullâ præexiſtente materiâ, atque ità ex nihilo, Deus immediatè creauit.

Auguſtinus

Omnia ex nihilo.

Vndè Angeli, & Aīa.

Atque hinc ſequitur, tùm Deum poſſe quod creauit, ſi vellet, annihilare, quòd inſipienter Viclephus apud Valdenſem tom. 1. cap. 18. negauit; tum etiam eumdem, vt eſſentiâ Vnum, & Perſonis Trinum, creaſſe, vt optimè quoque D. Dionyſius cap. 2. de Diuinis Nominibus intellexit. Communia, inquit, totius Trinitatis eſſe omnia creabilia. Et D. Auguſtinus lib. 9. de Geneſi ad Litt. c. 15. Cuiuslibet, ait, naturæ creator eſt Deus, id eſt, ipſa Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Quâ etiam de causâ in omnibus creaturis aliquod Trinitatis veſtigium conſpicitur, vt probè Magiſter in 1. diſt. 3. & D. Auguſtinus libro 6. de Trinitate, cap. 10. & lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 24. & 26. explicârunt. Quæ, cùm ità ſint, in confeſſo apud omnes, & Theologos, & viros ſapientiâ præſtantes eſſe debet, ſolius Dei proprium eſſe, creare, atque ità, vt neque hanc poteſtatem Deus per abſolutam potentiam vlli creaturæ communicare poſſit, etſi Durandus in 2. diſt. 1. art. 4. & ibidem Gabriel contrarium crediderint. Creatura enim haberet hoc modo aliquam Dei proprietatem, & infinitam, diuinamq. virtutem, ac potentiam aliquid ex nihilo, nulloq. ſubiecto concurrente, faciendi, quæ neque Angelis ipſis vmquàm, vel conceſſa fuit, vel concedi potuit contrà Auicennam lib. 9. Met. cap. 4. exiſtimantem, exceptâ primâ Intelligentiâ, reliquas à ſeipſis creatas fuiſſe, & Platonem in Timæo cenſentem Angelos, quos ille Deos ſecundos vocauit, ex Dei præcepto, & imperio, ceteras creaturas, præter vnam hominis Animam condidiſſe. Verùm neque poteſt etiam creatura producere quidpiam ex nihilo tanquàm cauſa Inſtrumentalis; cùm hic nullum ſit ſubiectum quod priùs diſponatur, & inſtrumentum aliquam actionem præuiam neceſſario obtinere debet, vt ſubiectum, vel aliquem terminum à quo actionis diſponat. Concluditur ergò ex dictis, ſolum Deum hanc rerum Vniuerſitatem creaſſe, nec alicui alteri, vel conceſſiſſe, vel concedere potuiſſe, vt ſit alicuius creationis conſors ipſius, & ſocius.

An Deus poſſit oīa deſtruere.

Valdenſis.

An Trinitas creauerit.

Dionyſius.

Auguſtinꝰ.

Trinitatis veſtigia.

Magiſter.

Auguſtin.

Cuius ſit creare.

An Deus poſſit creandi poteſtatē alteri cōcedere.

Durandus.

Gabriel.

Auicennas.

Plato.

Atque hinc eſt quòd, cùm Vnus ſit Deus, per conſequens non plures, ſed Vnum dumtaxat Mundum, tamquàm ipſius exemplar, & idolum eſſe, neceſſe ſit, contrà Democritum, priſcoſq. Philoſophos,

Cur vnus mundus ſolum.

innumerabiles Mundos in hanc anguſtam Mundi ſcenam inuehentes. Et quamquàm itá ſit: non tamen inficias ire poſſumus Deū Mundorum myriades contrà Ariſtotelē lib. 1. de Cælo creare poſſe; quandoquidem nullæ res, vel factæ, vel faciendæ queunt illius potentiam infinitam adæquare, multò minus exhaurire.

An Deus plures mundos creare potuiſſet.
Ariſtoteles.

An mundus ſit ab æterno.
Ariſtoteles.
Auerroes.

Quamobrem ex hoc fonte illud profluit Mundum nō eſſe ab æterno, vt falsò Ariſtoteles lib. 8. Phy. & lib. 1. de Cælo, & lib. 2. de Generatione, & lib. 12. Met. & Proclus Platonicus apud Philoponū, & Auerroes lib. 8. Phy. & lib. 2. de Cælo putauêre; cùm æternitas, ſolius Dei eſſentialis proprietas, & menſura, ſaltem à parte antè, vt loquuntur exſiſtat. Immò Deus, vt ſuam ſummam potentiam, maieſtatem, & clementiam ergà genus humanum apertiſſimo argumento oſtenderet, Mundum voluit initio aliquo temporis, antè quod non exſtitiſſet, cōdere. Et certè ſi Mundus ab æterno fuiſſet, vtique, vel Beroſus Chaldæus, qui hiſtoriam omnium vetuſtiſſimam conſcripſit, hanc Mundi æternitatem patefeciſſet; at hæc Noëticæ eluuionis memoriam non excedit, vt verè Ioſephus lib. 1. contrà Appionē teſtatur; vel profectò exſtarēt aliqua alicubi rerum in Mundo geſtarum omni memoriá antiquiora monumenta; at hæc, cum nullibi reperiantur; nec vero ſimile eſt omnem infiniti temporis antegreſſi memoriam penitùs intercidiſſe, manifeſtum eſt aliquandò Mundum eſſe cępiſſe. Hanc veritatem nobis D. Moyſis Hiſtoria, quæ omnium, & ſacrarum, & profanarum antiquiſſima eſt, reſerauit, vt benè Ioſephus ſuprà citatus, Iuſtinus Apolog. 2. Tertullianus in Apolog. c. 19. Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 37. & Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromatum annotárunt. Porrò facit ad hoc etiam illud, quòd videmus Mundum in dies quaſi membratim ſenio confici, & longis paſſibus ad interitum prolabi, vt Plinius lib. 7. c. 16. obſeruauit, ſignum euidens illum olim infantulum, recensq. natum incunabula vidiſſe, vt etiam Lucretius lib. 5. affirmauit.

Cur Deus mundum creauit.
Ioſephus.
Iuſtinus.
Tertullian.
Auguſtinus
Clemens.
Mundi ſenium.
Plinius.
Lucretius.

Præterea, ſi nulla fuit genitalis origo
Terrarum, & Cæli, ſemperq; æterna fuere,
Cur ſuprà bellum Thebanum, & funera Troiæ
Non alias alij quoque res cecinere Poetæ?
Quò ot facta virum toties cecidere, nec vſquam
Æternis famæ monumentis inſita florent.

An mūdus potuerit eſſe ab æterno.

Iam verò, etſi conſtet hanc pulcherrimam rerum Vniuerſitatem Cælorum, ac Terræ ſpecioſum, & ſpacioſum theatrum in tempore exſtitiſſe: videamus tamen an per abſolutam Dei potentiam ab æterno

produci

produci potuiſſet. Ità quidem D. Thomas par. 1. q. 46. art. 2. Heruęus in 2. diſt. 1. q. 1. Capreolus in 2. diſt. 1. q. 1. Socinas Met. 12. q. 31. Scotus lib. 8. Phy. quæſt. 2. Durandus in 2. diſt. 1. q. 2. & 3. Gregorius Ariminēſis in 2. diſt. 1. quæſt. 3. Occan in 2. q. 8. & Gabriel in 2. diſt. 1. q. 3. ſenſere. At iſtorum aliqui Mundum ſecundum omnes ſuas partes ab æterno produci potuiſſe contendebant; alij ea dumtaxat, quæ ſunt firma, & fixa creari potuiſſe affirmabant; ceteri autem id fieri potuiſſe, quorum æternæ durationi nullum actu infinitum eſſet coniunctum, aſſeuerabant; ſed nullis ducti ſolidis rationibus. Quamobrem ſapientius Albertus Magnus in Summâ, par. 2. tract. 1. q. 4. mem. 2. item in 2. diſt. 1. art. 10. Henricus Gandauenſis Quolib. 1. quæſt. 7. & 8. Marſilius in 2. quæſt. 1. art. 2. Toletus lib. 8. Phy. quæſt. 2. & alij, qui difficultatem hanc acutius, & firmius ſuis momentis penſitantes, negârunt Mundum quoad vllam omninò ſui partem, & ſecundùm præteritam durationem, ab æterno fieri potuiſſe. Etenim, ſi Deus Mundum ab æterno creare potuiſſet, illum profectò, aut de ente æterno, aut de non æterno, aut de nihilo condidiſſet; at de ente æterno minimè, cùm nihil ſit æternum eſſentialiter, niſi Deus; & ſic Mundus, vel eſſet de ſubſtantiâ Dei, vel ipſe Deus; cùm ipſius ſubſtantia ſit ſimpliciſſima, & indiuiſibilis, & non poſſit alteri communicari; De ente etiã non æterno non potuit eum Deus ab æterno producere; cùm ex hypotheſi, non eſſet æternus: Nec de nihilo eum ab æterno fabricare valuit; quia quod ex nihilo fit, aliquandò non fuit, ſed eſſe cępit, & quod eſſe cępit, non eſt æternum. Huic accedit, Dei bonitatem, æternitatem, & potentiam eadem in Deo eſſe; atque ideò non poſſe Deum aliquid quod non ſit de naturâ ſuâ, nec in bonitate, nec in potentiâ, nec in æternitate ſibi coæquare. Cùm ergò Mundus nullatenùs ſit eſſentiæ Dei particeps, certè æternus eſſe nequaquam potuit. Et verò, cùm Deus quoque in omnibus, omnia planè abſque menſurâ excedat, & excellat; ſi Mundus ab æterno eſſe potuiſſet, Deus illum non tranſcenderet, ſed pari paſſu cum illo procederet. Aliud quoque rationi diſſonum ex hac Mundi impoſſibili æternitate manaret; nimirum, Mundum, vel ex ſe ab æterno, vel ex alio fuiſſe productum. Ex ſe non videtur probabile; quia nullam potentiam conſtat illi ineſſe, tantæ potentiæ, vt illum ab æterno conſtituere potuiſſet. Quod ſi aliqua, quænam illa, & hæc ipſa, ex ſe nè, vel ab aliâ? atque ità in infinitum vſque progrederemur. Sin autem ab alio, tunc omninò fatendum eſt Mundum in tempore exſtare debuiſſe, non ſolùm ex parte ipſius conditoris, creationem ipſius præcedentis, verum etiam ex parte ipſiuſmet orbis ex tempore ipſo conflati, & conſtantis. Denique ad hanc noſtram ſententiam confirmandam Auguſtinus lib. 10.

Thomas.
Heruaus.
Capreolus.
Soncinas.
Scotus.
Durandus.
Ariminēſis
Occan.
Gabriel.
Albertus.
Gandauenſ.
Marſilius.
Toletus.
Non potuit Deus mundũ ab æterno creare.
Auguſtin⁹

Ambroſius. Damaſcen. Baſilius. Athanaſ.

de Ciuit. Dei, cap. 15. Ambroſius lib. 1. Hexameron, cap. 3. Damaſcenus lib. 1. Fidei, cap. 8. Baſilius lib. 2. contrà Eunomium, & Athanaſius oratione 2. contrà Arianos, concurrere videntur.

An mũdus Hieme conditus ſit.

Itaque cum disertè oſtenderimus Mundum ab æterno, nec fuiſſe, nec per abſolutam quoque diuini Numinis potentiam eſſe potuiſſe, videtur iam ordini conſentaneùm videre, quonam Anni tempore, ac Menſis Die à Deo ipſius ſapientiſſimo architecto ex nihilo eductus, & exſtructus ſit. Et quidem, quòd Hiemali tempore conditus fuerit, inter ceteras, tribus potiſſimùm de cauſis, apparet. Nam, cùm in principio creationis nullus fuerit Sol, nulla ſidera, nullus cæli motus, ſed denſæ tantùm tenebræ ſuper abyſſi faciem expanſæ, & immanes aquarum campi terram inanem, rudemq. circumcircà obruẽtes, omninò Hiemem fuiſſe videtur, ſiuè propter carentiam ſtellarum, motusq. cæleſtes, à quibus Mundus Sublunaris calorem recipit; ſiuè propter tenebras ob luminis abſentiam frigidas, aëremq. ex illâ vaſtiſſimâ, ac profundiſſimâ abyſſi voragine ſurſum erumpentem, ac ſpumantem; ſiuè demùm propter aquas, terrasq. naturâ ſuâ frigidas, quæ omnia ſi etiam in feruenti æſtate occurrerent, Hiemem parere viderentur. Et cùm Generatio quoque ſupponat corruptionem, & corruptioni aptiſſimum ſit Brumale tempus, videtur in Hieme potiùs, quàm in aliâ anni ætate, Mundus exortus. Hæc opinio ex cap. 3. Geneſeos vires acquirit, & baſem tertiam, cauſamq. adfert ad propoſitum ſtabiliendum: Fecit quoque, ait; Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Quod certè, niſi hiberna aura ſpiraſſet, tempore incongruo, Deus illos pellibus induiſſet. Verùm, etſi hæc in illis primis Mundi initijs ex parte extiterint: quia tamen antè quartum diem nulla luminaria erant, vt eſſent in ſigna, & tempora, & dies, & annos; nullumq. motum cæli capeſſiuère, à quo tempus exoritur, ideò tempus nullum erat, & per conſequens non potuit eſſe aliquod tempus ante tempus, nec vlla temporis, anniq. differentia. Addimus lucem illam quam Deus antè quartum diem creauit, Solis uices, & aſtrorum calefaciẽdo ſuppleuiſſe. Et certè etiamſi concederemus Hiemem ad Corruptionem eſſe apprimè opportunam: indè tamen non ſequeretur, Mundum, etiam Sublunarem à corruptione incepiſſe; cùm antè hunc nullus extiterit, qui hunc ex ſui corruptione effecerit, & nec phyſicè, nec modò iam ordinario eſſe cęperit; ſed ex nihilo, atque à non eſſe, ad eſſe perfectiſſimum. Quòd verò Deus mortalium parentes pellibus operuerit, indicium eſt, fuiſſe tempus Hiemi proximum. Et verò, cùm Deus ſapientiſſimus ſit, qui fieri potuit, vt ipſe in Hieme Mundum tam varijs florum coloribus depictum, infinitisq. penè fructuum

An initio creationis tempus fuerit.

Cur Deus primos homines pellibus contexerit.

ſpeciebus

Digitized by Google

ſpeciebus exornatum condiderit; & tempore tali, quo videmus omnia ſquallere, omnia præ nimio frigore, ac gelu rigere, & torpere. Hinc arbores ſuis folijs, comiſq. viduatas, & quaſi ſteriles, exſiccataſq. effectas conſpicimus; hinc ſola terrarum niue, ac glacie concreta induruiſſe, & ſuis herbis quaſi capillis, depilata fuiſſe intuemur; hinc maria, & fluuios in candidum quaſi marmor conuerſos, & nauigationi imperuios redditos aſpicimus; hinc illa in aëre rigida, & frigida ventorum flabra, atque ſibila audimus, quæ dùm inclementer ſæuiunt, terras verrunt, & tumidos vndarum excitant motus, & omnia exaſperant, & efficiunt ſæuiora. *Hiemis effectus.*

Quæ omnia, cùm in Vere ſint placida, & amęna, allecti, & pellecti quidam fuêre, vt crederent hoc tempore Mundum exſtitiſſe. Sic enim Virgilius lib.2. Georgicorum. *An mũdus in Vere ſit factus.* *Virgilius.*

Non alios prima creſcentis origine Mundi
Illuxiſſe dies, aliumuè habuiſſe tenorem
Crediderim: Ver illud erat, Ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.

Et Ouidius lib.1. Metamorphoſeos cecinit. *Ouidius.*

Ver erat æternum, placidiq. tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis:
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant;
Flauaq. de viridi ſtillabant ilice mella.

Sed, & ſancti Patres alijs rationibus ducti idem autumârunt. Nam eo tempore ex ſeruitute Aegyptiacâ eductus eſt populus fidelis, & Incarnatio, Mors, & Reſurrectio Chriſti facta eſt ob perennem hominum ſalutem, quæ quędam animorum renouatio, & temporis Verni renouati, & Mundi eo tempore creati imitatrix eſt. Sic Cyrillus Hieroſolymitanus Cathecheſi 14. Athanaſius quæſt. 17. Antiochi, Gregorius Nazianzenus orat. de nouâ Dominicâ, Theodoretus quæſt. 72. in Exodum, Damaſcenus lib. 2. cap. 7. Ambroſius lib. 1. Hexamer. c.4. Leo Serm.9. de Paſſione Domini, Iſidorus lib.5. Etym. cap.8. & Beda libro de Ratione Temporum, cap.40. credidêre. At pręcipuum fundamentum huius opinionis eſt quædam potiùs quaſi traditio ex ſimilitudinibus allatis deſumpta, quàm verà rei iuſtificatio. Equidem, cùm Dei perfecta ſint omnia opera, ſi Mundum in Vere creaſſet, illum imperfectum omninò effeciſſet. Ver enim quamquam *Cõparatio.* *Cyrillus.* *Athanaſ.* *Nazianz.* *Theodoret.* *Damaſcen.* *Ambroſius.* *Leo.* *Iſidorus.* *Beda.* *Veris ſpecies.*

pictura-

Digitized by Google

picturatarum auium dulciſonis modulis reſonet, & viridantibus vndique agris gaudeat, & florum varietate intuētium oculos mirâ voluptate oblectet: eſt tamen propter ipſius immaturitatem, & præſentis meſſis, fructuumq. carentiam ad hominum vitam commodè, vel ſuſtentandam, vel fouendam, & propagandam penitùs remotum, ac inutile. Addimus patere ex Geneſis cap. 1. 2. & 3. in creatione Mundi fuiſſe omnia ſuam maturitatem conſequuta, quod in Vere minimè accidere conſueuit.

Scaliger. *Mercator.* *An Mundus in æſtate ſit conditus.* *Æſtatis effectus.*

Quàm rerum plurimarum affluētiam, cùm Ioſephus Scaliger Libro de Emendatione Temporum, capite de Conditu Mundi, & Gerardus Mercator in ſuâ Chronologiâ inter cetera conſideraſſent, crediderunt Mundum menſe Iulio creatum, quo tempore tellus rerum parens fecunda ſegetes grauidas, maturaſq. vltrò expandit hominibus; quo tempore etiàm Columba ex Geneſeos cap. 8. dicitur cùm ramo Oliuæ virentibus folijs ad Arcam Noë menſe vltimo reuerſa. Ex quo Mercator colligit fuiſſe menſem Maium, & anni Vndecimum, & Iunium duodecimum, ac vltimum, primumq. anni, itemq. Mundi, Iulium. At diuinæ ſapientiæ valdè diſſonū fuiſſet tempore hoc æſtiuo Mundum creare, tùm propter hoc tempus nondùm perfectum, & integrè adeptam fructuum, & alimentorum omnium copiam, & aceruum, quæ ad numeris omnibus abſolutam perfectionem, & rerum ſingularum creationem neceſſariò requiruntur; tùm denique propter ingentes Solis, Soliq. calores, quibus corpora flaccida, inualidioraq. redduntur, & beſtiolas, hoc tempore potiſſimùm hominibus infeſtas. Sed neque benè Mercator opinatur menſem illum fuiſſe anni Vndecimum; quià incertum eſt, an fuerit Maius, vel December; cùm Oliuæ folia, prout etiàm Lauri, Cupreſſus, Buxi, Terebinthi, Cedri, Tædæ, Taxi, Piceæ, & quarumdam aliarum arborum comæ, teſte Plinio libro 16. cap. 2. & ipsâ experientiâ, toto anni tempore, & in ipſis niuis, frigoris, & ventorum conglobatorum aciebus ſemper virore quodam grato veſtiantur. Vndè appoſitè Alciatus de Hederâ in Emblematis.

Arbores ſemper virides. *Plinius.* *Alciat.*

Haud quaquàm areſcens Hedera eſt arbuſcula, Ciſſo
Quæ puero Bacchum dona dediſſe ferunt.
Errabunda, procax, auratis furua corymbis,
Exteriùs Viridis, cetera pallor habet.
Hinc aptis Vates cinguntur tempora ſertis:
Palleſcunt ſtudys, laus diuturna uiret.

Imò

Immò potiùs credendum eſt Deum quaſi ſeſe tempori congruo, & ad pluuias conglomerandas idoneo, & naturali accommodato, & meliùs hiemali, frigido, & humido, quàm æſtiuo, calido, & ſicco, Diluuio terras operuiſſe. Credimus enim Sole Aquarium ingrediente Diluuium incępiſſe, hoc eſt XX. Ianuarij, & vſque ad decimum gradum Piſcium, ſcilicet vltimam Februarij perduraſſe. Verum non ideò hæc dicimus, vt arbitremur hæc ſigna frigida, & humida Diluuium cauſaſſe, quod diuinitùs accidit, ſed, vt demonſtremus Deum ſe cauſis, & tempori, quæ creauit, quodammodò accomodare voluiſſe; quod etiam videtur Lucanus lib. 1. de bello Ciuili intellexiſſe. *Diluuij tempus.* *Lucanus.*

Summo ſi frigida cælo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres,
Totaq; diffuſa latuiſſet in æquore tellus.

Nec nos latet, quòd Ioſephus lib. 1. Antiquitatum ſcripſit Diluuij vaſtitatem in Nouembri incępiſſe ſecundo anni menſe; quòd, cùm hiemale tempus denunciet, noſtræ opinioni fauere videtur. Argumento etiam eſſe poteſt Diluuium hiberno tempore fuiſſe immiſſum, quòd Noe ſtatim poſt illud, ex cap. 9. Geneſeos Vineam plantauerit, quod opus à Vinitoribus in Martio fieri conſueuit. Quod verò ille vndecimus menſis non fuerit anni, ſed ætatis Noe, clariſſimè ex cap. 7. 8. & 9. comprobatur, quibus in locis conſtat computationem factam annorum, menſium, & dierum Noe, qui tàm annoſus obijt, fuiſſe nongentorum quinquaginta annorum, in quâ neceſſario vndecimus ille menſis certè eſt connumerandus. *Ioſephus.*

His ergò creationis Mundi opinionibus meritò amandatis, reſtat illum in Autumno conditum fuiſſe arbitrari. Etenim ſic ſapienter credidit Abulenſis, & Nicolaus de Lyrá in Geneſim, & facili negotio hoc eſſe verum oſtendi poteſt. D. enim Hieronymus in caput primum Ezechielis Hebręos antè legem à Moyſe promulgatam initium anni à menſe Septembri numeraſſe, teſtatur, vt nimirum intelligant omnes eo menſe Mundum incępiſſe. Deus porrò Exodi cap. 12. iuſſit Hebræos celebrare initium anni in Martio non aliá de causâ, niſi ob memoriam aſſerti populi Iudaici ab Aegyptiacá ſeruitute in libertatem; & in Septembri ſeptimo menſe à Martio, Exodi 23. atque in Exitu anni eis feſtum Tabernaculorum agere, imperauit, quod in Septembri piâ populi pompâ colabatur. Quòd ſi Exitus anni in Septembri fuit, profectò in eodem, & initium eſſe neceſſe fuit. *Mundus in Autumno creatus.* *Abulenſis.* *Lyranus.* *Hieronym.* *Hebræi quādo incipiebāt annare.* *Cur Martius caput anni.* *September exitus anni.*

Nam

Nàm Verſiculus ſic ſe habet: Celebrabitis ſollemnitatem quoque in exitu anni quandò congregaueris omnes fruges tuas de agro: & Exodi 34. Et ſollemnitatem quandò redeunte anni tempore cuncta conduntur; quæ omnia tantummodò in Autumno perfectè fieri, & congregari, quis niſi, vel mente captus, vel è cunabulis iàm egreſſus ignorat? Quòd verò in illis Mundi primordijs omnia fuerint creata perfecta, & matura, patet tàm ex Dei omnipotentiá, & ſapientiá, quã ex Geneſis cap. 1. 2. & 3. atque hoc idem in Autumno exſiſtere quotannis, maximá hominum voluptate, & emolumento videmus. Neque verò dicere ſapienti conuenit, Deum in illis Mundi initijs aliquid extraordinarij molitum circà plantas, frugeſq. ſed potiùs naturę curſui quem fixerat, ſe ita applicuiſſe, vt deinceps abſque miraculo omnes plantæ, & arbores in producendis earum fructibus in Autumno, curſum naturalem ſeruarent, quod etiam D. Auguſtinus lib. 2. ſuper Geneſim ad litter. cap. 1. apertè cognouit. Et quamuis iam Mundo ſeneſcente hunc naturæ curſum, ac tenorem ab illis principijs, ex parte, vel deuiaſſe, vel ſedes mutaſſe, & non vbique terrarũ eadem eodẽ tempore eſſe anni tempora, & temperiem videamus, ſed in hoc Hemiſphærio eſſe Ver, Floreſq. in alio Autumnum, fructuſq. in tertio Aeſtatem, frugeſq. in quarto Hiemem, (friguſq. atque) ideò poſſe nobis ſubditi Deum in illá rerum creatione aliquid extraordinarij circà tempus, qualitateſq. maturitatis, & productionis arborum, plantarum, & fructuum feciſſe; cùm iam cernamus non omnes fructus in Autumno, ſed quoſdam in Vere etiam, ac Aeſtate matureſcere: tamẽ verè fatendum eſt in illá Mundi creatione toto terrarum orbe fuiſſe eodem planè tempore Autumnum, aliàs non vbiq. terrarum Deus omnia produxiſset perfecta, & matura, & ſibi ipſi in rerum molitione diſſimilis fuiſset.

Deus nil extraordinarij facit. — *Auguſt.* — *Iam nõ eadem vbique.* — *In creatione Mundi vbique autũnus fuit. Vnde iã tẽporis varietas.* — *Alciat.*

Quòd verò nos hoc tempore hanc temporis florum, & fructuum prodeuntium differentiam varijs in locis intueamur, illud hac de causá euenit, ſiuè quòd cæli, & ſidera locum mutârint, quem in creatione acquiſiuerunt, nec iam, vt tunc æqualiter ampliùs influant, ſiuè quòd omnia ſint iàm inualidiora, & immaturo tempore erumpant, & illorum imbecillitatem aperiant, vt benè Alciattus de Amygdalo in ſuis Emblematibus protulit.

Cur properans folijs præmittis Amygdala flores?

Odi pupillos præcocis ingenij.

Siuè vltimò, quod Sol percurrens Zodiacum obliquum, eiuſdemq.

Signa

Signa hanc temporum mutationem, & varietatem inducat; nimirum dùm a nobis recedit, & in Signis naturâ frigidis, & borealibus pernoctat, canam Hiemem prodire facit; dùm verò nobis ſeſe vicinum præbet,& in ſignis calidis diurnat,flauam Aeſtatem aperit. Atque hinc euenit, quòd pedetentim Mundus ab illo primo naturæ, ac rerum curſu deuiauerit, haſq. viciſſitudines varias inuexerit. Siquidem ab Hipparchi ætate vſque ad hæc noſtra tempora omnia ſidera ſedes vno ferè Signo mutarunt: quo fit, vt ortus, & occaſus Heliacus, & Chronicus ſiderum, quem veteres habuerunt, noſtris ætatibus congruere nullo modo poſſit. Et Columellæ etiam temporibus Virgiliæ,ſiuè Pleiades Nonis Maij ortu Heliaco ab Horizūte vna cùm Sole exoriebantur, ideſt cùm parte xxvj. Arietis Romæ, vel 28. Alexandriæ: at hoc æuo cùm parte 10. Tauri, & aliquot minutis aſcendit. Ex quo apparet omnium ſiderum, Ortus, & Obitus ab annis Columellæ 14. & amplius partibus Zodiaci tardiorem eſſe, & per conſequens aſtra ſedes primas mutaſſe. Quòd ſi à Columellæ ſolummodò ætate hæc tanta aſtrorum mutatio facta eſt, quid coniectari licebit à Mundi primordijs vſque ad Columellæ tempus accidiſſe? Nonnè credemus ſingula ſigna, atque ſidera longis paſſibus extrà cuiuſq. domicilium excurriſſe, & euagando quaſi aliorum ſtationes occupaſse, anni ætates paulatim immutaſse, & demùm à primo illo curſu peregrinando, anni primam conſtantiam inuertiſse? Ouidius profectò libro primo Metamorph. hoc verum eſse cecinit; qui, cùm crederet aureo Saturni ſæculo perpetuum Ver fuiſse, aſſerit poſteà tempore ſeſe paulatim vertente has anni varietates orbi eſse inductas.

Stellarum mutationes

Ouidius.

Iuppiter antiqui contraxit tempora Veris,
Perq. hiemes, æſtuſq. & inæquales Autumnos,
Et breue Ver, ſpacijs exegit quattuor annum:
Tunc primùm ſiccis aer feruoribus vſtus
Canduit, & ventis glacies aſtricta pependit.

Porrò hanc noſtram ſententiam veram eſse, ex hoc etiam conſtabit, quod Meto, qui annis 132. poſt Thalem floruit, Arietis ſtellas in ipſo Aequinoctio deprehendit; Timocharis anno poſt Alexandrum Magnum 41. eaſdem ſtellas conſequi Aequinoctium vernū duobus gradibus animaduertit; deindè Hipparchus annis 156. poſt Timocharim eaſdem Aequinoctio poſteriores fuiſse gradibus 4. minutiis nouē, cōſpexit; Menelaus poſt Hipparchū annis 224. eaſdē quoque Aequinoctio poſteriores fuiſſe gradibus ſex, minutijs duodecim notauit; Ptolomæus eaſdem 6. gradibus, & 40. minutijs ab Aequinoctio differre

Meto. Stellarum Arietis variatio. Timocharis. Hipparch. Menelaus.

ſigna-

Albategn. *Alphonſ.* *Vernerus.*

ſignauit; Albategnius poſt Ptolomæum annis 741. eaſdem ab Æquinoctio abeſſe 58. gradibus, minutijs duobus prodidit; Alphonſus rex poſt Albategnium annis 381. eaſdem ſequi Æquinoctium gradibus 23. minutijs 48. ſcriptum reliquit; Vernerus denique annis poſt Alphonſum 262. eaſdem ſtellas Æquinoctio poſteriores eſſe gradibus 26. & 54. minutijs commẽtus eſt. Ex quo facilè vnuſquiſque intelliget quantus ſit à Mundi natiuitate factus Cælorum excurſus, & indè exorta varietas temporum. Lactantius certè lib. 7. cap. 16. etſi de Mundi occaſu loquatur: tamen quià de Cælorum, ac ſiderum motibus egit ſic in illo Mundi excidio, vt in iſtâ Mundi ſenectute diſcrepantibus, nobis patrocinari videtur. Motus enim, inquit, extraordinarios peragent, vt non ſit homini promptum, aut ſiderum curſus, aut rationem temporum agnoſcere. Fiet enim, vel æſtas in hieme, vel hiems in æſtate: tunc annus breuiabitur, & menſis minuetur, & dies in anguſtum coarctabitur. Equidem ex hoc ſapientis viri teſtimonio, noſtra quoque de variato cælorum curſu confirmatur ſententia. Neque verò ex hoc ſolum, ſed etiã ex tabulis Aſtronomicis Ptolomæi, Alphonſi Hiſpaniæ Regis, Copernici, Regiomontani, Iulij Firmici, Andreæ Magini, Tichonis Brahe, ac aliorũ tàm priſcorum, quã recentiorũ Mathematicorũ ſcriptis hæc veritas eluceſcit. Ac proindè quoque credimus aſtra Deum creationis initio non tali quo iam, ſed pulcherrimo alio ordine diſpoſuiſse.

Ptolomæus. Alphonſ. Copernicus. Regiomont. Firmicus. Maginus. Ticho Brahe.

Vt porrò certum eſt Deum omnia perfectè facere, cuius ex Deuteronomio, cap. 34. perfecta ſunt omnia opera, & in illis principijs, atqueadeò in Autumno Mundum creaſſe; ità prorſus certum quoque eſt, Deum, tunc nihil extraordinarij, & miraculosè feciſſe. Quoniam fruſtrà eſt fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora, vt ſcilicet ibi Autumnum, alibi Ver prodire faceret, ſed vbique Autumnales fructus æqualiter erumpere imperauit. Etenim Diluuij tempore ex capite 7. Geneſis, noluit nouo miraculo res, aut conſeruare, aut recreare, ſed iàm productas more prudentiſſimorum ab iniurijs ſolũ ſubtrahere; nec voluit Noë angulo aliquo terræ ità munire, vt eò eluuies accedere non poſſet; ità planè in illâ rerum primâ molitione voluit, vt omnia vbiq. terrarum eodem tempore ſibi ſimilia, & æqualia in medium prodirent. Ac, vt clarius adhuc conſtet Mundum in Autumno conditum fuiſse, Deus, vt ſupra inſinuauimus, vtroſque mortalium parentes veſtibus pelliceis, ex Geneſis capite 3. antequam eos ex Paradiſo, & illo voluptatis omnis viridario, & deliciarum pleniſſimo loco exturbaret, circumdedit, nè Autumno in hiemem proximã vertente, frigus eorum artus occuparet. Ad hoc etiàm facit, quod eodem capite legitur; Emiſit eum dominus Deus de Paradi-

Cur Deus Noe à dilu-uio non ſub-traxerit.

Rõnes autũ-nales.

ſo

ſo voluptatis, vt operaretur terram de quâ ſumptus eſt, fecitq́. Adam. Ex quo etiam intelligimus, poſtquã extruſus fuit Adam, illicò illum araſſe, & ſeminaſſe, quod aliud tempus non poterat eſſe induto pelliceis indumentis, quam Autumnale. Nam neque in Vere, neque in Aeſtate pellibus circumtecti, & onuſti in Meſopotamiâ, & Orientis Solis ortu ſeminant agricolæ. Addimus ex eodem capite dùm cognouerunt ſe eſſe nudos, Adamum, atque Euam folia ficus conſuiſſe, & feciſſe ſibi perizomata; clariſſimum Autumnalis temporis indicium. Eo enim tempore ficus ſunt maturæ, earumq́. folia ſunt ſuam certam magnitudinem conſequuta, & ſic poterant optimè ſimul aptari, & conſui.

Quando ficus maturæ.

Aliud adhuc argumentum ſupereſt, Dei ex eodem capite deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem. Quæ certè non ideò ſcripſit Moyſes, vt indicaret Deum more hominum calore quodam languere, & per conſequens in frigidulis opacarum arborum vmbris, vt auram captaret, deambulare conſueuiſſe; ſed magis, vt anni tempus Autumnale, quod nec frigidum nimis, nec calidum eſt, auræ nomine deſignaret. Verùm inter cetera argumenta, illud nos etiam permouet, quòd ſi Deus Mundum alio tempore, quàm Autumnali creaſſet, Adamum Vino, & Oleo pretioſis liquoribus, maximo hominum voluptatis detrimento à Vere vſque in Autumnum priuaſſet. Quod etiam nouit Regius Vates Pſalmo 102. qui totus in Mundi creationem inſudat. Vt educas, ait, Panem de terrâ, & Vinum lætificet cor hominis: Vt exhilaret faciem in Oleo, & Panis cor hominis confirmet. Quòd ſi hi fructus aderant matori, qui in Autumno dumtaxat eſſe ſolent, fatendum omninò eſt, non in aliâ anni ætate, quàm in Autumno, exploſâ iam illâ extraordinariâ actione Dei, Mundum conſtitiſſe.

Vinum, & oleum quando. Dauid.

Hæc porrò fuit antiquiſſimorum quoque Arabum, Aegyptiorum, Chaldæorum, Hebræorum, Aſianorum, Latinorumq́. ſententia. Nam teſte Gulielmo Durando lib. 8. Rationalis, ſic ſenſere Arabes aſtrorum cognitione præſtantes, & Aegyptij, tot antiquiſſimis litterarum monumentis abundantes, qui referente etiam Ptolomæo libro Magnæ Conſtructionis, & Alphonſo Hiſpaniæ Rege, vnà cũ Chaldæis ab Autumni ſectione annũ ordiebãtur. Et Iulius Firmicus tradit Aegyptios à maioribus hãc ſniam acceptã poſteritati trãdidiſſe Solem in Librâ initio poſitum fuiſſe. Eadem fuit Indorum Malabarenſium opinio, vt Oſorius lib. 2. Hiſtor. Indicæ prodidit. Eadem quoque fuit de anni principio diſciplina veterum Hebræorum. Samuel enim antiquiſſimus Iudæorum magiſter primam Tecupham, ſeu conuerſionem annuam in Autumni æquinoctio ſtatuit.

Gentium cõſpiratio. Durandus. Ptolomæus. Alphonſus. Firmicus. Oſorius. Samuel.

Eleazar. Ezra. Ionathas. Liranus. Ioſephus. Picus. Toſtatus. Septembris nomen.

ſtatuit. Eleazar etiam in Geneſim, Abraham Ezræ in caput 7. Danielis, & Ionathas Chaldæus interpres apertiſſimè hoc confirmant. His ſubſcribunt Nicolaus de Lyrâ ſuper caput 7. Geneſeos, Ioſephus lib. 1. Antiquitatum, Ioannes Picus, cap. 6. libri 7. contrà Aſtrologos, & Toſtatus libro 1. in Geneſim, cap. 1. quæſt. 21. & par. 1. ſui Defenſorij ſcriptum reliquit priſcos Hebræorum cenſuiſſe Mundum XXV. Septembris creatum. Hinc ergò eſt, quòd September ab Hebræis Chaldaico vocabulo dictus eſt Tifri, hoc eſt, Initium, vt vel ipſo nomine menſis hic ſe exordium anni exiſtimari debere, ſatis probare videatur. Vndè planum fit antiquiſſimæ gentis dogmata, & inſtituta cùm lege diuinâ, & Mundi conditu Autumnali congruere, & conuenire.

Aſianorum opinio de anni initio. Romanorũ opinio de anni initio. Liuius. Clauus. Feſtus.

Aſiatici pariter Olympiadas, & anni caput ab Autumno auſpicabantur. Quin etiam Romani ab vltimâ antiquitatis memoriâ ab Idibus Septembris menſem incipiebant. Et hinc, inquit Liuius libro 7. Lex vetuſta eſt, & priſcis ſcripta litteris, vt qui Prætor maximus ſit, Idibus Septembris Clauum pangat. Clauum verò hunc, Feſtus in verbo, Clauus annalis, annalem appellat, qui quotannis, ſcilicet, figeretur in dexterâ Capitolij parte, vt per eos clauos numerus colligeretur annorum.

Plutarchus. Non oua.

Quid, nonnè Auguſtus etiam ludos Olympicos Septembri menſe inſtituit? Quamobrem omninò concludere oportet cum Plutarcho in Sympoſiacis non oua, ſed aues, non Adamum puellum vagientem, ſed virum perfectum, non tenera virgulta, ſed robuſtas arbores, non denique inchoata, ſed perfecta omnia, quæ maximo Mundi ſinu continentur, à Deo condita in Autumno fuiſſe.

Mundus quo menſe productus.

Iam verò quo in Autumni menſe Mundus effectus ſit, acutius inſpiciamus. Equidem hic eſſent repetenda ea, quæ de Septennario in noſtrâ Arithmeticâ Myſticâ docuimus; ſed iam ſufficit ex ipſâ Mundi creatione per ſimilitudinem quamdam demonſtrare Deum ſex diebus more hominum loquendo laboraſſe, & ſeptimo quieuiſſe, quòd in Septembri ſeptimo menſe accidit, quandò Deus poſt introductam rebus omnibus perfectionem quieuit, Mundumq. effecit perfectiſſimum. Et certè Deus Septennario maxime delectatur.

Hinc Sacramenta; hinc diuini Peneumatis dona; hinc Virtutes ſeptem principibus vitijs contrariæ; hinc illa capitis 7. Geneſeos, Adhuc enim, & poſt dies Septem ego pluam ſuper terram; hinc capitis 8. Requieuit arcem menſe Septimo, viceſimo ſeptimo die menſis. Et paulò poſt, Expectatis autem vltra Septem diebus alijs,

aliJs, ruríus dimiſit columbam. Et iterùm Exodi cap.23. Sex annis
ſeminabis terram tuam,& congregabis fruges eius: anno autem Se-
ptimo demittes eam,& requieſcere facies,ut comedant pauperes po-
puli tui. Et paulò poſt: Sex diebus operaberis, Septimo die ceſſa-
bis. Et infrà: Septem diebus comedes azima. Hæc profectò Sacræ
Hiſtoriæ loca, quamuis alio ſenſu dicta ſint: non explodere tamen
videntur rerum creatarum ordinem, atque tempus. Sed magis ad-
huc ex Capite 24. Exodi eluceſcet: Et habitauit, inquit,gloria Do-
mini ſuper Sinai tegens illum nube ſex diebus: Septimo autem die
vocauit eum de medio caliginis. Ita planè quidem Domine texiſti *Conuerſio.*
quadam operationis nube Sinai Mundum ſex diebus: Septimo au-
tem die, atque menſe eum ex imperfectionis caligine infinitis pro-
pemodùm ornamentorũ generibus decoratum, ad abſolutam omni-
bus numeris perfectionem,& maturitatem, quòd in Septembri acci-
dere ſolet,euocaſti: Euocaſti eum Domine tamquàm populum fide-
lem ex captiuitate quaſi Aegyptiacá, ex non eſſe ad eſſe, & ab eſſe ad
eſſe perfectiſſimum, vt eum menſe Septimo à Martio omnibus rebus
onuſtum,refertum,cumulatum, & ornatũ oſtenderes poſteritati ho-
minum vniuerſæ. Et certè,quid impedimenti eſſe poteſt,vt quemad-
modùm Deus Mundum Septimo die, non etiam eumdem Septimo
menſe,eoq. Septembri, & Autumni Principe perfectum,& abſolutũ
offerret? Igitur in Septembri, & primo primi anni menſe credimus
Mundum fuiſſe à Deo ædificatum.

Quia verò Deus ſex diebus in Mundo, & creando,& exornãdo in-
ſumpſit, opinamur eum non die Dominicá præcisè, vt Leo Epiſt.ad *Leo.*
Dioſcorum 81.cap.1.Auguſtinus Serm.251.de Tempore,& Hierony *Auguſt.*
mus in titulum Pſalmi 47. voluère, ſed die Lunæ creationem illius *Hieron.*
aggreſſum eſſe, & tamdem die Saturni quem nos iam Sabbatum ap- *Quo die Deº*
pellamus,compleuiſſe, & die Dominico poſtea, quem Solis Aſtrolo- *mundũ crea*
gi nominant, vt nos exemplo iam, & documento de Feſtorum cele- *re inceperit.*
bratione præcederet,quieuiſſe. Atque,vt hæc clarius conſtent,ſcien-
dum eſt Deum in fine,vt ità loquamur,diei Dominici ſuppoſiti, &
expleti Mundum fabricare cępiſſe,nè in die Feſto operari videretur;
& ideò Moyſem illius creationis initium non à Mane, ſed a Veſpere
deſcribere incepiſſe. Et hac etiam tempeſtate Eccleſia noſtra in offi-
ciJs Eccleſiaſticis,& diebus feſtis celebrandis, à veſperá ad veſperam *Cur Moy-*
auſpicatur. Quòd verò Sancti Patres Mundum in die Dominico *ſes à veſpe-*
creatum eſſe affirment, intelligere oportet diem Septimum à Lunæ *re incipiat*
die, idemq. Dominicum quo Deus quieuit, & quo totam hanc aſpe- *creationem* *mundi.*
ctabilem Mundi machinam perfecit, & abſoluit. Quod itidem certè *Explicatio.*
Sedulius lib.4.Carminum intellexit. *Sedulius.*

Cœperat intereà poſt triſtia Sabbata, felix
Irradiare dies culmen, qui numinis alti
A Domino dominante trahit, primuſq́; videre
Promeruit naſci Mundum, atque reſurgere Chriſtum.

An mūdus vna actione uel pluribus factus ſit. *Auguſt.* *Philo.* *Procopius.* *Origenes.* *Caietanus.*

Verùm enim verò, vt ad rem propiùs accedamus, iam operæpretium eſt intueri, an Deus hanc totam rerum Vniuerſitatem vnicâ dūtaxat actione, vnoq. momēto produxerit, an autem ſex ſucceſſiuis, diſcretiſq. diebus, vt Moyſes litterarū ſacrarum monumentis prodidit, fabricatus ſit. Et quidē in primis D. Auguſtinus lib. 1. ſuper Geneſim ad litt. cap. 15. & lib. 4. cap. 34. & lib. 5. cap. 4. & 5. & lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 9. Philo libro de Allegorijs legis Moſaicæ, Procopius in caput 1. Geneſis, Origenes lib. 4. Periarchon, cap. 2. & Caietanus in caput 1. Geneſis arbitrantur, etſi diuerſimodè explicent: ſimul eodem tamen momento facta fuiſſe ea, quæ narrat Moyſes uniuerſa. Nā Eccleſiaſt. 18. dicitur. Qui viuit in æternum crea uit omnia ſimul. Et Geneſis 2. Iſtæ ſunt, inquit, Moyſes, generationes Cæli, & Terræ, quandò creatæ ſunt in die quo fecit Deus cælum, & Terram, & omne uirgultū agri: ubi non de diebus, ſed de vno ſolùm die loquitur. Hoc ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebratum cōfirmari uidetur, quòd refertur in c. Firmiter, de ſummâ Trinit. & Fide Cathol. ubi dicitur Deum ab initio temporis ſimul utramq ue de nihilo cōdidiſſe creaturam, Spiritualem, Corporalem. Ità feciſſe videtur. Nam, cùm infinitæ ſit uirtutis, & potentiæ Deus, quorſum mo re hominū imbecilliū non potuiſſet uno momento ea creare, ſed dies, dieſq. præſtolando expectaſſet? Ad hunc enim Mundum fabri candum nullis inſtrumentis indiguit, & diebus multis quos architecti ſtipulantur. Quoniam, ut finita vis, & poteſtas tempus ad agendum requirit; ſic infinita nullius tēporis eget, ſed agit momento, & per conſequens ab illâ æterna, infinitâq. cauſâ momento fieri potuit. Quòd autem Moyſes rerum creationem in uarios dies diſcriminauerit, indè fortè euenit, quòd ille populo rudi, & qui tantùm ſenſibus ducibus ducebatur hæc perſuadere, & inſtillare cupiens, debebat ſe illorum captui accommodare. Siquidem ea quæ Deus uno momento fecit, non potuerunt uno momento explicari; ac ideò more prudentis architecti, totius ædificij ideam per ſingulas eius partes debuit diſtinctè deſcribere. Hæc quidem ſententia nō ſolū ob ipſius ſubtilitatem, ſed etiam ob rationes quibus nititur, non uidetur aſpernanda, quòd idem D. Thomas parte 1. quæſt. 74. art. 2. iudicauit. Sed quia altera ſententia aſſerens Deum nonniſi per tēporis ſucceſſionem, diſtinctoſq. dies Mundum condidiſſe, communior eſt, & magis Moyſis narrationi hiſtoricæ conſentanea; ideò

Concilium Lateranēſe. *Deus non indiget inſtrumentis.* *Deus non eget tempore* *Aquinas.*

eam

eam cùm D. Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, *Hieron.*
Gregorio lib. 32. Moralium, cap. 10. Ruperto Tuicienſi lib. 1. de Operi *Gregorius.*
bus Trinitatis, cap. 37. & Magiſtro Sentent. in 2. diſt. 12. & diſt. 15. ſe- *Rupertus.*
quemur, & more noſtro hos dies, Moyſe duce luſtrabimus. *Magiſter.*

Ergò ait Moyſes: In principio (ſcilicet Creationis, non temporis) creauit Deus Cælum, & Terram: Terra autem erat inanis, & vacua, & Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas: dixitq. Deus. Fiat Lux, & facta eſt Lux, & vidit Deus Lucem, q̄ eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris, appellauitq. lucē Diem, & tenebras Noctem, factumq. eſt Veſpere, & Mane dies Vnus.

Hæc eſt igitur prima Mundi naſcentis dies in qua creditur Cælū, *Prima dies.*
& Terram, & quidquid Cælo, & Terrâ tanquàm extremis, ac terminis quibuſdam continetur, nihil penitùs excludendo, Deum creaſſe. Atque hinc opinamur eum, non modò omnes cæleſtes orbes, quoad illorum ſubſtantiam ſinè perfectione tamen lucis, & aſtrorum, & pro- *Deus creauit omnes cælos, elemēta, Angelos.*
prij cuiuſuis motus, & influentiarum, quæ omnia reliquis diebus poſteà acceſſerunt, feciſſe; verùm etiam Elementa omnia, ipſumq. Cęlū Empyreum, ac Angelos, etſi Moyſes de hiſcè rebus nullam expreſſam fecerit mentionem, condidiſſe. Quòd verò hoc Cælum exſiſtat, *Philo.*
Philo Iudæus libro de Opificio ſex dierum, Clemēs Romanus Epiſt. *Clemens.*
4. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum, Baſilius Hom. 2. Hexame *Baſilius.*
ron, Theodoretus quæſt. 11. & 14. in Geneſim, Damaſcenus lib. 2. Fi- *Theodoretus*
dei, cap. 6. Abulenſis in caput 23. Exodi, quęſt. 53. & D. Thomas par. 1. *Damaſcenus.*
quæſt. 66. art. 3. docuêre. Nam rationi erat conſentaneum, vt quemadmodùm Deus hominibus pro domicilio terras; ità Angelis, ſibiq. at- *Abulenſis.*
que adeò ipſis hominum corporibus poſt reſurrectionem, aliquem *Aquinas.*
ſummum locum pulcherrimum, lucidiſſimumq. crearet, qui ceteris *Ratio.*
omnibus operis maieſtate, amplitudine, ſplendore, ac venuſtate antecelleret. Is porrò locus quinam alius eſſe poteſt, quam Cælum Empy *Empyrei creatio.*
reum, non ab ignis calore, ſed à lumine ſic vocatum: non quidem illo *Lucis etym.*
increato, Deo coæterno, & ex ipſius eſſentiâ manante, vt erroneè Auguſtinus Eugubinus in ſuâ Coſmopeiâ, & in Tractatu de Naturis cor *Eugubinus.*
poreis credidit, ſed ab illi inſitâ, & à Deo creatâ luce, hoc modo ap- *Angelorum creatio.*
pellatum. Poſtquàm verò Deus hoc ſupremum Cælum condidit; illicò mentes illas Angelicas ab omni materiæ concretione remotas in eodem creauit, vt benè ſenſit Strabo in caput 1. Geneſis, & Beda *Strabo Beda.*
Hom. 2. Hexamerō, vt tū Deū ſatellitio quaſi quodā ſtiparēt, eſſentq. Cæleſtis aulæ Milites; tū etiam, vt eſſent magis Deo propinqui, & ad obtemperandum, & iuſſa ipſius capeſſenda paratiores; tū denique, vt quaſi ex altiſſimâ ſpeculâ res corporeas, humanaſq. intuerētur, & ſingulis hominū aſſiſterēt. Noluit autē Deus eas nec antè Mundū corpo

Nn 2 reum

Digitized by Google

Ceperat intereà poſt triſtia Sabbata, felix
Irradiare dies culmen, qui numinis alti
A Domino dominante trahit, primuſq́; videre
Promeruit naſci Mundum, atque reſurgere Chriſtum.

An mūdus vna actione uel pluribus factus ſit.
Auguſt.
Philo.
Procopius.
Origenes.
Caietanus.
Concilium Lateranēſe.

Verùm enim verò, vt ad rem propiùs accedamus, iam operæpretium eſt intueri, an Deus hanc totam rerum Vniuerſitatem vnicá dūtaxat actione, vnoq. momēto produxerit, an autem ſex ſucceſſiuis, diſcretiſq. diebus, vt Moyſes litterarū ſacrarum monumentis prodidit, fabricatus ſit. Et quidē in primis D. Auguſtinus lib. 1. ſuper Geneſim ad litt. cap. 15. & lib. 4. cap. 34. & lib. 5. cap. 4. & 5. & lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 9. Philo libro de Allegorijs legis Moſaicæ, Procopius in caput 1. Geneſis, Origenes lib. 4. Periarchon, cap. 2. & Caietanus in caput 1. Geneſis arbitrantur, etſi diuerſimodè explicent: ſimul eodem tamen momento facta fuiſſe ea, quæ narrat Moyſes uniuerſa. Nā Eccleſiaſt. 18. dicitur. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. Et Geneſis 2. Iſtæ ſunt, inquit, Moyſes, generationes Cæli, & Terræ, quandò creatæ ſunt in die quo fecit Deus cælum, & Terram, & omne uirgultū agri: ubi non de diebus, ſed de vno ſolùm die loquitur. Hoc ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebratum cōfirmari uidetur, quòd refertur in c. Firmiter, de ſummá Trinit. & Fide Cathol. ubi dicitur Deum ab initio temporis ſimul utramque de nihilo cōdidiſſe creaturam, Spiritualem, Corporalem. Ità feciſſe videtur. Nam, cùm infinitæ ſit uirtutis, & potentiæ Deus, quorſum mo re hominū imbecilliū non potuiſſet uno momento ea creare, ſed dies, dieſq. præſtolando expectaſſet? Ad hunc enim Mundum fabricandum nullis inſtrumentis indiguit, & diebus multis quos architecti ſtipulantur. Quoniam, ut finita vis, & poteſtas tempus ad agendum requirit; ſic infinita nullius tēporis eget, ſed agit momento, & per conſequens ab illá æterna, infinitéq. cauſá momento fieri potuit. Quòd autem Moyſes rerum creationem in uarios dies diſcriminauerit, indè fortè euenit, quòd ille populo rudi, & qui tantùm ſenſibus ducibus ducebatur hæc perſuadere, & inſtillare cupiens, debebat ſe illorum captui accommodare. Siquidem ea quæ Deus uno momento fecit, non potuerunt uno momento explicari; ac ideò more prudentis architecti, totius ædificij ideam per ſingulas eius partes debuit diſtinctè deſcribere. Hæc quidem ſententia nō ſolū ob ipſius ſubtilitatem, ſed etiam ob rationes quibus nititur, non uidetur aſpernanda, quòd idem D. Thomas parte 1. quæſt. 74. art. 2. iudicauit. Sed quia altera ſententia aſſerens Deum nonniſi per tēporis ſucceſſionem, diſtinctoſq. dies Mundum condidiſſe, communior eſt, & magis Moyſis narrationi hiſtoricæ conſentanea; ideò

Deus non indiget inſtrumentis.
Deus non eget tempore
Aquinas.

eam

Digitized by Google

eam cùm D.Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, Gregorio lib.32.Moralium,cap.10. Ruperto Tuicienſi lib.1. de Operibus Trinitatis,cap.37. & Magiſtro Sentent.in 2.diſt.12.& diſt.15. ſequemur,& more noſtro hos dies,Moyſe duce luſtrabimus. *Hieron. Gregorius. Rupertus. Magiſter.*

Ergò ait Moyſes: In principio (ſcilicet Creationis,non temporis) creauit Deus Cælum,& Terram: Terra autem erat inanis, & vacua, & Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas:dixitq. Deus.Fiat Lux,& facta eſt Lux,& vidit Deus Lucem,ꝙ eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris,appellauitq. lucē Diem, & tenebras Noctem,factumq. eſt Veſpere,& Mane dies Vnus.

Hæc eſt igitur prima Mundi naſcentis dies in qua creditur Cælū, & Terram, & quidquid Cælo, & Terrá tanquàm extremis, ac terminis quibuſdam continetur, nihil penitùs excludendo, Deum creaſſe. *Prima dies.* Atque hinc opinamur eum, non modò omnes cæleſtes orbes, quoad illorum ſubſtantiam ſinè perfectione tamen lucis,& aſtrorum,& proprij cuiuſuis motus, & influentiarum,quæ omnia reliquis diebus poſteà acceſſerunt,feciſſe; verùm etiam Elementa omnia,ipſumq. Cęlū Empyreum, ac Angelos, etſi Moyſes de hiſcè rebus nullam expreſſam fecerit mentionem, condidiſſe. *Deus creauit omnes cælos,clemēta Angelos.* Quòd verò hoc Cælum exſiſtat, Philo Iudæus libro de Opificio ſex dierum, Clemēs Romanus Epiſt. 4.Clemens Alexandrinus lib.7.Stromatum,Baſilius Hom.2.Hexameron, Theodoretus quæſt.11.& 14.in Geneſim, Damaſcenus lib.2.Fidei,cap.6.Abulenſis in caput 23.Exodi, quęſt.53.& D.Thomas par.1. quæſt.66.art.3.docuêre. *Philo. Clemens. Baſilius. Theodoretus Damaſcenus. Abulenſis. Aquinas.* Nam rationi erat conſentaneum,vt quemadmodùm Deus hominibus pro domicilio terras; ità Angelis,ſibiq. atque adeò ipſis hominum corporibus poſt reſurrectionem, aliquem ſummum locum pulcherrimum, lucidiſſimumq. crearet, qui ceteris omnibus operis maieſtate,amplitudine, ſplendore,ac venuſtate antecelleret. *Ratio.* Is porrò locus quinam alius eſſe poteſt, quam Cælum Empyreum,non ab ignis calore, ſed à lumine ſic vocatum: non quidem illo increato,Deo coæterno,& ex ipſius eſſentiá manante,vt erroneè Auguſtinus Eugubinus in ſuá Coſmopeiá,& in Tractatu de Naturis corporeis credidit, ſed ab illi inſitá, & à Deo creatá luce,hoc modo appellatum. *Empyrei creatio. Lucis etym. Eugubinus.* Poſtquàm verò Deus hoc ſupremum Cælum condidit; illicò mentes illas Angelicas ab omni materiæ concretione remotas in eodem creauit, vt benè ſenſit Strabo in caput 1. Geneſis, & Beda Hom.2. Hexamerō, vt tū Deū ſatellitio quaſi quodā ſtiparēt,eſſentq. Cæleſtis aulæ Milites;tū etiam,vt eſſent magis Deo propinqui, & ad obtemperandum,& iuſſa ipſius capeſſenda paratiores; tū denique,vt quaſi ex altiſſimá ſpeculá res corporeas, humanaſq. intuerētur,& ſingulis hominū aſſiſterēt. *Angelorum creatio. Strabo Beda.* Noluit autē Deus eas nec antē Mundū corpo-

Cæperat intereà poſt triſtia Sabbata, felix
Irradiare dies culmen, qui numinis alti
A Domino dominante trahit, primuſq́; videre
Promeruit naſci Mundum, atque reſurgere Chriſtum.

An mūdus vna actione vel pluribus factus ſit.
Auguſt.

Verùm enim verò, vt ad rem propiùs accedamus, iam operæpretium eſt intueri, an Deus hanc totam rerum Vniuerſitatem vnicá dūtaxat actione, vnoq. momēto produxerit, an autem ſex ſucceſſiuis, diſcretiſq. diebus, vt Moyſes litterarū ſacrarum monumentis prodidit, fabricatus ſit. Et quidē in primis D. Auguſtinus lib. 1. ſuper Geneſim ad litt. cap. 15. & lib. 4. cap. 34. & lib. 5. cap. 4. & 5. & lib. 11. de Ciuit. Dei,

Philo.
Procopius.
Origenes.
Caietanus.

cap. 9. Philo libro de Allegorijs legis Moſaicæ, Procopius in caput 1. Geneſis, Origenes lib. 4. Periarchon, cap. 2. & Caietanus in caput 1. Geneſis arbitrantur, etſi diuerſimodè explicent: ſimul eodem tamen momento facta fuiſſe ea, quæ narrat Moyſes uniuerſa. Nā Eccleſiaſt. 18. dicitur. Qui viuit in æternum crea uit omnia ſimul. Et Geneſis 2. Iſtæ ſunt, inquit, Moyſes, generationes Cæli, & Terræ, quandò creatæ ſunt in die quo fecit Deus cælum, & Terram, & omne uirgultū agri: ubi non de diebus, ſed de vno ſolùm die loquitur. Hoc ex Concilio

Concilium Lateranēſe.

Lateranenſi ſub Innocentio III. celebratum cōfirmari uidetur, quòd refertur in c. Firmiter, de ſummá Trinit. & Fide Cathol. ubi dicitur Deum ab initio temporis ſimul utramq ue de nihilo cōdidiſſe creaturam, Spiritualem, Corporalem. Ità feciſſe videtur. Nam, cùm infinitæ ſit uirtutis, & potentiæ Deus, quorſum mo re hominū imbecilliū non potuiſſet uno momento ea creare, ſed dies, dieſq. præſtolando expe-

Deus non indiget inſtrumentis.
Deus non eget tempore

ctaſſet? Ad hunc enim Mundum fabri candum nullis inſtrumentis indiguit, & diebus multis quos architecti ſtipulantur. Quoniam, ut finita vis, & poteſtas tempus ad agendum requirit; ſic infinita nullius tēporis eget, ſed agit momento, & per conſequens ab illá æterna, infinitéq. cauſá momento fieri potuit. Quòd autem Moyſes rerum creationem in uarios dies diſcriminauerit, indè fortè euenit, quòd ille populo rudi, & qui tantùm ſenſibus ducibus ducebatur hæc perſuadere, & inſtillare cupiens, debebat ſe illorum captui accommodare. Siquidem ea quæ Deus uno momento fecit, non potuerunt uno momento explicari; ac ideò more prudentis architecti, totius ædificij ideam per ſingulas eius partes debuit diſtinctè deſcribere. Hæc quidem ſen

Aquinas.

tentia nō ſolū ob ipſius ſubtilitatem, ſed etiam ob rationes quibus nititur, non uidetur aſpernanda, quòd idem D. Thomas parte 1. quæſt. 74. art. 2. iudicauit. Sed quia altera ſententia afferens Deum nonniſi per tēporis ſucceſſionem, diſtinctoſq. dies Mundum condidiſſe, communior eſt, & magis Moyſis narrationi hiſtoricæ conſentanea; ideò

eam

eam cùm D. Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, Gregorio lib. 32. Moralium, cap. 10. Ruperto Tuicienſi lib. 1. de Operibus Trinitatis, cap. 37. & Magiſtro Sentent. in 2. diſt. 12. & diſt. 15. ſequemur, & more noſtro hos dies, Moyſe duce luſtrabimus. *Hieron.* *Gregorius.* *Rupertus.* *Magiſter.*

Ergò ait Moyſes: In principio (ſcilicet Creationis, non temporis) creauit Deus Cælum, & Terram: Terra autem erat inanis, & vacua, & Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas: dixitq. Deus. Fiat Lux, & facta eſt Lux, & vidit Deus Lucem, quod eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris, appellauitq. lucē Diem, & tenebras Noctem, factumq. eſt Veſpere, & Mane dies Vnus.

Hæc eſt igitur prima Mundi naſcentis dies in qua creditur Cælū, & Terram, & quidquid Cælo, & Terrá tanquàm extremis, ac terminis quibuſdam continetur, nihil penitùs excludendo, Deum creaſſe. *Prima dies.* Atque hinc opinamur eum, non modò omnes cæleſtes orbes, quoad illorum ſubſtantiam ſinè perfectione tamen lucis, & aſtrorum, & proprij cuiuſuis motus, & influentiarum, quæ omnia reliquis diebus poſteà acceſſerunt, feciſſe; verùm etiam Elementa omnia, ipſumq. Cęlū Empyreum, ac Angelos, etſi Moyſes de hiſcè rebus nullam expreſſam fecerit mentionem, condidiſſe. *Deus creauit omnes calos, clemē ta Angelos.* Quòd verò hoc Cælum exſiſtat, Philo Iudæus libro de Opificio ſex dierum, Clemēs Romanus Epiſt. 4. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum, Baſilius Hom. 2. Hexameron, Theodoretus quæſt. 11. & 14. in Geneſim, Damaſcenus lib. 2. Fidei, cap. 6. Abulenſis in caput 23. Exodi, quęſt. 53. & D. Thomas par. 1. quæſt. 66. art. 3. docuēre. *Philo.* *Clemens.* *Baſilius.* *Theodoretus* *Damaſcenus.* *Abulenſis.* *Aquinas.* Nam rationi erat conſentaneum, vt quemadmodùm Deus hominibus pro domicilio terras; ità Angelis, ſibiq. atque adeò ipſis hominum corporibus poſt reſurrectionem, aliquem ſummum locum pulcherrimum, lucidiſſimumq. crearet, qui ceteris omnibus operis maieſtate, amplitudine, ſplendore, ac venuſtate antecelleret. *Ratio.* Is porrò locus quinam alius eſſe poteſt, quam Cælum Empyreum, non ab ignis calore, ſed à lumine ſic vocatum: non quidem illo increato, Deo coæterno, & ex ipſius eſſentiá manante, vt erroneè Auguſtinus Eugubinus in ſuá Coſmopeiá, & in Tractatu de Naturis corporeis credidit, ſed ab illi inſitá, & à Deo creatá luce, hoc modo appellatum. *Empyrei creatio.* *Lucis etym.* *Eugubinus.* Poſtquàm verò Deus hoc ſupremum Cælum condidit; illicò mentes illas Angelicas ab omni materiæ concretione remotas in eodem creauit, vt benè ſenſit Strabo in caput 1. Geneſis, & Beda Hom. 2. Hexamerō, vt tū Deū ſatellitio quaſi quodā ſtiparē t, eſſentq. Cæleſtis aulæ Milites; tū etiam, vt eſſent magis Deo propinqui, & ad obtemperandum, & iuſſa ipſius capeſſenda paratiores; tū denique, vt quaſi ex altiſſimá ſpeculá res corporeas, humanaſq. intuerētur, & ſingulis hominū aſſiſterēt. *Angelorum creatio.* *Strabo Beda.* Noluit autē Deus eas nec antè Mundū corpo

Nn 2 reum

Digitized by Google

Cœperat intereà poſt triſtia Sabbata, felix
Irradiare dies culmen, qui numinis alti
A Domino dominante trahit, primuſq; videre
Promeruit naſci Mundum, atque reſurgere Chriſtum.

An mũdus vna actione uel pluribus factus ſit.

Auguſt.

Verùm enim verò, vt ad rem propiùs accedamus, iam operæpretium eſt intueri, an Deus hanc totam rerum Vniuerſitatem vnicá dũtaxat actione, vnoq. momẽto produxerit, an autem ſex ſucceſſiuis, diſcretiſq. diebus, vt Moyſes litterarũ ſacrarum monumentis prodidit, fabricatus ſit. Et quidẽ in primis D. Auguſtinus lib. 1. ſuper Geneſim ad litt. cap. 15. & lib. 4. cap. 34. & lib. 5. cap. 4. & 5. & lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 9. Philo libro de Allegorijs legis Moſaicæ, Procopius in caput 1. Geneſis, Origenes lib. 4. Periarchon, cap. 2. & Caietanus in caput 1. Geneſis arbitrantur, etſi diuerſimodè explicent: ſimul eodem tamen momento facta fuiſſe ea, quæ narrat Moyſes uniuerſa. Nã Eccleſiaſt. 18. dicitur. Qui viuit in æternum crea uit omnia ſimul. Et Geneſis 2. Iſtæ ſunt, inquit, Moyſes, generationes Cæli, & Terræ, quandò creatæ ſunt in die quo fecit Deus cælum, & Terram, & omne uirgultũ agri: ubi non de diebus, ſed de vno ſolùm die loquitur. Hoc ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebratum cõfirmari uidetur, quòd refertur in c. Firmiter, de ſummâ Trinit. & Fide Cathol. ubi dicitur Deum ab initio temporis ſimul utramq ue de nihilo cõdidiſſe creaturam, Spiritualem, Corporalem. Ità feciſſe videtur. Nam, cùm infinitæ ſit uirtutis, & potentiæ Deus, quorſum mo re hominũ imbecilliũ non potuiſſet uno momento ea creare, ſed dies, dieſq. præſtolando expectaſſet? Ad hunc enim Mundum fabri candum nullis inſtrumentis indiguit, & diebus multis quos architecti ſtipulantur. Quoniam, ut finita vis, & poteſtas tempus ad agendum requirit; ſic infinita nullius tẽporis eget, ſed agit momento, & per conſequens ab illá æterna, infinitáq. cauſâ momento fi eri potuit. Quòd autem Moyſes rerum creationem in uarios dies diſcriminauerit, indè fortè euenit, quòd ille populo rudi, & qui tantùm ſenſibus ducibus ducebatur hæc perſuadere, & inſtillare cupiens, debebat ſe illorum captui accommodare. Siquidem ea quæ Deus uno momento fecit, non potuerunt uno momento explicari; ac ideò more prudentis architecti, totius ædificij ideam per ſingulas eius partes debuit diſtinctè deſcribere. Hæc quidem ſententia nõ ſolũ ob ipſius ſubtilitatem, ſed etiam ob rationes quibus nititur, non uidetur aſpernanda, quòd idem D. Thomas parte 1. quæſt. 74. art. 2. iudicauit. Sed quia altera ſententia aſſerens Deum nonniſi per tẽporis ſucceſſionem, diſtinctoſq. dies Mundum condidiſſe, communior eſt, & magis Moyſis narrationi hiſtoricæ conſentanea; ideò

Philo.
Procopius.
Origenes.
Caietanus.

Concilium Lateranẽſe.

Deus non indiget inſtrumentis.
Deus non eget tempore

Aquinas.

eam

Digitized by Google

eam cum D.Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, Gregorio lib.32.Moralium,cap.10.Ruperto Tuicienſi lib.1. de Operibus Trinitatis,cap.37.& Magiſtro Sentent.in 2.diſt.12.&diſt.15. ſequemur,& more noſtro hos dies,Moyſe duce luſtrabimus. *Hieron.* *Gregorius.* *Rupertus.* *Magiſter.*

Ergò ait Moyſes: In principio (ſcilicet Creationis,non temporis) creauit Deus Cælum,& Terram: Terra autem erat inanis, & vacua, & Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas:dixitq. Deus.Fiat Lux,& facta eſt Lux,& vidit Deus Lucem,ꝙ eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris,appellauitq. lucē Diem, & tenebras Noctem,factumq. eſt Veſpere,& Mane dies Vnus.

Hæc eſt igitur prima Mundi naſcentis dies in qua creditur Cælū, & Terram, & quidquid Cælo, & Terrā tanquàm extremis, ac terminis quibuſdam continetur, nihil penitùs excludendo, Deum creaſſe. Atque hinc opinamur eum, non modò omnes cæleſtes orbes, quoad illorum ſubſtantiam ſinè perfectione tamen lucis,& aſtrorum,& proprij cuiuſuis motus, & influentiarum,quæ omnia reliquis diebus poſteà acceſſerunt,feciſſe; verùm etiam Elementa omnia,ipſumq. Cęlū Empyreum, ac Angelos, etſi Moyſes de hiſcè rebus nullam expreſſam fecerit mentionem, condidiſſe. Quòd verò hoc Cælum exſiſtat, Philo Iudæus libro de Opificio ſex dierum, Clemēs Romanus Epiſt. 4.Clemens Alexandrinus lib.7.Stromatum,Baſilius Hom.2.Hexameron, Theodoretus quæſt.11.& 14.in Geneſim, Damaſcenus lib.2.Fidei,cap.6.Abulenſis in caput 23.Exodi, quęſt.53.& D.Thomas par.1. quæſt.66.art.3.docuére. Nam rationi erat conſentaneum,vt quemadmodùm Deus hominibus pro domicilio terras; ità Angelis,ſibiq. atque adeò ipſis hominum corporibus poſt reſurrectionem, aliquem ſummum locum pulcherrimum, lucidiſſimumq. crearet, qui ceteris omnibus operis maieſtate,amplitudine, ſplendore,ac venuſtate antecelleret. Is porrò locus quinam alius eſſe poteſt, quam Cælum Empyreum,non ab ignis calore, ſed à lumine ſic vocatum: non quidem illo increato,Deo coæterno,& ex ipſius eſſentiá manante,vt erroneè Auguſtinus Eugubinus in ſuâ Coſmopeiâ,& in Tractatu de Naturis corporeis credidit, ſed ab illi inſitá, & à Deo creatá luce,hoc modo appellatum. Poſtquàm verò Deus hoc ſupremum Cælum condidit; illicò mentes illas Angelicas ab omni materiæ concretione remotas in eodem creauit, vt benè ſenſit Strabo in caput 1. Geneſis, & Beda Hom.2. Hexamerō, vt tū Deū ſatellitio quaſi quodā ſtiparēt,eſſentq. Cæleſtis aulæ Milites; tū etiam,vt eſſent magis Deo propinqui, & ad obtemperandum,& iuſſa ipſius capeſſenda paratiores; tū denique,vt quaſi ex altiſſimâ ſpeculâ res corporeas, humanaſq. intuerētur,& ſingulis hominū aſſiſterēt.Noluit autē Deus eas nec antè Mundū corpo

Prima dies. *Deus creauit omnes calos,clemēta Angelos.* *Philo.* *Clemens.* *Baſilius.* *Theodoretus* *Damaſcenus.* *Abulenſis.* *Aquinas.* *Ratio.* *Empyrei creatio.* *Lucis etym.* *Eugubinus.* *Angelorum creatio.* *Strabo Beda.*

Digitized by Google

eam cùm D.Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, *Hieron.*
Gregorio lib.32.Moralium,cap.10.Ruperto Tuicienſi lib.1. de Operi *Gregorius.*
bus Trinitatis,cap.37. & Magiſtro Sentent.in 2.diſt.12.&diſt.15. ſe- *Rupertus.*
quemur,& more noſtro hos dies,Moyſe duce luſtrabimus. *Magiſter.*

Ergò ait Moyſes: In principio (ſcilicet Creationis,non temporis) creauit Deus Cælum,& Terram: Terra autem erat inanis, & vacua, & Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas:dixitq. Deus.Fiat Lux,& facta eſt Lux,& vidit Deus Lucem,ꝙ eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris,appellauitq. lucẽ Diem, & tenebras Noctem,factumq. eſt Veſpere,& Mane dies Vnus.

Hæc eſt igitur prima Mundi naſcentis dies in qua creditur Cælũ, *Prima dies.*
& Terram, & quidquid Cælo, & Terrá tanquàm extremis, ac terminis quibuſdam continetur, nihil penitùs excludendo, Deum creaſſe. Atque hinc opinamur eum, non modò omnes cæleſtes orbes, quoad illorum ſubſtantiam ſinè perfectione tamen lucis,& aſtrorum,& pro- *Deus creauit omnes cælos,elemẽta Angelos.*
prij cuiuſuis motus, & influentiarum,quæ omnia reliquis diebus poſteà acceſſerunt,feciſſe; verùm etiam Elementa omnia,ipſumq. Cçlũ Empyreum, ac Angelos, etſi Moyſes de hiſcè rebus nullam expreſſam fecerit mentionem, condidiſſe. Quòd verò hoc Cælum exſiſtat, *Philo.*
Philo Iudæus libro de Opificio ſex dierum, Clemẽs Romanus Epiſt. *Clemens.*
4.Clemens Alexandrinus lib.7.Stromatum,Baſilius Hom.2.Hexame *Baſilius.*
ron, Theodoretus quæſt.11.& 14.in Geneſim, Damaſcenus lib.2.Fi- *Theodoretus*
dei,cap.6.Abulenſis in caput 23.Exodi, quæſt.53.& D.Thomas par.1. *Damaſcenus.*
quæſt.66.art.3.docuère. Nam rationi erat conſentaneum,vt quemadmodùm Deus hominibus pro domicilio terras; ità Angelis,ſibiq. at- *Abulenſis.*
que adeò ipſis hominum corporibus poſt reſurrectionem, aliquem *Aquinas.*
ſummum locum pulcherrimum, lucidiſſimumq. crearet, qui ceteris *Ratio.*
omnibus operis maieſtate,amplitudine, ſplendore,ac venuſtate antecelleret. Is porrò locus quinam alius eſſe poteſt, quam Cælum Empy *Empyrei creatio.*
reum,non ab ignis calore, ſed à lumine ſic vocatum: non quidem illo increato,Deo coæterno,& ex ipſius eſſentiá manante,vt erroneè Au *Lucis etym.*
guſtinus Eugubinus in ſuá Coſmopeiá,& in Tractatu de Naturis cor *Eugubinus.*
poreis credidit, ſed ab illi inſitá, & à Deo creatá luce,hoc modo ap- *Angelorum creatio.*
pellatum. Poſtquàm verò Deus hoc ſupremum Cælum condidit; illicò mentes illas Angelicas ab omni materiæ concretione remotas in eodem creauit, vt benè ſenſit Strabo in caput 1. Geneſis, & Beda *Strabo Beda.*
Hom.2. Hexamerõ, vt tũ Deũ ſatellitio quaſi quodã ſtiparẽt,eſſentq. Cæleſtis aulæ Milites; tũ etiam,vt eſſent magis Deo propinqui, & ad obtemperandum,& iuſſa ipſius capeſſenda paratiores; tũ denique,vt quaſi ex altiſſimá ſpeculá res corporeas, humanaſq. intuerẽtur,& ſingulis hominũ aſſiſterẽt.Noluit autẽ Deus eas nec antè Mundũ corpo

Nn 2 reum

Digitized by Google

Origenes. Nazianz. Chryſoſt. Baſilius. Damaſc. Ambroſius. Hieron. Caſſianus. Plato. Epiph. Theodor. Auguſt. Gregorius. Beda. Lypomanus

reū creare,vt Origenes Hom.4. in Iſaiā,Gregorius Nazianzenus Sermone de Natali Domini,Chryſoſt.Hom.22.in Geneſim,Baſilius Homel.1.& 2.in Hexamenon,Damaſcenus lib.2.Fidei,cap.3.Ambroſius lib.1.Hexameron,cap.5. Hieronymus in caput 1.Epiſtolę ad Titum, Caſſianus coll.8.cap.7.& Plato libro de Opificio Mundi,opinati ſunt; nec ſimul cùm Mundo corporeo,vt Epiphanius Hære.65.Theodoretus,quęſt.3.in Geneſim, Auguſtinus lib.11.de Ciuit.capit.9.& lib.12. cap.5.Gregorius lib.32.Moral.cap.10. & Beda in caput 1.Geneſis, aſſeruêre; nec poſt totum Mundum corporeum, vt Gennadius, & Achatius apud Lypomanum in ſua Catenā in Geneſim arbitrati ſunt; Sed dumtaxat poſt creatum Cælum Empyreum ipſos quoque Angelos Deus in eodem momento creauit, vt ſcilicet iam conditi,domicilium,in quo habitarent, haberent; cùm etiam iam Deus non antè hominum corpora, ſed poſt illa facta,& affabrè effecta, in ipſis creare ſolet animas, hæ quidem,vt informent,illi autem,vt inhabitent. Mora verò,quæ inter Angelorum creationem, ipſorumq. glorificationem, aut damnationem interceſſit,putamus fuiſſe vſque ad diem quintum, iuxtà illud,Lucifer,qui mane oriebaris,atque in hoc ſpacio in viā eos fuiſſe ad merendum, vel demerendum; poſt verò Angelos bonos eſſe in bono,malos in malo obſirmatos,& ab inuicem ſegregatos. Quod autem Moyſes de Angelorum creatione nullam mentionem fecerit, hoc ideò accidit, quòd is ſolùm huius aſpectabilis machinæ procreationem explicare voluerit.

Mora Angelorū inter glorificationem, & dānationem.

Terra magnitudo.

Nunc Tellurē inſpiciamus, quæ licet globoſa ſit: illam tamen Democritus diſco; Leucippus tympano; Anaximander columnæ; & Anaximenes menſæ ſimilem effecit. Pulchra ſanè menſa,quæ iuxtà Ariſtotelem lib.2.de cælo continet quadraginta millia ſtadiorum;iuxtà Hippachum teſte Plinio, milliaria triginta quattuor mille, ſexcenta,vigintiquinque; iuxta Alphraganum viginti millia, & quadraginta;iuxtà Ptolomęū viginti duo millia,& quingenta;iuxtà Chariſtenē, apud Macrobiū in Sōnio Scipionis vnū,& triginta mille, & quingenta; iuxtà Fernelium viginti quatuor millia, quingenta, quattuordecim, iuxtà alios denique qui Orbem, Oceanumq. peragrārūt nonies, & decies mille, octoginta. Terra porrò vacua,ſic fortè vocata fuit, quia nondùm ex aquis humeros extulerat, caputq. ſed ſub illis obruta,& oppreſſa remanebat, & nondùm plantas, arboreſq. protulerat. Quæ res fecit, vt Marſilius in 2.quæſt.8. putaret materiam Primam fuiſſe abſque omni formâ priùs creatam. Hoc quidem quamuis non fuerit: potuit tamen Deus per abſolutam ipſius potentiam facere,vt omni formâ exuta ſubſiſteret, vt quoque ſubtiliſſimus Scotus in 2. diſt.12.quæſt.2.Gregorius Ariminenſis in 2.diſt.12.quęſt.2.art.3.Dominicus

Materia prima.

Digitized by Google

minicus Soto lib.1.Phyſ.quæſt.6.& Gabriel in 2.diſt.12.quæſt.1.ar.3. de enderunt. Nam,etſi materia Prima ſit pura potentia in genere determinati,& ſpecifici actus ſubſtantialis: nō eſt tamen omninò nihil, vt rectè dixit D.Auguſtinus lib.12. Confeſſ. cap.3. ſed habet aliquam entitatem ab omni formá diſtinctam, ratione cuius Deus illam abſque omni forma conſeruare poſſet, contrà D.Thomam par.1.quæſt. 66.art.1.Auicennam lib.2.Metaph.cap.3.Auerroem lib.1. Phyſ.D.Bonauenturam in 2.diſt.12.art.1.quæſt.1.& Durandum diſt.12.quæſt.2. contrarium aſſerentem. Porrò,cùm vnum ſit tantùm materiæ Primę nomen, videtur ex eádem,cùm Elementa, atque mixta omnia; tum Cæleſtes orbes profluxiſſe,vt D.Bonauētura, in 2.diſt.12.art.2.quæſt. 1.Plato in Timæo,Abulenſis in caput 1.Geneſis, Aegydius Romanus in 2.diſt.12.& Scotus in 2.diſt.14.quæſt.1.crediderunt.

Soto. Gabriel. Auguſt. Thomas Auerroes. Bonauētura Durandus. Ex materia prima, omnia. Bonauētura Plato.

Sed iam è cælo ad terras deſcendamus. Siquidem,cùm Deus hoc die Terram creauerit,credendum eſt Lapides, Monteſq. etiam ædificaſſe; Lapides quidem terræ partes durioris,& inanimatos, vt tellus ipſa contra Cardanum lib.7.de Subtilitate,& Leonem Baptiſtam Albertum lib.2.de Re Aedificatiuá,cap.9.Et Montes quoque,qui terræ humeri videntur, & de ipſius ſubſtantiá effecti, etſi quidam illorum ſint potiùs terræ tumuli Diluuij tempore ab aquarum curſibus, & terræ rapiná cumulati,& eleuati.

Abulenſis. Aegidius. Scotus. Lapidum,et montiū creatio. Cardanus. Leo Baptiſta.

His miſſis, videamus modò qualiſnam Spiritus Domini ſuper aquas ferebatur. Equidem bene dicitur Spiritus Domini,vel quia à Patre, Filioq. procedit, & proceſſit in illo Mundi exordio ſuper aquas, vt Baptiſmi Myſterium adumbraret; vel quia certè erat Spiritus hoc eſt Vētus Domini,ſcilicet Creatoris, ut Rabbi Moyſi libro Perplexorum, Tertulliano libro aduerſus Hermogenem, & Theodoreto q.8. ſuper Geneſim,uiſum eſt.

Spiritus Domini quid. Rabbi Moyſes. Tertullianus. Theodoretus.

Tenebræ autem, quæ faciem Abyſſi contegebant, Aërem lumine deſtitutum fuiſſe credimus, qui profundiſſimas,vel terræ uoragines, & hiatus; vel profectò ipſa Inferni loca in terræ centro collocata, operiebat. Deus enim, ut Beatis Empyreum; ità Damnandis,Infernum debuit præparare.

Aeris creatio. Inferni creatio.

At tenebras illas paulò poſt Lux creata diſcuſſit, lucidumq. aërem reddidit. Hæc porrò Lux non fuit ſpiritualis,ut Auguſtinus ſuper Geneſim lib.3.c.3. lib. 11.de Ciuit.cap.9. & Rupertus Abbas Tuicienſis lib.1.de Operibus Trinitatis,cap.10.ſentiebant; ſed omninò corporalis,quia ex luce illá illuminatus eſt orbis,ut omnes Theologi in 2.diſt. 12.D.Thomas par.1.quæſt.67. art.4. ad 2. Ambroſius lib.1. Hexameron,cap.9.Chryſoſtomus Hom.2.in Geneſim,Baſilius Hom.1.Hexameron, & D. Dionyſius cap.4. de Diuinis nominibus, annotárunt. Nec etiam fuit Corpus tale,quale Manichæi apud Auguſtinum libro

Lux qualis. Auguſtinus Rupertus. Aquinas. Ambroſius. Chryſoſtomus. Baſilius. Dionyſius. Auguſt.

Nn 3 contra

contrà Epiſt.Fund.cap. 32.& Hæreſi 46.comminiſcebantur. Aiebant
Fabella. enim in regno boni Principis eſſe quinque Elemēta, Lucem,Aërem,
Ignem,Aquam,& Ventum,ſed Solem, Lunamq. eſſe duas naues quæ
partes lucis purgatas, in regnum Patris inueherent. O pulchra fabel-
Bonauētura la pſeudophiloſophica. Nec forma quoque ſubſtantialis eius corpo-
Theodoretus. ris Lux eſt,cui ineſt, vt D.Bonauentura in 2.diſt.13.art.2.q.1 a ſt.2.&
Theodoretus quæſt.7.in Geneſim autumârunt. Siquidem Subſtantia
Ariſtoteles. lis forma non eſt per ſe ſenſibilis,teſte Ariſtotele lib.3.de Animâ, Ac-
cedit ad hoc, quod res illa, quæ eſt accidens in vno corpore, eius for-
ma ſubſtātialis eſſe nequit,aliàs Luce ſeſe aëris noctu abſentante, aër
illicò corrumpi eſſet neceſſarium. Nec fuit Lux illa qualitas quædam
Scotus. habēs in corpore eſſe ſaltem Intentionale,vt Scotus in 2.diſt.13.quæ-
Aegidius. ſtione vnicâ,art.2.& Aegidius Romanus lib.2.de Animâ ſcriptum re
liquerūt; quia aër dicitur lucidus, & quia lumen habet effectus quoſ-
dam naturales calefaciendi, & exſiccandi, quas ſpecies intentionalis
nullo modo habere poteſt. Vndè fit,vt nos Lucem eſſe qualitatem,&
Lux quid. Intentionalem, & Naturalem ſimul arbitremur, illiq. propter emi-
nentem ſuam perfectionem competere,vt ſit per ſe ſenſibilis,tanquā
res naturalis, & tamen ſupra ſenſum poſita, non impediat ſenſatio-
nem tanquàm res intentionalis. Itaque, cùm Lux hæc,vt docuimus
ſit qualitas quædam,neceſſariò alicuius corporis eſſe debuit. Hinc er-
Beda. gò Beda in Hexamerō,Hugo Victorinus lib.1.de Sacramētis Chriſtia
Hugo. næ Fidei, par.1.cap.9. Magiſter Sententiarum in 2.diſt.13. & D.Bo-
Magiſter. nauentura ibidem, crediderunt fuiſſe lucem illam in quâdam nube-
Bonauētura culâ,quæ circà Orbem,vt iam Sol,acta, diē efficeret,luceretq. vt olim
Lucis domicilium. columna Iſraëlitico populo: poſteà verò creato Sole nubem illam
in præiacentem materiam,vel reſolutam,vel certè ex eâ corpus Sola-
re formatum fuiſſe. Ità quidem iſti,& melius,quam Baſilius Hom.6.
Baſilius. in Hexameron,& Theodoretus quæſt.14.& 16. in Geneſim,qui arbi-
Theodoretus. trabantur Lucem illam non fuiſſe alicuius corporis, ſed tantùm diui-
nitùs abſque ſubiecto vſque ad diem quartum, ſeruatam, vt poſteà il-
lâ Sol illuſtraretur. At neque hoc miraculum Deum feciſſe credibile
eſt contrà rerum naturalem ordinem,qui tunc eſſe inceperat; neque
talem nubeculam fuiſſe,quæ creato Sole, ſuperuacanea foret; neque
Deus creauit omnia diuturna. illam deſijſſe; cùm Deus res omnes in ſuâ ſpecie, vt eſſent diuturnæ,
creauerit; neque illam,aut propè Solem manſiſſe, aut ex illâ effectum
fuiſſe dicere decet ſapientem. Quid ergò? Fortè nubes illa iam rare-
Ludit. facta, & ideò minùs lucida,per cælum ad longum diſperſa,ab Aſtro-
nomis Via Lactea appellatur?

Dionyſius. Verùm D.Dionyſius cap.4.de Diuinis Nominibus,& D.Thomas
Aquinas. par.1.quæſt.67.art.4.ad 2. opinabantur lucem illam omninò fuiſſe lu-
cem Solis,imperfectam tamē,& informem: poſteà verò quarto Crea-
tionis

tionis die perfectioni redditam fuiſſe. At hic nobis Sol, potius tenebricoſa lanterna eſſe videretur. Quî fieri enim potuit, vt cùm omnia opera Dei ſint perfectiſſima, iſtud fuerit tam imperfectum? Defuit nè fortaſſis Deo, aut potentia, nè lucem maiorem creare potuiſſet, aut Sapientia, vt ex puſillâ, & imbecilli grandiorem, lucidioremq. facere debuiſſet? Eccur, cedò hanc imperfectam lucem creaſſet, propter quæ, aut in quem finem condidiſſet, eccur Soli tribuiſſet? Nam primo creationis die Sol nullus aderat, nec vllo motu ab Oriente in Occidentem, nec ab Occidente in Orientem ferebatur; nullas habebat uires, vt ſuâ luce effectus quoſuis in noſtrate Mundo produceret; nullas dies, noctesq. nullas anni varietates efficiebat. Sol enim quarto die primùm creationis ſolummodò, ſi Moyſi credimus, factus, & effectus eſt. Et certè, cùm nec Deus, nec Cæli illâ Solis luce indiguerint, ſed tantùm hic inferior orbis ob rerum viciſſitudines, & anni uaria tempora excitanda, illa imperfecta, & exigua lux, & ipſis poſteà hominibus ſuperuacanea, & orbi vniuerſo fruſtranea, contrà verum Sophorum dogma fuiſſet. *Reprehenſio*

Quamobrem opinionibus hiſcè miſſis, arbitramur Deum hac primâ die Elementum quoque Ignis ſub cælo ultimo, quod iam Lunæ eſt, creaſſe, illamq. Lucem Ignis fuiſſe, per quã maximè dignoſcitur. Nam, cùm certum ſit, quattuor eſſe rerum fluctium initia, & horum duo, Aquam, & Terram fuiſſe à Deo creata, ut Moyſes apertè narrat, & tectè quodammodò ſub Tenebrarum nomine, Aërem; ita etiã ſub Lucis nomine, Ignem creatum fuiſſe, qui reliqua Elementa nobilitate, loco, & efficaciâ ſuperat, oſtendere debuit. Hic porrò Ignis, ut ſuâ luce tenebras melius fugaret, Deus illũ uſque ad quartũ diem nõ toto cælo diffudit, ſed magis unitum ad lucem maiorem, clarioremq. emittendam, retinuit. Neque ideò dicendum eſt Ignem hunc conflagrare cęlũ potuiſſe; quia hæc inferiora, & caduca nullam habent vim agendi in ſupera, atque cæleſtia. *Ignis creatio.* *Ignis mota.*

At Iudæi in ſuo Thalmudo, Ordine 2. tract. 3. diſt. 4. aſſerunt Deũ, hunc Ignem haud hoc die, ſed Sabbato, & ut arbitrantur, Septimo creaſſe. Quòd ſi Thalmudiſtæ melius Geneſim, & Exodi caput 20. & 31 legerint, & perpenderint, clariſſimè comperient Deum die Septimo ab uniuerſo opere, quod patrârat, ceſſaſſe, & hoc eſſe ipſorũ ſomnium apertiſſimè cognoſcent. *Thalmud.*

Quod autẽ dicitur Lux, fuiſſe Dies, & Tenebræ Nox appellata, iſta eſt metaphorica loquutio à Sole poſt quartũ diẽ huius Lucis creato, deſumpta; pari modo etiam de Veſpere, & Mane, niſi quòd inceperat priùs Moyſes à Veſpere, ut myſticè denotaret quaſi ex tenebris ad lucem, & à non eſſe ad eſſe res omnes fuiſſe à Deo productas. *Cur lux dies, tenebræ nox dicta.*

Hæc de primo Creationis die dicta, ſufficiant; nunc Secundum cũ *Secũda dies.*

Digitized by Google

terram, & ſecundam aëris regionem, & per conſequens in medio aquarum, videlicet terreſtrium, & aërearum ſubſiſtere. Firmamenti autem nomen, teſte D. Hieronymo Hebraici idiomatis peritiſſimo, denotat quodcumque ſpacium. Vndè ille Epiſt. 83. ad Oceanum 1. Inter cælum, ait, & terram, medium extruitur Firmamentum. Et Benedictus Arias Montanus pro Firmamento, Expanſionem poſuit. Latini verò hunc aërem Firmamentum appellare voluerunt, eò quòd ibi nubes denſetur, & firmetur, vt quoque D. Thomas par. 1. quæſt. 68. art. 1. conſiderauit. Et in ſacris litteris hic etiam aër oculis hominum conſpicuus, cælum ſæpiſſimè appellatur. Chriſtus enim Matthæi 16. de nubibus loquens. Faciem, inquit, Cæli poteſtis probare: & Pſalmo 148. Volucres Cæli nominantur; & Lucæ, & Zachariæ 8. Cæli dicuntur dare rorem ſuum. *Firmamẽti etymon.* *Hieron.* *Arias.* *Aquinas.* *Matthæus.*

Quod autem Deus aërem, Firmamentum, & Firmamentum Cælum vocauerit, hic eſt, vel modus Scripturæ ita loquentis, vel phraſis interpretis, quo pacto etiam Ignem Lucem, & Lucem diem appellauit. Atque hinc patebit quomodò Deus dicatur Solem, Lunam, & reliqua ſidera in Firmamẽto collocaſſe; nempè in illo aſpectabili ſpacio à terra vſque ad ſupremam cæleſtium corporum regionem, quæ ab oculis mortaliũ tamquã aëri contigua cõſpicitur, & in quã oculorũ iudicio aſtra collocata vidẽtur; ad quod cũ Moyſes populo agreſti ſcriberet, ſeſe accõmodauit; ſicut etiã, quãdo Solẽ, Lunamq. duo luminaria magna, ſenſuũ quoque iudicio appellauit, q̃a reliquis aſtris maiora vidẽtur; cũ tamẽ certiſſimis demõſtrationibus cõſtet Stellas multò eſſe Lunã maiores, nullaſq. in aëre eſſe defixas. Pari ratione illud de auibus refellitur, quæ quarto die ſub, vel ſuper Firmamẽto dicũtur productæ. Nam dũ ſeſe alarũ remigio eleuant, per q. illud patẽs aëris ſpaciũ, quod Firmamentũ dicebatur tranſeũt, quoad ſuperiorẽ eius partẽ dicũtur ſub Firmamento; dũ verò ſeſe demittunt, quoad inferiorẽ eius partẽ dicũtur ſuper Firmamento volare. Quòd verò ad aquas attinet, quæ dicuntur à Firmamento diuiſæ, ea eſt ferè, quę de auibus ratio. Superiores enim aquæ ſunt illæ, quæ ſuper aërem ex uaporibus eleuatis generantur; inferiores autẽ, quæ ſubtus, ſuperq. terrã defluũt. Inter has eſt Firmamentum intermediũ, hoc eſt patẽs illud aëris ſpaciũ, quod vtriſque aquis eſt contiguum; & hoc ipſum quòd inter illas eſt, eas quodammodò diuidere dicitur, vt in hoc die Moyſes loquitur. *Explicatio.* *Explicatio.* *Explicatio.*

Ceterùm ad Tertium diem progrediamur. Dixit verò Deus, ait Moyſes, Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt in locum unum, ut appareat arida, & factum eſt ita: Et uocauit Aridam, Terram: congregationeſq. aquarum appellauit Maria. Et uidit Deus, quod eſſet bonum, & ait: Germinet Terra Herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum Pomiferum, & faciens fructũ iuxtà genus ſuũ, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper Terram: & factum eſt ita. Et protulit *Tertia dies.*

Terra

Terra Herbam virentem, & facientem ſemen iuxtà genus ſuum, lignumq. faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt Veſpere, & Mane dies Tertius.

Tertius hic dies ſuis difficultatibus profectò non vacat. Nam, cùm Sancti Patres vniuerſam terram vndique immenſis aquis fuiſſe obrutam crederent, difficile eſt videre, quá ratione, aut quem in locum potuerint ſic congregari, vt terræ partem aliquam diſcoopertam relinquerent. Et quoniam etiam multæ in lacubus, & fluminibus remanſere, vt ſaltem ex quattuor illis Paradiſi fluuijs apparet, arduum eſt aſſerere quonam modo aquæ in vnum locum dicantur congregatæ. Certè D. Auguſtinus lib. 1. ſuper Geneſim, cap. 12. ternos nobis modos quibus hanc aquarum congregationem factam fuiſſe oſtenderet, indicauit. Et primò quidem ſi aqua aſcenderit quibuſdam in locis in maiorem quam iam altitudinem ſuper terram, & ſic alia terræ loca aquis deſtituta, ac nuda reliquerit. At hoc modo videtur D. Auguſtinus ſupponere mare eſſe terrâ altius, vt etiam Baſilius Homil. 4. in Hexameron, Ambroſius libro 3. Hexameron, cap. 2. & 3. & Aquinas lib. 1. in Geneſim ſenſere. Nam, ſi hoc verum eſſet, ſequeretur mare eſſe terrâ quoque multò maius, quòd tamen tacitis ſermonibus falſum eſſe, Europæ, Africæ, Aſiæ, & Indiarum immania terrarum ſpacia, & ipſæ in ipſomet mari inſulæ, conclamant; & apertè Caietanus libro 1. in Geneſim, cùm Benedicto Pererio è ſocietate IESV, & Chriſtophoro Clauio in caput 1. Sphæræ Ioannis de Sacroboſco, aduerſantur. Huic ſeſe connectit, quòd ſingulis ſaltem ſenis horis ſui fluxus, & refluxus, mare tamquam altius, terras omnes circumiacentes inundaret. Neque verò obſtat illud Iobi, cap. 38. Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixi, vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos; & illud etiam Prouerbiorum 8. & Ieremiæ 5. cùm hoc Dei opus non intelligendum ſit ſuprà naturę vires exertum, ac ſi mare eſſet altius terrâ, & ideò ſupernaturaliter inter præfixos ſibi confines, limiteſq. ſe cohibere deberet; ſed quia in hoc ipſo, quòd Deus dedit illi inferiorem terrâ locum naturæ ſuæ, & toti vniuerſo conuenientem, elucet maximè Dei ſapientia, & facit nos cùm Dauide Pſalmo 103. exclamare. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: Omnia in ſapientiâ feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tuâ. Immò videmus flumina in mare, tamquam locum inferiorem naturâ ſuâ dilabi. Vndè ſapienter Regius Vates Pſalmo 106. Qui deſcendunt mare nauibus. Et Eccleſiaſt. 1. Omnia flumina intrant in mare. Alium quoque modum idem Auguſtinus nobis propoſuit, nempè, ſi fortè tunc aqua rarior inſtar nebulæ terras contegiſſet, quę poſteà cógregatione ſpiſſata eas

Quomodo aquæ congregatæ fuerint. Auguſtinus. Primus modus. Baſilius. Ambroſius. Aquinas. An mare ſit altius terra. Caietanus. Pererius. Clauius. Iob. Ieremias. Explicatio. Dauid. Secundus modus.

partes terræ nudârit, in quibus arida apparuit. At, cum hęc vera aqua fuerit, & terras omnes operuerit, illaſq. inuiſibiles reddiderit, non potuit eſſe ità rara, & inſtar nebulæ, vt protulit Aurelius. Tertium modum denique nobis referat, aquas ſcilicet fuiſſe à terræ concauitatibus, antriſque abſorbta, ibiq. aridam apparuiſſe, vbi humor abſceſſiſſet. Sed neque hic modus hoc modo explicatus, nobis arridet. Siquidem miraculosè vſque ad hunc diem, aquæ ſuper illos vertices, patenteſq. cauernas, nè abſorberentur, incubuiſſent.

Tertius modus.

Quartus modus.

Quocircà quartum quemdam modum veritati conſonum comminiſci oportet; nimirum ſubtus terram, in eiuſq. viſceribus ingentes vbique eſſe ſpeluncas excauatas, eaſq. tunc in telluris ſuperficie obturatas vſque ad hunc diem permanſiſſe: accedente verò Dei imperio, obturamenta eliminata fuiſſe, aquaſq. partim ſuo pondere preſſas ad loca illa ſubterranea, & capacia deſcendiſſe, & tunc flumina fluere per ſubterranea loca incępiſſe, & ſic Aridam apparuiſſe; partim quoque, earum, quæ ſuper terram erant protenſæ, in vnum orbis terræ locũ magis humilẽ, & depreſſũ ità congregaſſe, vt earum congregationem Maria appellauerit. Porrò quòd aquæ in vnum locum congregatæ dicantur, illud intelligendum eſt, vel pro maiori illarum parte, quod Mare eſt, vt etiam intellexit D. Baſilius Homil.4. Hexameron; vel certè, quòd quæuis aqua per continuitatem quamdam, & ſucceſſionem, eſt in loco alterius cuiuſque dum per varios terræ meatus, contrà Ariſtotelem fontes, ac flumina arbitrantem in terræ anfractibus, fornicibuſq. ex aëre ibi concluſio, & parietibus illiſo, ac adhærenti, guttatimq. decidenti, generari, è mari aqua egrediendo in mare denuò refluit, vt quoque D. Hieronymus capit.2. Habacuch, & D. Ambroſius lib.3. Hexameron, cap.2. affirmárunt. Huic opinioni patrocinatur Eccleſiaſtes cap.1. Omnia flumina, inquit, intrant in mare, & mare non redundat: nimirum quia Ad locum vndè exeunt flumina, reuertuntur, ſcilicet per ſubterraneas vias, *V*t iterum fluant.

Explicatio.
Baſilius.
Hieronym.
Ambroſius.

Cur terra arida dicta ſit.

*V*erùm illud quæri poteſt, cur hodierno diè Deus terram vocauerit Aridam. Duplici de cauſâ arbitramur, tùm propter aquarum abſentiam, à quibus fuit diù humefacta, & nunc ſiccitati reddita; tùm etiã, vt aratro proſcindi poſſit, facta ſit idonea.

Stirps.
Arbor.
Herba.
Frutex.
Subfrutex.
Stirpium partes.
Stirpium excremẽta.

Nunc verò per Mundi Viridarium, hoc die, Deo iubente, è terrâ productum, ſi placet, deambulemus. Etenim hoc ſtirpem, Vegetabile corpus continet, & hæc Arborem, quæ in ſtipitem altius exſurgit; Herbam, quæ humilius ſubſidet; Fruticem, quæ à radice ramos promit; Subfruticem, quæ inter arbores, & herbas medium quemdam locum obtinet. Partes verò ſtirpium perfectiorum ſunt radices, medullæ, lignum, alburni, cortices, rami, caulices, folia, iuli, flores, fructus, ſuccus, & ſiliquę. Fungi autem, Viſcus, Muſcus, Reſinæ, Gummi, Myrrhæ,

rhæ,

Digitized by Google

rhæ lachrymæ, Balſama, Thus, Lentiſci, Iuniperi reſina, & Laricis fungus, quem Agaricum Medici appellant, potius ſtirpium vtilia nobis excrementa, quàm partes exiſtunt. Porrò ſtirpium quarũdam maxima pars ſponte ab eá vi, quæ terris Dei munere tributa eſt, prouenit: reliqua ſeminibus, radicibus, propagatione, inſitione, inoculatione, truncorum plantatione, & talearum proiectione oriuntur.

Stirpiũ propagatio.

Stirpes quæ diuturniores.

Et primi certè generis ſtirpes, cùm ijs vita quædam ſilueſtris, & inculta ſit, diutiùs perennant, & citius germinant, quàm cultæ, & vrbanæ. Nam cultæ vim ſuam in fructuum vbertatem exerunt, & humor etiam additus, & illa conſueta aquatio efficit iſtas ita molles, & fluxas, vt ars hæc quodammodo naturam ipſam violare, & effeminare videatur; ſed incultæ in frondes, & ramos virtutem depromunt; quia hæ nec radicibus auulſis retardantur, nec detectis refrigerantur, nec ſectis cohibentur, vt citius pullulent.

At cur ſtirpes facultate calidiſſimæ, vt piper Aquaticum, Naſturtium, in locis frigidis, & ſicciſſimæ, vt Arundo in locis humidiſſimis naſcantur, indè fortè euenit, vt Deus ſicca in humidis, & calida in frigidis, & contraria in contrarijs ſedibus collocando earum vitam diutiùs protraheret, haſq. qualitatibus contrarijs armatas melius tueretur, & ab iniurijs curaret, nè humidæ in humidis creſcendo, in humida, vel diffluerent, vel ab illis abſumerentur. Verùm Deus hoc die etiam arbores Laniferas, & Goſypias, ficum Indicam ſpecie mirabili, Muſcam, Nucẽ Moſcatam, Nucem Indicam, Mechoacanum, Morum Aegyptiam, Rharbarbarum, aliaſq. propemodùm innumeras creauit, in quibus Dei ergà nos diuitem largitionem licet intueri.

Cõtraria in contrarijs.

Lanifera arbores.

Quo terra produxit. *Caietanus.* *Aquinas.* *Abulenſis.* *Pererius.* *Impoſſibile.*

An verò hoc Tertio die Terra Actiuè, vel Paſſiuè arbuſta produxerit, inquirendum eſt. Et quidem quòd actiuè, credidit Caietanus in Geneſim; quòd paſſiuè D. Thomas par. 1. quæſt. 70. art. 1. Abulenſis, & Pererius in hunc locum cum Aquinate conſentiunt, noſq. etiam illis ſubſcribimus ex illorum verborum efficaciá: Producat terra herbam virentem. Etenim neque Solis, neque ſoli, neque ſeminis viribus accidere vnquàm potuit, etiamſi ſimul cum illis reliqua omnia ſidera concurriſſent, quòd illicò arbores varijs fructuũ generibus onuſtæ, & curuæ è telluris ſinu prodierint. Et quod de plantis aſſerimus, idem eſto de Auibus, Piſcibus, Brutis, & de Homine iudicium. Neque hîc audiẽdus eſt Auicennas ſentiens contrà rationem, & experientiam poſſe quælibet animalia per ſolam elementorum mixtionem ſinè aliquo principio actiuo generari, & Anaxagoras, & Theophraſtus lib. 2. cap. 2. de Hiſtoriá Plantarum, & lib. 1. cap. 5. de Cauſa Plantarum, arbitrantes ab aëre, & cælo ſemina in terram cum aquá decidere. Hæc enim opinio, cum rationi, & experientiæ ipſi repugnat, digna eſt, vt, aut cachinnis explodatur, aut illis fulciatur. Deus enim ſemina in illo

Falſum. *Auicennas.* *Theophraſtus*

rerum

Digitized by Google

rerum exordio, vel in fructibus, corticibus, vel in floribus tanquam in quodam prouidentiæ diuitę penu clauſit, vt hac ratione nũquam in poſterum deficerent, & in ſpecie interirent, ſed fierent ſeminibus intermedijs, vſque ad Mundi cataſtrophen plantæ perennes. Vndè conſtat iam quoque terram è ſuo fæcundo gremio omnibus ferè in Mundi plagis potiùs paſſiuè, quàm actiuè herbarum ſpecies promere. Teſtes huius rei ſunt terrarum cultores, agricolæ: quamquam inficias non imus terram etiam ipſam pro ipſius variâ qualitate, naturâ, & ſitu bifario herbas, arboreſuè varias interdum actiuè gemmare ſolere. Reſtat ergò, vt credamus Deũ, hoc die, actiuè, & in actu omnes plantas, terrâ ſe paſſiuè dumtaxat oſtendendo, itâ produxiſſe, vt omnes etiam herbas noxias, & venenatas germinare fecerit, non obſtante illâ Geneſis, cap. 3. ſententiâ. Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi: quæ poſtmodùm in peccati pęnam ortæ videntur, vt Baſilius Homil. 5. Hexameron arbitratus eſt. Sed melius D. Thomas par. 1. quæſt. 69. artic. 2. qui credidit omnes fuiſſe hodierno die productas etiam in hominum aliquandò emolumento, & belluarum.

Deus actiuè. Terra paſſiuè. An noxiæ herbæ in pœnã ſint ortæ. Baſilius. Aquinas.

Ceterùm hoc Tertio die arbitramur etiam Deum Metalla, Gemmaſq. in terræ viſceribus creaſſe, quæ ſunt quidam quaſi ſubterranei flores, & verſicolores violæ, roſæq. At Moyſes hæc, vtpotè occulta, & ab oculis illorum hominum quibus cum viuebat remota, ſilentio præterire iudicauit.

Metallorũ, gemmarũq. creatio.

Nunc nobis Quartus creationis illuxit dies, miro Solis, Lunæ, & Aſtrorum micantium ſplendore ſerenus. Hoc enim die Dixit Deus, Moyſe teſte, fiant Luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, & noctem, & ſint in ſigna, in tempora, in dies, & annos: & luceant in firmamento cęli, & illuminent terram. Et factum eſt ita: fecitq. Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: & Stellas; & poſuit eas in Firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras. Et vidit Deus, quod eſſet bonum, & factum eſt Veſpere, & Mane, dies Quartus.

Quarta dies.

Hic dies inuitat nos terras deſerere, & cogitatione ſupera, atque cęleſtia conſcendere, & illas cæli fulgidas faculas, & aureos ocellos ſuſpiciendo, æternum Numen tacitis vocibus venerari. Illud enim hęc omnia hac Quartâ, Primâq. luce pro hominũ ſingulari beneficio, & voluptate condidit. Nam ſtellarum fulgore irradiati, non in tenebris, ſed in luce ambulamus. Illæ nobis tot temporum commodiſſimas, & conſtantes varietates adferunt; illæ nobis vitæ ſubſidia, & præſidia opportunis tẽporibus aduehũt, & qđ inter diù Sol nos ad laborẽ ęſtus excitauit, noctu Luna, relictis curis anxijs, ad quietem, & ſoporem, vt

Excitatio. Siderum auxilia.

ſimus

ſimus poſteà vegetiores ad reliqua perferenda, nocturno quodam rerum omnium ſilentio, inuitat; illæ nobis ſerenos, & nubiloſos dies, ac tẽpeſtates oſtendunt, & deniq. quidquid Agricultura, quidquid Nautica expoſcit, demonſtrant. Hæ porrò non primò die, vt vidimus, ſed

Aſtrorum Efformatio.

hodierno ſolù ab illo ſummo, diuinoq. Architecto factæ ſunt. Et quãuis cæli oẽs antè hunc diem extiterint: hodiè tamen dumtaxat Deus partes illas cęli condenſando, effecit, vt lucerent, & ſidera vocarẽtur, vt benè etiam Hieronymus Vilemius Luc. 20. in Hexameron ſenſit; hodiè etiam cælis omnibus, Empyreo excepto, motus peculiares in-

Celorũ motus, & influentia.

Primus mũdi dies.

didit, & vires ad varios in Sublunari Mundo effectus, mediante lumine, & motu, producendos, conceſſit; hodiè verè incępit eſſe primus temporis, dierum, & annorum dies; Hodie primò Vigeſima Tertia Septembris primi menſis, primi anni exorta eſt, & hac die Sol in Librā Signiferi Signo creatus, vt Deus Iuſtitię Sol ſapiẽtiſſimo hoc quoque argumẽto hominum generi demõſtraret ſe omnia in æquilibrio, & iuſtis Pondere, Numero, & Menſurā condidiſſe; hodiè Ignis Lux à maiori, & ſplendidiori Solis Luce, & Stellarum velata eſt, & cęlorum

Ignis diſtractio.

Mundi corpus.

motibus, Ignis ſub Lunæ cõcauo vndique diffuſus, & diſtractus; hodiè demum Mundus ipſe ſe tàm ſplendidis ſtellarum corollis caput redimitum; faciem cæruleo, lucentiq. colore illuſtratam, & Sole, & Lunā duobus oculis micantem; collum criſpatarum nubium collari circumdatum; brachia tot varijs verſiculorum florum, & roſarum armillis exornata; pectus multiplicibus herbarum, & fructuum ſpeciebus onuſtum, ac decoratum habere, miratus eſt.

Sol

Verùm cur Sol, & Luna luminaria magna dicta ſint, videamus. Etenim maxima eſſe Ambroſius lib. 4. Hexameron, cap. 6. & 7. & Baſilius Homil. 6. Hexameron credidit. Ita quidem Sol aſtrorum omniũ eſt maximus, Luna, & Mercurius omnium minima. Quòd autem Lu-

Cur Luna credita maxima.

Aquinas.

Chryſoſtomus.

na Soli ęquiparetur, hoc, vel oculorum iudicio, vel Planetæ huius virtute, & efficaciā fit, vt quoque D. Thomas parte 1. q. 70. art. 1. ad 5. & Chryſoſtomus Homil. 6. in Geneſim retulerunt. Sol porrò in Meridie creatus eſt, vt vniuerſo orbi luceret, & Lunę orbiculata in mediā nocte, vt illi rectè præeſſet, & ſuo lumine iradiaret.

Plato.

Philo.

Origenes.

An cæli ſint animati.

At hęc certè, cùm regulatiſſimo, & perenni gyro moueantur, Plato in Epimenide, Philo libro de Gygantibus, & Origenes lib. 1. Periarchon, cap. 7. animata eſſe putauerunt. Sed hæ rationes faciliè elident fibras ſtuppeas iſtarum opinionum. Nàm, cum corpus cæleſte, nec generet, nec generetur, nec nutriatur, & augeatur, nec ſentiat; cùm operationes ſenſuũ non poſſint exerceri, niſi per organa corporum, quæ ſunt ex elemẽtis compoſita; nec ſuppeditet phantaſmata, quorum interuẽtu fiat intellectio, quæ per ſenſum formãtur, neceſſariò ſequitur cęlum, nec animā Vegetantẽ, nec Sentiẽtem, nec Intelligentẽ habere.

Demùm,

Digitized by Google

Demùm, quod aſtra ſint poſterius plantis formata, ſummâ ratione factum eſt; tùm, vt mortales non crederent hæc à ſeipſis eſſe producta, & hæc plantas, arboreſq. produxiſſe, & hinc inſtar Deorum haberentur, vt Ambroſius libro 4. Hexameron, cap. 1. Chryſoſtomus Homil. 6. in Geneſim, & Baſilius Homi. 5. Hexameron teſtantur; tùm etiam, vt Deus ſummæ ipſius ſapientiæ quoddam quaſi ædificium demonſtraret, dùm primo loco cælos, & Angelos creare, medio eos tot luminibus illuſtrare, vltimo Hominem tamquam iſtarum rerum omnium inſpectorem, archetypum, totiuſq. iſtius operis coronidem, & digniſſimum faſtigium formare voluit. *Cur aſtra poſterius plā tis facta.* *Ambroſius.* *Chryſoſtomus.* *Baſilius.* *Dei ſapientia.*

Hactenus de cęlis, & Aſtris, cùm alibi de hiſcè diſſeruerimus; nunc nos tempus ſtellatum monet, vt ad quintum diem accedamus. Quinti diei opus, ſic à Moyſe narratur. Dixit autem Deus: Producant aquæ Reptile animæ viuentis, & Volatile ſuper terram, ſub Firmamento cæli: Creauitq. Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem, quàm produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus, quod eſſet bonum, benedixitq. eis dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: Aues quoque multiplicentur ſuper terram: Et factum eſt Veſpere, & Mane dies Quintus. *Quinta dies*

Hæc exorta eſſe non ex aquis, ſed ex terrâ, credidit Caietanus, & Catharinus in Geneſim adducti illo Geneſis capit. 2. teſtimonio, formatis igitur de homo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea Deus ad Adam; Sed, cum hæc ſit de particulis, & quid ſubaudiri, & qui etiam Hebraicè, & Chaldaicè iſte locus legi debeat, Grammatica diſceptatio, Grammaticis, vt altercari poſſint, relinquemus. Patres porrò hiſtoricum Moyſis ſenſum probè ſequuti, omninò Aues ex ipſis aquis euolaſſe, opinati ſunt. Vndè ex D. Ambroſio cauit Eccleſia. *Vndè Aues orta.* *Caietanus.* *Catharinus.* *Ambroſius.*

Summa Deus potentia
Qui ex Aquis ortum genus,
Partim remittis gurgiti:
Partim leuas in aera.

At nos credimus Aues cum Auguſtino lib. 3. ſuper Geneſim, c. 3. Aquinate p. 1. q. 71. art. vnico ad 3. Ruperto lib. 1. de Operibus Trinitatis, c. 50. non ex aquâ præcisè, quæ in terrâ fluit, ſed ex illâ, quæ in vapores conuerſâ, & in nubibus contentâ noſtro vertici imminet, in aëre productas fuiſſe. Nam, cum Deus rerum naturis quodammodò ſe cōformauerit, ſi illas ex aquâ formaſſet, certè ex purâ, & à fęcibus, & reliquarum rerum mixtione immuni, & intactâ, & per conſequens coloribus omnibus diſtitutâ feciſſet: ſed, cùm illæ ſint tot vagis coloribus depictæ, credendum potius eſt eas ex verſicoloribus nubibus condenſatis elicuiſſe, *Auguſtinus.* *Aquinas.* *Rupertus.* *Auium productio.*

Digitized by Google

eliciuiſſe,& efformâſſe. Videmus enim in nubibus tot,tamq; varia colorum obleċtamenta,vt arbitremur Deum ex nube albâ,albas; ex nigrâ,nigras;ex luteâ,luteas;ex flauâ,flauas,ex uiridi,virides, & ex reliquorum colorum nubibus,reliquas uolucrum acies,& examina protuliſſe ; itâ quoque ex nubibus varijs coloribus tinċtis, & affeċtis, varijs item coloribus aërias illas animas permixtas prodijſſe. Et certè paſſim,& in Pſalmis,& in varijs Geneſeos locis,Volucres cæli,Volatilia cæli,hoc eſt aëris, vt vidimus, appellantur, vt ſcilicet intelligamus illas in aëre effigiatas fuiſſe.

Piſciũ generatio. De Piſcibus autem nulla eſt difficultas quin Maritimi ex mari, Fluuiatiles ex fluuijs fuerint effeċti . De horum differentiâ , & proprietate D.Baſilius Hom.7.Hexameron,Plinius lib.9.& 32.Natu.Hiſto.Ariſtoteles,& Medici varia prodidêre,& nos de his aliqua curſim in medium adferemus . Et quidem,vt à Piſcibus primò à Deo creatis exordiamur,hi,vel sũt Scabri,vel Læues,& hi,vel Oſſati,vel Exoſſes, & illi Squãmei,Teſtacei,Cruſtacei, Spiculati,& Foſſatiles,qui in Põto, teſte Plinio , & Theophraſto, effodiuntur. Squammei autem ſunt Truttarum ſpecies quattuor,Trutta parua,& Salmones. Aſellorũ formæ quinque, Orphus,Dentex,Sparus, & reliquæ. Glaucorum quattuor ordines,Equiſolis,Lucius,Triſſa;Trutorum duodecim, Thymalus,Sudis, Chromis,Gobiorũ tres,Liparis,Salpa,Mæna,Smaris; Capitonũ quattuor,Cythari duę,Lacerti duæ,Lupi duæ,Scorpius,Alexminatuli verò ſunt Andronis,Atherine, & Engraulis,& reliquus ecrũ exercitus.Aculeatorũ verò piſciũ genera ſunt duo,alterum aculeis extrà,& ſpinis intrà pditũ,cuiuſmodi ſunt Vranoſcopus, Amia,Draco,Seſerinus, Eperlanus; alterũ genus aculeos habet extrà,intus autẽ Cartilagine pro ſpinis circũdatur , ſcilicet Orchiorũ formæ tres orbiculares,Raia triplex,Aquila, Squarina,Paſtinaca. Verũ piſces læues, aut ſunt plani,ut Rhõbus,Barbuta,Paſſeres,Soleæ;aut oblõgi, ut Muræna,Lãpetra,Acus,Anguilla;aut certè cũ læuore mollitiẽ habent,et pro ſanguine atramẽtũ,vt Sæpia,Polypus,Loligo.Et Plinius quidem lib.9.cap.30.ſcribit Anguillas Gãgis trecentũ pedũ eſſe ; Balenas maris Indici quaternũ iugerũ;Priſtes ducenum cubitorum.Hos mollitie Cetacei piſciũ maximi imitãtur,Silurus,Glauis,Ichthicolla,Delphis, Phalęna,Scolapẽdra,Lamia,Orca, Priſtes, Gladius,Morſa,Manatus, Reuerſus cuius ope , ac induſtriâ mirabili , quaſi cane uenatico Indi reliquos piſces piſcantur,vt noſtrates interdùm Delphino.

Biſilius. Plinius. Ariſtoteles. Piſcium differentia. Squammei. Aculeati. Læues.

Piſcium motus. Piſciũ porrò motus multiplex eſt.Nã Cãcri gradiuntur,Cõchæ reptãt,Milui,ac Loligines volãt, Mugiles pinnis natãt, Polypi pedibus, Gammari carnatione,Serpentes,ac Murænæ flexu,Peċtines ſaltu.Sed Oſtracodermorum duplex eſt genus Cochlearũ;quarũ alterum ualuis

Teſtacei. ſaxis tenaciſſimè ligamentis firmiſſimis hæret,quibus ualuas natiuas

ſic

ſic concludit, vt ſinè magnâ vi reſerari non poſſit, cuius generis ſunt Oſtrea, Mituli, Chamę, Lepades, Chelones, Tellinæ, Pectines, Pinnę, Donaces, Solenes; alterû eſt eorû qui teſtâ quoque includuntur; non tamen ligamentis annectuntur, ſed anfractibus in ſpiroidem figuram retinentur, cuiuſmodi ſunt Turbines infinitæ varietatis, Purpuræ, Limaces marini, & inter Polypodes, Nautilus nauigiorum archetypus, qui cælo ſereno ventis ſua vela obtendit, & pedum remigio nauim artificioſiſſimè fabricatam gubernat.

Nunc Amphibia adeamus, quæ mediâ inter aquatilia, & terreſtria naturâ ſortiuntur, vt Teſtudo, Cordulus, Hippotamus, Crocodilus, Phoca, Latax, Lutris, Caſtor, Ichneumeon, Cherſydrus, Mus aquatilis, Vitulus Marinus, Rana. At illud conſideratione dignum eſt, quòd hi, ac reliqui piſces, qui nihil penè caloris habent, frigoribus tamen in aquâ frigidiſſimâ non pereant. Hoc, autẽ fit, quoniam, cùm aquarum dulciû ſuperficies gelu concreuit, tû maximè calent vada in quibus piſces hieme deliteſcunt. Reliqui, qui litoribus vagantur, aut teſtâ, aut cruſtâ denſiſſimâ conteguntur. Maria verò tantulum ventis commota, etiam hieme feruent: intima autem, & profunda ſemper brumali tempore tepent. Sic enim ſapientiſſimus Opifex hiſcè rebus hodiernâ luce omni animantum generi proſpexit, vt alia corijs veſtita, alia villis contecta, alia ſpinis hirſuta, alia ſquammis obducta, alia plumis operta eſſent, nè frigoris, aut caloris appulſu violarentur. *Amphibia.* *Cur piſces non pereant.*

At de hiſcè ſatis; nûc ad Alitû genus ꝓperemus. Hoc porrò, aut eſt Implume, vt Veſpertilio, & Inſectû volans, vt Eruca Serica; aut Pennatû, & hoc, aut eſt Rapax, Aquaticû, Pulueraceû, Oſcine, aut Pâphagû. Et quidẽ Veſpertilio etſi implumis ſit, & quadrupedû in morẽ dẽtes, ac mãmas hẽat, & lacte pullos nutriat: qa tñ bipes eſt, vt ceterę uolucres, & alis quibuſdâ ſubleuetur, ideò inter aues poteſt numerari. *Auium diſcrimina.*

Pari modo ẽt Bombyx, quâ primò in inſulâ Coo repertâ, tradunt Pamphiliã Platis filiã bõbycea, & ſericea illic principiò neuiſſe. Hæc enim, & ſimilia, cùm uolitent, poſſunt inter aues quodãmodò uolatus dûtaxat gratiâ collocari, nõ aũt ꝙ ex nubibus Deus illas efformauerit, & ueris auibus in reliquis ſimiles effecerit. Itaque Erucâ hanc hoc die Deus creauit, & ſponte etiam olim abſque ouis, ut ferũt, apud Seres gignebatur; ſed nunc ex ouis menſe Aprili excluduntur uermiculi principiò nigelli, qui poſteaquã, Mori aut Vlmi folia depaſti ſunt, magnitudinem unà cû candore aquirunt, ac Sole Cancrum ſubeunte, latebras quærunt, ramuſculos, & angulorum anfractus, ubi cõmodiùs nere, & telam pretioſiſſimã turò collocare poſſint, quâ ſeſe quaſi ſericeis ædibus ouali figurâ contextis operiunt, poſteâ ueterẽ cutim exuti, ac ſomno ſepulti totû menſem dormiunt, quoad Sol Virginem attigerit. Tunc enim ſecundam pellem auream exuunt, ac perforatis *Bombycis origo.* *Erucæ hiſtoria.*

Digitized by Google

ædibus ſericeis candidiſſimi Papiliones, & ſericeæ auiculæ exſiliunt.
Animal certè cuius operâ, atque telâ Principes ueſtiuntur.

Apes. Huic Apes mellifluæ ſuccedunt, quę admirabili, & ingenioſo quo-
que artificio ſibi ſuas ædes, & aluearia componunt, & diſponunt, cé-
ram, melq; pariunt, quibus totum orbem, & illuminant, & gratiſſi-
mo dulcore afficiunt. Harum mores, œconomiam, bella, & ordines
Virgilius. eleganter Virgilius lib. 4. Georgicorum deſcripſit. Sunt, & alij Papi-
liones, ut Bapreſtis crocei coloris quem nunc Pinus generat, Cicinde
la, quæ Citrus papilio dicitur, Scarabæi, Muſcæ, Formicæ, Locuſtæ,
Veſpæ, Crabrones, Bruchi, & Cantharides.

Aues rapaces. At his, ut imperfectis miſſis ad aues rapaces accedamus. Hæ ſunt
Aquilæ tres, quarum rex eſt Solaris, ſic dicta, quod altiſſimè à terra
ſubuecta in Solem apertos oculos conſtanter, & diutinè defigat,
deq; altiſſimo loco clariſſimè omnia deſpiciat, delapſa nō ſolùm om-
nibus auibus, ſed etiam Ceruis ipſis bellum inferat, atque incredibili
rapacitate longè, lateq. omnia, maximè dùm pullos alit, populatur.
Hanc ſequuntur Vultures, Accipitres; quorum ſpecies eſt Pygargus,
Buteo, Triorchis, Circus, Fringillarius, Aiſalo, Tinnunculus, Collu-
rio, Miluus, Bubo, Aſio, Aluta, Noctua, Vlula, Caprimulgus, quas om
nes ad prædam unguibus, & roſtris recuruis armauit Natura.

Oſſifraga. Has Oſſifraga imitatur, quæ duriſſimis, ingennbusq; animantum
oſſibus ſuſtentatur, ut Gibber Indicus qui ſimiliter oſſibus uictitat.
His perſimilis eſt Struthiochamelus, qui ferrum in uentrem inge-
ſtum decoquit. Bone Deus, ſi hæ alites, ut Sturni, uel Paſſeres gregá-
biles eſſent, quamnam uaſtitatem aliarum animantum gregibus in-
Cur rapaces aues nō ſint gregabiles. ferrent! Verùm, quia unaquæq; iſtarum ſatis ſibi ſine aliarum adiu-
mento confidit, hac de cauſa fortè gregatim non coëunt; & ſi turma-
tim uolitarent, bellum inter ſeſe mouerent; & maior minorem dila-
ceraret. Quæ uerò minùs rapaces ſunt, cuneatim oberrant, ut Corui,
Carniuora. Cornices, & Graculi, qui, cū uermiculis, inſectis, & animantū uiſceri-
bus ueſcātur, quæ ſępiùs aërē fędiſſimā cōtagione imbuunt, hoc emo
lumēti indè aquirimus; quod ab hoc auiū genere regiones purgātur.

Aquaticæ. Porrò uolucres Aquaticæ, uel ſunt Planipedes, ut Olor, Onocrota-
lus, Anſer, Vulpanſer, tres Anatum ſpecies, Coruus aquaticus, Fibera-
lis, Glaucion, Auoſeta, Laris, Gauia triplex, Phalaris, Tadorna, Co-
limbides, Phoſcus, Mergus triplex, Fulica planipes, Puſinus, & Ana-
tes Africanæ, quæ omnes, & natant, & aquis merguntur, & emergūt;
uel nō Planipides, ut Ardearū quinque ſpecies, Phœnicaprerus, Ibis
atra, Ciconia, Hæmantopus, Elorius, Capriceps, Crex, Callydris du-
plex, Capella, Fulica non planipes, Gytus, Ortygometra duplex, Al-
cedo, Merops, Porphyrio, & Velia, quæ tametſi ab aquoſis locis auel-
li omnino nequeant; non tamen, ut ſuperiores natant.

Pulue-

Digitized by Google

Pulueracea.

Pulueraceæ autem ſunt Struthio, Oodienemus, Orys vtraq., Attagen, Tetrao, Phaſianus, Pauo, Gallina Numidica, Perdix, Coturnix, Ceneboramis, Schœniclus, Scolopax, Gallinago; Sed inter hos ſolus Gallus domeſticus certis horis alis ſtrepere, & clarà voce canere ſolet. Vndè Orientis plagæ populi olim Gallis gallinaceis pro Horologijs vtebãtur. At canit ipſe, vel dùm contendit, uel dùm gregem ſuum cogit, vel dùm cælum mutatur, quòd potiſſimùm media nocte, & Sole Meridianum Circulum prætereunte accidit. Percipit verò facile quamcũque aëris mutationem, quia habet teſtam capitis ſubtiliſſimã. At falſum eſt, quòd Porphyrius ſcripſit, & qu impius Alcorani auctor prodidit, ſcilicet ad carmen Galli celeſtis, Gallos terreſtres excitari.

Gallus horologium.

Cur Gallus canit.

Fabella.

Oſcines.

Nunc Oſcines, quæ Gallis modulatiùs cantillant, audiamus, & hæ ſunt Luſcinia, Luſciniola, Alauda, Carduelis, Acanthis, Thrauſpis, Aegythus, Florus, Turdi tres, Ficedula, Rubecula, Ruticella, Tyrannus, Regulus, Merula, Aſylus, & Corruca, quę ſuauiſſimis, & diuerſiſſimis cantibus audientium aures permulcent, & ſinè interruptione diutiſſimè continuant, apparetq; illas reſpirando æquè, ac ſpirando canere ſolere, nec à ſeipſis vnquàm diſcrepare; quia ducem naturam ſequuntur, quæ nunquàm à ſeipſa diſſidet; & quia etiam illorum cantus breuiſſimis momentorum interuallis diſtincti ſunt, ideo euenit, vt fortaſſis diſſonantia percipi non poſſit.

Cur aues à ſeipſis non diſcrepent.

Volucres autem, quæ linguas hominum diſertiſſimè imitantur, ſunt Pſittacus, Merula, Pica, Monedula, Sturnus, Molliceps, Pyrrhocorax, Graculus, Vpupa, Galgulus, Coruus, & Cornix.

Ceterũ, vt rem expediamus, Hirundinũ quattuor ſunt ſpecies quibus Apodes, & Faculę cõtinentur. Et quamuis notis quibuſdã, & ipſa corporis magnitudine diſtinguantur: eadem ferè tamen eſt omnium natura, victus, color, acceſſus, receſſus, & volandi celeritas quam maximis alis corpori paruo natura tùm ad Muſcarum venationem, quas illæ incredibili celeritate præteruolando abripiunt, tùm etiam ad rapacium auiũ euaſionẽ indidit. Diſcedunt hæ ſub Aequinoctiũ autumnale, nè ſpirantibus Coris, qui Sole Scorpionè ingrediente flare incipiũt, ab imbribus frigidis interceptæ, perirẽt: reuertũtur verò ad auitas domos, quãdò Aequinoctio Verno, Fauonij lenes ſpirare ceperũt.

Cur hirundini maxima ala.

Diſceſſus.

Regreſſus.

Ac, vt Hirundines, ſic Paſſerum quattuor ſpecies gregatim pagos, & vrbes incolunt; Sed Picorum ſpecies octo ſiluas inhabitant. Et quamquam hi coloribus, & magnitudine differant: naturâ tamen, & victus ratione, non ſunt valdè diſſimiles. Maximus omnium ater eſt; dein Martius colore purpureo inſignis, alius eſt Viridis, alius Cinereus, alius Gerthius, alius Moralis, aliùs Luteus, alius alijs coloribus varijs depictus. Horũ propriũ eſt arbores reſonãtis roſtri validiſſimis ictibus ferire, vt vermiculos, formicas, & ſimiles arborũ peſtes inter

corticeslatentes,vel exire cogat,vel molliori cortice rupto detrahāt.

Poſt Picos ſequuntur quattuor ſpecies Fringillarum, & totidem Fringillagorum, in quo genere etiam Torquilla cenſetur, à collo in auerſum torquendo,ſic vocata. Hæc verò linguā Serpentis in modū longitudine palmari exerit, vt illa formicis, muſcis, & alijs vermiculis impleatur,quo facto,illicò linguā inter roſtri ſepes retrahit, & hoc modo improuidas beſtiolas venatur,& depaſcitur.

Columbarū ſpecies.

At nunc Columbarum ſpecies quinque inueſtigenus, nimirùm Domeſticam,Liuiam, quæ ſæpiùs fera eſt, pedibus rubentibus, penniſq. liuentibus prædita,Palumbus,Viuago, & Turtur, quibus omnibus gemebunda vox ineſt. Illud verò non eſt in præteritis relinquendum à veteribus conſignatū eſſe litteris Phœnicem auem eſſe vnicā, quæ utque ad ſexcentos ſexaginta annos perennet, & cùm ad vltimā vitæ metā peruenerit,ex caſiā, thuriſq. ſurculis ſibi cōſtruere nidum, replere odoribus, totamq. ſtruē propè Panchaiā in Solis vrbē deferre ſolere,& ſuprà emori, vt inter reliquos Plinius lib.10.c.2.& Mela lib. 3.c.9.teſtatur. Ex oſſibus eius deindè, & medullis naſci primò vermiculū,deindè pullum aſſirmant,& poſtremò Phœnicē quam diximus.

An Phœnix vllus exſiſtat.

Verū ſi quis cogitatione voluerit rerū ſingularū ſpecies perluſtrare, inueniet in vnaquaq. plurima indiuidua à Deo creata eſſe,vt credēdū non ſit Deū vnum dumtaxat Phœnicem creaſſe: qui,cū ob uitæ diuturnitatē variæ hominū induſtriȩ, & caſibus obnoxius ſit,facilè è medio poſſet auferri,mundumq. vnā ſpecie priuatū in pūcto remanere. Quare ſapiēter Tacitus lib.6.Annalium,quȩ de Phȩnice dicūtur fabuloſis aucta miraculis teſtatur;eadéq. Plinius lib.10.c.2.nō diſſimulauit cū Cardano lib.10.de Subtilitate,& Scaligero Exercitatione 223.qui etſi hoc idē ſentiant:tñ ſcribūt fuiſſe viſū Phȩnicē,ac Semendū ab incolis vocari. Nos aūt dicimus Phȩnicē illā non fuiſſe,& ſi fuit,& capta ab indigenis,iā ſpecie vna mundū orbatū eſſe. Quòd,quā ſit diuinæ ſapiētiæ,& rerū naturalium ordini, & naturæ aduerſariū, nemo prudens nō videt. Denique ſunt hodiernā luce Piſcium, & Auium à Deo ipſarū Cōditore infinitȩ propemodùm ſpecies creatæ,quas nos, nè noſtræ intentionis cancellos excedamus,recēſere ſuperſedimus.

Cur autem Deus his,& non plantis benedixerit,ideò fortè factum eſt, vel quia hæc ſuā ſponte beneficio terræ multiplicantur; vel quia Deus voluit tantùm animalibus,& perfectioribus benedicere.

At inſtitutū noſtrū nos admonet, vt Moiſis Sextū diem adeamus, qui hoc modo ab illo deſcribitur.Dixit quoque Deus:Producat terra animā viuentē in genere ſuo,Iumēta,& Reptilia,& Beſtias terrȩ ſecūdū ſpecies ſuas. Et factū eſt ita. Et fecit Deus Beſtias terræ iuxtà ſpecies ſuas,& Iumenta, & omne Reptile terræ in genere ſuo: Et vidit Deus,quòd eſſet bonum,& ait:Faciamus Hominem ad imaginem,&

ſimi-

ſimilitudinem noſtram,& præſit Piſcibus maris, & Volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terrâ: Et creauit Deus Hominem,& reliqua.

Creauit Deus hæc omnia in actu,vt ex principio materiali, & paſſiuo,& ità creauit,vt hodierno die voluerit terreſtre animal, animam viuentem, cùm præcedenti die aues, piſceſq. ſolùm animæ viuentis vocauerit, appellare. Nec immeriò, cùm Quadrupedia ſint multò heſternis perfectiora,quod,& ipſa figura, & generandi modus, & ipſorum Ingenia clarè demonſtrant. Quid enim Equo nobilius, quid Leone generoſius, quid Boue vtilius, quid Simia iucundius, quid Vulpe callidius,quid Cane fidelius? Quòd verò hoc die Iumenta, Reptilia, Beſtiæ, & Quadrupedia ab Interpretibus appellentur, ad eorum diſtinctionem factum eſt. Iumentorū enim nomine uolunt omnia animalia manſueta,quorum homini uſus eſt,intelligi; Reptilium omnis generis Serpentes,uel pedibus prædit os,uel carentes; Beſtiarū animalia effera; Quadrupedum, quæ nec fera,nec omninò domeſtica eſſe ſolent. *Animaliū præſtantia.*

Porrò, cùm inter hæc quædam adulterina uideantur, ut Mulorum,qui ex equâ, & aſino, & Innorum, qui ex equo, & aſinâ, & Lincium,qui ex Ceruâ,& Lupo procreantur,& ea,quæ ex putredine,& rerum corruptione,ut Inſecta,& Vermes,& noxia,ut Serpētes; meritò dubitari poſſit, an Deus hæc omnia hoc die creauerit. At dicimus animalia illa, quæ ex diuerſarum ſpecierum commixtione generantur,ſi ſterilia ſunt,non fuiſſe à Deo in illis Mundi incunabulis creata, niſi ſecundùm illas ſpecies à quibus enixa ſunt, ut etiam D. Thomas par.1.quæſt.73.art.1.ad 3.& Rupertus lib.1. de Operibus Trinit. cap. 57.dixêre.Illa uerò,quæ ex putredine excluduntur,plerumque etiam ſeminis beneficio naſcuntur, & fuerunt hodiè à Deo effecta. Si quæ autem ex putredine ſolùm oriuntur, illa non fuerunt condita; cùm nulla res in illo rerū exordio corruptionem ullam paſſa ſit, nec quod creatum fuit,phyſicè ex aliquâ corruptione prodijt. *An Deus creauerit adulterina.*

Et tametſi Serpentes,& ſimilia ſint pernicioſa:tamen etiam utilia exſiſtunt, & pro inſignioribus antidotis, & amuletis habentur,& ad Mundi quoque ornamentum,& rerum tantarum uarietatem, plurimùm conferunt. Poſtremò, cùm iam uiderimus Deum in Terrâ, Aëre, & Aquâ animalia creaſſe, ut benè etiam Ouidius lib. 1. Metamorphoſeos notauit; *Cur ſerpentes creati.* *Ouidius.*

Neù regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum,formæq; Deorum:
Ceſſerunt nitidis habitanda piſcibus vndæ:
Terra feras cæpit,volucres agitabilis aer.

Digitized by Google

An ignis ſit locus animalium. *Ariſtoteles.* *Plinius.* *Galenus.* *Dioſcorides* *Matthiolus*

Nobis cauſam præbet quærendi, an etiam in Igne Deus aliqua animalia creauerit. Et quòd inter cetera, in igne Salamandra, tamquàm in loco ſibi naturali peruiuat, ex Ariſtotele lib. 5. de Hiſt. animalium, cap. 19. Plinio lib. 12. Natur. hiſt. cap. 36. apparet. At verius, quòd idem Ariſtoteles non ex Stoicorum ſententiá, ſed ex propriá refert, ignem nulli animali eſſe locum naturalem; ſic ille lib. 4. Meteor. lib. 2. de Gener. & Corrup. lib. 2. de Generat. animalium, cap. 3. Galenus lib. 3. de Temperamentis, Dioſcorides lib. 2. c. 56. Matthiolus in hunc locum affirmans ſe probaſſe, & vidiſſe Salamandras igni abſumptas fuiſſe. Et certè, cùm ignis ſit ſummâ actiuitate, & conſumendi vi præditus, quis diù illum ſufferre poſſet? Oceanum ipſum, & ſaxeos omnes montes abſumeret, & in cineres, fauillaſq; redigeret. Verùm, nè ieiuni prorſus videamur, operæprecium ducimus, more noſtro, hoc eſt breuiſſimè, quorumdam Animalium, & Serpentum ſpecies, hac luce à Deo creatas in medium adferre.

Animaliũ diuerſitas.

Ac vt paulò altiùs exordiamur, Terreſtre animal, aut Exangue eſt, aut Sanguineum; illud omnia, quæ repunt Inſectorum genera coërcet: Sanguineum verò Ouiparum, & Viuiparum comprehendit; illud omnia Serpentum, præter Viperam, & maximam partem inſectorum reptilium complectitur. Viuiparum verò, aut eſt Ruminans, aut Irruminans. Quod ruminat, aut eſt Excorne, vt Camelus, & Lepores; vel Cornigerum; & hoc rurſus, aut eſt Piloſum, aut Lanigerum. Hoc Ouilia, illud Caprilia, aut Bubulca continet. Sed Bubulcum, aut Domeſticum eſt, aut Silueſtre; hoc Vros, & Biſontes; illud Boues, & Bubalos perſtringit. Caprile item, aut Domeſticum eſt, aut Ferum.. Huius generis ſunt Rupicapræ, Cerui, Damæ, Ibices. Irruminans verò genus, aut Latangulum eſt, vt Equus, Aſinus, Aper; aut Digitatum, vt Leo, Lupus, Panthera, Tigris, Vrſus, Mus, Felis, Melis, Canis, Vulpes, & Linx; vel Solidipes, vt Elephas, & Hippotamus dentibus exerti, aut dentibus plani, vt Equus, Aſinus, & duplex Monſtrum ex vtroque genitum. Quæ, cùm ità ſint, hæc magis in particulari luſtrare, & à minimis incipere haud pigebit.

Mures. Vnde Gliri ſomnus. *Hippocrates.*

Equidem Murium ſpecies ſunt nouem, Aquaticus, Araneus, Locoglis, Sorex duplex, Ponticus, Domeſticus, Alpinus, Agreſtis, & Cricetus. His Glis adiungi poteſt, qui cibo, ac potu vacuus, ac ſopore ſepultus, hieme totá latitat, quod indè euenire creditur, quia adeps concluſis meatibus à frigore cogitur, & cùm immotus quieſcit, minùs eius humores diſſipantur, qui interim pabuli vices supplere, & ſopor ſitim, ac famē, teſte Hippocrate in Aphoriſmis, ſedare ſolet, & facere, vt faciliùs inediam perferat, & diutiùs viuat. Gliribus, Talpa cecitate nobilis proxima eſt. Illi enim totá hieme in obſcuris caueis deliteſcunt, hæc toto anno, ſub terra, in tenebris ra-

dices

Digitized by Google

dices quibus victitat, conquirit cæca, nè ſi viſu prædita eſſet, in foden- *Cur talpa*
do, & terram ſurſum erigendo, puluere ſemper cruciaretur. Poſt *cæca.*
has Muſtelarum ſpecies ſequuntur, Ictis candida, Viuerra, Muſtela *Muſtela.*
maior, Martes, & Putorius. Aliqui, iſtis Ziberam, quam veteres
Pardalim nominabant, animal à cuius caudæ orificio pretioſum ſua-
uiſſimi odoris colligitur excrementum, adiunxêre. Huic ratione re-
crementi, ſimilis eſt Moſcus, capra quædam in Africa interiori, at- *Moſcus.*
que India exertis dentibus, vt Aper, & vno tantùm cornu prædita,
cuius ventris ſanguis in pelliculis ad nos defertur concretus, & à be-
ſtiæ nomine denominatur.

Iam Canũ triplex eſt ordo: Alios enim ad venationẽ quadrupedũ, *Canes.*
& auium; alios ad pecoris cuſtodiam; alios ad hominum præſidia, ſa-
piens Opifex procreauit. Et hi corporis figurâ, ac pilis ſunt diffor-
mes. Simia porrò animalium verſutiſſima, & hominum morum, at- *Simia.*
que actionum imitatrix, maximè à Cynocæphalis, Roſomachis, Ier-
ſis, Taronibus, Cepis, & Cercopithecis differt, quia Simia ſola, cau- *Cur Simia*
dâ vacat, vt in omnem partem ſit verſatilis. Hi autem, & Cercopi- *abſque cau-*
thecus caudâ longiſſimâ, & tenuiſſimâ ſunt præditi, quam in orbẽ iſte *da.*
circumuoluere ſolet, eâq; ſeipſum ramis, quaſi fune, ſiuè ad aſcen- *Cercopithe-*
ſum, ſiuè ad deſcenſum alligare. Sciurus quoque caudâ ornatur, & *cus.* *Sciurus.*
ad Solis ardores vmbrâ moderandos, & ad imbres arcendos. Vulpes *Vulpes.*
verò, vt caudâ villoſiſſimâ alites è ramis deijciat, & vrinâ fetidiſſimi
odoris imbutâ canum roſtra, conſpergendo, euadat, creditur mu-
nita. At Elephanto belluarum maximo proximus eſt Rhinoceros, *Elephas.*
qui cornu, & loricâ ferro duriore ſæpiùs Elephantum acerrimum *Rhinoceros.*
hoſtem ſternit, tametſi ipſo multò minor ſit. Poſtremò ſolus Equus *Equus bel-*
inter animantia belli apparatu gaudet, & tubarum ſonitu exſultat, *licoſus.*
terram fodit, & clarâ voce lætitiam teſtatur, quoniam animal gene-
roſiſſimum eſt, & bellicoſiſſimum, contra Ariſtotelem lib. 3. de Partib. *Ariſtoteles.*
animal. cap. 2. credentem ceruos bellicoſos, equos fugaces; cùm videa-
mus ceruis pernicitatem, & timiditatem ineſſe: equis verò robur, &
vim animi ingentem, ità, vt impetu inuadant, calcibus feriant, pedi-
bus proterant, & morſibus hoſtes dilacerent.

Sed quod reliquum eſt, proſequamur. Equidem Serpentum varia *Serpentum*
ſunt genera, hoc Sexto die à Deo è terris producta, Lacerta, Rubeta, *ſpecies.*
Salamandra, Canchrena, Aſpis, Vipera, Iaculus, Amphisbæna, Baſi-
liſcus, Chamæleon, Typhlops, Draco Scythala, Hæmorrhois, Seps, *Morſus ſer-*
& Dipſas. Aſpidum verò ſpecies ſunt Cherſæa, Chelidonia, & Pryas. *pentum va-*
Huius Pryæ morſu dicitur Cleopatra, quæ placidiſſimum ſoporem *rij effectus.*
conciliat, interire voluiſſe. Dipſas autem ſiti enecat; Hæmorrhois *Cleopatra à*
ſanguinis copioſâ effuſione per omnia corporis orificia interficit; Ia- *quo occiſa.*
culus quaſi iaculo celeri mortem importat; Cenchrena hydropem, &

vlcera inducendo necem homini inducit: Vipera porrò non ideò dicta eſt, quòd ui pereat, uel pariat, ut Nicander in Theriacis, & Oppianus in libris de Venatione crediderunt; ſed quod ſola ex omni Serpentum genere Viuos pariat, ut benè Ariſtoteles lib. 3. c. ... & lib. 5. c. 34. de Hiſt. animalium teſtatum reliquit.

Nicander. Oppianus. Ariſtoteles.

Quòd uerò Baſiliſcus ſolo intuitu emori faciat, ſcripſit Aëtius lib. 8. c. 33. & de Catoplebâ Athenæus eam bouis magnitudine, & figurâ eſſe, & magnam agreſtium hominum, ac militum Romanorum multitudinẽ ſuo aſpectu necauiſſe, & non niſi à tergo occidi potuiſſe, huiuſq. exuuias Caium Marium Romæ in Herculis templo appendiſſe. Et certè, quòd ſint aliqui Serpentes, qui ſolo intuitu occidere poſſint, facilè perſuadetur. Nàm, cùm ipſi ſint planè virulenti, & hominum hoſtes, dùm volunt, ex oculis toxicum per lineam directam iaculantur, quod, dùm ſuâ illâ qualitate peſtiferâ aërem inficit, & hic corpora pertingit, neceſſe eſt homines illo viru tactos emori; perindè, ac Veneficæ illæ, quæ ex oculis qualitatem aliquam venenatam emittendo, faſcinant. Ac, vt alij ſerpentes ex caudâ, dentibus, vel linguâ Venenum ſpumare; ità iſtos ex oculis iacere, credibile eſt. At illud magis mirum videri poteſt, quòd in Africâ Dracones alati reperiantur, qui ingentes hominum, ac beſtiarum ſtrages in agris, & vrbibus edere conſueuerunt, de quibus Lucanus lib. 9. de bello Ciuili cecinit:

Aetius. Athenæus. Baſiliſcus vt intuitu occidit. Dracones alati. Lucanus.

Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones:
Peſtiferos ardens facit Africa: ducitis alum
Aera cùm Pennis, armentaq́, tota ſequuti,
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.

Verùm, quidam, tales reperiri pernegant, nec ſibi hoc perſuadere poſſunt, & vident tamen, etiam vermes, papiliones fieri. Quòd autem verè pennati ſint, ob contrariam, & diuerſam ab auibus naturam, vix credimus; ſed quòd pro pennis cartilagines quaſdam habeant, vt Veſpertiliones, arbitramur.

Quales pennæ draconibus.

Sed nunc Chamæleontem colorum omnium receptatorem, & archetypum inuiſamus. Hic, cùm corpus habeat viridibus albicans ſtellulis pellucidum, & quaſi vitreum, pro rerum quibus adiungitur varietate, proximũ quemque colorem imbibere, ac referre ſolet, non aliter, quàm cryſtallinum, & terſum arte ſpeculum:

Quâ de cauſâ credimus profectò Dæmonem ſub Chamæleontis figurâ Euæ mortalium Matri in Paradiſo apparuiſſe, illamq́; ſub hac ſpecie decepiſſe. Nàm ſi Dæmon alterius ſerpentis formam ſibi aſſumpſiſſet, Eua, quæ omnes cognouit eſſe

Dæmon in qua forma Euæ apparuerit.

humano

Digitized by Google

humano generi noxios, tetros, ac deformes, illius aſpectum certè re-
fugiſſet ; ſed quandò Chamæleontem homini amicum , vt Scali- *Scaliger.*
ger Exercit. 196. & Ioannes Landius, ſcribunt, conſpexit, haud *Landius.*
exhorruit, quin potiùs propiùs ad illum acceſſit, & quò magis
appropinquabat Eua, eò pulchrior Chamæleon apparebat. In ipſo
enim non modò tot viridantium arborum, quibus ſuberat colores
pulcherrimi, ac varij relucebant, & verſiculorum pomorum admi-
rabiles ſpecies, quaſi depictæ, aut teſſelatæ, reſplendebant; verùm
etiam Euæ ipſius venuſtiſſima effigies emicabat, eamq́; Chamæleon
inſtar politi ſpeculi Euæ, vt ſe ſiſteret, & ſeipſam inſpiciendo me-
tum abijceret, referebat, quæ, nouæ rei in ſtuporem acta, fucatis, &
delicatis Serpentis huius verbis facilè aſſenſum præbuit, Ficumq́; *Quod pomũ*
pomorum omnium delicatiſſimam, & ſuauiſſimã, teſte Moyſe Bar- *Eua come-*
cephâ in libro de Paradiſo, Philoxene in Oratio. de arbore vitæ, & *dit.*
Theodoreto quæſt.28.in Geneſim, ad totius poſteritatis labem, con- *Barupha.*
trà Dei, ipſius Opificis decretum, comedit. *Philoxenes.* *Theodoret.*

Verùm enim verò hæc deferamus, & ad mortalium Primi paren- *Hominum*
tis creationem deſcribendam accedamus. Etenim veterum qui- *procreatio*
dam credidêre hominem non à Deo ex limo terræ creatum, ſed ex *ex arborib.*
cauis, rudibuſuè arboribus, tamquàm è quadam crudâ matris aluo
excidiſſe. Vnde Statius lib.4. cecinit. *Statius.*

Ex lapidibus.

Arcades hinc veteres aſtris, Lunaq́; priores
Agmina fida datis, nemorum quos ſtirpe rigenti
Fama ſatos, cùm prima pedum veſtigia tellus
Admirata tulit: nondum arua, domusq́; nec vrbes,
Connubijq́; modus: Quercus, Lauriq́; ferebant
Cruda puerperia, ac Populos vmbroſa creauit
Fraxinus, & fæta viridi Puer excidit Orno.

Et poſt Diluuium quoque veteres fabulantur ſolùm Deucalionem
cùm Pyrrhâ ſuperſtites remanſiſſe, Themiſq́; Deæ templum adijſ-
ſe, vt quemadmodùm genus humanũ eſſet reparandum, ipſius ora-
culo docerentur. Reſpondet illa, & pollicetur ſe ex lapidibus quos
Deucalion iaciet viros, & e ſaxis quæ Pyrrha proijciet feminas for-
maturam. Sed Iubet Ouidium audire hæc lib. 1. Metamorphoſeos *Ouidius.*
recenſentem.

Diſcedunt, velantq́; caput, tunicasq́; recingunt,
Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duriciem capere, ſuumq́; rigorem,

M Roi-

Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam:
Mox vbi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, vt quadam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis, ſed vti, de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibuſq; ſimillima ſignis:
Qua tamen ex illis aliqua pars humida ſucco,
Et terrena fuit, uerſa eſt in corporis vſum:
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa:
Qua modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpacio, ſuperorum numine Saxa
Miſſa Viri manibus; faciem traxere Virorum;
Et de Femineo reparata eſt Femina iactu.
Pulchrè. *Indè genus durum ſumus, experienſq; laborum,*
Et documenta damus qua ſimus origine nati.

At hæc, cùm ſint fabuloſa Poëtarum commenta, relinquamus, & ad Deum hoc die Adamum ex limo terræ facientē, & diuinâ arte perpolientem mente accedamus.

Dei benignitas. Equidem in hac Primi hominis creatione, hominum generi vniuerſo certè apparuit quanto amore, quantâ clementiâ, & quantâ liberalitate Deus illum, & ipſius poſteritatem proſequatur. Nàm propriæ quaſi maieſtatis, & potentiæ, vt ità loquamur, oblitus, Adamū non verbis, vt reliqua creauit, non ſummâ vſus eſt imperij potentiâ, ſed ſemetipſum quodammodò humiliando, non abhorruit aquæ terram miſcere, lutum inſtar figuli alicuius conficere, & proprijs quaſi manibus hominem è limo facere pariter, ac pinſere. O infinitam in genus hominum Dei lenitatem, & clementiam! O immenſi iubar amoris ſplendidiſſimum! O cataclīſmum liberalitatis omnis patentiſſimum! Formauit igitur Deus hodiè Adamum ex quadam potiſſimùm aquæ, & terræ mixtione, & ità formauit, vt tamen cetera elementa non excluſerit. Videmus enim hominem ex omnibus quattuor principijs conflatum, ſed præcipuè terræ, & aquæ elementis, ſenſuum quoque iudicio, conſtare. Vndè Moyſes à potiori, ac patentiori rerum maſsâ hominem effectum eſſe prodidit.

Cur Deus ex terra fecerit hominem. Quòd verò Deus Adamum potiùs ex hoc limo, quā ex aliquā aliā nobiliori, & cæleſti materiā condere voluerit, ſummâ iſtius ſummi Figuli, ac Opificis ſapientiâ euenit. Si enim Deus illum ex vnâ etiā nobiliſſimâ Orbis parte efformaſſet, neutiquàm perfectus exſtitiſſet; ſed, cùm de omnibus Vniuerſi rebus participat, & ex illis diuinitùs cōpactus ſit, meritò Paruus Mundus poteſt appellari, & eò nobilior

æſtimari

æſtimari quò illum non Angeli contrà Philonem in libro de Opere ſex dierum, formárunt, nec ad illos dixit Deus: Faciamus Hominem ſed Deus ipſe ſolus, vt Naturá Vnus, & Perſonis Trinus, Adamum architectatus eſt, & de ipſius formatione cùm reliquis Trinitatis Perſonis, vt omnes ad illum effigiendum concurrerent, loquutus. *Philo.* *An Angeli fecerint hominem.* *Sermo Dei quibus.*

Ac proindè iudicamus Adamum non modò ad Trinitatis imaginem fuiſſe effectum; verùm etiam ex humo perbellè efformatum, & in modum pulcherrimæ, & artificioſiſſimæ Viri ſtatuæ effigiatum exſtitiſſe, in quam Deus poſteà Animam infundendo, & illam in verum hominem transformando Adamum effecerit. Nobis enim caput 2. Geneſeos videtur patrocinari. Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo apparet priùs Deum ſingula membra, quæ ſub faciei nomine, tamquàm nobiliori reliquis intelliguntur, delineaſſe, & affabrè efformaſſe, quàm Animam in ipsâ Viri Statuâ creaſſe. Porrò huic ſententiæ Diuus Chryſoſtomus Homil. 12. & 13. in Geneſim, Alphonſus Caſtro in Summâ de Hereſibus, ver. Anima, Hær. 3. Gennadius, & Abulenſis in caput 2. Geneſis, fauere videntur. Nam aliàs poſſet videri lutum illud animæ propriâ vi, ac virtute in carnem, medullas, ſanguinem, & oſſa conuerſum fuiſſe, animamq; ipſam hominem, non Deum efformaſſe. *In Adamo Trinitas.* *Adami ſtatua.* *Chryſoſt.* *Alphonſus.* *Gennadius.* *Abulenſis.*

Verùm quî Adamus ad Dei Imaginem factus ſit, proferamus. Et imago quidem, hoc lòco, nil aliud eſt, quàm creata quædam ſimilitudo naturæ diuinæ in naturâ humanâ, per quam ille ſit quædam Dei peculiaris imago, ratione naturæ intellectualis cuius eſt præditus. Vndè aſſerimus in vnoquoque ſexu, & homine, ſiuè iuſto, ſiuè peccatore eſſe veram Dei imaginem. At imago hæc multiplex eſſe poteſt. Nam, vt homo ratione naturæ intellectiuæ, immortalis eſt, Dei immortalitati aſſimilatur, vt benè Gregorius Nyſſenus in Orat. Cath. capit. 5. & Auguſtinus libro de Quantitate Animæ, cap. 2. ſenſerunt; & in eo quoque, quòd homo ſit liber, & omnia poſſit cognoſcere, quodammodò Deum repræſentat, vt D. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. animaduertit; in eo etiam, quòd Liberi Arbitrij poteſtate donatus ſit, vt Diuus Bernardus in libro de Gratiâ, & Libero Arbitrio, Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthod. cap. 12. & D. Gregorius Nyſſenus libro de Hominis Opificio, cap. 4. annotàrunt; in eo ſimiliter, quòd homo intellectu, & ratione dominium quoddam, & imperium obtineat in ceteras animantes, vt D. Baſilius Homil. 10. Hexameron conſiderauit, Deum referre videtur. Sunt, & aliæ quamplurimæ huius Imaginis notæ, vt verè D. Gregorius Nyſſenus libro de Opificio Hominis, cap. 5. dixerit, Multiplices, ac *Imago quid ſit.* *Imago multiplex.* *Nyſſenus.* *Auguſt.* *Ambroſius.* *Bernardus.* *Damaſcen.* *Baſilius.* *Nyſſenus*

varios

Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam:
Mox vbi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis, ſed vti, de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibusq; ſimillima ſignis:
Quæ tamen ex illis aliqua pars humida ſucco,
Et terrena fuit, uerſa eſt in corporis vſum:
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa:
Quæ modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpacio, ſuperorum numine Saxa
Miſſa Viri manibus; faciem traxere Virorum;
Et de Femineo reparata eſt Femina iactu.
Pulchrè. *Indè genus durum ſumus, experiensq; laborum,*
Et documenta damus quæ ſimus origine nati.

At hæc, cùm ſint fabuloſa Poëtarum commenta, relinquamus, & ad Deum hoc die Adamum ex limo terræ facientē, & diuinâ arte perpolientem mente accedamus.

Dei benignitas. Equidem in hac Primi hominis creatione, hominum generi vniuerſo certè apparuit quanto amore, quantâ clementiâ, & quantâ liberalitate Deus illum,& ipſius poſteritatem proſequatur. Nàm propriæ quaſi maieſtatis, & potentiæ, vt ità loquamur, oblitus, Adamū non verbis, vt reliqua creauit, non ſummâ vſus eſt imperij potentiâ, ſed ſemetipſum quodammodò humiliando, non abhorruit aquæ terram miſcere, lutum inſtar figuli alicuius conficere, & proprijs quaſi manibus hominem è limo facere pariter, ac pinſere. O infinitam in genus hominum Dei lenitatem, & clementiam! O immenſi iubar amoris ſplendidiſſimum! O cataclifmum liberalitatis omnis patentiſſimum! Formauit igitur Deus hodiè Adamum ex quadam potiſſimùm aquæ,& terræ mixtione, & ità formauit, vt tamen cetera elementa non excluſerit. Videmus enim hominem ex omnibus quattuor principijs conflatum, ſed præcipuè terræ, & aquæ elementis, ſenſuum quoque iudicio, conſtare. Vndè Moyſes à potiori, ac patentiori rerum maſsâ hominem effectum eſſe prodidit.

Cur Deus ex terra fecerit hominem. Quòd verò Deus Adamum potiùs ex hoc limo, quā ex aliquā aliā nobiliori, & cæleſti materiâ condere voluerit, ſummâ iſtius ſummi Figuli, ac Opificis ſapientiâ euenit. Si enim Deus illum ex vnâ etiā nobiliſſimâ Orbis parte efformaſſet, neutiquàm perfectus exſtitiſſet; ſed, cùm de omnibus Vniuerſi rebus participat, & ex illis diuinitùs cōpactus ſit, meritò Paruus Mundus poteſt appellari, & eò nobilior æſtimari

Digitized by Google

æſtimari quò illum non Angeli contrà Philonem in libro de Opere ſex dierum, formârunt, nec ad illos dixit Deus: Faciamus Hominem ſed Deus ipſe ſolus, vt Naturâ Vnus, & Perſonis Trinus, Adamum architectatus eſt, & de ipſius formatione cùm reliquis Trinitatis Perſonis, vt omnes ad illum effigiendum concurrerent, loquutus. *Philo.* *An Angeli fecerint hominem.* *Sermo Dei quibus.*

Ac proindè iudicamus Adamum non modò ad Trinitatis imaginem fuiſſe effectum; verùm etiam ex humo perbellè efformatum, & in modum pulcherrimæ, & artificioſiſſimæ Viri ſtatuæ effigiatum exſtitiſſe, in quam Deus poſteà Animam infundendo, & illam in verum hominem transformando Adamum effecerit. Nobis enim caput 2. Geneſeos videtur patrocinari. Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo apparet priùs Deum ſingula membra, quæ ſub faciei nomine, tamquàm nobiliori reliquis intelliguntur, delineaſſe, & affabrè efformaſſe, quàm Animam in ipsâ Viri Statuâ creaſſe. Porrò huic ſententiæ Diuus Chryſoſtomus Homil. 12. & 13. in Geneſim, Alphonſus Caſtro in Summâ de Hereſibus, ver. Anima, Hær. 3. Gennadius, & Abulenſis in caput 2. Geneſis, fauere videntur. Nam aliàs poſſet videri lutum illud animæ propriâ vi, ac virtute in carnem, medullas, ſanguinem, & oſſa conuerſum fuiſſe, animamq; ipſam hominem, non Deum efformaſſe. *In Adamo Trinitas.* *Adami ſtatua.* *Chryſoſt.* *Alphonſus.* *Gennadius.* *Abulenſis.*

Verùm quî Adamus ad Dei Imaginem factus ſit, proferamus. Et imago quidem, hoc loco, nil aliud eſt, quàm creata quædam ſimilitudo naturæ diuinæ in naturâ humanâ, per quam ille ſit quædam Dei peculiaris imago, ratione naturæ intellectualis cuius eſt præditus. Vndè aſſerimus in vnoquoque ſexu, & homine, ſiuè iuſto, ſiuè peccatore eſſe veram Dei imaginem. At imago hæc multiplex eſſe poteſt. Nam, vt homo ratione naturæ intellectiuæ, immortalis eſt, Dei immortalitati aſſimilatur, vt benè Gregorius Nyſſenus in Orat. Cath. capit. 5. & Auguſtinus libro de Quantitate Animæ, cap. 2. ſenſerunt; & in eo quoque, quòd homo ſit liber, & omnia poſſit cognoſcere, quodammodò Deum repræſentat, vt D. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. animaduertit; in eo etiam, quòd Liberi Arbitrij poteſtate donatus ſit, vt Diuus Bernardus in libro de Gratiâ, & Libero Arbitrio, Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthod. cap. 12. & D. Gregorius Nyſſenus libro de Hominis Opificio, cap. 4. annotârunt; in eo ſimiliter, quòd homo intellectu, & ratione dominium quoddam, & imperium obtineat in ceteras animantes, vt D. Baſilius Homil. 10. Hexameron conſiderauit, Deum referre videtur. Sunt, & aliæ quamplurimæ huius Imaginis notæ, vt verè D. Gregorius Nyſſenus libro de Opificio Hominis, cap. 5. dixerit, Multiplices, ac *Imago quid ſit.* *Imago multiplex.* *Nyſſenus.* *Auguſt.* *Ambroſius.* *Bernardus.* *Damaſcen.* *Baſilius.* *Nyſſenus*

varios

Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam:
Mox vbi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis, ſed vti, de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibusq; ſimillima ſignis:
Quæ tamen ex illis aliqua pars humida ſucco,
Et terrena fuit; uerſa eſt in corporis vſum:
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa:
Quæ modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpacio, ſuperorum numine Saxa
Miſſa Viri manibus, faciem traxere Virorum:
Et de Femineo reparata eſt Femina iactu.
Pulchrè. *Indè genus durum ſumus, experiensq; laborum,*
Et documenta damus quâ ſimus origine nati.

At hæc, cùm ſint fabuloſa Poëtarum commenta, relinquamus, & ad Deum hoc die Adamum ex limo terræ facientē, & diuinâ arte perpolientem mente accedamus.

Dei benignitas. Equidem in hac Primi hominis creatione, hominum generi vniuerſo certè apparuit quanto amore, quantâ clementiâ, & quantâ liberalitate Deus illum, & ipſius poſteritatem proſequatur. Nàm propriæ quaſi maieſtatis, & potentiæ, vt ità loquamur, oblitus, Adamū non verbis, vt reliqua creauit, non ſummâ vſus eſt imperij potentiâ, ſed ſemetipſum quodammodò humiliando, non abhorruit aquæ terram miſcere, lutum inſtar figuli alicuius conficere, & proprijs quaſi manibus hominem è limo facere pariter, ac pinſere. O infinitam in genus hominum Dei lenitatem, & clementiam! O immenſi iubar amoris ſplendidiſſimum! O catacliſmum liberalitatis omnis patentiſſimum! Formauit igitur Deus hodiè Adamum ex quadam potiſſimùm aquæ, & terræ mixtione, & ità formauit, vt tamen cetera elementa non excluſerit. Videmus enim hominem ex omnibus quattuor principijs conflatum, ſed præcipuè terræ, & aquæ elementis, ſenſuum quoque iudicio, conſtare. Vndè Moyſes à potiori, ac patentiori rerum maſsâ hominem effectum eſſe prodidit.

Cur Deus ex terra fecerit hominem. Quòd verò Deus Adamum potiùs ex hoc limo, quā ex aliquâ aliâ nobiliori, & cæleſti materiâ condere voluerit, ſummâ iſtius ſummi Figuli, ac Opificis ſapientiâ euenit. Si enim Deus illum ex vnâ etiā nobiliſſimâ Orbis parte efformaſſet, neutiquàm perfectus exſtitiſſet; ſed, cùm de omnibus Vniuerſi rebus participat, & ex illis diuinitùs cōpactus ſit, meritò Paruus Mundus poteſt appellari, & eò nobilior

æſtimari

Digitized by Google

æſtimari quò illum non Angeli contrà Philonem in libro de Opere ſex dierum, formârunt, nec ad illos dixit Deus: Faciamus Hominem ſed Deus ipſe ſolus, vt Naturâ Vnus, & Perſonis Trinus, Adamum architectatus eſt, & de ipſiuſq; formatione cùm reliquis Trinitatis Perſonis, vt omnes ad illum effigiendum concurrerent, loquutus. *Philo. An Angeli fecerint hominem. Sermo Dei quibus. In Adamo Trinitas.*

Ac proindè iudicamus Adamum non modò ad Trinitatis imaginem fuiſſe effectum; verùm etiam ex humo perbellè efformatum, & in modum pulcherrimæ, & artificioſiſſimæ Viri ſtatuæ effigiatum exſtitiſſe, in quam Deus poſteà Animam infundendo, & illam in verum hominem transformando Adamum effecerit. Nobis enim caput 2. Geneſeos videtur patrocinari. Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo apparet priùs Deum ſingula membra, quæ ſub faciei nomine, tamquàm nobiliori reliquis intelliguntur, delineaſſe, & affabrè efformaſſe, quàm Animam in ipsâ Viri Statuâ creaſſe. Porrò huic ſententiæ Diuus Chryſoſtomus Homil. 12. & 13. in Geneſim, Alphonſus Caſtro in Summâ de Hereſibus, ver. Anima, Hær. 3. Gennadius, & Abulenſis in caput 2. Geneſis, fauere videntur. Nam aliàs poſſet videri lutum illud animæ propriâ vi, ac virtute in carnem, medullas, ſanguinem, & oſſa conuerſum fuiſſe, animamq; ipſam hominem, non Deum efformaſſe. *Adami ſtatua. Chryſoſt. Alphonſus. Gennadius. Abulenſis.*

Verùm quî Adamus ad Dei Imaginem factus ſit, proferamus. Et imago quidem, hoc lòco, nil aliud eſt, quàm creata quædam ſimilitudo naturæ diuinæ in naturâ humanâ, per quam ille ſit quædam Dei peculiaris imago, ratione naturæ intellectualis cuius eſt præditus. Vndè aſſerimus in vnoquoque ſexu, & homine, ſiuè iuſto, ſiuè peccatore eſſe veram Dei imaginem. At imago hæc multiplex eſſe poteſt. Nam, vt homo ratione naturæ intellectiuæ, immortalis eſt, Dei immortalitati aſſimilatur, vt benè Gregorius Nyſſenus in Orat. Cath. capit. 5. & Auguſtinus libro de Quantitate Animæ, cap. 2. ſenſerunt; & in eo quoque, quòd homo ſit liber, & omnia poſſit cognoſcere, quodammodò Deum repræſentat, vt D. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. animaduertit; in eo etiam, quòd Liberi Arbitrij poteſtate donatus ſit, vt Diuus Bernardus in libro de Gratiâ, & Libero Arbitrio, Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthod. cap. 12. & D. Gregorius Nyſſenus libro de Hominis Opificio, cap. 4. annotàrunt; in eo ſimiliter, quòd homo intellectu, & ratione dominium quoddam, & imperium obtineat in ceteras animantes, vt D. Baſilius Homil. 10. Hexameron conſiderauit, Deum referre videtur. Sunt, & aliæ quamplurimæ huius Imaginis notæ, vt verè D. Gregorius Nyſſenus libro de Opificio Hominis, cap. 5. dixerit, Multiplices, ac *Imago quid ſit. Imago multiplex. Nyſſenus. Auguſt. Ambroſius. Bernardus. Damaſcen. Baſilius. Nyſſen.*

varios

Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam:
Mox vbi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis, ſed vti, de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibusq; ſimillima ſignis:
Quæ tamen ex illis aliqua pars humida ſucco,
Et terrena fuit, verſa eſt in corporis vſum:
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa:
Quæ modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpacio, ſuperorum numine Saxa
Miſſa Viri manibus; faciem traxere Virorum;
Et de Femineo reparata eſt Femina iactu.
Pulchrè. *Indè genus durum ſumus, experiensq; laborum,*
Et documenta damus quâ ſimus origine nati.

At hæc, cùm ſint fabuloſa Poëtarum commenta, relinquamus, & ad Deum hoc die Adamum ex limo terræ facientē, & diuinâ arte perpolientem mente accedamus.

Dei benignitas. Equidem in hac Primi hominis creatione, hominum generi vniuerſo certè apparuit quanto amore, quantâ clementiâ, & quantâ liberalitate Deus illum, & ipſius poſteritatem proſequatur. Nàm propriæ quaſi maieſtatis, & potentiæ, vt ità loquamur, oblitus, Adamũ non verbis, vt reliqua creauit, non ſummâ vſus eſt imperij potentiâ, ſed ſemetipſum quodammodò humiliando, non abhorruit aquæ terram miſcere, lutum inſtar figuli alicuius conficere, & proprijs quaſi manibus hominem è limo facere pariter, ac pinſere. O infinitam in genus hominum Dei lenitatem, & clementiam! O immenſi iubar amoris ſplendidiſſimum! O cataclismum liberalitatis omnis patentiſſimum! Formauit igitur Deus hodiè Adamum ex quadam potiſſimùm aquæ, & terræ mixtione, & ità formauit, vt tamen cetera elementa non excluſerit. Videmus enim hominem ex omnibus quattuor principijs conflatum, ſed præcipuè terræ, & aquæ elementis, ſenſuum quoque iudicio, conſtare. Vndè Moyſes à potiori, ac patentiori rerum maſsâ hominem effectum eſſe prodidit.

Cur Deus ex terra fecerit hominem. Quòd verò Deus Adamum potiùs ex hoc limo, quã ex aliquâ aliâ nobiliori, & cæleſti materiâ condere voluerit, ſummâ iſtius ſummi Figuli, ac Opificis ſapientiâ euenit. Si enim Deus illum ex vnâ etiã nobiliſſimâ Orbis parte efformaſſet, neutiquàm perfectus exſtitiſſet; ſed, cùm de omnibus Vniuerſi rebus participat, & ex illis diuinitùs cõpactus ſit, meritò Paruus Mundus poteſt appellari, & eò nobilior æſtimari

æſtimari quò illum non Angeli contrà Philonem in libro de Opere ſex dierum, fornnârunt, nec ad illos dixit Deus: Faciamus Hominem ſed Deus ipſe ſolus, vt Naturà Vnus, & Perſonis Trinus, Adamum architectatus eſt, & de ipſius formatione cùm reliquis Trinitatis Perſonis, vt omnes ad illum effigiendum concurrerent, loquutus. *Philo.* *An Angeli fecerint hominem.* *Sermo Dei quibus.*

Ac proindè iudicamus Adamum non modò ad Trinitatis imaginem fuiſſe effectum; verùm etiam ex humo perbellè efformatum, & in modum pulcherrimæ, & artificioſiſſimæ Viri ſtatuæ effigiatum exſtitiſſe, in quam Deus poſteà Animam infundendo, & illam in verum hominem transformando Adamum effecerit. Nobis enim caput 2. Geneſeos videtur patrocinari. Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo apparet priùs Deum ſingula membra, quæ ſub faciei nomine, tamquàm nobiliori reliquis intelliguntur, delineaſſe, & affabrè efformaſſe, quàm Animam in ipsâ Viri Statuâ creaſſe. Porrò huic ſententiæ Diuus Chryſoſtomus Homil. 12. & 13. in Geneſim, Alphonſus Caſtro in Summâ de Hereſibus, ver. Anima, Hær. 3. Gennadius, & Abulenſis in caput 2. Geneſis, fauere videntur. Nam aliàs poſſet videri lutum illud animæ propriâ vi, ac virtute in carnem, medullas, ſanguinem, & oſſa conuerſum fuiſſe, animamq; ipſam hominem, non Deum efformaſſe. *In Adamo Trinitas.* *Adami ſtatua.* *Chryſoſt.* *Alphonſus.* *Gennadius.* *Abulenſis.*

Verùm quî Adamus ad Dei Imaginem factus ſit, proferamus. Et imago quidem, hoc lòco, nil aliud eſt, quàm creata quædam ſimilitudo naturæ diuinæ in naturâ humanâ, per quam ille fit quædam Dei peculiaris imago, ratione naturæ intellectualis cuius eſt præditus. Vndè aſſerimus in vnoquoque ſexu, & homine, ſiuè iuſto, ſiuè peccatore eſſe veram Dei imaginem. At imago hæc multiplex eſſe poteſt. Nam, vt homo ratione naturæ intellectiuæ, immortalis eſt, Dei immortalitati aſſimilatur, vt benè Gregorius Nyſſenus in Orat. Cath. capit. 5. & Auguſtinus libro de Quantitate Animæ, cap. 2. ſenſerunt; & in eo quoque, quòd homo ſit liber, & omnia poſſit cognoſcere, quodammodò Deum repræſentat, vt D. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. animaduertit; in eo etiam, quòd Liberi Arbitrij poteſtate donatus ſit, vt Diuus Bernardus in libro de Gratiâ, & Libero Arbitrio, Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthod. cap. 12. & D. Gregorius Nyſſenus libro de Hominis Opificio, cap. 4. annotârunt; in eo ſimiliter, quòd homo intellectu, & ratione dominium quoddam, & imperium obtineat in ceteras animantes, vt D. Baſilius Homil. 10. Hexameron conſiderauit, Deum referre videtur. Sunt, & aliæ quamplurimæ huius Imaginis notæ, vt verè D. Gregorius Nyſſenus libro de Opificio Hominus, cap. 5. dixerit, Multiplices, ac *Imago quid ſit.* *Imago multiplex.* *Nyſſenus.* *Auguſt.* *Ambroſius.* *Bernardus.* *Damaſcen.* *Baſilius.* *Nyſſenr*

varios

æſtimari quò illum non Angeli contrà Philonem in libro de Opere ſex dierum, formárunt, nec ad illos dixit Deus: Faciamus Hominem ſed Deus ipſe ſolus, vt Naturâ Vnus, & Perſonis Trinus, Adamum architectatus eſt, & de ipſiusq; formatione cùm reliquis Trinitatis Perſonis, vt omnes ad illum effigiendum concurrerent, loquutus. *Philo.* *An Angeli fecerint hominem.* *Sermo Dei quibus.*

Ac proindè iudicamus Adamum non modo ad Trinitatis imaginem fuiſſe effectum; verùm etiam ex humo perbellè efformatum, & in modum pulcherrimæ, & artificioſiſſimæ Viri ſtatuæ effigiatum exſtitiſſe, in quam Deus poſteà Animam infundendo, & illam in verum hominem transformando Adamum effecerit. Nobis enim caput 2. Geneſeos videtur patrocinari. Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Ex quo apparet priùs Deum ſingula membra, quæ ſub faciei nomine, tamquàm nobiliori reliquis intelliguntur, delineaſſe, & affabrè efformaſſe, quàm Animam in ipsâ Viri Statuâ creaſſe. Porrò huic ſententiæ Diuus Chryſoſtomus Homil. 12. & 13. in Geneſim, Alphonſus Caſtro in Summâ de Hereſibus, ver. Anima, Hær. 3. Gennadius, & Abulenſis in caput 2. Geneſis, fauere videntur. Nam aliàs poſſet videri lutum illud animæ propriâ vi, ac virtute in carnem, medullas, ſanguinem, & oſſa conuerſum fuiſſe, animamq; ipſam hominem, non Deum efformaſſe. *In Adamo Trinitas.* *Adami ſtatua.* *Chryſoſt.* *Alphonſus.* *Gennadius.* *Abulenſis.*

Verùm quî Adamus ad Dei Imaginem factus ſit, proferamus. Et imago quidem, hoc loco, nil aliud eſt, quàm creata quædam ſimilitudo naturæ diuinæ in naturâ humanâ, per quam ille ſit quædam Dei peculiaris imago, ratione naturæ intellectualis cuius eſt præditus. Vndè aſſerimus in vnoquoque ſexu, & homine, ſiuè iuſto, ſiuè peccatore eſſe veram Dei imaginem. At imago hæc multiplex eſſe poteſt. Nam, vt homo ratione naturæ intellectiuæ, immortalis eſt, Dei immortalitati aſſimilatur, vt benè Gregorius Nyſſenus in Orat. Cath. capit. 5. & Auguſtinus libro de Quantitate Animæ, cap. 2. ſenſerunt; & in eo quoque, quòd homo ſit liber, & omnia poſſit cognoſcere, quodammodò Deum repræſentat, vt D. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. animaduertit; in eo etiam, quòd Liberi Arbitrij poteſtate donatus ſit, vt Diuus Bernardus in libro de Gratiâ, & Libero Arbitrio, Damaſcenus lib. 2. de Fide Orthod. cap. 12. & D. Gregorius Nyſſenus libro de Hominis Opificio, cap. 4. annotárunt; in eo ſimiliter, quòd homo intellectu, & ratione dominium quoddam, & imperium obtineat in ceteras animantes, vt D. Baſilius Homil. 10. Hexameron conſiderauit, Deum referre videtur. Sunt, & aliæ quamplurimæ huius Imaginis notæ, vt verè D. Gregorius Nyſſenus libro de Opificio Hominis, cap. 5. dixerit, Multiplices, ac *Imago quid ſit.* *Imago multiplex.* *Nyſſenus.* *Auguſt.* *Ambroſius.* *Bernardus.* *Damaſcen.* *Baſilius.* *Nyſſenus*

varios

varios eſſe huius imaginis colores, quibus natiua Dei forma ad viuum exprimitur; Sed nos breuitati intenti, alias conſultò omittimus, & dicimus ſolùm omnes Trinitatis perſonas Hominem referre, vt etiam D. Thomas par. 1. quæſt. 93. art. 5. Gregorius Nyſſenus Orat. in illud: Faciamus Hominem. Ambroſius lib. 6. Hexameron, capit. 8. & Auguſtinus lib. 12. de Trinitate, capit. 6. ſapienter affirmarunt.

Homo refert Trinitatem.
Aquinas.
Nyſſenus.
Ambroſius.
Auguſt.

Hinc itaque eluceſcet Hominem ſecundum corpus propriè, nullatenùs Dei imaginem exprimere; cùm Deus corporeus nullo modo ſit, contrà Audæum Antropomorphitarum anteſignanum apud Epiphanium Hær. 70. & Theodoretum lib. 4. Hiſt. cap. 10. & Martinum Lutherū in Geneſim, Deū corpore præditū hæreticè exiſtimantes: Impropriè autem, & per accidens fatendum eſt in humano corpore quodammodò Dei imaginem ſplendeſcere, vt D. Auguſtinus lib. 83. Quæſtionum, quæſt. 51. & Magiſter Sententiarum in 2. diſtin. 16. docuerunt. Nam, cùm Hominis corpus ad terram non ſit pronum, & abiectum, vt belluarum, ſed erectum, & ad ſplendorem illum cæli, & aſtrorum contemplandum effectum, indicare hoc ipſo videtur in animâ eſſe intelligendi facultatem, Hominemq; illâ mediante, fieri rerum cæleſtium, ac æternarum participem, & catenùs Dei imaginem repræſentare. Hæc ferè Ouidius quoque lib. 1. Metamorphoſeos cognouit.

An homo Deum corpore referat.
Epiphan.
Theodoret.
Auguſt.
Magiſter.
Ouidius.

Sanctius his Animal, mentiſq. capacius altæ
Deerat adhuc, & qui dominari in cetera poſſet:
Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille Opifex rerum, mundi melioris origo:
Siuè recens tellus, ſeductaq. nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat ſemina cæli:
Quem ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaq. cum ſpectent animalia cetera terram,
Os Homini ſublime dedit, cælumq. videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Eugubinus, Oleaſter.

Et quamuis hæc ità ſe habeant: tamen omninò hallucinati ſunt Auguſtinus Eugubinus in ſuâ Coſmopeiâ, & Hieronymus Oleaſter in caput 1. Geneſis, credentes Deum, cùm Adamum condere vellet, quamdam Humani corporis formam induiſſe, vt cum Homine poſteà facto inſtar Hominis ſermocinari poſſet; & ideò dixiſſe: Faciamus Hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; eam ſcilicet

ret corpoream, & Humanam, quam præ ſe ferebat.

At hoc commentum, cum nullo, vel Scripturæ teſtimonio, vel Sanctorum Patrum auctoritate, vel etiam ratione fulciatur, certum eſt per ſe corruere. Quamquàm non negamus, Deum corpus quoddam Humano ſimile aſſumere potuiſſe, tùm quandò Adamum, Euamq; formauit; tùm quandò ad eum cunctas animantes, ipſamq; Euam adduxit; tùm denique quandò ad auram poſt meridiem deambulauit, Adamumq; pellibus contexit, & ex illo deliciarum domicilio exturbauit. Hæc enim omnia, ſupponunt vocem, motum, aſpectum, conuerſationem, & familiare, vt ità dicamus Dei cum Adamo colloquium? Quæ profectò Deus non niſi mediante aliquo corpore formato, & aſſumpto, eoq. Humano, tamquàm perfectiſſimo peragere potuit. Quòd ſi Moyſes illum facie ad faciem toties intuitus eſt, & Martyrum anteſignanus Stephanus, & Doctorum Paulus ipſius Dexteram, abſque dubio ſub Humanâ ſpecie viderunt, quantò magis Adamus Deum quodam quaſi mortalitatis noſtræ velo obtectum conſpexit?

An Deus in formatione Adami corpus ſibi fabricauerit.

Sed viro relicto, ad ipſius Conſortis formationem appropinquemus: Origenes certè, Chryſoſtomus, Eucherius, Ambroſius Catharinus in Geneſim, & Aquinas par. 1. quæſt. 73. artic. 2. ad 3. crediderunt Euam, aut poſt ſextum diem, aut ipſo die ſeptimo fuiſſe formatam. Quæ opinio apertè contrà Geneſis hiſtoriam militat, & communem Patrum, & Eccleſiæ traditionem, nec refutatione magnoperè videtur indigere. Porrò conſentaneum omninò fuit, vt in illâ primâ rerum inſtitutione, Mulier quoque à Deo conderetur, vt Adamus feminæ conſortio mediante, genus humanum propagare potuiſſet. Atque hinc dixit Deus Geneſis 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: ſimile certè non ratione ſexus, ſed ſpeciei. Neque verò ſolum propter prolem Mulier videtur formata, ſed etiam propter alia domeſtica opera, quæ potiùs muliebria ſunt, quàm virilia, vt Ariſtoteles lib. 8. Ethic. cap. 12. & lib. 3. Oeconom. cap. 3. notauit.

Origenes. Chryſoſtom. Eucherius. Catharin. Aquinas.

Cur Deus creauerit feminam.

Ariſtoteles.

Eua autem verè ex quadam Adami Coſtâ, atque adeò ex ipſo effecta eſt, contrà Origeniſtas, vt refertur in ſexta Synodo Generali, Act. 11. in Epiſt. Sophronij Patriarchæ Hieroſolymitani, & contrà Caietanum in caput 2. Geneſis negantes Euam propriè ex Adamo formatam fuiſſe. Sed in hos exclamant Theologi omnes in 2. diſt. 28. Geneſis caput 2. Eccleſiaſtes 17. Actorum 17. & 1. ad Corinth. 11. Item Innocentius III. in cap. Gaudeamus. Extrà de Diuortijs, & Clemens V. in Concilio Viennenſi, vt in Clement. vnicâ, de Summâ Trinit. & Fide Cathol. habetur. Et quamuis ex Adami Coſtâ Eua producta ſit: non ſequitur tamen mutilum, aut monſtroſum Adamum

Eua vnde.

Sophronius. Caietanus.

Innocētius. Clemens.

Digitized by Google

An Adamus fuerit monſtroſus.

mũ remanſiſſe; cũ Deus locũ illũ illicò diuinitùs materiâ impleuerit.

Cur Deus Euã ex Adamo formauerit.

Voluit autem Deus Euam ex Adam formare; tùm, vt ſe mutuò vnicè diligerent; tum, vt femina ſe viro inferiorem eſſe cognoſceret; tùm denique, vt Deus hac ratione ſignificaret futurum, vt Eccleſia, quæ per Euam intelligitur vim, & formam quamdam gratiæ ſpiritualis ex Sacramentis à Chriſto inſtituendis acciperet; quæ ex latere Adami, Chriſti nimirùm in Cruce dormientis, quandò Sanguis, & Aqua defluxit, manârunt.

Eua an ſolũ ex illa coſta facta fuerit.

Demùm Eua non tantùm ex illâ coſtâ, quæ ſat exigua fuit, & inſufficiens, vt ex illâ muliebre corpus formaretur, ædificata eſt; ſed Deus terræ limum, vt cùm Adamum condidit, accepit; & mulierem perfectam ex illo abſque materię alterius additione, vel rarefactione, vel nouæ carnis coſtæ additione, formauit.

Atque hinc quattuor fermè modos hominum productionis videmus. Nam, vel eſt abſque viro, & feminâ, vt Adami, vel ex viro ſinè feminâ, vt Euæ, vel ex feminâ ſinè viro, vt, Chriſti Domini, vel dènique ex viro, & feminâ, vt ceterorum hominum.

Adami Ecſtaſis.

Poſtremò, cùm ille Adami ſomnus, vera Ecſtaſis fuerit; credendum eſt ſinè vllo doloris ſenſu à corporis compage coſtam illam detractam fuiſſe; quandoquidem in tali ſenſuum omnium profundiſſimo ſopore, & vinculo, nullus etiam cruciatus percipi ſolet. De hac porrò Adami Ecſtaſi præclarè D. Auguſtinus lib. 9. ſuper Geneſim ad litt. cap. vltimo. ſcriptum reliquit.

An homo habeat dominium in animantes.
Baſilius.
Auguſt.
Thomas.

Quod reliquum eſt, de Dominio Adami in animantes omnes, videamus. Ac, vt certum eſt Adamum in ſtatu Innocentiæ plenum imperium in omnes etiam ferociſſimas, & ſilueſtres belluas habuiſſe; ità verum eſt hominem nunc etiam in ſtatu naturæ corruptæ, poſſidere, vt ex Geneſis, cap. 9. ex Pſalmo 8. Eccleſiaſ. 17. D. Baſilio Homil. 10. Hexameron, & ex D. Auguſtino lib. 83. Quæſtio. quæſt. 13. & lib. 9. ſuper Geneſim ad litt. capit. 14. apparet, & a D. Thomâ par. 1. quæſ. 96. art. 1. aliquot rationibus probatur; etſi non ità perfectum, cũ iam homo non benè naturas animalium calleat, ac proindè non poſſit facilè cum illis agere, & obedientiam obtinere, niſi diuini Numinis imperio, quo in hoc ſtatu etiam viris Sanctitate illuſtribus, vt illis ad nutum parerent, fuerunt pertracta.

Paradiſus vbi.
Philo.
Epiphanius.
Hieronym.
Auguſt.

Nunc de Paradiſo illo, & deliciarum omnium pleniſſimo loco in quo primi mortaliũ Genitores à Deo collocati fuerũt, aliquid attingamus. Et quidẽ Philo in lib. de Allegorijs Legis Moſaicæ, & Origenes apud Epiphanium in Epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitanũ, & D. Hieronymus in Epiſt. ad Pamachium, arbitrati ſunt Paradiſum hunc in tertio cælo collocatũ fuiſſe. Eadem videtur fuiſſe Ambroſij lib. de Paradiſo, Hermetis, & Seleuci hęreticorum ſentẽtia, teſte D. Aug. lib.

de

de Hæreſibus, cap. 59. & Alcorani exiſtimantis in Paradiſo eſſe flumina pretioſiſſimis liquoribus, vini, nectaris, & ambroſiæ manantia, arboresq; penè aureas diuinis quaſi fructuum omnium ſpeciebus onuſtas, & ſimilia ridicula Turcorum quamplurima commenta, quæ riſu explodendimus, & Sanctorum Patrum de terreſtri Paradiſo ſententiam, Auguſtini videlicet lib. 8. ſuper Geneſim ad litt. cap. 1. & ſequentib. & lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 21. & q. 27. in Geneſim, Iſidori lib. 14. Etym. cap. 3. Damaſceni lib. 4. de Fide Orthod. cap. 13. Nyſſeni Orat. 5. in Orationem Dominicam, & Baſilij Homil. 11. Hexameron amplectimur aſſerentium Paradiſum illum verè in hoc terrarum Orbe, & Mundo ſublunari olim exſtitiſſe. *Alcoranus. Auguſt. Iſidorus. Damaſcen. Nyſſenus. Baſilius.*

Hic porrò Paradiſus inter reliquas, binas alebat arbores; alteram è cuius fructuum eſu Homini immortalitas; alteram rerum omnium, Boni, Maliq; ſcientia, videlicet ſingulari Dei munere, proueniebat.

Et illa rectiſſimè arbor Vitæ appellabatur, quia eius fructus eſu mediante, nec calor naturalis debilitabatur, nec humidum radicale per continuam actionem, & paſſionem, & humidi extranei ex ciborũ vſu accedentis admixtionẽ, diminuebatur, vt iam fieri conſueuit; ſed Hominem perpetuò vegetem, ac florentẽ, nè illum annoſa ſenectus diſſolueret, conſeruabat. Quamquàm inficiari non poſſimus diuinitùs fuiſſe quoque Homini inditam quamdam qualitatem in animâ, contrà Scotum in 2. diſt. 19. quæſt. vnicâ, quæ illum immortalẽ efficiebat. Hæc autẽ nil aliud fuit, niſi donum Originalis Iuſtitiæ, quo per peccatum amiſſo, Adamus illicò fuit illâ immortalitatis diuinâ veſte ſpoliatus. *Arbor vitæ. Scotus. Iuſtitia Originalis.*

Arbor verò Scientiæ Boni, & Mali, ideò dicta fuit, vel quia virtute quadam illi diuinitùs tributâ, hominis intellectum ex illâ comedẽtis reſerabat, & decus, atque dedecus aperiebat, vt quandò primi Homines nuditatis ignominiam cognouẽre; vel quia certè futurum erat, vt ſi Adam ex illâ comedendo diuini Numinis preceptum tranſgrederetur, in ſe per experientiam Malum, & per conſequens eius differentiam Bonum cognoſceret. Contraria enim ſub eodem genere, veluti duce militant, & eorũdem par eſt ratio, & iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt. Vndè fatendũ eſt ex hoc fonte nomẽ iſtud arboris profluxiſſe. Narrat Epiphanius in 37. Hæreſim ex hac Hiſtoriâ fuiſſe nonnullos etiam poſt Chriſti aduentum, qui Serpentem, quaſi auctorem ſcientiæ Boni, & Mali diuino cultu honorarent. Ferũt quoque Pherecidem Syrum dixiſſe Dæmones à Ioue è cælo deturbatos, eorumq; Principem cognominatum eſſe Ophioneum, ſcilicet ſerpentinum. *Arbor ſcientia.*

Quòd verò iſtæ arbores, & ipſe Paradiſus nunc etiam exſiſtat, crediderunt Theologi fermè omnes in 2. diſt. 17. & D. Thomas par. 1. quæſt. 102. art. 1. ad 2. & 3. & art. 2. col. 3. & 4. Sed verius eſt Paradiſum illum *An Paradiſus terreſtris adhuc exſtet.*

Digitized by Google

illum terreſtrem nullatenùs amplius extare. Nam ex Geneſis 7.
proditum eſt diluuium Noëticum omnes Orbis terræ partes inundaſ
ſe, altiſſimosq; montes vniuerſos quindecim cubitis ſupergreſſum.
Ex quo euincitur Paradiſum illum fuiſſe ex tam altâ, & tot menſium
diuturnâ aquarum eluuie, penitùs obrutum,& deſtructum. Et certè,
cùm notæ ſint illorum fluuiorum origines, qui Geneſis 2.ex Paradi-
Ariſtoteles. ſo oriri dicuntur,vt Ariſtoteles lib.1. Meteor.cap. penultimo,& vlti-
mo teſtatur & cum etiam notus ſit ex Moyſis deſcriptione locus in
quo olim Paradiſus conſitus erat, nempè ad Orientis oras circà Ar-
meniam, Meſopotamiam, & Aſſyriam; tamen, cum nullus morta-
lium; poſt Diluuium ſaltem, eum vidiſſe perhibeat; fateri omninò
oportet,Paradiſum illum olim emarcuiſſe. Neſcimus autem quis lo-
cus in terris,& aquis tam remotus,& recõditus, manſerit hominibus
inacceſſus, quæ bella totum terrarum Orbem non peruaſerint, quæ
Regum priſcorum curioſitas Orbem vniuerſum non penetrauerit?
Siculus. Etenim legimus apud Diodorum Siculum lib.1. Antiquitatum,
Oſiridis Pe- Oſiridem Aegypti Regem,antequam Iacob in Aegyptum anno cir-
regrinatio. citer centeſimo, ſe conferret, omnem propè Orbem peragraſſe, &
ad Indorum deſertos fines, & vſque ad Iſtri fontes, qui Arcto ſubia-
cent,perueniſſe, & Oceanum ipſum qui omnia Zonæ torridæ loca
circumfluit,adijſſe,& in Aethiopiâ ſuprà Aegyptum Meridiem ver-
ſus multas vrbes condidiſſe; quòd etiam quædam harum rerum in-
ſcriptio in columnâ Niſæ Arabici montis inciſa, fatetur. Narrat ve-
Marcellin. rò Marcellinus lib. 17. in Obeliſco quodam, hæc verba fuiſſe inſcul-
Tacitus. pta: Dominus Orbis terrarum Rameſthes longæuus; huncq; affir-
mat Cornelius Tacitus dominatum fuiſſe Lybiæ,Aethiopiæ,Mediæ,
Perſiæ,Bactrianæ,Scythiæ,Syriæ,Armeniæ,Cappadociæ,Bithiniæ,
Rameſthis & Liciæ. Vixit autem iſte iuxtà Euſebium quadringentis, octuagin-
ætas. ta tribus annis antè Salomonem. Salomon porrò, claſſe miſsâ traie-
Dominium. cit oſtia rubri maris, media inter Tropicum Cancri, & Aequinoctia-
Salomonis lem circulum.Et Tyrij omnium longiſſimas inſtituerunt quoque na-
nauigatio. uigationes,& in pluribus Africæ locis Colonias erexerunt, teſte He-
Tyriorũ na- rodoto in Euterpe,eamq; totam, vt ille lib.4. ſcribit, circumnauigâ-
uigatio. Herodotus. runt, & in ſinu Perſico Colonias propè Tropicum Cancri, vt narrat
Strabo. Strabo lib.16. duxerunt, & vſque ad Alexandri Magni tempora per
annos ferè ſexcentos cuncta maria circumnauigando, floruerunt.
Strabo. Idem Strabo lib.16. & Sacra Hiſtoria referunt Seſoſtrem,quem illa
Seſoſtris iter Seſac appellat, quinto anno Roboam filij Salomonis, Hieruſalem
cum mille ducentis curribus, ſexaginta millibus equitum,& immani
peditatu veniſſe, & Aethiopes,ac Troglodytas, qui ſub circulo Aequi
noctiali degunt, in ſuam poteſtatem reduxiſſe, & Diræ oſtia, quæ
inter ipſum Cancri Tropicum, & Aequinoctialem plagam ſita ſunt,
ſibi

Digitized by Google

ſibi ſubieciſſe. Porrò Herodotus libro 4. recitat Nechaonem cũ nauibus Phœnicas miſiſſe, qui Africæ littora omnia Zonæ torridę ſubiecta luſtrarent, eosq. è mari Rubro ſoluiſse, & Africam totam circum nauigaſſe, & poſt bienniũ ad Herculis columnas perueniſſe. Hic Nechao erat Aegypti rex, & temporibus Ieremiæ Prophetæ vixit, fecitq. Ioſiam Iudææ regem occidere. At Strabo lib. 17. & Herodotus lib. 2. & 3. prodiderunt Cambyſem Perſarũ regem, euerſo Aegyptiorum vetuſtiſſimo regno, maximis copijs inſtructum, annonæq. apparatu abundantiſſimo confiſum, intima Zonæ torridæ peruaſiſſe, & Meroëm ſororem, cuius ſepulchrum inſulæ Meroë nomen dedit, in illã expeditione amiſiſſe. Hæc autem inſula à Nilo circumdata, media ab Aequinoctiali, & Tropico Cancri intercipitur. Et certè Alexãder Magnus homo curioſiſſimus, & dominandi cupiditate flagrantiſſimus, qui, vt non modò hunc orbem, ſed, & alios plures, quos eſſe credebat, inuaderet, vltima terrarum ſola, teſte Q. Curtio, penetrauit, & omnes Boreæ, ac Auſtri, & Solis orientis, & occidentis oras delegit, & tamen cum reliquis Paradiſum hunc minimè adinuenit. Strabo quoque qui Octauiano, & Claudio Imperatoribus uixit, & diligentiſſimè de Geographiã ſcripſit, in Aegyptum vnà cum Aelio Gallo profectus fuit, Thebas inuiſit, & ſingula illarum regionum circumiacentia loca perſpexit, & inuenit dimidium Zonæ torridæ, vt lib. 2. affirmat, habitari. Auguſto autem imperante, vt conſtat è Plinio lib. 6. cap. 29. P. Petronius vir Equeſtris ordinis, Aegyptijs præfectus, omnia Aethiopum quæcumque exſtabant opida expugnauit, & progreſſus à Syene octingentis ſeptuaginta milliarijs, tranſgreſſus eſt Aequinoctialem circulum. Et Iuba Mauritaniæ rex ſe Nili fontes in quodam inferioris Mauritaniæ monte inueniſſe, affirmabat, vt Plinius lib. 5. cap. 9. prodidit. Et idem Plinius refert lib. 6. cap. 29. vnam Meroem dediſſe priſcis ſæculis Armatorum ducenta, quinquaginta millia, & Artificũ quadringenta millia aluiſſe. Et nonnè lib. 2. Paralip. c. 14. legimus ZARAM Aethiopũ regem, Asà viuente, in Iudeã perrupiſſe, & ſecum decies centena armatorum millia perduxiſse?

Herodot. *Nechonis nauigatio.* *Nechonis etas.* *Strabo.* *Herodot.* *Cambyſis iter.* *Vnde Meroe inſula.* *Strab. etas.* *Plinius.* *Nili fons.* *Plinius.* *Meroes opulentia.*

Ac, vt in luce clariori res proſpiciatur, ſcimus per annos fermè à Diluuio Per mille nongentos Viginti non defuiſse quãplurimos viros indagandæ veritatis ſtudioſiſſimos, & orbẽ totũ inuiſendi curioſiſſimos ex ſingulis nationibus, qui oĩa, etſi diligentiſſimè ſint rimati, & præcipuè Hebræi, tũ pp plagæ, vbi dr Paradiſus cõditus, vicinitatẽ; tum propter cũ oculis vſurpandi, curioſitatẽ: tñ nullus mortalium vnq̃ prodidit ſe illũ vidiſse. Quò nõ Reges illi, ac tanti Iudęi, & exteri penetrarũt, quò nõ tot exercituũ immenſæ copiæ inũdarũt, quẽ terrę ſeiunctiſſimũ ẽt angulũ, & abſtruſũ nõ adierunt? Certè Ioſephus Flauius qui Hebræorũ Antiquitatẽ accuratiſſimè deſcripſit, & oĩa ſuę gẽ-

Manipulus

Pp tis

tis diligentiſſimè ſcrutatus eſt; ſi Paradiſus iſte poſt Diluuium extitiſſet, & ab aliquo, vel à ſeipſo repertus fuiſſet, litteris profectò conſignaſſet. Scimus autem iam totum orbem terrã, mariq. eſſe peruagatũ, & ea, quæ erant inculta, & horrentia terrarum loca, & ferarum potiùs cubilia, quàm ſedes hominum, nunc pulcherrimis ædificijs eſſe ornata, ſplendidiſſimis vrbibus illuſtrata, viaſq. tutiſſimo itinere perductas, agroſq. diligenti culturâ expurgatos, & cũcta denique à ſqualore, & impedimentis vindicata. Ecquid agimus? Teſtes huius veritatis

Locorum diſtantia. ſunt ipſæ Indiæ patrũ noſtrorũ memoriâ repertæ. Hæ quamq̃ ſint remotiſſimæ, veteribus omnibus incognitæ, & à ſe inuicem diſiũctiſſimæ, ità, vt cũ Sol Canariæ, & Viridi Promontorio oritur, Maluchis, Philippinis, & Iaponijs occidat; & cũ Galleciæ, & mari Vermeo eſt Meridies, Maldiuaribus, & Zeilanis media nox fit: tamen hominum induſtria, & ſagacitas poſt ampliſſima terrarum, mariſq. ſpacia emenſa eò peruenit, & totum orbẽ ab Occaſu ad Ortũ, ab Aquilone ad Auſtrum peruagata eſt, & nos credemus Paradiſum in hoc noſtro orbe, in Aſiâ, atque in ipsâ Aſſyriâ exſiſtere incognitum, & inuiſum?

Impoſſibile. Credemus nè Rameſthẽ Meſopotamiæ, Aſſyriæ, & Armeniæ regem in cuius regnis Paradiſus Terreſtris plãtatus fuit, & qui noſcẽdi, & vidẽdi ſtudio totũ terrarũ orbẽ peruaſit, Paradiſi famâ, nomẽq. aut nõ audiuiſſe, aut illum non quæſiuiſſe, aut inuentum non propalaſſe?

Næ, ſi Paradiſus iſte in aliquo terrarum loco exſtaret ſuperſtes, quattuor illis fluuijs ducibus certiſſimo itinere ad illum duceremur, qui ex illo olim egrediebantur. At ipſorũ fontes toties viderũt priſci, toties perſpexerunt moderni, & nuſquàm tamen Paradiſus iſte inuẽtus eſt, niſi fortè nudum ipſius ſolum conſpectum.

Gangis fons. Ioſephus. Epiphan. Auguſt. Hieronym. Strabo. Plinius. Iſidorus. Nam Phiſon, qui Ioſepho lib. 1. Antiquit. Epiphanio in Ancorato, Auguſt. lib. 1. de Geneſi ad litt. cap. 7. & Hierony. libro Trad. Hebr. in Geneſim, & Epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum, eſt Ganges Indiæ flumen, qui Strabone lib. 15. Plinio lib. 6. cap. 18. Iſidoro lib. 13. Etym. cap. 21. auctoribus, ex Caucaſo Indiæ monte ſuam originem obtinet:

Epiphan. Nili fons. Plinius. Gehon verò, qui Epiphanio in Ancorato, & in epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitanum, eſt Nilus, & peragrat Aethiopiam cui dominatur Pretioſus Ioãnes, ſuoſq. fontes, teſte Plinio lib. 5. in Mauritaniâ poſſidet. Verum à recẽtioribus cõperta ſunt Nili primordia ex ampliſsimis paludibus propè montes Lunæ, non procul à celebri Promontorio Bonæ Spei, vbi extremum eſt totius terræ Continentis, ſecundum latitudinem verſus

Lucanus. Plinius. Tigris fons Auſtrũ, profluere, vt iam meritò ſilere debeat Lucanus lib. 10. Pharſaliæ, & Palinodiam de Nili faucibus inuẽtis, cantare, cùm iã plurima quoque veteribus incognita, ſint hominum induſtriâ, ſagacitate, & labore deprehenſa. Tigris autem, Plinio lib. 6. cap. 27. referente oritur in quadam planitie Armeniæ Maioris, & influit lacum Arethu-

ſam,

ſam, indè in Tauri montis ſpecum, mergitur, & emergendo varia terrarum ſpacia irrigat. Euphratem denique Plinius lib. 5. capite 24. & 26. Strabo lib. 11. Q. Curtius libro 5. Philoſtratus libro 1. de Vitâ Apollonij, cap. 14. referunt exundare in Armeniæ Maioris Caranitide præfecturâ, vel in monte Abâ, vel radicibus Capoten, & ſinuoſum Meſopotamiam, ac Babylonem præterlabi. Vndè veritati Coſmographiæ non videtur conſonum, quòd Boetius lib. 5. de Conſolatione prodidit, vno, eodemq. fonte, & Tigrim, & Euphratem erumpere, dùm cecinit.

Plinius. Strabo. Curtius. Philoſtr.

Euphratis fons.

Boetius.

Rupis. Achamenia ſcopulis, vbi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula, pugna fugax.
Tigris, & Euphrates vno ſe fonte reſoluunt,
Et mox abiunctis diſſociantur aquis.

Neque verò alicui mirum videri debet ex remotis locis hos fluuios erumpere, Gangem ex Caucaſo, Euphratem ex Abâ, Tigrim ex Armeniâ, & Nilum ex Lunæ montibus ſcaturire; cùm certum ſit Paradiſum Terreſtrem ampliſſima, maximaq. terrarum ſpacia continuiſſe, vt infinitas arborum ſpecies, & animantum figuras, plantarumq. varietates innumerabiles ſuis ſepibus, ac terminis, tāquàm in variegato, ac pulcherrimo rerum omnium emblemate, coercere poſſet, quæ hortulus minimè excepiſſet. Quæ, cùm ita ſint, Paradiſum hunc omninò arbitramur abs Diluuij immenſâ eluuione fuiſſe arenâ, cœnoq. coopertum, & ſublatum. Verùm enim verò hæc de diuinis rerū Originibus breuiter dicta ſufficiant; nunc ad earumdem Euerſionem, & Mundi Conflagrationem deſcribendam, properemus.

Cur hi fluuij ſint tam procul à ſe inuicem diſſiti.

Paradiſus Terreſtris delatus.

Equidem, vt Mundi interituri fundamenta iaciamus, ſciendū eſt Deum rerum omnium primam, ac ſupremam cauſam nullâ neceſſitate, ſed liberâ voluntate dumtaxat agere. Siquidem à nullo ſuperiori cogi poteſt; cum principio, nihil prius, ſupremo nihil ſuperius inueniatur; nec ab æquali; quia ſi cogere poſſet, non eſſet æqualis, & nihil habet æquale, niſi ſeipſum, & à ſeipſo haud cogi poteſt; nec ab inferiore; cum ſit infinitæ poteſtatis, & ſuper omnia conſtitutus, & à nullo dependeat, ſed cetera omnia ab illo, ac tota hæc rerum Vniuerſitas, tamquàm creatura à creatore, linea à puncto, vita ab animâ neceſſariò dependent. Vndè fit, vt nihil ſuâ naturâ æternum eſſe poſſit, cuius prima cauſa voluntaria eſt. Status enim, & conditio illius, ab alterius arbitrio, ac voluntate dependet. Et cùm Deus huius Mundi cauſa fictrix, & conſeruatrix à fatis, & adraſtiæ legibus ſoluta, ac libera ſit, certum eſt Opificiū iſtud Mundi ab eâ deſeri poſſe, ex quo ipſius ruinā ſequi neceſſe eſſet, & eò magis, quò Mundum tamdem aliquandò

Mundi interituri fundamenta.

Deus liber, & ſupremus.

Deus poteſt mūdum deſerere.

Digitized by Google

David. *Iſaias.* *Scotus.* quandò interiturum, Deus, teſte Vate Regio Pſalm. 101. Iſaiâ, capite 65. & Scot. libro 2. Sentent. diſtinct. 2. quæſt. 1. art. 2. ſenio, ac vetuſtate decreuit, quod fluxa ipſius, & caduca natura etiam apertiſſime demonſtrat. Nam, cùm Mundi partes elementares, & eſſentiales viciſſim corrumpuntur, quis dicet Mundum eſſe ab interitu immunem, cùm ſapor, ac natura totius Oceani, ex vnâ etiam guttulâ deprehendatur?

Mũdi partes corruptibiles.

Cæli caſuri. Neque verò ſolùm hunc puſillum orbem ſublunarem caſurum credimus; ſed etiam Cælos ipſos omnes, Empyreo excepto, in fauillas reducendos, arbitramur. Etenim, cùm Cælum quoddam corpus ſit non phantaſticum, aut mathematicum, ſed phyſicum, ex partibus conflatum, & mobile, vt Ariſtoteles libro 1. de Cœlo, Auguſtinus lib. 6. de Trinitate, cap. 5. Scotus lib. 1. Sententiarum, diſtinct. 8. quæſt. 1. & Auerroes libro de Subſtantiâ orbis, teſtantur, idem quoque diuiſibile, patibile, ac diſſolubile eſſe, neceſſe eſt. Et profectò, cum cęlum materiâ coagmentetur, quam corruptionis principium Ariſtoteles libro 3. Phyſ. appellauit, & figurâ præditum eſſe appareat, etiam qualitate conſtabit. Et verò, cum omnis motus naturalis neceſſariò ad quietem feratur, vt Ariſtoteles libro 1. de Animâ, cap. 8. lib. 3. Meta. & lib. 10. Ethic. ad Nicomachum fatetur; & cùm corpus mobile, ac finitum, infinito, ac æterno motu agitari abſurdum ſit, ſequitur cæleſtia tamdem conquietura, & huic Mundo exitium certiſſimum allatura. Porrò idem probari poteſt ex generatione hominum, & multiplicatione, qui cum à materiâ finitâ oriantur, & Mundo finito coerceantur, impoſſibile eſt hominum corpora fieri infinita, & finem numquam habitura. Quod ſi Gabriel in 2. Sentent. diſt. 2. quæſt. 1. falsò credidit Angelos naturâ ſuâ eſſe corruptibiles, & ſolùm à Deo gratiosè conſeruari, vt etiam idem de Angelis, & Animabus ſenſit D. Hieronymus libro contra Pelagianos, & Damaſcenus libro 2. Fidei Orthod. cap. 3. & Synodus VI. generalis, Act. 11. & D. Gregorius libro 19. Moral. cap. 8. aſſeruit. Omnia in nihilum naturâ ſuâ conuertenda eſſe, niſi manus Omnipotentis illa ſuſtentaret; quantò magis credendum eſt Deum hæc caduca, & fluxa flammis ablaturum? Equidem, ſi generatio, & hominum multiplicatio in infinitum ſe extenderet, eorum numerus, vtpote infinitus, nec ab ipſo Deo poſſet comprehendi, & numerari, & ipſorum hominum generatio ad nullum finem, quòd ab omni ratione alienum eſt, ordinata fuiſſet. Verùm Plinio teſte, omnes Scriptores conqueruntur hominum corpora, robur, & vitam ſemper imminui. Hinc legimus Oreſtem Agamemnonis filium octo cubitos in longitudinem habuiſſe. Et Vitruuius iuſtam hominis magnitudinem ſex pedibus definit. At nunc qualia, & quàm puſilla mortalium corpora? Nani profectò hominũ priſcorũ cõparatione

Ariſtot. *Auguſt.* *Scotus.* *Auerroes.* *Materia corruptiõis fons.* *Ariſtot.* *Omnis motus refertur ad quietem.* *Ariſtot.* *Hoïes non poſſunt in infinitum generari.* *Gabriel.* *Ieronym.* *Damaſc.* *Gregor.* *Hominum corpora decreſcunt.* *Oreſtis ſtatura.* *Hominis menſura.*

ne

ne videmur,& vita noſtra longiſſima,uix illorum pueritiæ limites attingit.Etenim narrat Ioſephus lib.1. Antiquitatum, cap.3. ex Manethone Aegyptiarum rerum,Beroſo Chaldaicarum,Mocho Eſthiæo, & Hieronymo Aegyptio Phœnicum Scriptoribus , priſcos ad mille annos uitam produxiſſe. Et Plinius lib.7. cap.49. experimento hanc veritatem confirmat. Verùm illos non tot annos vixiſse affirmat, vt hominum,ita Mundi ſenium, & tamdem obitum oſtenderet. Accedunt,inquit, experimenta, & exempla recentiſſimi Cenſus,quem intrà quadriennium Imperatores,Cæſares Veſpaſiani pater, filiuſq. Cēſores egerunt. Et,vt multos omittam, inuenti ſunt duo, alter Bononiæ,alter Arimini, Centum quinquaginta annorum. In regione autem Italiæ octauâ, Centum annorum cenſiti ſunt homines centum quinquaginta quattuor; centenum denum, homines quinquaginta ſeptem; centenum vicenum quinum,homines duo; centenum tricenum,homines quattuor; centenum tricenum quinum, aut ſeptenū, totidem;centenum quadragenum,homines tres.Hæc ille. At quanta iam hominum vitæ a Mundi exordio ad Diluuium,à Diluuio ad hæc noſtra tempora facta eſt decretio? Vix profectò credimus in totâ iam Europâ, tacemus Ariminum, Bononiamq. vnum virum centū quinquaginta annos excedentem poſse reperiri. *Ioſeph.* *Priſcorum vita.* *Plinius.* *Exempla.*

Verùm varijs de cauſis hominibus tàm longæua vita priſcis ſæculis conceſsa fuit. Nàm antè Diluuium habebant homines perfectum corporis temperamentum, eorumq. complexio, vel recens à Deo facta,vel à genitoribus propagata,erat firma,necdum tot morbis fracta, & vitiata,imò ad ſe ipſam conſeruandam integra,& ad contrarijs reſiſtendum valida exſiſtebat. Erant quoque in victu, & potu ſobrij, & in reliquis paſſionibus moderati, nec tàm varijs ferculorum patinis addicti, quibus vitam noſtram imminuimus iam, & morbis ſubijcimus,vt Horatius lib.2. Satyrâ 2. verè cecinerit. *Cur veteribus vita tā longæua.* *Horat.*

———————— ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchilia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoq. tumultum
Lenta feret pituita ————

Illi etiam,qui proximi Diluuio vixerunt,non ſenſu duce, ſed ratione viuebant,& ideò ſolùm præſtantiſſimis alimentis nutriebantur, quæ maximè tunc terra efferebat, & à poſteris Noè edocti nouerant naturales vires,& facultates herbarum, fructuum,metallorum, lapidum, aliarumq. rerum vim habentium conſeruandi, & longiſſimè vitam producendi. Quæ res in cauſâ fuit,vt veteres illi tot, tamq. varias artes, atque ſcientias adinuenerint, & genus humanum latiſſimè *Vadè ſcientiarum varietas.*

Digitized by Google

propagauerint;quæ omnia iam labefactari, & ad caſum tendere vnà cùm ipſo Mundo videmus,Mundi ſeneſcentis,atque obituri certiſſima argumenta.

Siculus.

Quòd quidem verùm eſſe, ex Cteſia Diodorus Siculus lib.3.cap.2. etiam confirmat, aſſerens Ninum Aſſyriorum regem

Hominum multitudo.

in ſuo exercitu Peditum decies ſepties centena millia, Equitum ducenta millia,Curruum falcatorum paulò minus decem millia, & ſexcentos habuiſſe. Hic verò rex imperium inijt annis poſt Diluuium circiter ducentis quinquaginta. Ex quo apparet inſignem fuiſſe naturæ humanæ bonitatem, vt in tam paruo temporis ſpacio, tam multum excreuerit.

Mundi duratio.

Quamdiù autem Mundus adhuc duraturus ſit,variæ fuerunt antiquorum opiniones. Nam Plato in Timæo, & Mercurius Triſmegiſtus in Pymandro lib. 3. dicebant Cælum poſt aliquot annorum millia ad eoſdem prorſus Signorum, Stellarum, Planetarumq. aſpectus, vt initio creationis,reuerſurum, tuncq. Mundum in ruinam abiturũ. Huius opinionis etiam videtur fuiſſe Cyprianus Leouitius ille, qui de futuro Planetarum penè omnium concurſu cùm Eclipſi Solis anno MDLXXXIV. Mundum interiturum quaſi ex oraculo pronunciauit. Eâdem temeritate Albuzamar religionem Chriſtianam, anno MCCCCXL. finem habituum ſcribere non puduit. Sed Panætius Stoicus apud Ciceronem lib. 2. de Natur. Deorum,credebat ſtellas eſſe igneas,& aquis veluti pabulo nutriri, quibus ad extremum conſumptis, putabat omnia flammas conceptura, & exuſta in cineres occaſura. Eadem Heraclitus apud Diogenem Laertium lib. 9. & Hippaſus apud eumdem lib. 8. ſenſiſſe videntur.

Mundi obitus à diſſidio.

Empedocles porrò rerum hanc Vniuerſitatem ab amore coniungi, à diſſidioq. diſſolui aſſerebat.

Nonnunquàm connectit Amor ſimul omnia; rurſus
Nonnunquàm ſeiuncta iubet Diſſenſio ferri.

Millenarij. Lactant. Inſt. hæreſ. Gaudent. Auguſt.

Millenarij verò Mundum Sex mille annis duraturum eſse affirmabant,vt Lactantius lib.7.diuin. Inſtitut.cap.14.& 24. Iuſtinus Martyr quæſt.71.ad Gentes, Irenæus lib.5.cont.Hæres.cap.28. Gaudentius Brixienſis tract.50.& Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei, capite 7. Hilarius Can.17.in Matthæum, & Germanus Epiſcopus Conſtantinopolitanus libro de Theoria rerum Eccleſiaſticarum idem ex teſtimonio Hippolyti, & Cyrilli, docuêre.

Genebrard. Galatinus. Mirandul. Elias Rabbi.

Hæc opinio omnium fermè Hebræorum quoque fuiſse videtur, vt Genebrardus in principio ſuæ Chronographiæ,Galatinus lib.4.cap.20. & Mirandulanus lib. 7. Heptali,cap.4.ex quodam Oraculo cuiuſdam Rabbini Eliæ refert, quòd in Thalmud,in lib.Senedrim habetur,& prę reliquis hoc Rabbi

Iſaac

Iſaac in 1.caput Geneſis docuit. Hoc autẽ ideò verum eſſe credebãt, quia quot dies Deus in Mundo creando inſumpſit, tot eum perennaturum eſſe arbitrabantur. Volunt porrò Hebræi duo millia annorum eſſe inanitatis ſcilicet antè legem, duo millia legis, & duo millia tpis Meſſiæ. Nos tamèn opinamur tot annos Mundum duraturum poſt Chriſtum natum, quot antè Chriſti natiuitatem durauit. Et cum iam conditi orbis agamus annos 5576. à quibus, ſi detrahere voluerimus 1614. anni Chriſti in quo iam ſumus, reſidui erunt 3962. à Mundi creatione vſque ad Chriſti ortum, totidemq. nobis à Chriſti incunabulis vſque ad Mundi exitum remanebunt: atque ita dicimus Mundum poſt 2348. annos a quo hæc modò ſcribimus, ſi coniecturâ imbecilli agendum eſt, interiturum Septemq. millia, Nongentorum Viginti quattuor annorum in vniuerſum, permanſurum. Verùm veriſſimum eſt illud Actor.1. Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in poteſtate ſuã; & teſtimonium Auguſtini libro 29. de Ciuit. Dei, cap. 53. quia Mundi labes, & ruina pendet ex liberá voluntate Dei, quæ niſi ſit reuelata, neque ab hominibus, neque ab Angelis ipſis poteſt aliquã ratione inueſtigari, & eò magis, quò ratio facti, erit voluntas facientis, quæ tota in id incumbit, & numerus, ſoli ipſi cognitus, Prædeſtinatorum impleatur.

Mundus quot annis durabit.

Auguſt.

Ipſius verò excidium vltimum, & incendium die Sabbati inceptũ iri credimus, quo die Mundum Deus condere finiuit, vt ſimiliter eodem illum deſtruere incipiat, & pridie, hoc eſt die Sexta, vel Veneris, quo ipſe ab impijs Iudæis iudicatus iniuſtiſſimè fuit, hominum genus iuſtiſſimè iudicaturum, vt die Dominico, & requiei, poſſit poſteà ad perpetuam requiem, atque gloriam vna cùm beatis illis Spiritibus, ac diuis hominibus in Empyreum reuolare.

Incẽdij dies.

Iudicij dies.

Ac, vt ad hanc Mundi exuſtionem gradatim veniamus, operæpretium eſt videre curſim ea, quæ Orbis incendium antecedent. Atque hic primò nobis ſeſe offert Antichriſtus, quem Hippolytus Martyr Oratione de Conſummatione Mundi, Dæmonem futurum in falsá ſpecie humanæ carnis aſſumptæ ex falsá Virgine exiſtimat; ſicut Dei Verbum veram carnem aſſumpſit ex verâ Virgine. Theodoretus aũt lib.5. diuinorum Decret. cap. de Antichriſto, Ambr.2. ad Teſſ.2. Beda Apoc.13. & Hieron. Daniel.7. ſentiunt futurũ Antichriſtum, & verũ hominem, & verum Dæmonem per veram incarnationẽ, prout Chriſtus verus Deus, & verus homo exſiſtit. Sed hanc opinionẽ Damaſc. lib.4. de Fide, cap.28. refellit; cum per nullam virtutem Diaboli, nec alterius vllius creaturę poſſit aliena natura hypoſtaticè aſſumi. Neque verò Antichriſtus formandus eſt virtute Dæmonis abſque humano ſemine, vel virginis, vel mulieris, teſte Auctore libri de Antichriſto, quia corporis formatio, & organizatio abſque materiã, ſoli Deo com-

Antichriſtus quid.
Hippolyt.
Theodor.
Ambroſ.
Beda.
Hieronym.
Damaſc.

Digitized by Google

petit. Nec opinamur Antichriſtum generandum eſſe à Dæmone Incubo, & Succubo, ſemine alicuius impiæ meretricis mediante; cum ille non à prçſtigioſis, ſed veris parentibus generandus, & educãdus ſit.

Clictoueus. Genebrard.

Neque verũ eſt, quòd autumant aliqui apud Clictoueum in Commẽtarijs Damaſc. lib. 4. c. 27. & Genebrardũ in ſuâ Chronologiâ, Mahometem Græcè, & Lulter Hebraicè Antichriſtum fuiſſe, quia anno poſt Chriſtum natũ 666. exortus eſſet, & vterque characteres Apocalypſis 13. Antichriſti notæ haberet.

Impudens mendaciũ.

At Lutherus, & Sectarij impudentiſsimè comminiſcuntur Summum Pontificem, Eccleſiæ Vniuerſalis, ac Romanæ principem, Petri legitimum ſucceſſorem, Chriſtiq. in terris Vicarium, eſſe Antichriſtum: quod impium commentum Illuſtriſs. Cardinalis Bellarminus validus Eccleſiæ Dei coloſsus inter reliquos, tomo de Summo Pontifice, veriſſimè refutauit.

Card. Bellarminus.

Antichriſti natiuitas. Mater. Hieron. Damaſc. Irenæus. Gregorius. Proſper. Auguſt. Ambroſius. Theodor.

Antichriſtum porrò credit D. Hieronymus in caput 7. Danielis, Babylone, & Damaſc. lib. 4. cap. 28. ex fornicaria muliere naſciturum. Irenæus verò lib. 5. cap. 30. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 58. Proſper lib. de Promiſſionibus, & Prædicatoribus Dei, par. 4. cap. 9. Auguſt. quæſt. 22. In Ioſue, Ambroſius lib. de Benedictionibus Patriarcharũ, cap. 7. & Theodoretus, quæſt. 109. in Geneſim, Antichriſtum ex tribu Dan fore aſſeuerant, ducti, tùm illo Geneſis 49. Fiat Dan Coluber in viâ, Ceraſtes in ſemitâ, & illo Ieremiæ 8. Ex Dan audiuimus fremitum equorum eius; tùm quoque illo, quòd Apocalypſis 7. tribus Dan non annumeratur ceteris tribubus ſaluandis.

Antichriſti Tribus. Ambroſ. Sulpitius.

Ex Iudçâ certè feminâ, teſte Ambroſio 2. ad Theſſ. 2. & Seuero Sulpitio lib. 2. Dialogorum, vt tamquàm Iudæum hominem, & Circumciſum Iudæi in Meſſiam recipiant, creditur prodituruſ; ex impuro, & adulterino toro, vt tàm ſceleſtus homo, & vitijs omnibus coopertus, Chriſto contrariam, & turpiſſimam originem ſortiatur. Vt enim Chriſtus genealogiam ſuam ex gente regiâ, fideli, & ſanctâ traxit; ita è contrario iſte ex perfidâ Hebræâ, ex ſtirpe Dan impiâ, & abiectâ, & ex hæretico homine Arctoo deducat. Verùm quidquid ſit, hac de re quod iuramento non affirmamus, verè fatemur tamen nos hæc ità dicere, vt conſultò nulli, neque nationi, neque ẽt priuato homini iniuriam inferre velimus, & intendamus.

Antichriſti Pater.

Ceterũ hoc vr̃ Ierem. c. 1. inſinuare. Quid tu vides? & dixi: Ollam ſuccensã ego video, & faciẽ eius à facie Aquilonis: & dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur Malum ſuper oẽs habitatores terræ: quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Hieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. Ecquid iſta Olla ſuccẽſa ab Aquilone,

niſi

niſi olla furoris,olla incẽdij,olla dominãdi cupiditate flagrãtiſſima, *Damaſcen.* olla iniquitatis oĩs ſimul collectæ,& cõglobatæ Antichriſtus? Hęc.n. eſt illa olla,de quâ Damaſc.lib.4.de Fide,c.17.loquitur.Veniet,ait,nõ pro Chriſto,ſed aduerſus Chriſtum,quá etiã de cauſã Antichriſtus dicitur; hæc eſt illa Olla de quâ Chriſtus apud Ioannem 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo,illũ accipietis; hæc eſt illa Superbiæ olla 2.ad Theſſ.2. quæ ſuprà omne,q̃d dr̃ Deus,ſe oſtẽtabit tãquàm ſit Deus;hęc demũ eſt illa iniquitatis Olla 2.ad Theſſ.2.quam Dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.

Itaque arbitramur Antichriſtum nullum regnum iure hereditario, *Antichriſtus vilis.* ſed humilem dumtaxat geneſim habiturum: paulatim verò, ac fraudulenter regnum occupaturum. Hoc enim Damaſcenus c.17.indicare *Damaſcen.* videtur.Ex fornicariá,inquit,itaque naſcetur, & clam educabitur, *Antichriſti educatio.* ac repentè inſurget,caputq. attollet, atque Imperio potietur. A quo clam educabitur Antichriſtus,niſi à chariſſimo,& fideliſſimo, illo Miniſtro,& parente,qui etiã quacũq. perget Antichriſtus,illũ ſequetur, & vtrique Dęmonis ſpiritu afflati miracula efficiẽt ſtupenda? De hoc enim Miniſtro,Pſeudopropheta,& Antichriſti Prædicante,præclarè *Ioannes.* D.Ioannes c.13.& 19.Apocalypſeos. Et apprehenſa eſt Beſtia, ait, & *Antichriſti pſeudopropheta.* cum eá Pſeudopropheta,qui fecit ſigna corã ipſo,quibus ſeduxit eos, qui acceperũt characterẽ Beſtiæ,& adorauerũt imaginem eius. Huic *Anſelmus.* noſtrę ſentẽtiæ,Anſelmus in Elucidario,& Irenæus lib.5.c.28.fauere *Irenaus.* videntur. De his duobus ẽt Chriſtus Matthęi 24.loquutus eſt: Dabũt *Matthaus.* ſigna,& prodigia magna, ità,vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt *Iſidorus.* etiã electi. Et Iſidorus lib.1.de Sũmo bono.c.28.Olim,inquit,faciebãt miracula martyres, nunc autem videbũtur facere ipſi perſequutores.

Hic porrò Miniſter eo c. 13. dicitur duo cornua Agni ſimilia habiturus; *Miniſtri cornua.* vnum nempè contrà Eccleſiam Triumphantem,alterum contrà Eccleſiam Militantem; & Agni ſimilia; quia Chriſto Domino aſſerente apud Matthæum,cap.7.Videntur Agni: intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces. Quòd autem principiò futurus ſit abiectus Anti- *Hieronym.* chriſtus,ſenſit Hieronymus in caput 11.Danielis, & Daniel ibidem. *Daniel.* Stabit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & ve- *Cyrillus.* niet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentiá. Ecquod regnum, *Antichriſtu magus.* niſi id, quod Cyrillus cap. 15. affirmat,Antichriſtum per Magicum maleficium decepturum gẽtes, & Romanũ Imperium vſurpaturum? *Antichriſtus Imperator.*

Quarta enim bellua, quam Daniel diuino afflatus ſpiritu, cap. 7. & 8. præuidit, Imperium Romanum eſt, ex quo certè, & de- *Daniel.* cem cornua, & cornu illud paruulum, ſcilicet Antichriſtus, quod bellum aduerſus Sanctos gerebat prodijt, vt ſapienter Theodore- *Theodoret.* tus etiam in Danielem annotauit. Et idem Daniel capit.7. Beſtia, *Imperium* inquit, quarta,Regnum quartum erit in terrà, quod maius erit *Germanicũ*

omnibus

omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit; & comminuet eam. Quis enim illi reſiſtet, vngues, denteſq. ferreos habenti? Cuius metalli copia quis locus, quæ gens, quæ prouincia in orbe terrarum Germaniâ ditior? Certè Ezechielis c.27. dicitur ex Dan ingentes ferri fabricati aceruos exuehi ſolitos. Et hoc regnum tam potens, & grãde, quod aliud eſſe poteſt, niſi Imperium? Et paulò poſt. Porrò, inquit, cornua decem illius regni, decem Reges erunt, & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, nimirum Antichriſtus, qui, vt Daniel refert, cap.8. Contra Principem principum conſurget, ſcilicet Imperatorem, & quidem non potenti, & numeroſâ armatorum manu, ſed, vt Daniel c.11. loquitur, In modico populo aſcendet, & ſuperabit, & abundantes, & vberes vrbes ingredietur, *Antichriſtus ſpurius.* & faciet quæ non fecerunt Patres eius, & patres patrum eius. Patres eius, inquit, vt intelligamus ipſum Spurium fore, pluresq. ſe cùm ipſius matre miſcuiſſe. *Hieronym.* Sed D. Hieronymus in hoc caput Danielis de Antichriſto loquẽs; Brachia, ait, pugnantis populi Romani expugnabuntur ab eo, & conterentur. *Chryſoſtomus.* D. autem Chryſoſtomus Hom. 4. in 2. ad Theſſ. Quemadmodùm, inquit, regna illa deſtructa ſunt, quæ antè *Regnorum excidia.* Romanum Imperium fuerunt, vtpote regnum Medorum à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis, ità, & regnum Romanorum ab Antichriſto deſtructum iri faſſus eſt.

Nabuchodonoſoris ſtatua. Et verò ſub ænigmate illius Nabuchodonoſoris ſtatuę, quæ caput aureum, pectus argenteum, ventrem ęneum, & tibias partim ferreas, partim fictiles habebat, ſignificatum fuit Aſſyriorum, Perſarum, Gręcorum, & Romanorum Imperium, hocq. ex cap.2. *Daniel.* Danielis per Decem digitos, in decem regna diuidendum. *Romanæ vrbis ruina.* Non negamus tamen eamdem fortunam, Romanam quoque Vrbem Chriſtiani imperij caput ſubituram.

Et verò Lactantius lib.7. cap.15. ſcribit circà Mundi excidium futura eſſe ingentia prœlia, quorum, ait, vaſtitatis, & confuſionis hæc erit cauſa, quòd Romanum nomen, quo nunc regitur orbis tolletur de terrâ, & Imperium in Aſiam reuertetur, & rurſus Oriens dominabitur, *Lactantius.* & Occidẽs ſeruiet. At cùm Lactantio c.25. Precandus eſt Deus nè citius Tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus moliatur, ac lumẽ illud effodiat, cuius interitu Mundus ipſe lapſurus eſt. *Oratio.* Precandus certè eſt Mundi rector, & moderator Deus, vt Imperium Romanum vſque ad vltimum Orbis occaſum feliciſſimum, ac florentiſſimum cuſtodiat; vt ab omnibus hoſtibus tutiſſimum reddat; vt Imperatorem MATTHIAM I. Auguſtiſſimũ diutiſſimè adhuc, & feliciſſimè viuere patiatur, & poſt obitũ illicò ad Empyreas arces, beatis ſpiritibus illum comitantibus, adducere faciat; vt alteri ex Do-

mo

Digitized by Google

mo itidem Auſtriacâ Heroo Imperij Romani ſceptra,& coronas largiatur; vt denique per continuam, & hereditariam ſucceſſionem, & alterius ad alterum traditionem vſque ad Mundi obitum in domo Auſtriacâ ſuffixi illi Imperij faſces, & ſtemmata perſeuerent.

Sed eò, quò digreſſi ſumus,reuertamur. Igitur occupato per ſummum ſcelus,atque dolum,Romano Imperio Antichriſtus,& collecto Iudæorum,qui in Septemtrione,illiusq. finibus erunt, exercitu,& teſte Anſelmo in Elucidario acceptâ Dæmonum induſtriâ cunctâ eâ pecuniâ occultâ,vel quam Mare vndoſum conteget, vel Terra ſinu operiet,vel montes cauernoſi auri, atque argenti antea inuiſa mineralia obruent,in illos Decem Reges ſummo faſtu, potentiâ, & verborum lenocinijs inſurget. *Antichriſti exercitus. Anſelmus. Antichriſti theſaurus.*

Porrò ſeptem Reges in Aquilonari plagâ,ac illius confinijs primò ſibi ſubiugabit,qui per cornua illius belluę notati ſunt,quique ex cap. 17.Apocalypſis,Vnum conſilium habent, & virtutem, & poteſtatem ſuam Beſtiæ tradent; cùm ex cap. 13.eiuſdem Apocalypſeos.Data ſit illi poteſtas in omnem Tribum,& Populum,& Linguam,& Gentem. *Ioannes.*

Hinc ergò ingentes militum copias, teſte Ioanne, cap.20. Apocalypſis,ex Gog,& Magog conflabit,vt caſtra Sāctorum, & Ciuitatem dilectam,ſcilicet,Romam, Eccleſiamq. vniuerſam circumeat. Hunc verò exercitum D.Ambroſius lib.2.de Fide, cap.vlt. ex Gothiâ proditurum arbitratur;alij apud D.Auguſtinum lib.20.de Ciuit.Dei,c.11. ex Getis, & Maſſagetis futurū autumant; alij probabilius ex Scythis fore exiſtimant. Nam legimus Geneſis 10. filium alterum Iapheti, Magog appellatum fuiſſe, ex quo prouincia quam ipſius poſteri incoluêre,vocata eſt Magog,quam Ioſephus lib.1. Antiquitatum, cap.11. & Hieronymus in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim, cap.10. Scythiam eſſe, conteſtantur. Apud Ezechielem verò, cap.38. & 39. vbi Vates de hoc exercitu,& futuro prelio vaticinatur,Gog princeps exercitus Magog appellatur. Ergò credendum eſt hunc innumerabilem penè virorum exercitum ex omnibus Septemtrionis populis, ſed Scythis præcipuè, & qui ab eis ducunt originem, alijsq. gentibus cumulandum. *Exercitus Antichriſti ex quibus conflandus. Ambroſius. Auguſtin. Ioſephus. Hieronym. Magog ad. Ezechiel.*

Cum hoc autem infinito propemodùm exercitu comparato, & illis perdomitis,& ſubactis Septem Regibus,eorumq. copijs,ab Aquilone diſcedet Antichriſtus,vt omnes habitatores terrę omnibus diris malis, iuxtà Ieremiæ vaticinium ſuperius allatum,diuexet,& inundet.Vndè probè Ezechiel, c.38. Et venies,ait, de loco tuo à lateribus Aquilonis tu,& populi multi tecum,aſcenſores equitum vniuerſi cætus magnus,& exercitus vehemens. Hinc eſt,quòd Daniel cap.8.protulit. De vno,autem ex eis,nimirum Germaniæ Regno,egreſſum eſt cornu vnum modicum, ſcilicet Antichriſtus, & factum eſt grande *Ezechiel. Daniel. Antichriſtus totum orbem occupabit.*

contra

Digitized by Google

contrà Meridiem, contrà Orientem, & contra Fortitudinem.

Ex quo oraculo clariſſimè apparet Antichriſtum omnes nationes quæcumque Meridiei ſubiacent, quæcumque Orientis plagas incolunt inuaſurum, & debellaturū. Neque verò credendum eſt Antichriſtū, qui reliquas Orbis terræ partes ſuo ſubiget imperio, Occidentis oras, in pace, ac otio relicturū. Nam per Fortitudinem credimus Occidẽtem deſignari, tùm quia in illis oris, atque in ipſis Hiſpanijs, Regum omniū Fortiſſimus, & Potentiſſimus, cuius regnorum terminos, ipſe terrarum orbis terminat, ex Auſtriacorum proſapia, qui nunc ibi reſidet, imperabit; tùm quia contrà Antichriſtum pro Fide Catholicâ, cuius Nomen, & inſignia meritò geſtat, vſque ad vltimum ſpiritum fortiſſimè decertabit.

Fortitudo quid. Hiſpaniarum Rex.

At Hiſpanijs acquiſitis, ſtatim ſe Antichriſtus ad Indias inuadendas, & occupandas conuertet, & ampliſſimâ nauium claſſe agglomeratâ, Oceani immania ſpacia, vt ad illas Noui orbis inſulas penetret, ſulcabit. De quo pulchrè Daniel c.11. vaticinatur: Et conuertet, ait, faciem ſuam ad Inſulas, & capiet multas, & ceſſare faciet Principem opprobrij ſui; quia nullus nimirùm tam fortiter illi reſiſtet, atque Hiſpanus, quem vltimo quoque interimet, & opprobrium ſibi illatum fortiſſimè cõtrà ſe dimicando morte vindicabit. De ipſius verò Claſſe contrà Hiſpanum ventura, ſic Daniel eodem capite loquitur: Et quaſi tempeſtas veniet contrà illum Rex Aquilonis in curribus, & in equitibus in Claſſe magnâ: & ingredietur terras, & conteret, & pertranſiet: Et introibit in terram glorioſam, ſcilicet Iudæam.

Indiarum inuaſio. Daniel. Mors regis Hiſpaniæ.

Nam poſtquam in ſuam poteſtatem, partim ipſe, partim ipſius belli duces Indias redegerint, credibile eſt illum ſtatim latiſſimis tantarum nationum copijs ſtipatum, caſtra in Iudæam moturū; & credibile eſt etiã tres Reges, nè illorũ regna occupet, illi obuiã prælio ituros. At Daniele c.7. teſte: Et ipſe tres Reges humiliabit: Et tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius. Significat enim Daniel c.11. Illa tria regna, ac Reges, Aegypti, Lybiæ, & Aethiopiæ futuros. Quod etiam Hieronymus, & Theodoretus in Danielem, & Irenæus lib.5. c.25. & Lactantius lib.7. c.16. adnotârunt. Danielis autem Prophetia ſic ſe habet: Et mittet manum ſuam in terras, & terra Aegypti non effugiet, & dominabitur theſaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretioſis Aegypti: per Lybiam quoque, & Aethiopiã tranſibit. Vnde conſtat nõ modò hæc regna Antichriſto ceſſura; verùm etiam ipſorũ Reges, qui per tria illa cornua euulſa intelliguntur, fore occidendos.

Iudæa. Daniel. Tria cornua quid. Daniel. Hieronym. Theodoret. Irenæus. Lactantius.

Iam verò Antichriſtus tamquàm faſtuoſus tot Regnorum, Regũq. debellator, & pompoſus Imperij, Vrbis, & Orbis triumphator, & Monarcha, vt Hieroſolymis regiam teneat, ſedemq. figat, ac ibi, vt Deus aliquis, & Meſſias colatur, tot Regibus illum comitantibus Iudæam occupabit,

Antichriſtus Monarcha.

occupabit, vt quod ex Ieremiâ ſuperius protulimus, nempè Malum ab Aquilone venturum, & omnes Cognationes regnorũ Aquilonis, & in vrbibus Iuda, & Hieroſolymis ſolium ſub tumido Imperatore Antichriſto poſituras, ad amuſſim impleatur. *Antichriſti fides.*

Vt verò hæc clarius adhuc videantur, Daniel cap.9. aſſerit Hieruſalem in anguſtiâ temporis, eiuſq. platea, ac muri reædificandi. Et hinc Ioannes Apocalypſis, cap.11. conqueritur ab Antichriſto, & illis Regibus Ciuitatē Sanctā conculcandā mēſibus Quadraginta duobus. Nam teſte etiā Daniele c.7. Tradetur Antichriſto hoc Regnũ, atque Ciuitas vſque ad Tempus, & Tempora, & Dimidium temporis, ſcilicet tres annos cùm dimidio, quo tempore Antichriſtus veluti totius orbis terræ Monarcha Hieroſolymis regnabit, & inſtar veri Meſſiæ, & Chriſti coletur. *Daniel. Hieruſalē reædificatio Ioannes. Daniel. Quid hoc? Antichriſtus Meſſias.*

Vndè credēdum eſt Antichriſtum, Ieſum Chriſtũ Dñm, neque verum fuiſſe Meſſiam, neque filiũ Dei, neque Redemptorem hominũ, hominibus perſuaſurum, eiuſq. Religionē, & Sacramēta euerſurum, hæcq. omnia vana, & ſuperſtitioſa eſſe, prædicaturum, ſeq. pro vero Meſſiâ introducturum, quæ nobis Ioan.1. can.c.2. inſinuaſſe videtur: Quis eſt mendax, ait, niſi qui negat Ieſum eſſe Chriſtũ, & hic eſt Antichriſtus? Immo Antichriſtus ſibi delubra erigi, & dicari, & tamquā verum Meſſiā, Deũq. coli, imperabit, quod D. Paulus 2. ad Theſſ.2. oſtendere videtur. Extolletur, inquit, ſuprà omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità, vt in tēplo Dei ſedeat, oſtendēns ſe tāquam ſit Deus. *Ioannes. Antichriſtus Deus. Paulus.*

Atque hinc Antichriſtus introducendo ſe falſum Deũ, verũ, vt excludat, eſt neceſſe. Quamobrē opinamur Antichriſtum omnes Trinitatis perſonas negaturum, ſeq. ſolum Deum eſſe oſtenſurum, Atheumq. futurum. Quod apertè Daniel c.11. confirmare videtur. Eleuabitur, ait, & magnificabitur, aduerſus omnem Deum, & aduerſus Deum Deorum loquetur magnifica, & Deum patrum ſuorũ non reputabit, nec quemquam Deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget. *Antichriſtus atheus. Daniel.*

Ex quibus colligere etiam licet Antichriſtum Gentium Idola, & Chriſtianorum Aras, Diuorumq. effigies eſſe ablaturum, & ſolam ipſius Imaginem, quæ prodigioſè loquetur, in fanis; ſacriſq. ædibus erecturum. Quòd ad Idola attinet, Irenæus lib.3.c.6. & lib.5.c.25. & Hugo Aetherianes libro de Regreſſu animarum, cap.22. aſſeruêre. *Antichriſti imago. Irenæus. Hugo.*

Et quamquàm Antichriſtus Idola è medio tollet, & omnem Deorum, Chriſtiq. cultum: tamen in quodam loco munito, & occulto Deum Maozim, in quo totam ſpē ſuam collocabit, & cuius ope opes, Mundi Monarchiam, & prodigia perpetrandi facultatem conſequetur, adorabit. At præſtat Danielē c.11. hac de re vaticinantem audire. Deũ aũt Maozim, ait, ĩ loco ſuo venerabitur, & Deũ quē ignorauerũt patres eius colet auro, & argēto, & lapide pretioſo, rebuſq. precioſis. *Maozis. Daniel.*

Quis

Maozis quid. Quis verò futurus ſit iſte Deus Maozis, relictis aliorũ opinionibus, Luciferum Dæmoniorum omnium principem fore credimus, qui vſque ad Antichriſti tempora catenis deuinctus, & cruciatibus onuſtus, in illis Inferni profundiſſimis cauernis, hominibus apertè inuiſus delitеſcet. *Ioannes.* Quod idem D. Ioannes c. 20. Apocalypſis præuidit. Et cùm, inquit, conſummati fuerint Mille anni, ſcilicet annorum Mundi vniuerſitas, ſoluetur Satanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quattuor angulos terræ. Ex quibus oraculis certò colligere licet, hunc verè futurum illum Satanam contrà quem Archangelus Michael in Empyreo pugnauit, illumq. ex altiſſimo illo cælesti domicilio vſque ad terræ infimas voragines deturbauit, & qui ſub Mundi Cataſtrophen ex imis illis terræ partibus, Deo ſic permittẽte, erumpet, vt ſancti ipſius potentius exerceantur, & illuſtres de hoc humani generis hoſte reportent victorias. Atque hinc meritò dicitur à Daniele, Antichriſti patribus ignotus, quia illo Mundi ſolùm vltimo tempore, extremo omnium malo innoteſcet, vt Antichriſto mortalium perditiſſimo faueat diuitijs, imperio, & portentis.

Daniel. Miſſa ablatio. Dierum numerus. Hic porrò Satanas, & Antichriſti Pſeudodeus eo tẽpore apertius regnare, videri, & graſſari incipiet, quo iuxtà Danielis caput 12. Ablatum fuerit iuge Sacrificiũ, & poſita fuerit abominatio in deſolationẽ dies Mille, Ducenti, Nonaginta. Ecquis enim negabit ipſum futurũ rerum omnium ſacrarum euerſorem, noſtræ religionis peſtem, & malorum omnium architectum? At, vt hæc omnia in apertiorem lucem prodeãt, & hunc Satanam eſſe illum Maozim Antichriſti Deum, & miraculorum ipſius effectorem, & Numerorum a Daniele prolatorum detentorem, ipſius nomen myſticè exaratum, apertioribus notis deſcribamus, oſtendamusq́; ideò etiam ſex litteris conſtare, quia in *Sex litteræ. Sexta ætas.* ſextà, atque vltimà Mundi ætate ex Inferni gurguſtijs prodibit.

M	1000	alediсti
A	1	ntichriſti
O	70	culus
Z	9	abulus
I	10	nferni
S	200	atrapa.
	1290.	

Nunc ergò occultum Antichriſti Maozim ex tenebris in legentium ſplendorem traximus.

Verùm, quia de auguſtiſſimo Miſſæ Sacrificio, quod Antichriſtus Maozi ſuadente, & perſuadente, auferet, mentionem fecimus, vt Iu-

dæi

dæi falſum Meſſiam,quem incaſsùm præſtolantur, clariſſimè digno-
ſcant,contrà ipſos non noſtrę Fidei doctoribus, & uiris ſanctitate, &
doctrinâ præſtantiſſimis, vel aliarum Sectarum hominibus agemus,
ſed Iudæis ipſis,ac inter eos inſignioribus, & vetuſtioribus,Iudęos ip
ſos conuincemus. Etenim Rabbi Salomon in illud Pſal.72. Erit pla-
centa frumenti in terrâ,in vertice montium. Magiſtri noſtri, inquit, *Diſputatio contra Iudæos.*
expoſuerunt hoc eſſe genus placentarum in diebus Meſſiæ. Vndè in
libro Siphiæ habetur: In diebus Meſſiæ frumenta producent placen
tulas,ſicut eſt plenitudo volæ, ſiuè palmæ manus, & venies, & acci- *Rabbi Salomon.*
pies indè plenitudinem placentulæ rotundæ inſtar volæ manus iuxtà
refectionem tuam. Rabbi verò Abraham in illud Pſal.136. Qui dat
eſcam omni carni. Hic eſt,inquit,de quo Pſal.34.ſcriptum eſt:Guſta-
te,& videte,quoniam ſuauis eſt Dominus, quia panis quem ipſe dat,
caro eius eſt.Rabbi autem Ionathas libro Collectionū.Et erit,inquit,
Sacrificium panis in terrâ,in capite montium Eccleſię.Videat,qui ha *Rabbi Abraham.*
bet oculos, quod ſicut dictum eſt, ille eſt Meſſias de quo loquitur to- *Rabbi Ionathas.*
tus Pſalmus. Cum ergò ait: Et erit placenta frumenti in terrâ, in ca-
pite montium,vult dicere,quòd placenta panis fiet Sacrificium in ca-
pitibus Sacerdotum,qui ſunt in Eccleſiâ.Et Rabbi Berachias in illud
Eccleſiaſtici: Quid eſt,quid fuit? ipſum eſt,quod erit.Quemadmodū *Rabbi Berachias.*
fuit redemptor,inquit, primus, ideſt Moyſes: ita erit, & redemptor
vltimus.Sicut enim redemptor primus fecit deſcendere manna,ſicut
ſcriptum eſt Exod.16,Ecce ego pluam vobis panem de cælo: itá quo-
que redemptor vltimus,id eſt Meſſias erit placenta frumenti in terrâ.
Rabbi quoque Simeon libro Inueſtigationis Secretorū: Hoc eſt, ait, *Rabbi Simeon.*
Sacrificium,quod poſtquam venerit Meſſias faciet Sacerdotes coram
Deo ſancto,& benedicto. Tunc enim ceſſabunt oīa ſacra, quæ priùs
fiebant: facient autem Sacrificium illud ex Pane, & Vino. Et paulò
poſt. Tunc Deus miſericordiâ implebitur, & virtute ingenti ſancto-
rum verborum,quæ ab ore Sacerdotum manabunt,illud,& omne ſa-
crificium,quod in vnaquâque arâ celebrabitur, in Corpus Meſſiæ cō-
uertetur. Tunc Angeli coram Deo ſancto, & benedicto laudes maxi-
mas edent,dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exer-
cituum, pleni ſunt cæli & terra gloriâ tuâ. Rabbi ſimiliter Iudas in *Rabbi Iudas.*
caput 28.libri Numerorum,& in illud: Panis facierum corã me ſem-
per. Quare dicatur panis facierum, inquit, ratio eſt: tranſmutabitur
ex ſubſtantia panis, cum ſacrificabitur, in ſubſtantiā corporis Meſſiæ,
qui deſcēdit de cælis: Et ipſe idem erit ſacrificium: ideoq. dicit: Re-
ſpicietis ad offerendum mihi,id eſt,offerri me. Eritq. inuiſibilis,atque
impalpabilis.Cuius rei fidem facit ſedes Eliæ. Et Magiſtri aiunt eam
ob rem dictum eſſe panem facierum,quia in ipſo Sacrificio erunt duę *Rabbi Haderſan.*
ſubſtantię,Diuinitas,& Humanitas. Rabbi etiam Moyſes Haderſan

in

in illud Pſalmi 136. Qui panem, vel cibum omni carni. Amplius, ait, dictum eſt verbum notum: Qui dat panem omni carni. Hoc eſt, quod dictum eſt Pſalmo 34. Guſtate, & videte quoniam bonus eſt Deus: quia panis quem dat omnibus ipſe eſt, caro eius. Et dùm guſtatur panis, conuertitur in carnem, & hoc eſt, quod dictum eſt: Et videte, quoniam bonus eſt Deus: Et erit hoc mirabile magnum. Deniq. Rabbi Cahana in caput 49. Geneſeos hanc agnouit veritatem, dum verba illa perpenderet: Ligans ad vitem ciuitatem ſuam, & palmitem, ò fili mi, aſinum ſuum: Lauabit in vino veſtem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: Rubriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Hæc verba, ait, ligans ad vitem ciuitatem ſuam, oſtendunt, quòd ſacrificium quòd fiet ex Vino, nō ſolum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiam conuertentur in ſubſtantiā corporis eius. Verba autem illa: Et ad palmitem, ò fili mi, aſinum ſuum: Significant, quòd Diuinitas, & Dei filius vnietur aſino, ideſt materię ſuæ. Rubriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores: Hoc eſt in Sacrificio, quod fiet ex Pane, non obſtante, quod album ſit, velut lac, conuertetur ſubſtantia Panis, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, eritq. in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſanguinis Meſſiæ rubra, vt vinū. Erunt etiam in ſacrificio Vini, ſanguis, & caro Meſſiæ, & eadem erūt in pane. Quoniam corpus Meſſiæ nō poteſt diuidi, idq. ratio poſtulat. Nam ſi caro, & ſanguis diuiſa eſſent, diſtinguerētur ab inuicem: Corpus autem Meſſiæ non poteſt diuidi, ſicut ſcriptum eſt Exod. 12. Et ſubſtantiam non confringetis in eo. Prætereà caro ſinè ſanguine, & è conuerſo ſunt res mortuæ: Corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorificatam erit, ſemper viuet.

Rabbi Cahana.

Exhortatio

Quid antiquius, quid apertius, quid Miſſæ ſacrificio, quod noſtro Meſſiæ quotidiè, ex ipſius inſtitutione offerimus, magis ſimile, atque proprium? Omnes iſti Iudæi antè Chriſtum natum verum Deum, verum hominē, atque Meſſiam floruēre, omnes hanc Sacrificij futuri veritatem agnouēre, & tamen reliqui Iudæi obſtinationis frigidâ nube obtecti induruēre, vt neque hoc Sacrificium, neque Meſſiæ aduentū, neque reliqua quæ de ipſo à priſcis Vatibus dicta ſunt, velint amplecti. Hem Iudæi, ſi noſtros renuitis, veſtros ſaltem religionis, rerumq. ſacrarū fideles interpretes conſulite, eorūq. vt antiqua, ſic vera dogmata apprehendite, & clariſſimè videbitis iam Chriſtum, iam Meſſiā in lege promiſſum antè annos adhuc M D C X IV. aduētaſſe, illumq. quem præſtolamini fore Pſeudomeſſiam, Dei hoſtē, religionis euerſorem, legis Moſayce cōtemptorē, regnorum fraudulentū inuaſorē, labem denique, ac ruinā orbis terræ. Noſtrum Meſſiam iam miſſum amplectimini, ipſius legem, & mandata ſequimini, ſi ipſius cōdemnationis ſententiam in vltimo aduentu ferendam effugere deſideratis.

mm Sed

Digitized by Google

Sed ad rem redeamus. Sublato vbicumque poterit Antichriſtus Miſſæ ſacrificio,& exquiſitiſſimis tormentorum generibus trucidatis pijs propemodùm innumeris Chriſtianis,tãdem illum,teſte D.Paulo 2.ad Theſſ.2. Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui;ſcilicet Archangelo Michaeli imperando, vt quemadmodùm Luciferum in cælis rebellantem compreſſit; ſic Antichriſtum in terris ſæuientem trucidet, & vnà cum illo Pſeudoprophetam ipſius Miniſtrum ad perpetuos Inferni ignes cremandum, deturbet. *Paulus. Antichriſti mors. Miniſtri mors.*

Ac, quemadmodùm Antichriſtus erit quodammodò Chriſti peſſimus prçcurſor; ſic Henoch,& Elias exſurgent Chriſti optimi prçcurſores. Hi enim in hoc terreſtri orbe feliciſſimam vitam viuunt, atque in loco aliquo quidem ab hominum conſortio remoto, ſed tamen arborum ornatu,& elegantiâ,fructuum,florumq. omnium copiâ, & varietate, terræ fæcunditate, aëris temperie,cæli clementiâ, volucrum oblectamentis,& rerum omnium delicijs pulcherrimo,ac iucundiſſimo. Eſt enim rationi cõſentaneum,vt hi duo Diui,qui potiùs mereri, quàm demereri poſſunt,& Deo tàm grati, qui propter ipſius amorẽ, & obedientiam tàm diuturno tempore cæleſti beatitudine carent, & vitam quoque martyrio finient,locum aliquem amœnum, ac florentem incolãt,etiam poſt Diluuium à Deo conſitum.Vndè apparet nos nec Amb.lib.de Paradiſò,c.3.nec Dorotheo in Sinopſi, nec Sixto lib. 5.Bibli.nec Alchimo Auito lib.4.de Diluuio,c.6.ſubſcribere,aſſerenti Henoch, & Eliam in Paradiſum, atque in cęlũ ipſum fuiſſe trãslatos. *Chriſti præcurſores. Præcurſorũ locus. An Henoch,& Elias mereri, aut demereri queant. Ambroſius. Dorotheus. Sixtus. Auitus.*

A prauo, quem priſca fides, & conſcia virtus
In cælum ſine morte tulit: ſic celſa petenti
Succeſſit magnis non impar filius actis:
Nec minimum eſt illum ſalui cum corporis vſu
Terrenas liquiſſe domos, intraſſe ſupernas.

Sed, nec etiam credimus Moyſem, vel Ieremiam, aut Ioannem Baptiſtam,vel Euangeliſtam futuros horum ſocios, & ſecundi aduẽtus Chriſti præcurſores, vt quidam veterum ſenſêre; cùm hoc grauiſſimorum Patrum teſtimonijs,Conciliorũ auctoritatibus, Sacræ hiſtoriæ lectioni, Eccleſiæ doctrinæ,quæ eos cum Chriſto regnantes, duplicis officij honore veneratur, & rationi ipſi denique repugnare videatur,vt fusè Theologi demonſtrant. *An plures ſint futuri præcurſores.*

Porrò Henoch,& Elias,tùm viuâ voce, tùm ſcriptis,aliorumq. virorum Orthodoxorum ſanctitate, doctrinâ, & prædicatione adiuti, in orbe penitus vniuerſo,Antichriſti tempore, Chriſti Domini Euãgelium, eiuſq. Sacroſanctam Fidem prædicabunt,& diuulgabunt, vt *Fidei diuulgatio quibus modis.*

Qq optimè

Auguſtinus. Proſper. Origenes. Damaſcenus. Gregorius.

optimè Auguſtinus Epiſt.78. & 80. ad Heſychium, & lib. de Vnitate Eccleſiæ, cap.15. Proſper de Prædictionibus, & Promiſſionibus Dei, par.3.cap.40. Origenes Tract.28. in Matth. Damaſcenus lib.4.cap.27. Gregorius lib.35. Moral.cap.15. & alij docuêre.

Ex omnibus nationibus ſunt aliqui ſaluandi. An omnes ſint credituri. Finus. Ioannes. Explicatio.

At, quoniam Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, diuinę benignitati congruum videtur, vt ex omnibus nationibus aliqui ſaluentur; ꝙ, vt ſuccedat ad omnes populos Euangelij prędicatio debet diffundi. Verùm, etſi vbiq. terrarum propaganda ſit Eccleſia: tamen non ideò ſequitur omnes homines eſſe crediturosꝰ; cũ hoc nec humano Ingenio, nec hominum libertati, nec diuinæ prædeſtinationis modo ſit cõſentaneum, qui potiùs malos bonis, infideles fidelibus videtur miſcuiſſe, vt probè etiã Adrianus Finus lib.7.c.5. intellexit. Neque verò Ioã.10. illa verba nobis negotium faceſſunt; Erit vnũ Ouile, & vnus Paſtor; quia Chriſtus ibi ſolùm prædixit futuram gentium conuerſionem, & ex his, & Iudęis eſſe vnum Ouile, atque vnam Eccleſiam vniuerſalem ſub vno ſummo Paſtore Chriſto, eiuſq. in terris Vicario, Petriq. legitimo ſucceſſore, conſtituendam; non autem ſingulos homines ad fidem eſſe perducẽdos, neque Orthodoxam, veramq. Fidem amplexuros, ſed in ipſorum erroribus, velut in quodam incredulitatis rete, irreticos quamplurimos ex omni natione permanſuros. Quæ, cum ità ſint, neceſſe eſt Chriſtum ad ſentẽtiam in vltimo orbis die in probos, improboſq. ferendam, è cælo ad terras deſcendere.

Reſurrectio, quid ſit. Qui reſurrectionem negabant. Plinius. Tertullianus. Matthæus. Epiphanius. Auguſtinus. Irenæus. Auguſtinus. Epiphanius. Auguſtinus. Sulpitius. Guido.

Verum, cum primùm futura ſit hominum Reſurrectio, de eâdem conciſim prius dicere iudicauimus. Reſurrectio itaque nil aliud videtur eſſe, quàm eiuſdem numero hominis olim demortui, diuina poſt facta reparatio. Hanc porrò diuinitùs futuram hominum Reſurrectionem priſcorum multi negauêre. Epicurçi enim, & Stoici, quia credebant animam vnà cum corpore interire, Reſurrectionem reſpuebãt. Eodem errore Plinius lib.2. Hiſt.cap.7. & lib.7.cap.55. & alij laborârunt. Et Tertullianus libro de Præſcriptionibus Hæreticorum, cap.7. & libro de Reſurrectione carnis, omnes Philoſophos hanc veritatem impoſſibilem exiſtimaſſe, prodidit. Saducæos ſimiliter Reſurrectionem reſpuiſſe, Matth.cap.22. teſtatur. In hac falſitatis caligine Simon Magus apud Epiphanium, Hæreſi 16. & apud Auguſtinum, Hæreſi 1. Philetus quoque, & Hymenæus verſabantur. Hac etiam Carpocratiani apud Auguſtinum, Hæreſi 7. Gnoſtici apud Irenæum libro 5.cap.9. Colarbaſus, Cerdon, Marcion, & Apelles apud Tertullianum inuoluebantur. Neque verò ab his Archontici, teſte Auguſtino Hæreſi 20. & Seueriani, hæreſi 24. diſcedebant. His etiam apud Epiphanium Hæreſi 35. Bardeſaniſtæ; Hierarchitæ apud Auguſtinum hæreſi 47. & Hermiani hæreſi 59. aſſentiebant. Refert denique Sulpitius lib.2. Sacræ Hiſtoriæ, Priſcilianiſtas; Guido Carme-

lita.

lita in ſuo Cathalogo, Catharum; Euthymius in Panopliâ, tit.23.p.2. Bogomilem; Bernardus Luzenburgenſis in Cathalogo Hæreticorũ, Almaricum; Antoninus demum par.3. Hiſt.tit.19.cap.1. Albigenſes impiè hominum futuram Reſurrectionem pernegaſſe. *Euthymius. Bernardus. Antoninus.*

Pythagoræi autem apud Auguſtinum lib.12. de Ciuit.Dei, cap.13. qui animarum tranſmigrationem ponebant, illaſq. immortales eſſe vnà cum Democrito ſentiebant, hanc Reſurrectionem velut in tenebris conſtitutam, è longinquo aſpiciebant. Verùm certiſſimum eſt futuram hanc non naturali, ſed diuinâ virtute, ac potentiâ hominum Reſurrectionem, hocq. ità verum eſſe, vt non modò Fidei lumine, ſed neceſſarijs quoque argumentis deprehendatur, & à Theologis non minus fusè, quam verè, ac ſolidè confirmetur. Porrò hanc hominum Reſurrectionem non naturæ deberi, ſed omninò illam excedere, arbitramur. Ad primam enim corporis, animæq. vnionem queunt agentia naturalia materiam diſponere, formamq. diſpoſitioni illi debitam poſcere, vt Deus iuxtà naturalem prouidentiam, & debitum concurſum illam infundat: at in iteratâ vnione, quæ in Reſurrectione eueniet, cauſæ naturales nil efficere poſſunt, nec materiam diſſipatam quærere, nec aquiſitam ita diſponere, vt animam alibi detentam ſuſcipere poſſit, & ea, quæ in pulueres abierunt, informare. Nihilominus tamen Reſurrectionis actionem dicimus eſſe naturalem quoad ſubſtantiam, & ſupernaturalem quoad modum, ideoq. non eſſe eſſentialiter à primâ hominis productione naturali diuerſam, ſed tantùm accidentaliter in modo diſponendi, & efformandi corpus differre. *An reſurrectio ſit naturalis.* *An actio reſurrectionis ſit naturalis*

Vndè ſimiliter iudicamus contrà Origenem apud Epiphanium hæreſi 64. & Durandum in 4. diſt.44. quæſt.1. corpus reſurgentis ex eâdem numero materiâ, ex quâ prius conſtitit, compactum iri; cum materia ſuam propriam habeat entitatem, quæ ſub diuerſis formis eadem permanet, vt in genito maneat, quod fuit in corrupto. Ac, vt materia eſt de eſſentiâ hominis; ità identitas materiæ eſt de eiuſdem hominis ratione. *Epiphanius Durandus. An materia corporis eadem erit.*

Et quamuis hæc ità ſe habeant: tamen nec Gregorius Nyſſenus Orat.3. de Reſurrectione, nec Auguſtinus ſerm.2. de Conſolatione mortuorum, cap.3. audiendi ſunt, credentes Deum ex minimâ materiæ parte, poſſe corpus maximæ molis, nullâ factâ materiæ, ſed tantum quantitatis, aliorumq. accidentium additione fabricare; cum naturalis corporis conſtitutio in tantâ denſitate, neceſſario tantam materiam, ſicut, & tantam quantitatem requirat; immò tanta quantitas neceſariò tantam materiam poſtulare videtur: aliàs, vel pars materiæ, vel quantitatis pars tollenda eſset, vel certè hæc ſinè ſubiecto relinquenda; cum quantitas ità adæquate materiæ adhæreat, vt *Nyſſenus. Auguſtinus. An Deus materiã addet.*

quantitatis pars, parti materiæ reſpondere ſit neceſse; & in vnâ materiei parte, duplex pars quantitatis,& in duplici parte materiæ, vna pars quantitatis non ſubſiſtere poſse videatur. Concludimus ergò neque ex paruâ quantitate fore magnum æquè, vel magis denſum, nullâ additâ quantitate, neque ex paruâ materiâ magnum corpus nullâ additâ materiæ additione,fieri poſse. Atque hinc deducimus puero demortuo, atque Nano, vt in magnitudinem perfectam reſurgat, neceſsariò aliquam materiæ additionem fieri debere; ita in Monſtro Tripede, & Gygante, materiam ſuperfluam auferre eſt neceſse; & nihilominus tamen, quia verè reſurget idem numero, qui obijt, & eamdem materiam obtinebit,quam anteà habuit, aut diminutam, aut additam, verè etiam idem erit ſuſcitatus, qui fuit demortuus.

Nano dãda materia. Gyganti tollenda.

An hi ſint idem. An eadem materia erit Thomas. An eadem vnio erit.

Et quidem,vt is, qui obijt,perfectè reſurgat, neceſse eſt, vt eadem ſit materia capitis,& membrorum ſingulorum, quæ anteà fuit, quòd benè D.Thomas in 4.diſt.44.quæſt.1.artic.2. agnouit, vt nimirùm in eadem materiæ parte, quæ fuit organum virtutis, aut vitij, præmiũ, vel pœna recipiatur. Pari ratione, ſicut homo eſt vnius ſpeciei; ità eius Vnio, & Informatio per quam componitur vnius tantùm rationis eſse debet, eamq. in Reſurrectione redituram opinamur. Sic credimus Numericam quoque aduenturam.Siquidem,cum Deus,nec à ſubiecto, nec ab alijs circumſtantijs dependeat, poterit in Reſurrectione eamdem numero Vnionem,quæ anteà inter materiam,& formam fuit,reparare. Neque verò credere oportet Deum in Reſurrectione permiſſurum, ut accidentia relinquantur. Nam licet Reſurrectio eſsentialiter ſit ſubſtantialis mutatio: tamen ſubſtantia, quæ per illam fit, non poteſt naturaliter conſiſtere abſque accidentibus. Porrò hæc accidentia, vel ſunt Intellectus, & Voluntas, quæ etiam poſt obitum in animâ reſident; vel Quantitas, quæ etiam in materiâ Primâ inhæret, & hæc,vt eadem numero redeant, neceſse eſt. Quoniam eadem principia ſubſtantialia, quorum vnio per Reſurrectionem fit, neceſsariò conſequuntur. Vel alia ſunt accidentia, quæ per ſe pendent à toto compoſito, & illo diſsoluto, aut ſtatim pereunt,vt ſenſus,aut paulatim corrũpuntur,vt calor,atque alię qualitates,& hęc nõ ſunt ſimpliciter ad veram Reſurrectionem neceſsaria: tametſi veroſimilius ſit eadẽ numero accidentia reſtitutũ iri. Vel alia ſunt Sexus accidẽtia,quæ potius in quadã figurâ,ſitu,& diſpoſitione membrorũ corporis humani conſiſtere vñr, quã ipſam ſubſtantialem idẽtitatem cõpoſiti cõſtituere,& hic ſexus etſi varietur,vel tollatur: nõ tñ Reſurrectionis veritas, q̃ in cõpoſito ex materiâ,& animâ conflato cõſiſtet, auferetur. Verùm in hominũ generali Reſurrectione Sexuum diuerſitas

An Eadem accidentia reſurgent. Intellectus, Voluntas, quantitas.

Senſus. Qualitates. Sexus.

ſitas ſeruabitur, vt vnuſquiſque in eo, in quo conceptus fuit, reſurgat. Nam aliàs, vel omnes homines vnius, vel nullius ſexus forent, vt Origenes apud Prateolum, noſtra corpora fore rotũda, & inorganica hæreticè ſentiebat. Ad perfectam enim Reſurrectionem oportet vt redeat idem numero homo ſecundum omnes conditiones, diſpoſitionem, & temperamẽtum, quod perfecta natura ſpecifica, & indiuidua poſtulare videtur. Alia denum ſunt accidentia, Capilli, Vngues, Dentes, quæ poſt Reſurrectionem minimè neceſſaria, nulliq. vſui apta videntur; at hæc, cum mera excrementa non ſint, ſed quædam potius corporum ornamenta, hæc eadem quoque in Reſurrectione reditura putamus.

Prateolus.

Capilli, Vngues, Dẽtes.

Quod reliquum eſt, credimus in hac futurá Reſurrectione, ſingulorum hominum Cuſtodes Angelos dumtaxat bonos, cinerum, ac oſſium fragmenta congregaturos. Quod fiet, vel Angeli Cuſtodis ſcientiá naturali, vel diuiná reuelatione, vel eorum hominum quorum curam gerebant materiei cognitione, quorum omnium Angelus ſpeciẽ retinebit. Cineribus autem ſingulorum hominum Angelorum miniſterio congregatis, Chriſtus illicò ſuá virtute, ac potentiá eas diſponẽdo, organizabit, & animam cuique propriam in corpus iam efformatum introducet.

Angeli cuſtodis officiũ in reſurrectione.

Cinerum, ac oſſium congregatio quomodo.

Animatio.

Hiſcè verò peractis, Archangelus Michael omnium Angelorum Cuſtodum princeps, teſte D. Paulo 1. ad Theſſ. 4. & 1. ad Corinth. 15. cum ceteris corpora Aërea aſſumet, & ex eodẽ quoque ſibi vnuſquiſque tubas admirabiles, & ſonoras conficiet, vt bellè etiam Anſelmus in Elucidario ſcriptum reliquit. Nam adueniente Chriſto Domino in ſuá maieſtate ſenſibili ad iudicaudum homines ſenſibiles, congruum eſt, vt aliquod ſignum ſenſibile præcedat, quaſi præeuntis præconis, atque homines iudicandos conuocantis.

Michael cuſtodum princeps.

Paulus.

Tubarum confectio.

Anſelmus.

Porrò non tubę virtute, & ſonitu, non Angeli potentiá, ſed Chriſti imperio mortui oẽs probi, improbiq. ſimul eodẽ momẽto reuiuiſcẽt, & tàm viri, quã feminæ agent eũdem ætatis annũ, quẽ Chriſtus Dñs habuit quãdo pro hominum ſalute Cruci affixus fuit. Hic aũt exſtitit XXXIII. expletus, vt apud Bedam libro de Ratione Temporum, c. 4. Marianum Scotum in Chronico, Onophrium in Faſtis, Genebrardũ in Chronico, & Cardinalem Baronium in Annalibus anni Trigeſimi Quarti, videre eſt. Nàm, cùm Olympiadum initium in menſe Iunio ſumendum ſit, vt Onophrius lib. 1. Faſtorum demonſtrat, & Chriſtus anno III. Centeſimæ, nonageſimæ quartæ Olympiadis natus ſit, vt Euſebius in Chronico, & Beda libro de Sex ætatibus declarant, idemq. anno IV. Ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis demortuus, neceſſariò ſequitur Chriſtum XXXIII. annos expleuiſſe, & XIX. anno Imperij Cæſaris Tiberij obijſſe.

Qua virtute mortui reſurgent.

Qua ætate reſurgent.

Beda.

Marianus.

Onophrius.

Genebrardus.

Baronius.

Chriſti ætas.

Euſebius.

Beda.

Iudicium duplex.

Verùm his ita perractis, Chriſtus Dominus tamquam hominum ſummus Rex, atque Iudex non modo per diuinitatem, ſed proximè etiam per humanitatem, ad futurum vniuerſale Iudicium deſcendet. Quia, etſi Deus vniuſcuiuſque hominis in illius morte modo quodam occulto, & priuato iudicet: nihilominùs ad maiorem ipſius gloriam, potentiam, & iuſtitiam oſtendendam, oportet, vt de eis publicum, & vniuerſale iudicium ferat.

Iudicij locus. Thomas. Paludanus. Antoninus. Ratio.

Hoc verò futurum eſt ſuprà vallem Ioſaphat inter Hieroſolymitanam vrbem, montemq. Oliueti iacentem, vt D. Thomas in 4. diſt. 48. quæſt. 1. art. 4. Quolib. 10. art. 2. Paludanus diſt. 47. quæſt. 1. art. 1. & Antoninus p. 4. tit. 14. cap. 11. §. aſſerũt, ducti illo Ioëlis 3. teſtimonio; Congrebabo omnes gentes, & educam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis. Dignum enim eſt, vt Chriſtus ibi ſuam gloriam oſtendat, vbi ſummam iniuriam ſuſtinuit, & vt ibi iuſtiſſimè iudicet, vbi iniuſtiſſimè iudicatus fuit, & vt ibi deſcendat, vbi glorioſus aſcendit.

Vt Chriſtus poterit ab omnibus videri. An omnes ad vallem Ioſaphat vẽturi.

Vt verò ab omnibus non incommodè videri, atque audiri poſſit, in eleuato à terrâ loco, & ſublimi, maieſtate pleniſſimus ſedebit. Ac, vt Solis ſplendor ab omnibus in remotiſſimis, diſiunctiſſimiſq. terrarum oris degentibus videtur & percipitur; ſic Chriſtus Iuſtitię Sol ab omnibus, & videbitur, & audietur. Atque hinc opinamur Chriſtum non omnes homines in illius vallis diſtrictu iudicaturum, & eò illos, qui hunc noſtrum orbem incolunt, congregaturum, & noſtros Antipodas eò quoque accerſurum, ſed diuinitùs ſuper illam vallem inſidẽdo ſe toti Mundo oſtenſurum, ſententiamq. laturum.

Matthæus. Cyrillus. Sybilla.

Deſcendente verò è cælis ad terras Domino tunc ex Matth. c. 24. apparebit ſignum filij hominis in cælo, quod ſignum, teſte Cyrillo Hieroſolymitano Cat. 15. eſt ipſa Crux, ad quam ſic Sybilla libro 6. Oraculorum alluſit.

O lignum felix in quo Deus ipſe pependit:
Nec te terra capit, ſed cæli tecta videbis,
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Crux ex quo, quanta. Anſelmus. Paſſionis imagines.

At Crux hęc nõ erit lignea, quia talis eſſet nimis puſilla, & à paucis videri poſſit; ſed referẽte Anſelmo in Elucidario, ſolùm Crucis ſignum in aëre efformatum, tantæ magnitudinis, vt ab omnibus facilè cõſpici, & diſcerni poſſit, apparebit. Arbitramur quoque vna cum Crucis vexillo, cetera quoque cruciatus Chriſti inſignia in cęlo oſtendenda.

Matthæus. Nubium Tribunal.

Interim, aſſerente Matthæ. cap. 24. Videbunt filiũ hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multá, & maieſtate; & c. 25. Et omnes Angeli cùm; eo ęſtimãdum eſt ad oſtendendam Chriſti maieſtatem quamdam externã, diuinâ virtute ex aëre craſſiori nubes futuras, & diuino artificio ita diſpoſitas, vt ex fulgore corporis Chriſti admirabilis quidam aſpectus in eis appareat, & veluti in curru quodã triũ-

phali

Digitized by Google

phali Chriſtus inuectus deſcendat. Quòd autem dicitur venturus cum virtute multa, intelligere oportet omnia potentiæ ſigna, miracula, portenta, Angelorum tubas mortuos excitantes, terræmotus, tonitura, & ſimilia quamplurima, vt illud 1. Reg. 2. adimpleatur: Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cælis tonabit. Angeli autem omnes Chriſtum, vel, vt Miniſtri, vel, vt Milites, vel, vt cęleſtes Aulici comitabuntur nemine prorſus excepto. Vnde Daniel 7. poſtquam throni poſiti ſunt ad iudicium ferendum, ſubiūxit: Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebāt ei. Indulge nobis celeſtis Rex, vt hanc tuam maieſtatem, diuinamq. pompam probis oculis videamus. Hic autem Chriſti veri Dei, atque hominis aduentus, cum ſenſibilis, & cum ſummâ gloriâ, externo, diuinoq. apparatu futurus ſit, cõſonum eſt, vt omnes Chriſti comites, Angeliq. ſenſibilia, pulcherrima, & ſplēdidiſſima corpora aſſumāt, vt ſplēdor, & maieſtas huius aduentus etiam ſenſibilibus oculis conſpici poſſit. *Portenta.* *Angelorum aduentus.* *Daniel.* *Deprecatio.* *An Angeli ſint habituri corpora.*

Et verò, cū huius aduentus finis, ſit vniuerſalis quædā operū bonorum, malorumq. hominū iudicatio, operæ pretiū eſt videre, an ſolus Chriſtus, vel alij cū ipſo ſint homines iudicaturi, iuxtà illud Matthęi 19. Amē dico vobis, quòd vos, qui ſequuti eſtis me, in generatione, cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Etenim Richardus Victorinus Tract. de Poteſt. Iudic. affirmat ſolis duodecim Apoſtolis hanc iudicandi poteſtatem fuiſſe promiſſam, & ſic videtur reliquos diuos ab hac iudicandi dignitate excluſiſſe. *Matthæus.* *Qui iudicaturi.* *Victorinus.*

At credimus nos omnes diuos, diuaſq. tàm qui antè Chriſtum natum, quàm qui poſt eum vixerūt, eſſe vna cum eo humanum genus in inferioribus quibuſdam nubium ſubſellijs ſententiæ Chriſti aſſentiēdo, & diuina iudicia, & retributionum qualitates, & conſcientiarum occulta cognoſcendo, & ſuam cognitionem alijs intimando, iudicaturos. Verum Angeli nullo modo cum Chriſto, vt iudicent, conſedebunt; cum Iudicis aſſeſſores debeant eſſe eiuſdem naturę cum Iudice, & cum ijs, qui ſunt iudicandi, à quâ Angeli ſunt prorſus alieni. *Quomodo iudicaturi.* *An Angeli iudicabunt.*

Iudicandi porrò ſunt omnes Infideles, Hæretici, & Impij iudicio Condemnationis, vt diuinę iuſtitiæ ratio omnibus innoteſcat. Neque verò Infantes, qui ſinè Luſtrali aquâ ex hac vitâ migrārunt, vt ſapienter Bonauentura in 4. diſt. 47. art. 1. q. 3. teſtatur, iudicio carebūt. Nam, etſi iſti nec merita, nec demerita habeant: tamen culpam, quem retinent, contraxerunt, & de eâ eos iudicare decet, vt intelligant ſe, nec beatorum illo feliciſſimo domicilio, nec Inferni ſupplicijs mancipandos, ſed in quodam medio gloriæ, & cruciatus, conſiſtere oportere. *Condēnatio.* *An infantes iudicādi.* *Bonauētura*

Diui porrò, qui excellenti Sanctitatis flore floruerūt, vt D. Virgo, Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta, ſimileſq. iudicandi tantum ſunt

Digitized by Google

Approbatio iudicio Approbationis: reliqui autẽ,qui imperfectũ ſanctitatis gradũ *Diſcuſſio.* attigerũt,& grauia peccata bonis operibus admixta habuerũt,Diſcuſ *Magiſter.* ſionis iudicio iudicãdos opinamur.Qđ ſi aliquorũ merita p̄ualuerũt, *Viguerius.* tunc cum Magiſtro in 4.diſt.43. Viguerio c.21.§.3.ver.8. Sõnio tract. *Sonnius.* de Extremo Iudicio,cap.26.arbitramur eorum præterita crimina fore celanda, & tantum eorum merita reuelanda, & iudicio dumtaxat Approbationis,vt beatitudinem capeſſant,fore aſſumendos.Quòd ad *Angelis iudicium.* Angelos attinet,ſentimus omnes in iudicio compariturōs,& cum D. *Bonauẽtura* Bõnauenturá in 4.diſt.47.art.1.q.4.& Richardo ibidem q.6.art.1.cre- *Richardus.* dimus bonos iudicium Approbationis,& præmium eſſentiale: malos verò iudicium Condemnationis, & eſſentiale ſupplicium ſubituros; illi, vt in perpetuum in Empyrei gloriá reſideant, hi, vt in æternum in Inferni ſupplicijs crucientur. Hoc enim, vt publicè fuit, Iudicij *Daniel.* Vniuerſalis ordo poſtulare videtur.

Ioannes. At illud quoque nobis ob oculos verſatur, quòd Daniel 7. diuino percullus ſpiritu vaticinatus eſt.Iudicium ſedit, inquit,& Libri aperti ſunt; & Ioannes 20.Apocal.Et uidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in cõſpectu throni, & Libri aperti ſunt, & alius Liber apertus eſt, *Explicatio.* qui eſt Vitæ, & iudicati ſunt mortui ex ijs, quæ ſcripta erãt in Libris ſecundum opera ipſorum. Ecquinam Libri iſti,niſi detecta mortaliũ *Liber Vitæ.* opera, niſi diuina uis referans vnicuique quidquid boni, aut mali *Liber Mortis.* geſſit,niſi ſingulorum conſcientiæ,niſi etiam diuina mens in quâ prę- deſtinati omnes inſcripti ſunt? Hi quidem Libri Vitę, ſed alij ſunt quoque Libri Mortis in mente Dæmonis conſignati in quibus reprobos omnes,& eorum opera deſcripta detinet,vt ea in Vniuerſali Iudicio proferat.

Iudiciũ quale. Ceterùm hoc Iudicium aliqui exiſtimant ſolùm mẽtale futurum, aliqui ſolùm viuâ voce diſceptandum,aliqui, & melius partim mentale,partim vocale futurum opinantur,quandò ſcilicet Chriſtus generatim,vel Sãctorum virtutes laudabit, vel impiorum vitia exprobrabit. Quia autem per ſententiam Iudicium conſumatur,& finem ſortitur, vnicuique hominũ Chriſtus ſententiam mente proferet,nè hæc actio tam diuturna,& moroſa foret. Veroſimile tamen eſt,vt poſtquàm de ſingulis in ſpecie iudicatum fuerit, ad conſumendum,diſſoluẽdumq. *Duplex ſententia.* Iudicium, duæ illę generales ſententiæ ſint voce ſenſibili proferẽdæ, vt vna Electis,Venite Benedicti Patris mei;altera,Reprobis,Ite maledicti,communis ſit.

Deprecatio. Sed heù parce Chriſte, parce ſupreme hominum Rex, atque Iudex mentibus mortalium ægris,& aculeis peccatorum ſaucijs,& parcendo gratiam tuam largire, & largiendo concede, vt omnibus vna ſit communis ſententia, Venite Benedicti Patris mei;cohibe vim illã potentiſſimę ſententiæ tuæ,nè populum pro quo Sacratiſſimũ tuum

cruo-

cruorem in Crucis ará fudiſti, æternis Inferni ſupplicijs obuoluas; recordare Chriſte, quòd pro hominum genere è cælis ad terras deſcēderis, vt id à terris tecū ad cælos eueheres; præbe noſtris corporibus Agilitatem, vt ad illos aduolent, Subtilitatem, vt illos penetrent, Impaſſibilitatem, vt æternent, & Claritatem, vt Solis inſtar luceſcant; nè velis ergò populū tibi humiliter ſupplicantem aduerſâ ſententiâ opprimere, ſed potiùs erige ſecundâ, & tecùm eleua, vt tibi æternùm in Empyreo beatus, lætuſq. deſeruiat, tibi cæleſtes exhibeat honores, te perpetuò laudet, ac prædicet, & tuam ſemper experiatur lenitatem, & clementiam.

Corporis glorioſi dotes.

Verùm enim uerò aſcenſo Chriſto cùm omnibus reliquis Diuis, atque Angelis ad Empyreum, vt ibi perpetuò ſecundùm diuinitatē, & humanitatem regnet, & perennet, iuxta illud Danielis 7. & Damnatis in Infernum detruſis, ſtatim ipſius incendij, & Mundi cōburendi miniſter Ignis operari incipiet in cælos, Elementa, & Mixta omnia, vt tantùm duo a ſe inuicem diſiunctiſſima loca, Empyreum, & Infernus remaneant. Etenim hanc terrarum, cælorumq. deflagrationem futuram ſapientes priſci præuidêre. Nam Cicero lib. 2. de Diuinatione, Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 21. Euſebius in oratione Conſtantini ad Sanctum Cœtum, cap. 18. Proſper libro de Prædicationibus, cap. 29. & Meliuitanus lib. 3. quorumdam Acroſtichorū carminum Sybillinorum meminit, quæ ingenioſè Thomas Bozius Eugubinus Tomo 2. de Signis Eccleſiæ Dei Latinè reddidit.

Daniel.
Incendium mundi.
Quid conſumet, quid relinquet.
Tullius.
Auguſt.
Euſebius.
Proſper.
Meliuitanus.
Bozius.
Qui mundi Exuſtionē cognouerint

Iudicij in ſignum tellus ſudore madeſcet,
Et rex æternus ſummo deſcendet ab axe,
Scilicet, vt Carnem, Mundumq;, vt iudicet omnem:
Vndè Deum fidi ſimul, infidiq; videbunt
Summum cùm ſuperis in ſæcli fine morantem,
Corporaq;, atque animas, ut cunctas iudicet ipſe,
Horrebit totus cùm denſis vepribus orbis,
Reijcient ſimulachra uiri, gazaſq; repoſtas:
Ignis Humum exuret, Cælum, Pontum, oſtiaq; Orci,
Sanctorumq; omnis caro libera reddita lucem,
Tunc repetet, ſemper cruciabit flamma ſceleſtos:
Vtq; quis occultè peccauerit, omnia dicet,
Sub lucemq; Deus reſerabit pectora clauſa.
Dentes ſtridebunt, crebreſcent vndique luctus,
Et lux deficiet, ſolemq;, nitentiaq; aſtra
Inuoluent tenebræ, tùm Lunæ ſplendor obibit.
Foſſæ attollentur, iugaq; inclinata iacebunt,
Impedietq; nihil mortales ampliùs altum,
Longa carina fretum non ſcindet, montibus arua
Ima æquabuntur: nam fulmina torrida tellus
Vnaq;, & ſicci fontes, & flumina hiabunt,
Sidereiſq; ſono triſti tuba claget ab oris,

Stul-

Stultorum facinus mœrens, Mundiq́; dolores,
Et chaos in tetrum mergetur terra dehiſcens,
Regeſq́; ad ſolium ſiſtentur Numinis omnes,
Vndaq́; de cælo fluet ignea ſulphure mixto
Aduoluens ſecum rebus quicumque caducis,
Turpè, & delicijs ſeſe addixere nefandis
Obſtricti vitijs, ſupremi Iudicis aquas
Reddet pro meritis cuique, vt Sententia partes.

Ouidius. Sybilla hæc hanc totam cæli, terræq. Vniuerſitatem fore comburendam vaticinata eſt, ad quod, cùm fortè reſpiceret Ouidius lib.1. Metamorphoſeos ſimilia cecinit.

Eſſe quoque in Fatis reminiſcitur adfore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaq́; regia cæli
Ardeat, & Mundi moles operoſa laboret.

Lucretius. Lucretius quoque Poëtarum vetuſtiſſimus lib.5. de Naturâ hanc à maioribus traditam quaſi per manus veritatem cognouit.

Vna dies dabit exitio, multoſq́; per annos
Suſtentata ruet moles, & Machina mundi:
Nec me animi fallit, quam res noua, miraq́; menti
Accidat exitium Cæli, Terraq́; futurum.

Lucanus. Neque verò Lucanus lib.7. belli Ciuilis, à reliquis diſſentire videtur, dum hanc Mundi extremam exuſtionem, pyramq. deſcribit.

Nil agis hac ira tabeſnè cadauera ſoluat,
An rogus, haud referet, placido natura receptat
Cuncta ſinu, finemq́; ſui ſibi corpora debent.
Hos Cæſar populos, ſi nunc non vſſerit ignis,
Vret cum Terris, vret cum gurgite Ponti,
Supremus Mundi ſupereſt Rogus, oſſibus aſtra
Mixturus ——

Seneca. Seneca etiam in Hercule Oeteo hunc Terræ, Cæliq. rogum futurũ, ſic eleganter delineauit.

Iam, iam legibus obrutis
Mundo, cùm veniet dies,
Auſtralis polus corruet
Quidquid per Lybiam iacet:
Arctous polus obruet
Quidquid ſubiacet axibus,
Et ſiccus Boreas ferit:
Auulſum trepido polo
Titan excutiet diem:
Cæli regia concidet,
Certos atque obitus trahet,
Atque omnes pariter Deos
Perdet mors aliqua, & Chaos,

Et

Et mors fata nouiſſima
In ſe conſtituet ſibi.

Et D.Hieronymus certè in Iſaiæ cap.51.& 65. hunc terræ globum, *Hieron.*
& cæleſtia corpora aliquandò igni eſſe peritura, omniũ Philoſopho-
rum opinionem fuiſſe, aſſeuerat. Euſebius verò lib.15.& 17.de Præ- *Euſebius.*
parat.Euang.hoc etiam fuiſſe Stoicorum dogma, illudq. Zenonem,
Cleantem,& Chryſippum aſtruxiſſe,fatetur. Et Sixtus lib.3. Biblio- *Sixtus.*
thecæ, cap.de Ethnicorum Rapſodiá aſſerit Platonem in Timæo,&
pleroſque alios Philoſophos ſenſiſſe cælos eſſe aliquandò corrumpen
dos.D.Auguſtinus quoque lib.20.de Ciuit.Dei,cap.4.& 16.Beda in 2. *Auguſtinus.*
Petri 3.Gloſſa Ordinaria 2.Petri 3. Ambroſius in Apocal.cap.21.exi- *Beda.*
ſtimant quædam elementa ſolùm eſſe igni abſumenda. At reliqui Pa *Ambroſius.*
tres omninò cenſent omnia fore exurenda,& annihilanda. Ità enim
Hilarius in Pſalmum 118. Chryſoſtomus Hom.14. ad Romanos, & *Hilarius.*
Hom.10.ad Populum,Theodoretus, & Oecumenius ad Romanos 8. *Chryſoſt.*
Iuſtinus Martyr q.93.94.& 95.Ambroſius lib.1.Hexameron, cap.6. *Theodor.*
Baſilius Hom.3. Hexameron,Gregorius Nyſſenus libro de Opificio *Oecumenius*
hominis,cap.24. Ambroſius Catharinus in Cõmentarijs ad Hebræos *Iuſtinus.*
1.& 2.Petri 3. Franciſcus Valleſius libro de Sacrá Philoſophiá, capit. *Ambroſius.*
89.& Hieronymus Magius lib.2. de Exuſtione Mundi, cap.6.& 7.vi- *Baſilius.*
dentur docuiſſe. *Nyſſenus.*

Catharinus
In libris autem 2.& 3.Recognitionum Clementis legimus Empy- *Valleſius.*
reum,quod ſupremum eſt,intactum permanſurum,inferiores omnes *Magius.*
cælos verò eſſe prorſus abolendos. Hæc porrò ſapientiſſimorum Pa- *Clemens.*
trum ſententia quãplurimis,præclariſſimisq. Sacræ Hiſtoriæ Oracu-
lis,& teſtimonijs fulcitur. Etenim Chriſtus Dominus apud Lucam, *Lucas.*
cap.21. & apud Matthæum 24. hæc ventura eſſe, teſtatus eſt. Statim *Matthæus.*
autem, inquit,poſt tribulationem dierum illorum,nimirùm Iudicij,
Sol obſcurabitur,& Luna non dabit lumen ſuum;(quia nõ aderunt,)
& Stellæ cadent de cælo, & Virtutes cælorum mouebuntur. Quid
Chriſti teſtimonio clarius,& tamen impropriè quamplurimi hunc lo *Reprehẽſio.*
cum interpretari non perhorreſcunt?

At nos certum exiſtimamus per motum localem ſidera, cæloſq. ad *Origenes.*
ima mẽbratim caſuros,igne conflagrationis in ipſos diuinitùs agente, *Tertullianus.*
eoſq. annihilante. Origenes quoque hoc perſpexit,etſi diuerſo modo
Stellas è cælo caſuras in Tract.30. Matthæi arbitretur. Sed Tertul- *Calorũ virtutes quid.*
lianus libro contrà Hermogenem, cap.34.in nihilum redigendos cre-
didit. Hebræi ſimiliter huic ſententiæ ſubſcribunt,qui cælorum Vir- *Ioannes.*
tutes,ipſa aſtra intelligunt; quia in eis quædam uis, ac uirtus influẽdi *Iſaias.*
inſidet. Sub his militat illud Apocalypſeos 6. Et Cælum receſſit ſicut *Cõparatio.*
Liber inuolutus; & Iſaiæ 34. Tabeſcet omnis militia cælorum, ſcili-

cet

cet ſidera,& cõplicabũtur ſicut libri, Cæli: omnis militia eorũ defluet, ſicut defluit foliũ de vineá. Pulchra certè ſimilitudo ex rei naturá deſumpta. Nã ſicut priſcorũ libri, vel ex arborũ corticibus, vel animaliũ mẽbranis, vel etiã ex papyro confecti, admoto igni inuoluũtur, cõtrahuntur, & cõburuntur; ita prorſus cæli, inſtar libri hujus, vt ardeant, Dei imperio, ac ignis virtute inuoluẽtur, & fruſtratim, ut arborũ folia, decidẽt. Quod profectò Iſaiæ, & Ioãnis oraculũ, idẽ eſt, teſte Hie-

Hieron. ronymo, & Cyrillo in Iſaiã, quod Chriſti teſtimoniũ. Præterea Iſaias

Cyrillus. c.51. Cæli, inquit, ſicut fumus liqueſcẽt, & Terra ſicut veſtimẽtum at-

Iſaias. terretur. Hũc locũ Aquila, & Symachus, vt notauit Hieronymus, ſic

Aquila. uerterũt. Cæli cõminuentur in nihilũ, & in Salis modũ cõterentur, et

Symmachus. euaneſcẽt. Et Iob 14. Homo, cũ dormierit, nõ reſurget, donec atteratur cælũ. Et Eccleſiaſtici 17. Quid lucidius Sole, & hic deficiet: Et re-

Iob. gius Vates Pſalmo 101. Opera manuũ tuarũ ſunt Cæli, ipſi peribũt,

Eccleſiaſt. tu autẽ permanebis; & ad Hebræos 1. & Matthæi 24. Cælũ, & Terra

Dauid. trãſibũt, verba autẽ meã nõ trãſibunt: & Apocalypſis 20. Et vidi thro

Paulus. nũ magnũ candidũ, & ſedentẽ ſuper eũ à cuius cõſpectu fugit Terra,

Matthæus. & Cęlũ, & Locus non eſt inuẽtus eis; & denique extat clariſſimus lo-

Ioannes. cus 2. Petri 3. Cæli q nũc ſunt, & Terra eodẽ verbo repoſita ſunt, igni

Petrus. reſeruati in diẽ Iudicij, & perditionis impiorũ hominũ; & infrà. Aduenieт autẽ dies Dñi, vt fur, in quo Cæli magno impetu trãſient, elemẽta verò calore ſoluẽtur, Terra aũt, & q̃ in ipſa ſunt opera, exurẽtur: & paulò poſt 1. Properantes in aduentum diei Domini per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis calore tabeſcent.

Omnia comburẽda præter Empyreũ, & Infernum. Reprehẽſio. Ex his igitur clariſſimè colligimus oẽs penitùs cęlos Empyreo excepto, totumq. hũc ſublunarẽ Orbẽ, Inferno reſeruato, eſſe igni tradẽdũ, & annihilandũ. Quocircà, quis erit tã effrons, vt hîc metaphoras objiciat, verũ, & litteralẽ ſenſum excludet, & q̃d Chriſtus, quod Vates, q̃d Sãcti Patres, q̃d Apoſtoli veritatis duces, & Doctores docuerũt, vel euertere, uel ſiniſtrè interpretari audeat? Et qm̃ hæc tota rerũ Vniuerſitas in cineres reducẽda eſt, & ipſius elemẽta omnia, arbores, herbę, animãtes, & mixta perfecta, & imperfecta exterminãda, & homines, aut ad cęlũ eleuãdi, aut in infernũ deturbãdi, ad quid hic aſtrorũ, & cæli ſplẽdor, vt æterno tẽpore has temporum uarietates inducat, rerumq. omniũ generatio, et corruptio perennet? Crimẽ. Immò verò, cũ hæc omnia propter hominem fecerit, & effecerit Deus, & cùm Deus hominem poſt Iudicium ex hoc Mundi theatro, ſiuè ad glorię ſedem extollet, ſiuè ad tormentorũ ſcenam deprimet, per con-

Conſentaneum. ſequens neceſſe eſt, vt hæc omnia, quæ propter ipſum condidit, è me-

Gregorius. dio auferantur. Vndè appoſitè D. Gregorius Hom. 10. Neque enim,

Iſaias. ait, propter Stellas homo, ſed Stellæ propter hominem factæ ſunt. Et Iſaias, cap. 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec ſplen-

ſplendor Lunæ illuminabit te,ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. Ex quo ſequitur,homine aliò tranſlato, hęc quoque transferenda.

Neque verò nobis ſunt impedimento Anſelmus in Elucidario, & Gulielmus Pariſienſis quos Cartuſianus in 4. diſt. 48. refert,aſſeruiſſe terram poſt Iudicium fore odoriferis floribus,& violis ſemper florentem,& inſtar Paradiſi terreſtris decorandam. Hoc enim ipſorum eſt commentum,contrà quod exclamat D. Thomas in 4. diſt.48.q.2. art.5.Henricus Quodl.4.q.12. Antoninus p.4.tit.14.c.11.§. 3. alijq. ſapienter negantes animalia,plantas,mineralia,& reliqua corpora mixta in Mundo poſt eius conflagrationem permanſura. *Fabella.* *Thomas.* *Henricus.* *Antoninus.*

Ceterum quædam ſunt loca,quę contra hanc noſtram opinionem de Mundi incendio,& interitu,militare videntur. Nam Iſaiæ 65. Ecce ego creo cælos nouos,& Terram nouam,& non erunt in memoriâ priora, & non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis in ſempiternum in ijs,quæ ego creo. Et cap.66. Sicut cæli noui,& Terra noua, quę ego facio ſtare coram me dicit Dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum,& nomen veſtrum. Et Apocalyp.21. Et vidi Cælum nouum, & Terram nouam: primum enim Cælum, & prima Terra abijt, & mare iam non eſt. Et Auguſtinus lib.20.de Ciuit.Dei,c.4. Peracto,inquit,Iudicio,tunc eſſe deſinet hoc Cęlum,& hęc Terra,quandò incipiet eſſe Cęlum nouum, & Terra noua. Ex his igitur deduci videtur poſt illud Mundi incendium nouam Terram,Cęloſq. fore creandos, atque hoc ſenſu Patres de Mundi abolitione ratiocinantes, interpretari oportere. *Iſaias.* *Ioannes.* *Auguſt.*

Verùm nos omninò in hac ſententiâ uerſamur,omnes cęlos cùm hoc Sublunari orbe eſſe igni deuorandos, & nihil penitùs hoc incendium euaſurum, niſi Empyreum, & Infernum, quorum alterum per nouum Cælum,alterum per nouam Terram debet intelligi. Nã exuſtis,& in fauillas redactis reliquis Cęlis, illicò Nouũ Cælum,quia ſcilicet hucuſq. ſub mortalium oculos non cecidit, ſed remotum, inuiſum, & ab alijs tectum delituit, Empyreum ſeſe intuentibus offeret; & Noua quoque Terra,quia totum hoc corpus ex terrâ, & aquâ conflatum, & in cineres redactum,ad Infernum deſcendet, vt verè Valerius Flaccus lib.1.Argon.de Inferno cecinerit. *Cælũ et Terra noua quid ſibi velint.* *Flaccus.*

Ingenti iacet vre Chaos, quod pondere feſſam
Materiem, lapſumq́, queat conſumere Mundum.

Et tunc Infernus totus apertus,qui iam tantâ terræ ingenti mole operitur, apparebit,damnatoſq. oſtendet inter illos immenſos cinerum, igniumq. globos cruciari. Quamobrem præclarè D.Petrus 2.cap.3. poſtquàm de illâ Mundi extremâ conflagratione diſſeruit, illicò ſubiunxit. Nouos verò Cælos, & nouam Terram ſecundùm promiſſa *Petrus.* *Dilucidatio*

ipſius

ipſius expectamus in quibus Iuſtitia habitat; præclarè, inquam; ſiquidem Iuſtitiæ actus, eſt cuiq. ſuum tribuere iuxta operum qualitates. Atque hinc Deus, vt hoc adimpleat, Empyreum pro Diuis cõſtituit, Infernũ pro damnandis. Nec alius vllus ſupereſſe poterit locus poſt Iudicium, vbi Iuſtitia regnet, præterquàm in hiſcè duobus. Infantes enim, qui abſque Sacri fontis lauacro è vitâ exceſſère, non in aliâ, quã in ſuperiori, & Empyreo viciniori Inferni parte abſque vllo tamen animæ, corporiſq. cruciatu morabuntur. Purgatorium verò peracto Iudicio, deſtruetur, & eæ animæ, quæ ibi detinentur, ad Empyreum corporibus ſocijs euolabunt.

Empyreũ. *Infernus.* *Limbus.* *Purgatoriũ.*

His itaque conſtitutis, ad Ignem hanc rerum Vniuerſitatẽ exuſturum, mente accedamus. Et quidẽ hæc, & alia de hoc Igne habemus Sacra teſtimonia. Pſalmo enim 49. Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit: Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Iſaiæ 66. Ecce Dominus in Igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius reddere in indignationem furorem ſuum, & increpationẽ ſuam in flammâ Ignis: rotæ eius Ignis accenſus, fluuius Igneus, rapiduſq. egrediebatur à facie eius. Et demùm Ioel 2. Antè faciem eius Ignis vorãs, & poſt eum exurens flamma: quaſi hortus voluptatis terra coràm eo, & poſt eum ſolitudo deſerti.

Ignis. *Dauid.* *Iſaias.* *Ioel.*

Igitur credimus hunc Ignem cùm D. Bonauenturâ in 4. diſt. 47. art. 2. q. 4. omninò Iudicium ſubſequuturum, eiuſdemq. futurum naturę cùm Igne Inferni corporeo, & elemẽtali contrà Lactantium lib. 7. Inſtitutionũ, c. 21. aſſerentem Ignem Inferni à noſtrate naturę diuerſitate diſcrepare. Ignis autẽ iſte diuinitùs in vnum corpus coaleſcet, & quidem ille, qui iam ſupremum ſub Lunæ cælo locum occupat, Chriſto iubente, cęlos omnes vſque ad Empyreum cremabit, ſpectra omnis generis meteorologica, crinitoſq. Cometas excitabit, fulgura, & fulmina efficiet ſtupenda, & toto aëre in flammas conuerſo, ad terras globoſus poſteà rotabit, vt omnia velociſſimè inflammet, & penitùs exurat. E terræ autem latebris omnibus, & ex Inferno ipſo diuinitùs Ignis erumpet, vt vniuerſa deuoret.

Bonauẽtura *Ignis Inferni cuius natura.* *Lactantius.* *Ignium conglobatio.*

O quale, & quàm horrendum ſpectaculum! Tunc videbimus cęlos ab vtroque Igni exuſtos cineritim delabi; tunc aſpiciemus elementa omnia abſumi; tunc audiemus immanem ſaxorum crepitantium fragorem; tunc terras intuebimur cùm omni excremento, incineritas ad Infernum deſcendere; tunc denique luſtrabimus omnia ab Inferno vſque ad Empyreum eſſe cremata, & ſublata. At tu Chriſte nos reſerua, nos ab hoc Igne illęſos ſubtrahe, & tecũ trahe glorioſos, ac beatos.

Apoſtrophe.

Nunc tibi rerum omnium effector, & moderator DEVS, cuius numine, ac imperio omnia continentur, cuius voluntate, & nutu cuncta gubernantur, quidq. ab omni æternitate à nullo fluis; tibi quoque

Operis concluſio.

FILI

FILI naturæ gradu, maieſtatis potentiâ, æternitatis luce, Patri, à quo manas, rebus omnibus ęqualis; tibi etiā Sanctiſſime SPIRITVS qui ab vtroque procedis, non minor nobilitate, non inferior præſtantiâ, non ſimilitudine diuinitatis poſterior, gratias diuinas, & immortales, quantas animus meus capere poteſt, ago, & habeo, quòd me hoc Opus meum qualecunque tamdem aliquandò ad finem perducere permiſiſtis, quòd me in rebus ex tenebris eruendis veſtro diuinitatis lumine adiuuiſtis, ꝙ me denique toties auulsū, & diſtractum, toties negotiorum publicorum fluctibus quaſi obrutū caput attollere, & portum appellere conceſſiſtis. Nec te prætereo diua Parens, ſimulq. VIRGO pudiciſſima, Patris ſponſa caſtiſſima, Filia Filij, & Mater dilectiſſima, auguſtiſſimum Spiritus Sancti ſacrarium; nec te ANTONI mi Eremi cultor ſanctiſſime, Dęmonum debellator fortiſſime, ſenex virtutis omnis ſol ſereniſſime, qui veſtris precibus effeciſtis, vt meæ preces exaudirentur, mei conatus finem ſuum ſortirentur, & mei labores, pro veſtrâ maiori gloriâ, lucem intuerentur; neque te deſero mi Cuſtos Angele dilectiſſime, qui me cuſtodiēdo feciſti, ut ultimā manū huic Operi imponerē; neque vos Celeſtes reliqui omitto, qui ſplendidiſſimam Trinitatis regiam incolitis ſuper omnes cæleſtium orbium globos conſtitutā, qui me à veſtro auxilio excludere noluiſtis, ſed magis mihi ad laborandum alacritatem, ad inſiſtendum conſtantiam, ad perferendum robur indulſiſtis, pro quibus omnibus, quas laudes vobis, atque grates, quos arcus, quas ſtatuas pro veſtræ in me immortalis liberalitatis, ac beneficii monumento erigam?

Verùm tibi etiam Beatiſſime Pater PAVLE V. Pontifex Optume Maxume, qui ſecundùm Chriſtum dux es, & cuſtos Reipublicę Chriſtianæ, Eccleſiæ Romanæ, ac Vniuerſalis Caput, Petri Apoſtolorum principis legitimus Succeſſor, & Heres, has meas Lucubrationes, quas non ad auram popularem captandam, ſed ſolùm ad maiorem Dei gloriam, & populi Chriſtiani utilitatem compoſui, quaſi fidelitatis, & honoris debiti chirographum ſubmitto, & humiliter obſecro, vt ſi quid fortè in hiſcè repereris, quòd vel falſitatis caliginem offundat, vel errorum laqueos texet, vel morum diſciplinam difformet, vel Sacroſanctæ Fidei noſtrę documenta impetat, & Religionem, & Sacra offendat, vel directè, aut indirectè contrà ea, quæ docet, & tenet Sancta Mater Eccleſia militet, palàm, & uerè fateor hæc me conſultò numquàm ſcripſiſſe, numquàm ab Eccleſię gremio, & vnitate deciſiſſe, numquàm falſa docuiſſe; ſed acceptare, conſeruare, credere, & docere ea, quæ Deus optimus Parens per Filium ſuum Vnigenitum humano generi tradidit, quæ Apoſtoli veritatis vexilliferi poſteritati prodiderunt, quę Sancti Patres Eccleſiæ lumina, & columina docuerunt, quæ tot hęreſes, & animorum peſtes vetuſtæ, & recentes num-

quàm

quàm labefactare potuerunt, quæ Eccleſia Romana ſequitur, & oſtēdit, cuius dogmata Chriſti promiſſionibus ſtipata, nulla vmquàm delebit, aut obſcurabit vſque ad Mundi euerſionem vetuſtas; At ſi in hiſcè nihilominùs aliquid eſt, quod eſſe non deberet, illud totum Sacroſancto Tuo, ac Eccleſiæ Vniuerſalis Iudicio, & Correctioni ſubijcio, & polliceor me, etſi puſillus ſim tanti, ac tā diuini Corporis articulus: perpetuò tamen, & Sedis Apoſtolicæ Maieſtati, & Eccleſiæ vniuerſæ tùm ſaluti, tùm dignitati pro meâ virili parte omni conatu, omni operâ, omni ſtudio, omni vigilantiâ, omni labore, atque induſtriâ famulaturum.

Scripſimus.

Petinæ in Epiſcopali noſtro Palatio XVI. Cal. Februarij, hoc eſt die D. noſtro ANTONIO Sacrâ, Anno poſt CHRISTVM Dominum Circumciſum MDCXIIII.



Digitized by Google

INDEX RERVM MAGIS INSIGNIVM

Quæ in hoc Opere continentur.

AB

Abbatis teſtimonium de infidelibus. 449
Abdalas Saracenus. 13
Abortus maleficium. 165
Abrahami ætas. 419
Abrahami Angelus. 271
Abrahimus Baſſa cuius ſuaſu factus fuerit Catholicus. 18
Abſtinentia quid. 435
Abulenſis teſtimonium de numero ſtellarum. 273
Abuſus quid. 500

AC

Academia Duacenſis à quo fundata. 22
Francofordienſis. ibid.
Friburgenſis. ibid.
Græcenſis. ibid.
Pragenſis. ibid.
Viennenſis. ibid.
Academici à quo dicti. 418
Acarnani à quo orti. 460
Acarnanorum annus. 490
Achæorum lex. 362
Achelini teſtimonium de obiecto Phyſicæ. 410
Aciei diſpoſitio. 311
Accipitres qui boni. 100
Accuſatio quid. 505
Actio quid ſit. 205
Actio ſine oſtentatione actionis. 367
Actionum æqualitas vnde. 244
Actuarius de falſis virtutibus. 60
Actus quid ſit. 194

AD

Adam quo die creatus. 219
Adam an fuerit monſtruoſus. 158
Adam an fuerit mortalis. 69
Adam, & Eua quale temperamentum habuerint. 68
Adam nomen Cabaliſticum. 172
Adam primus Philoſophus. 419
Adam quâ hora ex Paradiſo expulſus. 219
Adam qua horâ peccauerit. ibid.
Adam ſapiens diuinitus. 125
Adami Angelus. 271
Adami Ecſtaſis. 158
Adami ſtatua. 555
Adamus Smencouich. 21
Adamantij opinio de magno capite. 100
Adamantij teſtimonium de gentium ingenijs. 86
Adiuratio quid. 434
Additio quid. 469
Adminiſtri ſyndicatui ſubijciantur. 373
Admonitio. 131
Admonitio ſalubris. 48. & 112
Admonitio vtilis. 76. & 148. & 149. & 179
Adnata. 6
Adoleſcentia. 71
Adoratio quid. 434
Aduenæ ad conſilium raro admittẽdi. 358
Aduerſatiua enunciatio quid. 485
Adulatio quid ſit. 334
Adulatio venenum. ibid.
Aduocatio quid ſit. 437
Aduocationis gradus. 401
Aduocatione qui non poſſint fungi. 438
Aduocatus quid ſit. 437
Aduocati officium. 438
Aduocato quid neceſſarium. 401
Aer an congeletur. 414

Digitized by Google

Aer principium mundi. 411
Aer qualia corpora efformet. 39
Aeris creatio. 533
effectus. 38
qualitas. ibid. & 414.
Aeromantiæ inuentor. 165
A E
Aedificij conſtitutio. 88
Aedificiorum vtilitas, & magnificentia. 393
Aedilium creatio, & officium. ibid.
Aegidius ſapiens diuinitus. 126
Aegidij opinio de Alchymia. 164
Aegidij opinio de hominis ſtatu. 56
Aegidij teſtimonium de vnico cõmiſſario. 366
Aegineta Decimas perſoluit. 233
Aegineta de Salis virtutibus. 60
Aeginetæ teſtimoniũ de locorũ electione. 83
Aegyptij à quo orti. 460
Aegyptij quales. 52
Aegyptij quare ſapientes. 133
Aegyptij Sapientes. 132
Aegyptiorum antiquitas. 489
Aegyptiorum characteres. 150
Aegyptiorum Deus. 133
Aegyptiorum Hieroglyphica. 200.
Aegyptiorum ingenia. 85
Aegyptiorum labyrinthi quales. 415
Aegyptiorum lex. 376
Aegyptiorum lex de periurio. 378
Aegyptiorum mos in loquaces. 357
Aegyptiacus annus quid. 489
Aegyptiaca delubra. 216
Aelianus de Anaxagoræ ingenio. 31
Aeliani teſtimonium de Cæo. 213
Aemilij teſtimonium de Hoſtili maleficio. 176
Aemulatio nutrienda. 304
Aeneus color. 199
Aenigma. 197
Aenobarbi quales. 101
Aeni verſus. 196
Aenorum ſpecies. ibid.
Aeolius tonus. 242
Aequans arcus. 272
Aequinoctia quæ. 265
Aequinoctialis quid ſit. 263
Aera quid. 493
Aerarium. 380
Aerarium duplex. 384
Aerarium militare. 385
Aerarium triplex. ibid.
Aerarij varietas. 380
Aerarij Romani opulentia. 384
Aeſculapius Empiricus. 426
Aeſtatis complexio. 70
Aeſtatis effectus. 522
Aeſtus frequens vnde. 89
Aeſtus rarus vnde. 80
Aetas quid ſit. 70
Aetatum diſcrimina. 44 & 71
Aetherianis teſtimonium de imagine Antichriſti. 573
Aethiopes à quo orti. 460
Aethiopum ingenia. 85
Aethiopum mos. 335
Aethiopici Regis maieſtas. 386
Aetij opinio de vino ſumendo. 59
Aetij teſtimonium de locorum electione. 83
A F
Affabilitas quid. 434
Affectatio exulet. 367
Affectus effectus. 349
Africa à quo. 458
Africæ magnitudo. ibid.
Africæ termini. ibid.
Africi natura. 90
Afrorum ingenia. 85
A G
Agamenceli ingenium. 31
Ager quid. 257
Agidis incultura. 135
Agmen quod prius opprimendum. 317
Agricolæ teſtimonium de apparitionibus dæmonum. 163
Agricolæ boni milites. 302
Agricultura. 210
Agrienſis obſidio. 313
Agrippæ laus. 362
Agrippæ ſtratagema. 390
Aggerum deſtructio. 319
A I
Aipologica quid. 428

AL

Albertus Imperator. 270
Albertí de Candino ſententia de hoie. 13
Alberti Magni caput æneum. 155
Alberti Magni obliuio diuina. 126
Alberti opinio de magno capite. 100
Alberti teſtimonium de cuiuſdam Germanæ partu prodigioſo. 229
Albi coloris ſignificatio. 199
Albugo, morbus. 279
Albumaſar refellitur. 566
Albumaſar teſtimonium de Mathematica. 262
Alchimia vnde. 163
Alchimiſtæ refelluntur. 164
Alchimiſtarum characteres. 150
Alchindus refellitur. 253
Alciati teſtimonium de Amygdalo. 525
Alciati teſtimonium de Mercurio, & fortuna. 142
Alcinoi teſtimonium de loco animæ. 53
Alcinoi teſtimonium de Mathematica. 261
Alcinoi teſtimoniũ de obiecto Logicę. 405
Alcippa Elephantem procreat. 158
Alconis mirum facinus. 210
Alcorani fabella. 547
Alcuinus Bedæ diſcipulus. 113
Alcuinus Caroli Magni præceptor. ibid.
Aleæ inuentor. 212
Aleæ natura. ibid.
Aleſtryomantia. 167
Alenſis teſtimonium de inſectorum productione. 158
Alenſis teſtimonium de iuſto bello. 288
Aleuromantia. 170
Alexandri exemplum. 356
Alexandri ingenium. 30
Alexandri milites. 302
Alexandri ſtatua. 251
Alexandri teſtimonium de Alcippa. 158
Alexãdri teſtimoniũ de Fabanomãtia. 176
Alexandri teſtimonium de maleficio venenario. 191
Alexandri teſtimonium de Perſarum magia. 177
Alexãdrũ quis depinxerit & ſculpſerit. 354
Alexandrinorum ingenia. 86
Algazel quid ſenſerit de homine. 14
Alligationis regula quid. 470
Alimentum quale erit, talis natura erit. 53
Alimenti qualitas. 61
Alimenta quæ conducant cerebri finib. 61
Alimenta quo abeant. 56
Almanſoris teſtimonium de Sole, & Luna. 117
Alopecia morbus. 278
Alpharabij teſtimonium de obiecto Metaphyſicæ. 420
Alpharabij teſtimonium de Thalete. 244
Alphagrani teſtimoniũ de figura cęli. 265
Alphitomantia. 170
Alphonſi Regis ſententia. 378
Alphonſi teſtimonium de iuſto bello. 288
Altitudo quid. 247
Aluareſci teſtimonium de pretioſo Ioanne. 386

AM

Amatorium maleficium. 164
Ambitio mater auaritiæ. 374
Ambitionis natura. ibid.
Ambitioſi ſtudium. 375
Ambitus planetarum. 274
Ambligonium quid. 247
D. Ambroſij teſtimonium de Chriſti pulchritudine. 69
D. Ambroſij teſtimonium de Brutorũ ingenijs. 43
D. Ambroſij teſtimoniũ de virtutum vnitate. 224
America duplex. 257
Americæ magnitudo. 260
Amethiſtinus color. 199
Amicitia quid. 434
Amniomantia. 166
Ammiani teſtimoniũ de Dactilomãtia. 174
Ammiani teſtimonium de Iuliano. 348
Ammonis Carthaginenſis ingenium. 32
Ammonij opinio de animarum loco. 231
